Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

301260

DIODORI

BIBLIOTHECA HISTORICA

EX RECENSIONE

LVDOVICI DINDORFII.

VOL. IV.

ANNOTATIONES INTERPRETVM

AD L. I.—V. ET L. XI.—XIV.

LIPSIAE

SVMPTIBVS C. H. F. HARTMANNI.

MDCCCXXVIII.

Digitized by Google

ANNOTATIONES INTERPRETVM

AD

DIODORI

BIBLIOTHECAM HISTORICAM.

VOL. I.

LIPSIAE

SVMPTIBVS C. H. F. HARTMANNI.

MDCCCXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Commentarios superiorum editorum quum in formam quam vellem redactos, id est falsis aut inutilibus rebus liberatos utiliterque compendifactos, reddere idoneis de caussis non liceret, id providi ut et principum editorum annotationes accuratius quam in Amstelodamensi editione repeterentur et novae quae accederent ne inutili mole librum augerent. Vnde fa-

Digitized by Google

ctum est ut Reiskii nonnisi selectas, aliorum autem qui operam in hoc scriptore explicando posuerunt vix unam et alteram asciscerem.

Digitized by Google

ANNOTATIONES

IN

LIBRUM PRIMUM.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1892

Pag. ed. Wess. 1. v. 1. *Προοίμιον τῆς ὅλης*] Rerum hi indices auctores habent Grammaticos, qui cum plura pauciorave capita ad arbitrium suum fecerint, nolui vulgatis ex Cod. Coisl. litem movere. Sex priora ex L. I. 42. reliqua ex L. II. 1. ipsis Diodori verbis sunt descripta. Wess.

1. 11. *Παραδοξολογουμένων*] In periochae cap. 6. post *παραδοξολογουμένων* desideratur aliquid, quale fuerit *ἐκτίθεται δ' ἅμα*, vel *διηγεῖται δὲ καί*. Rhod. Deest *περιέχει*, e quo pleraque L. I. 42. unde haec excerpta, pendent. Wess.

3. 3. *Πάντας ἀνθρώπους*] Nusquam *πάντας ἀνθρώπων* in Diodori scriptis inveni. *Πολλοὶ τῶν ἐκ τοῦ Πειραιῶς ἀνθρώπων* Thucydidis VIII. 92. 14. et *οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων* Polybii IX. 20. alius sunt modi. *Omnes Macedonum* tamen Livius XXXI. 45. et *cunctos hominum* Metamorph. IV. 630. Ovidius. Wess. V. ad vol. II. p. 532. 32. et Schaefer. Gloss. Liv. v. *omnis*.

3. 7. *Εἰσηγησάμενοι*] Ex duabus lectionibus *εἰσηγησάμενοι* et *ἐξηγησάμενοι*, illam in contextum recipere malui quam hanc, propter *νόμους εἰσηγήσασθαι*, quod est circa finem huius paginae, aliosque in quibus ita utitur hoc verbo locos. qui eius usus et apud alios scriptores invenitur. Sic et aliis multis in locis certa quapiam cum ratione in contextum recepta fuit una lectio, in marginem altera. Observa autem, me non dicere omnibus, sed multis. mihi enim in plerisque satis aut otii aut iudicii ad delectum adhibendum non fuit. Alicubi etiam fortasse satis magna defuit animi attentio. Steph. *Εἰσηγησάμενοι*] Hanc lectionem retinemus prae altera, quae in margine apposita est, sententiae minus idonea. Intelligit autem Hecataeum Milesium, Hellanicum Mitylenaeum, Herodotum Halicarnassensem, Theopompum Chium, Ephorum Cumaeum, Durim Samium, Timaeum, Polybium. Rhod. Vide infra cap. 45. Mox Polybium, ut saepe, imitatur L. I. 35. Wess.

3. 11. *Διὰ τοῦτο*] Neque hic placet quod margo annotatum habet. RHOD.

3. 13. *Πολλῶν ἀνθρώπων*] In poëta est *πολλῶν δ' ἀνθρώπων*. WESS.

3. 23. *Κυκλεῖ συνεχῶς*] Sic fere Plutarchus T. II. p. 433. F. *καὶ κυκλεῖν ἐν αὐτῇ τὰς τοιαύτας ἐν τῷ χρόνῳ παντὶ πολλάκις περιόδους*. Et praeclare Noster XVIII. 59. *Τὸ ἐπιβάλλον* de iusta et conpetente portione frequens est. Ita V. 45. *τὸ ἐπιβάλλον ἑκάστῳ δικαίως ἀπονέμουσι*. Archytas in Stob. Serm. XLI. p. 269. *καὶ διανεμεῖ τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ καὶ τὸ ἐπιβάλλον*. unde auctoritas Ms. Clar. *ἑκάστῳ* adstrueretur, ni Philo Iud. intercederet L. ad Cai. p. 1013. C. de Augusto *ὁ εἰρηνοφύλαξ*, inquiens, *ὁ διανομεὺς τῶν ἐπιβαλλόντων ἑκάστοις*. Additur *μέρος* a S. Luca Evang. XV. 12. et Nostro IV. 37. XIV. 17. WESS.

4. 27. *Ἕνα λόγον*] Malim *ἀνάλογον*. *cuique populo et homini accommodatum pro diversa sua ratione*. REISK. Huic coniecturae speciem conciliat illud p. 3. 23. *κοινὴν ἀναλογίαν*.

Ibid. Χρηματιστήριον] Hoc glossator per suum *πραγματιστήριον* explicare voluit, ut sit *negociatorium*. [*πραγματιστήριον*, vox barbara, non glossatoris est, sed librarii *χρῆμα* in *πρᾶγμα* pro more corrumpentis.] Ego *thesaurum* interpretor, idque *κατὰ μετωνυμίαν* adiuncti pro subiecto, auctoritate Herodoti ex L. I. 14. et II. 121. fretus. Is enim in Clione Euterpeque Corinthiorum in templo Delphico sacellum et Rhampsiniti quoddam aedificium, recondendis donariis et pecuniis regiis attributum, eo tropo *thesaurum* appellat. Quod si cui insolentius videatur, *thesaurarium* pro illo reponat, vel quod Latinius et minus ab usu communi remotum, *aerarium*. Tametsi alias hic interpretationes ac diversas dari posse, non me fugiat. Plurima insuper alia in tam grandi multisque in locis obscuro et difficili opere, cuius interpretatio maturitatem exoptatam consequi non potuit, insunt, quae *δευτέρας φροντίδας* requirunt: quas etiam, si vitam et ocium, caeteraque huc pertinentia Deus supererogarit, iam pridem meditor. RHOD. *Aerarium* Rhodomanni non displicet. Ita Dionysius exstruxisse fertur *πρὸ αὐτῆς (νήσου) χρηματιστήρια καὶ στοὰς δυναμένας ὄχλων ἐπιδέχεσθαι πλῆθος* L. XIV. 7. nisi tamen eo loco conclavia signentur, in quibus responsa civibus et civitatium legatis daturus erat. Posses et de *oraculo* accipere, quo modo Symmachus et Aquila 1. Reg. VI. 19. *καὶ χρηματιστήριον ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου ἔνδοθεν ἑτοίμασε*, et vers. 5. ac Psalm. XXVII. 2. WESS.

4. 32. *Πρασσομένων*] Pro *πρασσομένων*, quod omnes habent codices, mallem *πραχθησομένων*. STEPH. Pro *τῶν πρασσομένων* cum H. Stephano legendum *πραχθησομένων*. Nota epistrophen admodum concinnam. RHOD. Thucyd. VIII. 64. *σωφροσύνην λαβοῦσαι αἱ πόλεις καὶ ἄδειαν τῶν πρασσομένων ἐχώ-*

ρησαν ἐπὶ τὴν ἄντικρυς ἐλευθερίαν. Diodorus infra II. p. 34. 68. ἐν μὲν τῷ λέγειν ὄντα δεινόν, ἐν δὲ τοῖς πραττομένοις ναχελῆ.

4. 37. *Ἱστορίας μάθησιν*] Codd. aliorum *μίμησιν* librarii ex superioribus effinxerunt. *Τὴν ἐκ τῆς ἱστορίας μάθησιν*, sicuti et *τὴν περιγεγενημένην ἐμπειρίαν*, debet Polyb. I. 1. et 35. Adde infra XV. 39. Wess.

4. 45. *Διὰ τῆς δόξης ἀθανατισμῷ*] Repetit haec XV. 1. Durant in omne aevum egregia excellentium virorum facta, *τὰς ἀρετὰς αὐτῶν τῆς ἱστορίας ἀπαθανατιζούσης*, quemadmodum cap. seq. ait. Agathiam huius loci quandam paene paraphrasin dedisse in prooem. monuit Cl. T. Hemsterhusius in Luciani Somn. c. 12. Wess.

4. 51. *Ἐπ' ἀγαθῷ μνήμην*] Longe hoc praestat ceterorum Codd. scripturam. Polyb. II. 16. *καὶ τὸ τῆς ἱστορίας ἴδιον ἀφεῖλε τὸν ἔπαινον καὶ τὴν ἐπ' ἀγαθῷ μνήμην.* et VI. 37. *κἄν τι κατὰ τὸν βίον αὐτοῖς ἄλλο συνυπάρχῃ τῆς ἐπ' ἀγαθῷ μνήμης ἄξιον.* qui et habet Exc. Leg. CXL. p. 1342. et 1419. Plutarch. T. II. p. 520. E. *ἀλλ' ἐμνήσθη ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος ἐπ' ἀγαθῷ.* Etiam Noster I. 52. et *ἐπὶ κακῷ μνημονεύεσθαι* XIV. 1. Wess.

4. 59. *Φυλακὶν*] Melius conveniret *φύλακα* cum *μάρτυρα* et *εὐεργέτιν*. Steph. *Φυλακὴν* pro *φύλακα* ex similitudine syllabae praecedentis irrepsit. Anaphora enim atque *ἰσοκώλῳ* de industria uti voluit. Rhod. Non adsentior viris doctissimis. *φυλακὴ* idem atque illi volunt exprimit. Demosth. in Aristocrat. p. 403. *τὴν ὡς ἀληθῶς δὲ δικαίαν καὶ βεβαίαν φυλακὴν τῆς πόλεως ἀποστερεῖν.* Et in Timocrat. p. 448. *τίς οὖν μόνη φυλακὴ καὶ δικαία καὶ βέβαιος τῶν νόμων*; quibus adde Schol. in Thucyd. IV. 31. Usum vero fabulae de Inferis tangit et Polyb. VI. 54. et Plato in Phaedone p. 113. Wess.

5. 65. *Τῆς φιλοσοφίας οἱονεὶ μητρόπολιν*] Ob praecepta vitae regendae, quae, tanquam ex Metropoli copiae et coloniae, in omnes philosophiae moralis partes transeunt. Parili figura Chrysippus de Epicuri philosophia *εἶναι τῆς φιλοσοφίας αὐτοῦ μητρόπολιν τὴν Ἀρχεστράτου γαστρολογίαν* in Athenaei L. III. p. 104. et Geometriam *ἀρχὴν καὶ μητρόπολιν* ceterarum disciplinarum Philo dicebat apud Plutarch. VIII. Sympos. c. 2. Neque dissimilis elegantiae est illud Sophistae Bionis, quo avaritiam *μητρόπολιν ἔλεγε πάσης κακίας εἶναι* in Theonis Progymnas. c. 5. p. 72. et Nostri XXI. Eclog. 1. de iniustitia, *διὸ καὶ μητρόπολις οὖσα τῶν ἀδικημάτων πολλὰς καὶ μεγάλας ἀπεργάζεται συμφοράς.* Adde XXV. Eclog. 1. et Philon. Iud. de Profug. p. 464. B. *Προφῆτιν τῆς ἀληθείας ἱστορίαν* dant quoque Excerpt. Valesii p. 261. Wess.

5. 76. *Ἀντιπαραλλάξασθαι*] Parum refert hoc malis an *ἀνταλλάξασθαι*. eadem enim potestate sunt; Dinarchus in Demosth. p. 90. *μηδὲ τὴν κοινὴν σωτηρίαν ἀντικαταλλάξασθαι τῶν τοῦ*

κρινομένου λόγων. Lycurgus in Leocrat. p. 159. *καὶ τὴν ἰδίαν ψυχὴν ἀντὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας ἀντικαταλλάττεσθαι.* Euripides Helen. 1094. *πέπλων τε λευκῶν μέλανας ἀνταλλάξομαι.* Solent praeterea librarii haec verba permiscere, quemadmodum in Demosth. pro Coron. p. 163. Wess.

5. 82. *Οἱ μὲν ἡρωϊκῶν*] Vide IV. 1. Wess.

5. 90. *Πρὸς λόγου δύναμιν*] Idem censuit Dio Chrysost. Or. XVIII. p. 256. neque admodum dissentit Quinctilian. XII. I. O. c. 4. Vide eundem tamen X. 1. Wess.

5. 95. *Προστεθὲν*] Pro *προστεθὲν* legitur et *προσταχθέν*. Ego vero mallem *πραχθέν*. Steph. Rectius *πραχθέν*, ut H. Stephanus legit. Alias vertendum: *quicquid denique ad dicendum fuerit propositum.* Isocrates in exordio Panegyrici, *οἱ λόγοι τοιαύτην ἔχουσι τὴν φύσιν, ὥσθ' οἱόντ' εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν πολλαχῶς ἐξηγήσασθαι, καὶ τά τε μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι, καὶ τοῖς μικροῖς μέγεθος προσθεῖναι* etc. Rhod. Quod aliis est in Codd. *προσταχθὲν*, id natum videtur ex *πραχθέν*. Nihil enim frequentius horum permutatione. *Πραττόμενα* et *προσταττόμενα* in Lysiae Orat. XIII. 5. *πράττει* et *προστάττει* in Dion. Chrys. Orat. XIV. p. 232. C. commutantur. plura ad L. III. 53. Itaque aut H. Stephani *πραχθὲν* rectum erit, aut *προτεθὲν*, quo fere modo I. 58. et Strabo I. p. 65. A. cuius e verbis simile vitium eluit Is. Casaubonus. Wess.

5. 96. *Ἀξίους λόγου*] *Egregios, excellentes omniumque sermone celebrandos.* Plato Ion. 541. D. *οὓς ἥδη ἡ πόλις ἐνδειξαμένους ὅτι ἄξιοι λόγου εἰσὶ, καὶ εἰς στρατηγίας καὶ εἰς τὰς ἄλλας ἀρχὰς ἄγει.* Lysias Orat. VIII. 4. *εἰδὼς δὲ περὶ τὴν πόλιν ἄξιον λόγου γεγενημένον.* Pausan. IV. 5. *τόν τε Ἀνδροκλέα καὶ τῶν περὶ αὐτὸν τοὺς λόγου μάλιστα ἀξίους ἀποκτείνουσι.* Cui et alibi hoc genus placuit, ut IV. 13. VII. 24. IX. 9. Wess.

5. 97. *Ὡς τούτους*] *Τούτῳ* vel *διὰ τούτου* legendum arbitror. Rhod. Ego *τοῦτο τὸ πρωτεῖον* ex Vatic. 1. praeoptavi. *Πεποιημένους* Cod. Clar. tametsi et XI. 39. atque alibi occurrat, non probo. *Τὸ πρωτεῖον τῆς πονηρίας περιπεποιημένους* invenies XII. 12. Wess.

5. 99. *Ποιητικὴν τέρπειν*] Sequitur Agatharchidem de Mar. Rubr. p. 12. atque Eratosthenem, quem censuisse *ποιητὴν πάντα ψυχαγωγίας στοχάζεσθαι οὐ διδασκαλίας* tradit ac indignatur Strabo I. p. 13. B. et p. 28. B. De legibus plane ad Diodori sententiam Lycurg. in Leocrat. p. 161. *οἱ μὲν γὰρ*, inquit, *νόμοι διὰ τὴν συντομίαν οὐ διδάσκουσιν, ἀλλ' ἐπιτάττουσιν.* et Hippodamus in Stob. Serm. XLI. p. 249. Wess.

6. 5. *Ἅπαντα τἄλλα χρήσιμα*] Lege *τὰ καλὰ καὶ χρήσιμα*. Rhod. Si quid mutandum, hinc eiicerem, quo l commode subintelligi potest, *χρήσιμα*, quodque a Codd. quibusdam damnatur.

sed praestat in vulgato acquiescere. Ἓν γὰρ ἔργον ἱστορίας καὶ τέλος, τὸ χρήσιμον, ut bene Lucian. Scrib. Hist. c. 9. Wess.

6. 16. *Καὶ τὸ δυνατὸν*] Legendum suspicor κατὰ τὸ δυνατὸν, et versu sequenti ἐν τούτῳ τοῖς ἀναγινώσκουσι. Steph. Haud scio an utraque viri doctissimi suspicio sit iniusta. Potest enim τὸ δυνατὸν pendere ex praecedenti et facultatem partemque virilem indicare, ut εἰς τὸ δυνατὸν XI. 71. Alteram ordo insequentis orationis vehementer premit, qui mollior videri posset eraso τῷ ἐν, nisi et Polyb. VI. 13. κεῖσθαι ἐν συγκλήτῳ ea diceret, quae in Senatus sunt potestate atque eius ex arbitrio pendent. Wess.

6. 20. *Αὐτοτελεῖς πολέμους*] Sic XVI. 1. πόλεων ἢ βασιλέων αὐτοτελεῖς πράξεις. Hoc autem genus scriptores recenset et notat Dionys. T. II. p. 138. Vide infra IV. 1. Wess.

6. 25. *Οὐ παρέζευξαν*] Hoc iustum est. Veterum enim plerique temporis accuratam rationem, tametsi longe praestet τὸ διηκριβωμένον τοῖς χρόνοις τοῦ μηδὲ γινωσκομένου τίσιν ἐπράχθη καιροῖς, non habuere. Melius Timaei institutum, de quo V. 1. Wess.

6. 28. *Τὴν ὑπόστασιν τῆς ἐπιβολῆς*] Egregie, ut solet, Is. Casaubonus de hac voce: *Aliquando*, inquit, *non male interpreteris subiectum tractationis, quod Philosopho dicitur* ὑποκείμενον γένος. *Diodorus Siculus libro primo:* οἱ δὲ τὴν ὑπόστασιν τῆς ἐπιβολῆς οὐ συνετέλεσαν μεσολαβηθέντες τὸν βίον ὑπὸ τῆς πεπρωμένης, quidam argumentum, ad quod se accinxerunt, fato vitam ipsis intercipiente, non absolverunt. *Clarius paullo post idem:* ἐξέσται γὰρ ἐκ ταύτης ἕκαστον πρὸς τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν ἑτοίμως λαμβάνειν τὸ χρήσιμον, licebit unicuique ad id subiectum, quod sibi proposuerit, quae ad rem facient, ex hoc meo opere sumere. *Paullo aliter idem aliquanto post c. 28. de Pete, qui domo Aegyptius, Athenis et ius civitatis et regnum est consecutus:* διφυοῦς δ' αὐτοῦ γεγονότος, τοὺς Ἀθηναίους μὴ δύνασθαι κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν ἀποδοῦναι περὶ τῆς φυσεως ταύτης τὰς ἀληθεῖς αἰτίας. *heic κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν, est secundum principia eius historiae, quam ipsi sequuntur, et pro vera habent. Philosophus diceret* κατὰ τὰς ἰδίας ὑποθέσεις. *nam hypothesibus congruant necesse est, quae illis superstruuntur. Aliter accipit idem libro XV. 70. quum ita scribit:* Θηβαῖοι κατὰ τὴν Ἰδίαν ὑπόστασιν ὅλην τὴν Βοιωτίαν ὑπὸ μίαν ἀγαγόντες συντέλειαν, οὐ προσεδέχθησαν, Thebani quum ex instituto suo totam Boeotiam in unum concilium contribuissent, ad foederis societatem non sunt admissi. *ὑπόστασις hoc loco est, suscepta semel ratio consilii, et propositum universum, ad quod singulas actiones referimus. Libro XVI. 32. duo haec pro eodem posuit Diodorus,* τηρεῖν τὴν ὑπόστασιν, *et* τηρεῖν τὴν ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν. *Polybius l. IV. id dicit* συναύξων τὴν πρόθεσιν.

ἦν εἶχε. *Eruditissimum virum, qui Diodorum Siculum Latine vertit, nusquam assecutum esse vim huius vocis palam est.* Hactenus Casaubonus in Polybium p. 111. Wess.

6. 33. *Διαδόχους ἢ τοὺς ἐπιγόνους*] Optime Rhodomannus *ad successores* et *posteros*, et ante eum P. Leopardus XI. Emend. 9. *Διάδοχοι* Alexandri magni sunt successores. Strabo VII. p. 463. A. ὅ, τε *Δρομιχαίτης κατὰ τοὺς διαδόχους ἦν τοῦ Ἀλεξάνδρου Γετῶν βασιλεύς.* Noster XVIII. 4. *μεταλλάξαντος δὲ Ἀλεξάνδρου, τοῖς διαδόχοις ἔδοξε μὴ συντελεῖν τὰ βεβουλευμένα*, et c. 42. Dicuntur et *οἱ διαδεξάμενοι* Polybio IX. 28. XVII. 3. et *διαδεξάμενοι τὴν τούτου βασιλείαν* Diodoro XVIII. 1. Horum vero posteri *ἐπίγονοι*. Strabo XV. p. 1069. B. *εἶτ' εἰς πλείους τοὺς διαδεξαμένους καὶ τοὺς ἐπιγόνους τούτων μερισθεῖσα ἡ ἡγεμονία τῆς Ἀσίας διελύθη.* Res gestas *τῶν διαδόχων καὶ ἐπιγόνων* diligenter exsecuti sunt Hieronymus Cardianus, Nymphis Heracleotes atque alii, de quibus Ger. Io. Vossius L. I. Historic. Graec. c. 11. quo loco et usum horum vocabulorum erudite distinxit. *Ἐπιγόνους τῶν ἐπὶ Θήβας* describit Diodor. IV. 68. Wess.

6. 40. *Καὶ πλείοσι καὶ διαφόροις*] Reiice *καὶ πλείοσι*, ut a librario insertum. Rhod. *Πραγματείαις καὶ διαφόροις*] Parui Rhodomanno et melioribus Mss. sustulique ineptas voces. Wess.

7. 51. *Τοῖς φιλαναγνωστοῦσιν*] Placuit hoc Diodoro: utitur eodem XVI. 1. *μεσολαβοῦσι τὴν ἐπιθυμίαν τῶν φιλαναγνωστούντων.* et XVIII. 1. *ἡ βίβλος αὕτη ποιήσει φανερὸν τὸ ῥηθὲν τοῖς φιλαναγνωστοῦσιν.* Rhodomannus, qui utrobique *studiosum lectorem* verterat, hoc loco praeteriit. Wess.

7. 56. *Εὐπορῆσαι καὶ τῶν*] Expunge copulativam. Rhod.

7. 58. *Καὶ δυσέφικτος*] Hoc ociosum est glossema, quo aliquis *τὸ δυσκατάληπτος* explanare voluit. Quod autem statim attexitur *τῶν πεπραγμένων* rectius legi arbitror, quam marginale *πεπραγματευμένων*. Rhod. *Δυσκατάληπτος γίνεται τελείως ἢ τῶν*] Adsentior viro doctissimo. Hesychius *δυσέφικτον* interpretatur *δυσκατάληπτον*, et alterum alterius esse glossam ostendit. Plutarchus T. II. p. 65. E. *δυσπρόσοδα καὶ δυσέφικτα* connectit, quae nostris paria non sunt. Wess.

7. 60. *Τὸ τῶν πράξεων εἰρόμενον ἔχουσα*] Prudenter Dionys. T. II. p. 140. *χρὴ δὲ τὴν ἱστορικὴν πραγματείαν εἰρομένην καὶ ἀπερίσπαστον εἶναι, ἄλλως τε ἐπειδὰν περὶ πολλῶν γίνηται πραγμάτων καὶ δυσκαταμαθήτων.* nam res imperfectae, quarum finis cum principiis non cohaeret, cupidam studiosi lectoris intentionem interrumpunt. *αἱ μὲν γὰρ ἡμιτελεῖς πράξεις, οὐκ ἔχουσαι συνεχὲς ταῖς ἀρχαῖς τὸ πέρας, μεσολαβοῦσι τὴν ἐπιθυμίαν τῶν φιλαναγνωστούντων* Diodor. XVI. 1. Wess.

7. 64. *Τὸ συνεχὲς τοῦ διῃρημένου*] Nihil indigemus scriptura marginis Coisl. et Clar. 2. tametsi eleganter Polybius III. 57.

οὐ διεῤῥιμμένην οὐδ' ἐν παρέργῳ ποιήσασθαι τὴν περὶ αὐτῶν μνήμην. et cap. seq. ῥητέον δέ τι πρὸς αὐτοὺς οὐκ ἐκ παρέργου καὶ διεῤῥιμμένως. Quod divisum et in partes sectum est, id τὸ διῃρημένον, ut c. 2. Wess. Cum duorum librorum διεῤῥηγμένον conferri potest illud Polybii Exc. Vat. p. 456. διεῤῥηγμένην τὴν ἐξήγησιν.

7. 72. *Αὐτόπται γενηθῶμεν*] Eodem studio incensus Theopompus, πολλῶν μὲν αὐτόπτης γεγενημένος, πολλοῖς δὲ εἰς ὁμιλίαν ἐλθὼν ἀνδράσι τοῖς τότε πρωτεύουσι, animum ad res scribendas adpulit apud Dionys. T. II. p. 131. Neque aliud Polybii institutum, de quo ipse III. 59. Turpe enim neque in historico ferendum, si in locorum descriptione studiosos lectores fallat. Τὸ δὲ καὶ περὶ τοὺς τόπους αὐτοὺς ψεύδεσθαι, οὐ παρασάγγας μόνον, ἀλλὰ καὶ σταθμοὺς ὅλους, τίνι τῶν καλῶν ἔοικεν; bene Lucian. Conscrib. Histor. c. 24. Wess.

7. 73. *Οὐχ οἱ τυχόντες μόνον*] Defendi posset Cod. M. et aliorum scriptura eo more, quo ante ἀλλὰ haud raro τὸ μόνον negligitur; cuiusque exempla dabunt Isaeus Orat. de Apollod. Hered. p. 64. Dio Cassius LV. p. 641. A. Longinus c. 9. 15. aliique, quorum verba Davisius conduxit ad Ciceron. II. N. D. 64. Nihil tamen muto, quod vulgato potiores libri patrocinentur. Wess.

7. 75. *Πρὸς τὴν ἐπιβολήν*] Nostra exemplaria non sine manifesto mendo habent hic ἐπιβουλήν. Steph. Nihil frequentius est harum vocum permutatione. In Polybio V. 92. leges de Arato, ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν Ἀχαιῶν συνεὶς τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῶν, haud *dubie* perperam. Lycurgus et Pyrrhias in Messeniam exercitum duxerant; quod eorum consilium et incoeptum Aratus intellexerat. Scripsit itaque τὴν ἐπιβολήν, idque firmatur ex sequentibus: disiecto enim eorum impetu et consilio, additur, Ἄρατος δὲ διαπεσούσης τοῖς πολεμίοις τῆς ἐπιβολῆς. Peccatum simili modo est in Aeliano XVII. H. A. 37. nam de aquila, quae serpentis, quam vi aperta invaserat, spirarum voluminibus praeter spem inplicata proposito exciderat, οὐδὲ τῆς ἐπιβουλῆς, inquit, ἐγκρατὴς ἐγένετο. Immo vero ἐπιβολῆς. Contra evenit infra XIII. 27. 92. XV. 92. Wess.

8. 81. *Διατείνουσα τῇ δυνάμει*] Hoc Diodoro solemne. Vid. II. 42. 46. Wess.

8. 84. *Ἐξ Ἀργυρίου*] Mallem Ἀγγυρίου vel potius Ἀγυρίου ex Plinio et Stephano. Steph. Neque hoc, neque istud in margine adscriptum, recte se habet. Sed Ἀγυρίου legendum esse ut censeamus, Stephani Geographi et Plinii auctoritas nos movet. Praeterquam quod infra Agyrinacorum urbis mentionem auctor fecit. Rhod. Ἐξ Ἀγυρίου] Sic scripsi optimos Codd. proxime secutus, ipsumque Diodorum, qui πόλιν Ἀγυραίων IV. 24. et Ἀγύριον XIV. 9. XVI. 83. aliisque in locis appellat. Idem censet Ph. Cluverius II. Sic. Ant. p. 313. Ἀργύριον tamen Is. Tzetzes ex hoc loco producit in Lycophr. 1017. Wess.

8. 84. *Τὴν ἐπιμιξίαν τοῖς ἐν τῇ νήσῳ*] Usu et familiaritate Romanorum. Vid. inf. l. 57. Iunguntur autem haec artissime, ut saepe substantivis casus sui verbi. Plato l. Leg. p. 633. C. *καὶ ἄνευ θεραπόντων αὐτοῖς ἑαυτῶν διακονήσεις.* Aristid. T. I. p. 147. *ἡ τοῖς παλαιοῖς Ἕλλησι διακονία.* et Noster XI. 37. *μάχη τοῖς Ἕλλησι πρὸς τοὺς Πέρσας.* De quo genere plura Cl. Dukerus in Thucyd. V. 46. VII. 50. Facilis vero iactura erit suspicionis H. Stephani, qua in castigationibus notarum suarum *deesse fortasse Ῥωμαίοις post νήσῳ* arbitratur; id enim si addideris, agrestem quoque et inconcinnam orationem effeceris. Wess. F. Ursinus in sui libri margine correxerat *τῶν ἐν τῇ νήσῳ*, quo carere posse videmur. Caussam indicavi in adnotatione. Idem in Add.

8. 92. *Ἡ δύναμις*] *Δύναμις* Vat. ita inf. XIX. 1. Wess.

8. 99. *Τὰς τῶν Ἑλλήνων ἀρχαιολογίας*] Delevi et hic verbum inutile et paullo ante supervacaneum *μὲν*, motus optimorum librorum auctoritate. pendet oratio ex praecedenti *περιέχουσι*. Wess.

8. 3. *Μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ συστάντος πολέμου*] Illust. Scaliger et Is. Vossius adscripserunt marginibus librorum suorum *μέχρι τῆς τελευτῆς*, arbitrati haud dubie annorum numeros, qui sequuntur, finem belli Gallici requirere. At Io. Georg. Herwarto Chronol. Novae c. 119. visus est Diodorus longa oratione descripsisse Caesaris expeditionem Britannicam ob L. V. 22. atque adeo hic *μέχρι τῆς ἀκμῆς* dedisse. Sed nihil Mss. mutant. Ratio etiam Herwarti uti specie blanditur, ita fieri potuit, ut in operis progressu Diodorus consilium, quod intenderat, repudiarit, et belli Gallici initio Historiarum libros terminaverit. Vid. D. Petavium XII. Doct. Temp. c. 40. Wess. *ἀρχῆς* respiciunt sequentia *τούτου δ' αἱ πρῶται πράξεις ἐπετελέσθησαν* repetiitque Photius de Diodoro scribens cod. LXX., ubi pergit *ἐν δὲ ταῖς ὑπολοίποις κγ' βίβλοις αἱ λοιπαὶ τυγχάνουσι πράξεις ἀναγεγραμμέναι μέχρις ὅτου Ῥωμαίοις πρὸς Κελτοὺς ὁ πόλεμος συνερράγη, καθ' ὃν ἡγούμενος Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ ἐκράτησε μὲν τῶν πλείστων καὶ μαχίμων παρὰ Κελτοῖς ἐθνῶν τῷ πολέμῳ, προεβίβασε δὲ τὴν ἡγεμονίαν τῆς Ῥώμης μέχρι τῶν Βρεττανικῶν νήσων· ἐν οἷς καὶ ἡ ἱστορία τελευτᾷ.* Credibilius autem duxerim Diodorum narranda, ut III. 38. V. 21. 22. promiserat, expeditione Caesaris Britannica, tanto illius temporis miraculo, fines hic positos egressum quam promissi ter dati oblitum esse. Sic ille libris I. — VI. historiam non ultra bellum Troianum deductam pollicitus Aegyptiorum res ad Cambysen usque exponit.

8. 6. *Προσαγορευθεὶς θεὸς*] Dicam L. V. 21. Wess.

8. 9. *Τάξεις καὶ*] Haec manifeste suppositicia sunt. Si *παρατάξεις* scriptum esset, tolerari forte posset. Rhod. *Τούτου αἱ πρῶται πράξεις*] Abire iussi voces *τάξεις καὶ* unde malum pedem intulerant. Pari audacia grassati dederunt I. 53. *ἐπιφανεστάτας καὶ μεγίστας τῶν πρὸ αὐτοῦ τάξεις ἐπιτελέσασθαι καὶ πράξεις,*

invitis plerisque Mss. Quae tamen verba, si quae necessitas urgeret, scripturae Cod. Coisl. et Mutin. auctoritatem conciliare possent, uti et III. 52. 57. XII. 54. Quod autem H. Stephanus in castigationibus notarum suarum malle se ait *χρόνον τῶν περιειλημμένων*, non *χρόνων τούτων περιειλημμένων*, ut vulgo libri omnes, id si ita scripserit, minus probum erit. Puto voluisse, *τῶν δὲ χρόνων τῶν περιειλημμένων*, quod sane elegantius. WESS.

9. 14. *Διὰ τὸ μηδὲν παράπηγμα παρειληφέναι*] *Mirum quam in his verbis explicandis*, ait Salmasius, *hallucinentur viri docti propter unius dictionis ignorantiam, quid significet nempe παράπηγμα. Interpretes Diodori* firmamentum *exponunt. Scaliger ad Eusebium quod alii ἐποχὴν, Censorinus* titulum *vocat, id Diodoro dici παράπηγμα, hoc est terminum fixum et haerentem. Παράπηγμα, quemadmodum iam ante (p. 521.) docuimus, proprie est quidquid adfigitur. Hinc παραπήγματα tabulae dicebantur adfixae columnis, aut pilis, in quibus leges, aut alia publica monumenta inciebantur. Hinc ἀστρονομίης παραπήγματα*, tabulae astronomicae, *in quibus ortus et obitus signorum, et tempestatum vices per aliquot annorum spatia redeuntes descriptae publice proponebantur ad populi usum. Ad hoc exemplum παράπηγμα ἱστορικὸν aut μυθικὸν dicitur, series historiarum vel fabularum secundum ordinem temporum digesta. Et hoc sensu plane accipiendum est in illis Diodori verbis. Singula epici Cycli poëmata totidem erant τῆς μυθολογίας Ἑλληνικῆς παραπήγματα. Non dicit Diodorus nullum extitisse parapegma earum rerum, quae gestae referuntur ante Troica tempora, sed nullum πιστευόμενον. Multa quippe in eo intervallo fabulosa memorari, quae vix fidem admitterent.* Haec Salmasius in Solin. p. 604. cui iunge Menagium in Diogen. IX. 48. WESS. Repetit haec Diodorus Exc. Vat. p. 143.

9. 16. *Ἀκολούθως Ἀπολλοδώρῳ*] Idem censuit Thucydides I. 12. Eratosthenes apud Clement. Alex. I. Stromat. p. 402. Velleius Paterc. I. 2. et optimus quisque. WESS.

9. 18. *Δυσὶ λείποντα τῶν τριακοσίων*] Bene pro rationibus Eratosthenis, cui primus annus Olymp. 1. est a Troia eversa CCCCVIII. Congruunt etiam quae leguntur XIV. 2. 3. et XIX. 1. Quare perperam Io. Tzetzes in quodam Scholio ad *Μεθομηρικὰ*, vulgata ab H. Dodwello ad Disser. V. de Cyclis p. 804. *ἐξ ὧν ὁ Διόδωρος ἱστορεῖ*, inquit, *φαίνεται ἡ Τροία πορθηθεῖσα πρὸ τετρακοσίων ὀκτωκαίδεκα χρόνων τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος.* WESS.

9. 21. *Εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Κελτ.*] Suo exemplari adscripserat Is. Vossius *εἰς τὴν τελευτὴν*, quod et nimium est et rem non expedit. Viam aliam ingressus est vir Amplissimus Io. Christoph. de Iordan in Chronologico adparatu ad Origines Slavicas; cuius ego commentationem de Diodori Chronologia, benivole mihi transmissam, adnotationum auctario integram censui adnectendam [*vol. II.*

Append. p. XLVIII. s. ed. Lips.], ut quantum viro egregio Siculus scriptor debeat, adpareat omnibus. WESS. in Add. Vid. ad 8. 3.

9. 22. *Ἑπτακόσια καὶ τριάκοντα*] In his manifestum peccatum est. Anni DCCXXX dant Olympiades CLXXXII cum duobus integris annis. Primus Olymp. CLXXX. ad quem historiam sese continuasse ait, est DCCXVII. ab initio Olympiadum. Quae contraria et sibi pugnantia quis ferat? Audi Scaligeri censuram. *Longe vero puerilius*, inquit, *hallucinatur Diodorus ipse. Scribit enim principium belli Gallici convenire anno I. Olympiadis CLXXX. Ἡρώδου ἄρχοντος: quum consulatus Calpurnii Pisonis et Gabinii, quo bellum Gallicum motum, inciderit in annum III. eiusdem Olympiadis. Pergit: ἀπὸ δὲ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Κελτικοῦ πολέμου, ἣν τελευτὴν πεποιήμεθα τῆς ἱστορίας, ἑπτακόσια καὶ τριάκοντα. Ait a prima Olympiade ad principium belli Gallici esse annos DCCXXX. quae sunt Olympiades absolutae CLXXXII, anni duo solidi. Ergo bellum Gallicum inivit anno III. Olympiadis CLXXX. qui tamen erat annus, quo Scipio et Iuba in Africa bellum cum Caesare infeliciter gesserunt. Postremo adiicit, ab excidio Ilii ad finem Bibliothecae suae intercedere annos CIↃCCXXXVIII. de quibus si detrahantur CCCCVIII, quot annos ipse Diodorus ait esse ab excidio Ilii ad primam Olympiadem, supererunt iidem anni DCCXXX, ne quis forte a librario peccatum putet in priore numero. Itaque insignis est hallucinatio praestantissimi scriptoris, principium belli Gallici cum annis belli civilis confundentis.* Sic ille in Euseb. Chron. CIↃIↃCCCCLXVII. quibus consentit, Scaligero ceteroqui saepe infestior, D. Petavius IX. D. T. 55. In alia tamen omnia abiit Io. G. Herwartus Chronol. Novae c. 116. pertenditque, in annis Olympiadum quinquennio minus numerasse Diodorum ceterosque eius aevi Historicos, qui fastos Consulum Romanos fuere secuti; praeterea *εἰς τὴν ἀκμὴν τοῦ Κελτικοῦ πολέμου* reliquisse Diodorum: hinc factum esse, ut finem sui operis coniecerit in annum DCCXXX. Olympiadicum, seu annum II. Olympiadis CLXXXII. qui revera inceperit anno ante Christum XLVII. seu U. C. Tab. Capitol. DCCI. Verum ea in re sumit sibi fidenter vir doctissimus quinquennium in Olympiadum annis minus numeratum, quod in contentione versatur, et a vero longe recedit, uti docuit D. Petavius XII. D. T. 40. Mutat etiam vetantibus Mss. *ἀρχὴν* in *ἀκμὴν* ex caussa, uti vidimus, haud sane gravi: denique manet error, quo annus I. Olymp. CLXXX. componitur cum anno DCCXXX. Olympiadico. Itaque aut transeundum est in Scaligeri Petaviique sententiam, aut remedio adhibito succurrendum famae Diodori. Fac scripsisse eum, *εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Κελτικοῦ πολέμου, ἣν τελευτὴν πεποιήμεθα τῆς ἱστορίας, ψιζ'*, cuius rei in mentem Ismaëli Bullialdo venisse Fr. Dion. Camusatus huic loco adscripserat, hinc vitiata notarum scriptura venisse *ψλ'*, hoc est, ex annis

DCCXVII. factos esse DCCXXX. auctos praeterea sequentes annorum numeros, qui profecto salvi ingruente hoc vitio esse non potuerunt, et evanescet puerilis iste error. Nam *τούτου δ' αἱ πρῶται πράξεις ἀπετελέσθησαν Ὀλυμπιάδος τῆς ἑκατοστῆς καὶ ὀγδηκοστῆς κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος*, commode intellexeris de principio rerum gestarum Caesaris. Annus enim ille ex magna parte respondet anno U. C. DCXC. quo Caesar consulatum iniit, exorsusque ea est, quae bello Gallico absolvit. Ea quidem vis est, inquies, sed lenior et in numeris saepe necessaria; qua si utendum pernegaveris, haereat in hoc luto Diodorus. WESS.

9. 29. *Τοὺς δὲ διασκευάζειν εἰωθότας*] Librorum correctores et descriptores designat. *Διασκευάσασθαι* frequens est de fabulis, quas poetae, cum non stetissent, inpensiore cura emendabant et refingebant, uti egregie docuit Is. Casaubonus in Athenaei III. 28. Rarius de librariis, qui emendandis et corrigendis aliorum scriptis operam insumunt; quo tamen usu *χαρακτῆρες διεσκευασμένοι* et libri *διεσκευασμένοι*, qui emendati, et *κατασκευάζειν πολυτελῶς ἐν χάρταις καλλίστοις*, non semel Galeno in III. Epidem. Hippoc. p. 411. 412. 413. Haud iniuria vero eos dehortatur, ne inportuna cura alieno operi molesti sint; aequissima enim lex est Pythagorae, *ὅστις ὁ νόμος οὐκ ἐᾷ τοῖς βιβλίοις ἐπιποιεῖν· ἀλλὰ βούλεται μένειν αὐτὰ ἐπὶ τῆς πρώτης χειρὸς, ὅπως ποτὲ ἔσχε τύχης ἢ τέχνης*, in Synesii Dione p. 60. A. WESS.

9. 37. *Καταδείξαντες τιμᾶν τὸ θεῖον*] Non probat Diodorus scripturam Cod. Coisl. et Mut. nam *καταδεῖξαι τιμᾶν τὸ ζῶον* I. 88. et *τιμᾶν τε καταδεῖξαι τὸ θεῖον* II. 38. et III. 2. invenies. Haec vero exscripta Eusebius inseruit I. Praep. Evang. 7. WESS.

10. 44. *Ἐν τοῖς γνωριζομένοις μέρεσι*] Familiare esse hoc loquendi genus scriptori, ostendent I. 9. XIX. 1. WESS.

10. 49. *Παρὰ τοῖς ὀνομαστοτάτοις καὶ νομιμωτάτοις*] Apud probatissimos, qui videlicet inter classicos sunt primarii. Quod vero antecedit *τοῖς ὀνομαστοτάτοις*, extraneum videtur. De mundi tum aeternitate tum ortu ac interitu, vide quae annotat Plutarchus II. de Placit. et Decret. Philosoph. c. 4. Sed quanto consultius audire Mosen Gen. I. 23. et Christum Dominum Lucae XXI. 33. *ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται*. Confer tamen cum Diodoro Iosephum I. Archaeolog. c. 2. At contra mundi ortum et interitum Aristoteles disputat I. de Coelo cap. 10. usque ad finem et initio libri sequentis. RHOD. *παρὰ τοῖς νομιμωτάτοις*] Adscripserat Camusatus, lectionem vulgatae editionis et Cod. Coislin. sibi meliorem videri, quod elegantior sit, et physicis ac historicis proprium tribuat titulum: *νόμιμον γὰρ εἶναι τὸν φιλόσοφον, ὀνομαστὸν δὲ τὸν ἱστορικόν*. Forsan tamen legendum, *παρὰ τοῖς ὀνομαστοτάτοις τῶν ἱστορικῶν καὶ νομιμωτάτοις τῶν φυσιολόγων*. Eunapium enim dixisse de Iamblicho, *μετὰ τούτους*

ὀνομαστότατος ἐπιγίνεται φιλόσοφος Ἰάμβλιχος. Mihi, quod pace eius dixerim, perlevis haec ratio videtur et fallax, quam et νόμιμοι τῶν συγγραφέων I. 29. et νομιμώτατοι τῶν συγγραφέων V. 2. et οἱ νομιμώτατοι τᾶν ἱερέων Plutarchi T. II. p. 381. C. infringunt. Eieci itaque glossema, quod nec Eusebius nec Codd. plures probarunt. Wess.

10. 53. *Οἱ δὲ γεννητὸν καὶ φθαρτὸν*] Euseb. γεννητὸν καὶ ἄφθαρτον. hoc perperam, non alterum. Nam de mundi origine cum disputant, si principium illi dent et creatum pertendant, γεννητὸν, si auferant et negent, ἀγένητον dicere adsolent. Philo Iud. de Mundo non corrump. p. 939. D. τριτταὶ δὲ περὶ τοῦ ζητουμένου γεγόνασι δόξαι, τῶν μὲν ἀΐδιον τὸν κόσμον φαμένων, ἀγένητόν τε καὶ ἀνώλεθρον, τῶν δὲ ἐξ ἐναντίας γεννητόν τε καὶ φθαρτόν. atque ita Ocellus c. 1. Aristoteles Analyt. Prior. II. 22. p. 190. Plutarch. T. II. p. 886. D. ne plures advocem. Nec ausus tamen sum γεννητὸν, et paullo ante ἀγένητον, quod apud Eusebium, recipere, quod sibi in horum usu non constent. Philo enim p. 946. εἰ δ' ἀΐδιον ἄνθρωπος, ἀγέννητος δήπου καὶ ὁ κόσμος. Ocellus c. 1. p. 514. διότι ἀγέννητος ὁ κόσμος καὶ ἄφθαρτος. Diogen. VII. 141. et Atticus apud Euseb. XV. P. Ev. 6. In quibus τοῦ γεννητοῦ paullo quidem diversa a superiore notio est, rerum tamen genitarum initium indicat. Mox ὁμοίως ἐκείνῳ Franc. Vigerus quoque ad Eusebium. Wess.

10. 54. *Ὁμοίως ἐκείνοις*] Intricata hic sententia est, quae facile extricabitur, si ἐκείνῳ legas, *quemadmodum ille*, id est, mundus. Rhod. ἐκείνοις rectum est. *consequenter illis sententiis* vel *hypothesibus*. nam ὁμοίως hic idem est atque ἀκολούθως, et ἐκεῖνα idem atque ἐκείνη ἡ ὑπόθεσις. Passim hic auctor, ut alii, plurali pronom. pro sing. utitur. v. p. 31. 26. τὸ γεγονὸς ἐν τούτοις τῆς Ἴσιδος ἐπίτευγμα. Reisk.

10. 63. *Ἀνωφεροῦς οὔσης*] *Sursum impetu quodam tendens*. Plutarchus T. II. p. 950. D. ἐλαφρὸν καὶ κοῦφον καὶ ἀνωφερὲς οὐδέν ἐστι τῶν ψυχρῶν. et p. 952. D. οὐ γὰρ ὡς βαρεῖα πρὸς κοῦφον, καὶ καταῤῥεπὴς πρὸς ἀνωφερὲς ἀντίκειται μόνον. ubi perverse vulgo ἀνωφελὲς, quod longe aliud est. Res ipsa convenit sententiae Anaxagorae, de qua Diogen. II. 8. et Heraclides Pontic. Homer. Allegor. p. 488. Wess.

10. 66. *Τῇ πάσῃ δίνῃ*] Quid τὸ πάσῃ, si genuinum est, sibi velit, nondum perspicio, nisi τῇ τοῦ παντὸς δίνῃ, *in circumrotatione universi*, forte scripserit, aut hac phrasi nova idem intelligat. Rhod. Accessero Rhodomanno, nisi si ea vocula hic summam et concitatissimam vertiginem, ut solet ad rem augendam subinde adhiberi, et agnovisse videtur Fr. Vigerus, indicaverit. Fuit, cum πανσυδίῃ, quod de vehementi impetu, πάσῃ τῇ ὁρμῇ, est apud Euripid. Troas. 792. Aratum Phaenom. 714. et

Apollon. Rhod. II. 761. 1065. non displiceret. Sed vetat usus, desideroque simile exemplum. Wess.

10. 66. *Μετὰ τῆς τῶν ὑγρῶν συγκρίσεως*] Eusebio adscriptum est *συγκράσεως*, quo modo *τὴν τῶν στοιχείων σύγκρασιν αἰτίαν εἶναι τῆς γενέσεως* Alciphr. III. Epist. 40. Et permutantur hae cognataeque voces, uti in Philon. de Somn. p. 568. A. ubi Ms. August. *τὸ δὲ ἄλλαις συγκεκραμένον ἰδέαις* pro vulgatis, multo obscurissimis, *τὸ δὲ βλυχῶδές ἐστι, διακεκριμένον ἰδέαις*. Hic tamen bene habet, et concretionem commixtionemque innuit, uti mox et III. 47. et in Plutarchi T. II. p. 947. A. et *σύγκρισις καὶ βρασμὸς τῆς ὕλης* in Cornut. N. D. c. 3. Wess.

10. 67. *καταστῆναι*] III. 51. *καθίστασθαι πρὸς τὴν γῆν.*

10. 73. *Ἀναζυμουμένης*] Apud Eusebium, ubi locus hic citatur, legitur *ἀναζεομένης*. Steph. Si cum H. Stephano *ἀναζεομένης* legere malis, pro *inflatum et quasi fermentatam*, substituas *fervefactam*. Rhod. Eusebii scriptura parum constans, consentit enim nostrae Cod. Montacutii, Diodoro nihil debet nocere. Mox *ὅπερ ἐν τοῖς ἕλεσι καὶ νῦν ὁρᾶσθαι* ob meliorum Codd. consensum praeoptavi, suspensa ex superioribus sententia. Quae vero hic narrantur magna ex parte excerpsit Tzetzes in Hesiodi Oper. v. 43. Wess.

11. 82. *Ἀπὸ τοῦ περιέχοντος*] Optimis scriptoribus *ὁ περιέχων* et *τὸ περιέχον* est aer, coelumque omnia ambiens et complectens. *Ὁ περιέχων ἀὴρ* Plut. T. II. p. 333. E. Vid. Polyb. I. 37. Strab. I. p. 14. B. Plut. T. II. p. 361 B. et Nostr. II. 48. III. 59. XVI. 81. Wess.

11. 85. *Καὶ φανῆναι*] Glossema hoc ex margine, ut alia quamplurima, in contextum irrepsit. Rhod. *Ἀναφυῆναι παντοδαποὺς τύπους*] Assentior Rhodom. et Ism. Bullialdo, cui idem placuisse Camusatus adscripserat, deleoque *καὶ φανῆναι*, Eusebio et Mss. improbatum. Wess.

11. 88. *Τὰ δὲ γεώδους ἀντεχόμενα*] Non admodum his dissimilia reperies in Aristid. T. I. p. 8. et Diogen. II. 17. Wess.

11. 97. *Μαθητὴς ὢν Ἀναξαγόρου*] Vid. inf. c. 38. et Heraclid. Pontic. Hom. Allegor. p. 440. Euripides *Μελανίππην Σοφὴν* docuit, in qua praeceptoris Anaxagorae opinionem de rerum ortu Menalippae, tanquam a matre acceptam, dedit exponendam, *Οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς παρά, Ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία*, teste Dionysio, cuius verba Th. Canterus II. V. L. 15. Diodori auxilio constituit, Tom. II. p. 57. Wess.

11. 2. *Λένδρη, πετεινά*] Euseb. margini appictum est, *Τὰ δένδρα, πτηνά, θῆρας*, quod III. Grotius in Exc. Trag. p. 395. atque ex eo, uti solet, Barnes. adscivit. Vulgatum cur spernatur, caussa nulla est. Wess.

11. 4. *Καὶ περὶ μὲν τῆς πρώτης τοῦ ζωογονεῖν*] Non bene

cohaerere *πρώτης* cum proxime sequentibus *τοῦ ζωογονεῖν*, nisi quid cum *πρώτης* iungatur, perspicuum est. Sed et haec verba, *εἰ καὶ παράδοξον εἶναί τισι φαίνεται τὴν τότε ἐνέργειαν*, mendo vacare non videntur. Praeterea quae sunt ab hoc loco usque ad *τοὺς δὲ ἐξ ἀρχῆς*, eadem fere dicuntur paulo post, videlicet in fine pag. seq. et initio eius quae illi proxima est. quod suspicionem auget. Denique Eusebius eam affert quam margini adscripsi lectionem, quae, ut vides, pro novem lineis unam duntaxat habet, certior tamen esse videtur. STEPH. Ut haec cum praecedentibus, quae margo usque ad *παρειλήφαμεν* exhibet, aptius cohaereant, muta *τοῦ* in *τὸ δὲ ζωογονεῖν*. Verum, ut, quod res est, dicam, totus iste locus a *τοῦ ζωογονεῖν* usque ad *τοὺς δ' ἐξ ἀρχῆς*, decem et sex versibus constans, a sciolorum aliquo intrusus huc videtur. Id quod eorundem pene verborum repetitio infra cap. 10. arguit. Lege quae H. Steph. porro annotat. RHOD. *Περὶ τῆς πρώτης τῶν ὅλων γενέσεως*] Ita legendum esse censui. Cetera coloris minime sani et huic loco parum accommoda, Eusebii pluriumque Codd. auctoritate motus, sedem migrare iussi. Quae sequuntur, ea conformata diceres ad haec Critiae in Sexti Empir. IX. C. M. 54. *ἦν χρόνος ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος Καὶ θηριώδης*. WESS.

11. 10. *Ἀλλήλοις βοηθεῖν*] Sequor Euseb. et consentientes illi Mss. inportuna enim hic est particula. *Πολεμουμένοις* Clar. 2. probari, nisi et alia mutes, non potest. WESS.

12. 19. *Ὡς ἔτυχε*] Temere atque uti sors dabat. Lucian. Scrib. Histor. c. 47. *τὰ δὲ πράγματα, οὐχ ὡς ἔτυχε, συναχτέον*. et infr. I. 14. XIX. 108. Mox *διαλέκτους καὶ χαρακτῆρας διαλέκτων*, etsi haud plane damnem, recipere tamen, quod editum rei satis conveniat, non sustinui. WESS.

12. 24. *Οἰκήσεως δὲ καὶ πυρὸς*] Euseb. *ὑήσεως* et *εὑρημένων* haud iniuria corrigi oportere Fr. Vigerus censuit. Non abit autem ab his Diodori Moschion. *ἦν γάρ ποτ' αἰὼν κεῖνος, ἦν, ὁπηνίκα Θηρσὶν διαίτας εἶχον ἠμφερεῖς βροτοὶ, Ὀρειγενῆ σπήλαια καὶ δυσηλίους Φάραγγας ἐνναίοντες· οὐδέπω γὰρ ἦν Οὔτε στεγήρης οἶκος, οὔτε λαΐνοις Εὐρεῖα πύργοις ὠχυρωμένη πόλις*. in Ecl. Phys. Io. Stobaei p. 18. ex Illust. H. Grotii emendatione. WESS.

12. 26. *Συγκομιδὴν τῆς ἀγρίας τροφῆς*] *Usum modumque eius conportandi.* Polyb. III. 100. *ἔτι δὲ τῆς ὥρας ἀκμαζούσης πρὸς τὴν συγκομιδήν*. Lucian. I. H. V. 39. *καὶ τὸν καρπὸν συγκομιζόμενοι τὸν ἐκ τῶν δένδρων*. Plura infr. c. 15. Est enim de messe et vindemia frequens, quemadmodum et *καρπῶν παράθεσιν ποιεῖσθαι*, unde *παράθεσις* ac *σίτου παράθεσις* de frumento commeatuque ad usum reposito Polyb. III. 68. 102. et Exc. L. p. 1222. qua de re ad II. 38. WESS.

12. 36. *Τὴν χρείαν αὐτὴν διδάσκαλον*] Eadem Archytae placuit sententia in hoc apud Stob. Serm. XCIII. versu, *χρεὼ*

πάντ' ἐδίδαξε, τί δ' οὐ χρειώ κεν ἀνεύροι; et Moschioni in eiusdem Eclog. Phys. p. 18. εἴτ' οὖν ἀνάγκην, εἴτε τῇ μακρᾷ τριβῇ, Αὐτὴν παρασχὼν τὴν φύσιν διδάσκαλον. i. e. Grotio interprete, *seu vis necessitatis et longus simul Usus magistram sponte naturam dedit.* Adde Dionys. I. Ant. Rom. p. 20. Quae vero sequuntur, iisdem repetita verbis invenies II. 38. WESS.

12. 41. Στοχαζόμενοι τῆς συμμετρίας] Frequens id Nostro, ut cap. 9. 41. Explicatur a Porphyrio II. Abst. 4. τοῦ συμμέτρου καὶ οἰκείου τῇ ὑποθέσει στοχαζόμενοι κατὰ δύναμιν. Eusebius, qui superiora exscripserat I. P. E. 7. addit de suo: Τοσαῦτα μὲν ὁ δηλωθεὶς συγγραφεὺς, οὐδὲ μέχρις ὀνόματος τοῦ Θεοῦ μνημονεύσας ἐν τῇ κοσμογονίᾳ, συντυχικὴν δέ τινα καὶ αὐτόματον εἰσηγησάμενος τὴν τοῦ παντὸς διακόσμησιν. Bene profecto; mundi enim originem tanquam casu et sine providentia factam persequitur; quae eadem opinio philosophorum plerisque se probaverat, ut ex Plutarchi Stromat. libris Eusebius commonstravit, et Plato X. Leg. p. 889. B. WESS.

12. 47. Εὕρεσιν τῶν γραμμάτων] Hoc ut amplecterer, res ipsa et quae sequuntur, facile a me inpetrarunt. Rerum inventio in eandem cum regibus aetatem incidere potuit, et haud dubie incidit. Literarum usus recens est, quidquid obloquatur Plinius VII. H. N. 57. multoque recentior historicorum opera. Recte Macrob. II. Somn. Scipion. 10. *Quis non hinc aestimet*, inquit, *mundum quandoque coepisse, nec longam retro eius aetatem? Cum abhinc ultra duo retro annorum millia de excellenti rerum gestarum memoria ne Graeca quidem exstet historia. Nam supra Ninum, a quo Semiramis secundum quosdam creditur procreata, nihil praeclarum in libros relatum est. Si enim ab initio, imo ante initium fuit mundus, ut philosophi volunt: cur per innumerabilium seriem saeculorum non fuerat cultus, quo nunc utimur, inventus? non literarum usus, quo solo memoriae fulcitur aeternitas?* Habes εὕρεσιν γραμμάτων cap. 16. 69. quam ἡλικιώτιδα dixit, sicuti Plutarchus T. II. p. 554. A. τιμωρίαν ἡλικιῶτιν, et T. I. p. 160. E. τῶν πράξεων καὶ τῶν βίων ἡλικιώτιδα ἱστορίαν. Solent quoque, ne qua hoc moretur, πράγματα et γράμματα exscriptorum negligentia permutari. Vid. Iulian. Garner. ad Basilii Epist. 117. et 226. p. 346. et Montfaucon. in Chrysost. Epist. 114. WESS.

12. 49. Καὶ τοῦτο συγχωρήσαι] Ita solet, veluti cap. 38. εἰ δέ τις καὶ συγχωρήσαι χιόνος εἶναι πλῆθος. et cap. 40. 78. et supra cap. 3. Quare et suo contentum esse iussi. WESS.

12. 51. Βίου ἦγουν] Has voculas ut a sententia prorsum alienas, removeto. RHOD.

13. 53. Ἑαυτοὺς αὐτόχθονας λέγοντες] *Solo innatos*, ἐγγενεῖς τῆς χώρας. qua natalium gloria Athenienses sese venditabant. Isocrates Panegyr. p. 65. ἀλλ' οὕτω καλῶς καὶ γνησίως

γεγόναμεν, ὥστ' ἐξ ἧσπερ ἔφυμεν, ταύτην ἔχοντες ἅπαντα τὸν χρόνον διατελοῦμεν, αὐτόχθονες ὄντες. Nec reticuit inanem hanc eorum iactantiam Cicero pro Flacco cap. 28. etsi nihil hac quidem parte inferiores illis videri vellent Indi, Aethiopes, Sicani, aliique. Vid. infr. II. 38. III. 2. V. 6. et Rittersh. in Oppiani II. Cyneg. 563. Wess.

13. 63. *Οὐκ ἀρχαιοτέρους αὐτοὺς ἡγούμενοι*] Respiciunt haec fratres Tzetzae, Isaac. in Lycophr. 149. Ioan. Chiliad. XII. 260. Wess.

13. 67. *Ἑτερογενῆ πρᾶξιν*] Peregrinam et alius generis. Infr. XI. 20. *ἡμεῖς δὲ ἀρκούντως διεληλυθότες περὶ τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην πραγμάτων, μεταβιβάσομεν τὴν διήγησιν ἐπὶ τὰς ἑτερογενεῖς πράξεις.* Similiter XVI. 5. Wess.

13. 69. *Ἀρχαιόταται παρατηρήσεις*] Vide I. 69. et Ciceron. I. N. D. 1. cum nota Cl. Davisii. Wess. In antecedentibus Reiskius *θεῶν τε γενέσεις αἱ πρῶται ὑπάρξαι* desiderabat: cuiusmodi sententiam qui expeteret mireris non ita maluisse haec constituere: *κατὰ τὴν Αἴγυπτον θεῶν τε γενέσεις ἀρχαιόταται ὑπάρξαι μυθολογοῦνται, αἵ τε τῶν ἄστρων παρατηρήσεις εὑρῆσθαι λέγονται.*

13. 73. *Φασὶ τοίνυν Αἰγύπτιοι*] Exscripsit haec Euseb. II. P. E. 1. Stolidam autem hanc Aegyptiorum gloriationem memorant scriptores, quibus testimonium denuntiarunt veteres Critici ad Apollon. Rh. IV. 262. Aristides T. III. p. 593. et Clemens Alex. Protrept. p. 3. Nec admodum dissimilia sunt argumenta, quibus pro sua e terra origine pugnant Aethiopes III. 2. Athenienses in Platon. Menex. pag. 237. E. et Indi apud Pausan. VIII. 29. Wess.

13. 76. *Πολύγονον ὄντα*] Conf. inf. c. 40. Wess.

13. 77. *Τὴν τοῦ καλάμου ῥίζαν*] Credo designare *τῶν ἐν τοῖς ἕλεσι γενομένων τοὺς καυλοὺς καὶ ῥίζας*, caules et radices palustrium plantarum, quibus Aegyptios vesci adsuetos ait cap. 49. 80. Ceteroqui et in ea regione arundines, quas *saccharifera*s vocant, serebantur atque edebantur crudae, de quibus Pros. Alpinus III. Rer. Aegypt. 9. De loto et faba Aegyptia infr. cap. 34. Wess.

13. 79. *Τὸ καλούμενον κόρσειον*] Mirum sane praeterque opinionem accidit discrimen, quod *lotum* inter et *corsium* instituitur: est enim ipsa loti radix rotundiore figura et amplitudine mali cotonei. Theophrast. IV. H. Pl. 10. *ἡ δὲ ῥίζα τοῦ λώτου καλεῖται μὲν ΚΟΡΣΙΟΝ. ἔστι δὲ στρογγύλη, τὸ μέγεθος ἡλίκον μῆλον κυδώνιον.* Movit hoc Bodaeum a Stapel, ut *περσεῖον* hic scriptum fuisse suspicaretur: quam arborem cum Noster cap. 34. *Περσίαν* aut *Περσαΐαν* appellet, praetereaque Strabo XVII. p. 1178. D. in corsii descriptione multum a Theophrasto dissentiat, haud iniuria corrigendi hunc impetum deinceps conpescuit. In Hesychio refingendo opera illi felicior processit;

nam quae Grammaticus in *Κορσίπιον* scribit, modo *Κορσαῖον* in locum *τοῦ Κερσαῖον* substituas, huc pertinent. Vid. Bodaei Comment. p. 447. et Prosp. Alpini Diss. de Loto p. 83. et iuxta mecum agnosces de corsio nondum omnia ad liquidum esse perducta. WESS.

13. 82. *Τεκμήριον πειρῶνται φέρειν*] Quod schedae Coislin. et quae cum illis faciunt, addiderunt, natum est ex glossa, quam tanto cupidius inculcarunt, quoniam Diodoro haud prorsum displicuisse nossent. Sic c. 28. *καὶ πειρῶνται τῆς οἰκειότητος ταύτης φέρειν ἀποδείξεις.* et c. 96. V. 6. Utrumque coniunxit Lucian. sed alio ordine, *μόνον τοῦτο εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας μέγα τεκμήριον τιθέμενοι* Scrib. Hist. c. 40. Atticus apud Euseb. XV. P. E. 5. *τεκμήριον δὲ ποιοῦνται τῆς γνώμης τοῦ ἀνδρός.* WESS.

13. 83. *Τὴν ἐν τῇ Θηβαΐδι χώραν*] Hoc sequor; alterum claudicat. Clemens Alex. Protrept. p. 6. de Aegyptiis, *οἱ καὶ πρώτην ταύτην ἀναφῆναι τὴν γῆν Θεούς τε καὶ ἀνθρώπους ὀνειρώσσοντες.* Mures in Aegypto ex terra progigni, etsi Plutarchus T. II. p. 637. B. atque Aelianus II. H. A. 56. Nostro fere consentiant, nondum credimus. Conf. Voss. in Melam I. 9. 25. WESS.

13. 86. *Διατετυπῶσθαι καὶ καρίζειν*] Crediderim legendum *σκαρίζειν.* STEPH. *καὶ καρίζειν*] Quanquam H. Stephanus *σκαρίζειν* restituit, tamen pro spuriis haec duo sunt habenda. Nam hysterologiam ineptam obtrudunt. prior enim motio est natura, quam saltatio. RHOD.

14. 98. *Ἀνόμβρου κατὰ τὸ πλεῖστον*] Recte addit posterius. Inferior enim Aegyptus magnam saepe coelestis aquae copiam accipit, cum superior exiguam et rarius. Vid. Philon. Iud. I. Vit. M. p. 620. C. et Aristidem T. III. p. 567. et quos Ian. Broekhus. excitavit testes in Tibulli I. 8. 25. Vel sic tamen *καὶ σεισμοῖς καὶ λοιμοῖς καὶ τοῖς ἐξ οὐρανοῦ καταχλυσμοῖς ἀνάλωτος ἡ χώρα*, sicuti idem Aristid. p. 617. docet. Rationes autem, quibus hominum e terra fortuitam originem adstruunt, Philo diligenter examinavit de Mund. haud corrupt. p. 944. B. WESS.

14. 7. *Κατὰ τὴν ἐπίκαυστον Αἴγυπτον*] Pro *ἐπίκαυστον* reponendum videtur *ἐπίκλυστον* in margine, quod ad huius loci sensum magis facit. Alias *torridam* significaret. RHOD. *Κατὰ τὴν ἐπίκλυστον Αἴγυπτον*] Hoc vulgato, quod hinc ortum est, praetuli. Strabo I. p. 56. de Aegypto: *καὶ γὰρ αὕτη σπανὴ τέ ἐστι καὶ μικρὰ καὶ ἐπίκλυστος· τὰ δὲ ἔξω τῆς ἐπικλύστου ἔρημά τε καὶ ἄνυδρα.* Nostro c. 36. *ἐπικεκλυσμένη χώρα.* Solet *ἐπικλύζειν*, et quae ex eo originem trahunt, de Nilo, Aegyptum aquis suis inundante, tritum atque usitatum esse. Philostratus VI. Vit. A. 1. *ὃς ἐκ καταδούπων ἀρχόμενος, ἣν ἐπικλύζει, πᾶσαν*

Αἴγυπτον ἀπ' Αἰθιόπων ἄγει· ubi Olearii, *quam illuvie sua conficit*, nimium est. *Νείλου ἐπίκλυσιν* dat Aelianus H. H. A. 38. Wess.

14. 12. *Καὶ πρὸς αὐτῇ συμφυῆ τῇ γῇ*] Longe mollius hoc fluit, quam *βώλῳ αὐτῇ συμφυῆ τῆς γῆς*. Credo eiectam vocem ex superioribus esse repetitam, ubi recte *κατὰ φύσιν τῆς βώλου*. Non item in Achille Tatio III. p. 185. *παντὸς δὲ βώλου χαλεπώτερος βῶλος Αἰγύπτιος*. Vid. Bergl. ad Alciphr. III. Ep. 34. Wess.

14. 14. *Τοὺς δ' οὖν κατ' Αἴγυπτον*] Habet Euseb. I. P. Ev. 1. Lucianus de Dea Syr. c. 2. *πρῶτοι μὲν ὧν ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Αἰγύπτιοι λέγονται Θεῶν τε ἐννοίην λαβεῖν, καὶ ἱρὰ εἴσασθαι, καὶ τεμένεα καὶ πανηγύριας ἀποδέξαι.* Quae his Diodori gemina et simillima sunt. Adde Ammianum XXII. 16. quaeque illi H. Vales. adscripsit. Wess.

14. 21. *Τὸν μὲν Ὄσιριν πολυόφθαλμον*] Paullo distinctius Plutarch. T. II. p. 355. A. *ἔνιοι δὲ καὶ τοὔνομα διερμηνεύουσι πολυόφθαλμον, ὡς τοῦ μὲν ΟΣ τὸ πολύ· τοῦ δὲ ΙΡΙ τὸν ὀφθαλμὸν Αἰγυπτίᾳ γλώττῃ φράζοντος.* nam sic ea legenda sunt, quod non latuit viro Clariss. P. Ern. Iablonski in eruditis de terra Gosen Dissert. p. 80. qui et vocis originationem ex Coptorum sermone adfirmavit. Wess.

14. 24. *Καὶ τὸν ποιητὴν λέγειν*] Homerum Odysseae XII. v. 323. et alibi. Confer cum hoc loco, quae Plutarchus de Iside et Osiride prolixe disserit. Porro Deorum, quorum cum hic tum alibi mentionem facit Diodorus, historias, cum fabularum explicatione luculenta et pererudita, suppeditat Natalis Comes in libris Mythologiarum. Rhod.

14. 27. *Τὸν Ὄσιριν Διόνυσον*] Graecis Bacchus, qui Aegyptiorum sermone Osiris. Herodot. II. 144. *Ὄσιρις δέ ἐστι Διόνυσος κατ' Ἑλλάδα γλῶσσαν·* quam eandem rem cum pluribus probasset Plutarch. T. II. p. 364. D. addit: *ὅτι μὲν οὖν ὁ αὐτός ἐστι Διονύσῳ, τίνα μᾶλλον ἢ σε γινώσκειν ὦ Κλέα δὴ προσῆκόν ἐστιν, ἀρχηγὸν μὲν οὖσαν ἐν Δελφοῖς τῶν Θυιάδων, τοῖς δὲ Ὀσιριακοῖς καθωσιωμένην ἀπὸ πατρὸς καὶ μητρός*; sic enim ea legi oportet; quod nec Xylandro, viro doctissimo, latuisse, Latina versio indicat. Alia, quamquam non probanda, dabit Ampl. Gis. Cuperi Harpocrat. p. 95. De Sirio, quod addunt, natum arbitror ex solis hoc titulo: quem Archilochus *Σείριον*, teste Hesychio appellavit. Schol. Oppian. III. Hal. 48. *Σείριος οὐ μόνον ὁ ἥλιος, ἀλλὰ καὶ ὁ ἀστὴρ τοῦ κυνός.* Solem autem hi Theologi eundem ac Osirim censebant. De Eumolpo eiusque Bacchicis Io. Alb. Fabricius I. B. G. 6. Wess.

15. 33. *Τοὔνεκά μιν καλέουσι*] Macrob. I. Satur. 18. ex Orpheo adfert:

Τίκων αἰθέρα δῖον, ἀκίνητον πρὶν ἐόντα,
Ἐξανέφηνε θεοῖσιν ὥραν κάλλιστον ἰδέσθαι
Ὃν δὴ νῦν καλέουσι Φάνητά τε καὶ Διόνυσον.

Eodem ex carmine videtur et hoc decerptum, longeque se melius habere ob praecedens *ἐξανέφηνε*. De Phanete vero, Orphico quodam Deo, nihil addam. Fecerunt abunde viri egregii P. Leopardus XII. Emend. 2. Th. Canterus I. Var. Lect. 26. et Rich. Bentleius Ep. ad Ioan. Millium p. 3. WESS.

15. 34. *Καὶ τὸ ἔναμμα*] Et hunc locum P. Leopard. V. Em. 12. illustravit. Vere Synesius Encom. Calvit. p. 68. C. *Βακχικὸν γὰρ οὐδὲν οὕτως ὡς νεβρίς*. Unde Bacchus hinnuli pelle incinctus *νεβρῶν δοραῖς καθαπτὸς* Euripidi Hypsipyle apud Macrob. I. Sat. 18. et *νεβριδοστόλος* Orpheo Hymn. p. 148. Et Bacchae omnes: *καὶ γὰρ νεβρίδας περικαθάπτονται καὶ θύρσους φοροῦσι*, inquit Plutarch. T. II. p. 364. E. Quare Tiresias in Euripid. Bacch. 176. *θύρσους ἀνάπτειν καὶ νεβρῶν δορὰς ἔχειν* edicit. Atque hi quidem sacrorum caussa: Strabo Brachmanum aliquos in agris agere *ἐνημένους νεβρίδας* prodidit XV. p. 1047. B. ubi Casaub. *ἐνειμένους* vel *καθειμένους* legit; ego *ἐνημμένους*, ut Aristoph. Nub. 72. *διφθέραν ἐνημμένος*. Philostr. Her. 15. *δορὰς δὲ παρδάλεων ἐνῆπτο τοῖς ὤμοις*. WESS.

15. 35. *περιῆφθαι*] Quod libri quattuor praebent *διῆφθαι*, in eo ne quis *ἐνῆφθαι* quaerat cavet infra p. 147. 38. scriptum in quibusdam *διέστησε* pro *περιέστησε* et 210. 16. *περιῤῥεούσας* pro *διαῤῥεούσας* et 349. 38. *περιήλθομεν* pro *διήλθομεν* et 369. 98. *δι'* pro *περὶ*, denique II. 645. 64. *περιβάλλων* pro *διαβάλλων*.

15. 37. *Κέρατα δ' αὐτῇ περιτιθέασιν*] Isim bubulis cornibus ornatam instructamque Aegyptii fingebant et pingebant: Aelian. X. H. A. 27. *καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ἶσιν Αἰγύπτιοι βούκερων καὶ πλάττουσι καὶ γράφουσι*. quod accepisse videtur ab Herodoto II. 41. Mercurium vero Plutarch. T. II. 358. D. galeam, ex bubulo capite formatam, Isidi inposuisse refert, *περιθεῖναι βούκρανον αὐτῇ κράνος*. qua galea insignis est in fictili icuncula apud Io. Bapt. Casalium de Aegypt. Ritib. c. 21. quamque eo longe melius illustravit Gisb. Cuperus Harpocr. p. 109. De bove Isidi sacro infr. I. 85. WESS.

15. 40. *Τούτους δὲ τοὺς θεοὺς ὑφίστανται*] Etsi Codd. aliqui in alia omnia eant, non dubito quin verum hoc sit: nam et mox *καὶ παρθένον ὑποστήσασθαι*, *et virginem eam arbitrari*. et c. 6. *καὶ ἄφθαρτον ὑποστησάμενοι τὸν κόσμον* dixit. Quae sequuntur Euseb. inseruit III. P. Ev. 3. WESS.

15. 42. *Τριμερέσιν ὥραις*] Vid. I. 26. WESS.

15. 46. *Φύσιν συμβάλλεσθαι πλείστην*] Hic *πλεῖστον* lego. Sed nescio quid scrupuli iniicit hyperbaton et enallage. Si scriptura omnino retinenda videatur, interpretatio haec efficitur: *Naturaeque plurimum ad generationem rerum omnium conferre hos Deos, alterum igneae et spiritualis (πνευματώδους), alteram humidae et siccae, utrumque simul aëriae*. Sed iudicium esto penes eruditiores. RHOD. *Συμβάλλεσθαι πλεῖστα*] Coniurarunt Mss. in retinenda voce *πλείστην*. Ego tamen *πλεῖστα* propter

Euseb. scriptum Cod. quo usus est Fr. Vigerus, et quia Diodorus atque optimus quisque ita solent, recepi: sic enim brevi post, *καὶ πολλὰ συμβάλλεσθαι πᾶσιν εἰς γένεσιν.* et XI. 21. *συνεβάλετο δὲ αὐτῷ καὶ τὸ αὐτόματον πρὸς τὴν ἐπινοίαν μεγάλα.* II. 31. *πλεῖστα δὲ πρὸς τὰς γενέσεις τῶν ἀνθρώπων συμβάλλεσθαι τούτους τοὺς ἀστέρας ἀγαθά τε καὶ κακά.* quae his simillima id quoque, quod addi ad sensum oportet, indicant. Arius Didymus apud Euseb. XV. P. E. 15. *καὶ πλεῖστα συμβάλλεσθαι πρὸς τὴν τῶν ὅλων διοίκησιν.* Adde supra c. 2. Wess.

15. 52. *Τὰ δὲ τούτων μέρη*] Pendent haec, neque est in sequentibus verbum, quo referantur. Quod genus *ἀνακολούθου* haud infrequens. Iosephus XII. A. I. 3. 3. *τοὺς γὰρ Ἰουδαίους, ἐπ' Ἀντιόχου τοῦ μεγάλου βασιλεύοντος, ἔτυχεν αὐτοὺς πολλὰ ταλαιπωρῆσαι.* Pausan. VIII. 33. *νῆσον δὲ ἄλλην καλουμένην Ἱερὰν, τόνδε οὐκ ἦν χρόνον.* ubi doctissimus Kuhn. quem et vide in Aelian. II. V. H. 13. et Perizon. atque infr. II. 52. Wess.

15. 61. *Δία προσαγορεῦσαι*] Plutarch. T. II. p. 365. D. *Δία μὲν γὰρ Αἰγύπτιοι τὸ πνεῦμα καλοῦσι.* Sic quidem illi. Aliis aliud esse visus est: neque enim de Iove inter veteres conveniebat. Vid. Eustath. in Iliad. *A.* p. 20. Wess.

15. 67. *Πατὴρ ἀνδρῶν*] Iliad. VIII. v. 49. et plurimis alibi locis. Rhod.

16. 68. *Ἥφαιστον ὀνομάσαι*] Gentis Aegyptiae sermone *Phthas* erat. *Αἰγύπτιοι δὲ ὁμοίως πράξαντες, καὶ τὸ πῦρ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ΦΘΑΣ καλέσαντες, ὃ ἑρμηνεύεται Ἥφαιστος* Homil. Clement. IX. 6. ubi plura Coteler. Wess.

16. 73. *Δήμητρα καλεῖν*] Nihil interest hoc malis an *Δήμητραν*, quamquam Nostro ita saepius placeat. Opportune Philo Iud. Mund. Opif. p. 30. C. *μήτηρ δ' ὡς ἔοικε καὶ ἡ γῆ, παρ' ὃ καὶ τοῖς πρώτοις ἔδοξεν αὐτὴν Δήμητραν καλέσαι, τὸ μητρὸς καὶ γῆς ὄνομα συνθεῖσιν.* Lucret. V. 818. *Quare etiam atque etiam maternum nomen adepta Terra tenet merito, quoniam genus ipsa creavit Humanum, atque animal prope certo tempore fudit Omne.* Vid. infr. III. 62. Wess.

16. 78. *Ὀνομάσαι — ὠκεανὸν*] In codice uno est non *ὠκεανὸν*, sed *ὠκέλμην*. at p. 22. habes *ὠκεάμην*. Steph. *Ὠκεανὸν ὃ μεθερμηνεύομενον*] Consule H. Stephani annotationem, qui *Ὠκεάμην* legendum censet. Rhod. *Ὠκεάνην, ὃ μεθερμηνεύομενον*] Sic scripsi ex c. 19. et propter Clarom. utriusque et Florent. *Ὠκέλμην*, quod sine controversia ex altero ortum, etsi leviter vitiatum. Forte Pherecydes suum *Ὠγῆνον* inde extudit apud Clement. Alex. VI. Stromat. p. 741. et Origen. VI. in Cels. p. 664. A. A Pherecyde accepit Lycophron, studiosissimus tenebrarum sectator, Alexand. 241. Wess.

16. 82. *Ὠκεανόν τε θεῶν*] Iliad. XIV. v. 302. Rhod.

16. 83. *Νομίζουσιν Ὠκεανὸν εἶναι*] Repetuntur haec

c. 19. et 96. Cuius opinionis occasionem arripuisse videntur ex Homero et veterum illis, quibus Ὠκεανὸς ingens fluvius fuit visus, sicuti docent Schol. in Euripid. Orest. 1377. Fr. autem Vigerus cur ad Euseb. suum hoc loco πρὸς οὗ καὶ τὰς τῶν θεῶν γενέσεις maluerit, urgens caussa non erat. Wess.

16. 89. *Προσαγορεῦσαι φασὶν Ἀθηνᾶν*] Aegyptiis *Nit* vel *Neith*, ut in Platon. Timaeo p. 21. appellabatur. Durant eius vocis vestigia in nomine celeberrimae reginae *Nitocris*, quam Eratosthenes Chron. Euseb. p. 21. Ἀθηνᾶν νικηφόρον interpretabatur, et in Πατενείτ, Solonis in Aegypto familiari amico, apud Proclum in Tim. p. 31. De utroque in Remphah suo p. 74. Cl. Fr. Iablonski. Mox ἄφθορον, Minervae satis conveniens, quippe ἀφθόρῳ κούρῃ καὶ γάμων ἀμνήτῳ, ob Codd. consensum verius censui: qua etiam de caussa inportunum illud συνέβη, quod inter μυθολογηθῆναι et ταύτην γενέσθαι locum occupaverat, delevi. Omnis enim haec oratio infinita est. Wess.

16. 95. *Τριτογένειαν*] Alias nominis eius caussas habet III. 70. V. 72. Hanc inter alias produxit Tzetzes in Lycophr. 519. ἢ ὅτι ἡ αὐτή ἐστι τῷ ἀέρι. Τρὶς γὰρ ὁ ἀὴρ γεννᾶται καὶ μεταστρέπεται, ἔαρι, θέρει, χειμῶνι· τὸ γὰρ παλαιὸν τριμερὴς ἦν ὁ χρόνος. quae quod hinc sumta videantur, adscripsi. Wess.

16. 97. *Καὶ γλαυκῶπιν*] Sollemnis illi apud Poetam aliosque titulus. Ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς γλαυκοὺς ἔχον τοὺς ὀφθαλμοὺς in Vulcani fano Pausan. I. 14. vidit. Tu vero N. Heinsium ad Ovid. II. A. A. 659. et T. Hemsterh. in Lucian. D. D. VIII. p. 227. Wess.

16. 1. *Τὴν πρόσοψιν ἔχειν ἄγλαυκον*] Repone ex Eusebio ἔγγλαυκον pro ἄγλαυκον. Steph. Ἔγγλαυκον legendum esse ipse contextus evincit. Etymologia sane erudita est Homerici epitheti γλαυκῶπις. Rhod. *Τὴν πρόσοψιν ἔχειν ἔγγλαυκον*] Parui viris egregiis et suum sibi habere iussi. Cornutus Nat. D. c. 20. haud dissimilia scripsit, ἔνιοι δέ φασι τοιαῦτα αὐτῇ, agit de caesiis Minervae oculis, παρεισάγεσθαι, διὰ τὸ τὸν ἀέρα γλαυκὸν εἶναι. Wess. Cl. Sam. Clarke γλαυκὸν mavult ad Homeri Il. *A*. 206. Mihi potior Eusebii auctoritas. Hesychium adde in ἐγγλαυκῶσαι. Idem in Add.

16. 4. Ἐν ἱερῶν ζώων μορφαῖς] Nugacissima eorum haec commenta fusius persequitur I. 86. Wess.

16. 7. *Εἰς Αἴγυπτον παραβαλόντα*] Sic I. 44. καθ' ἣν ἡμεῖς παρεβάλομεν εἰς Αἴγυπτον. II. 1. ὅσοι παραβαλόντες εἰς Αἴγυπτον. et III. 11. alibique. Fuisse Poëtam in Aegypto signis quibusdam vincere conantur I. 97. Cautius profecto, quam qui regionis eius indigenam satis fidenter tradiderunt, reprehensi a L. Allatio Homer. Patr. c. 4. De Homeri vero his versibus longe prudentius sententiam dixit Plato II. Rep. p. 381. Wess.

17. 17. *Τετυχηκότας τῆς ἀθανασίας*] Et haec digna Euseb. censuit, quae in II. P. E. 1. adderet. Nihil autem intercessero sive tu *τετευχότας* seu vulgatum probaveris. Solent ea pro librariorum arbitrio permutari: nam quod in Demosth. Midian. p. 361. *καὶ πατρίδος τετυχηκὼς*, id aliis *τετευχὼς* videbatur scribendum; quam eandem discordiam habebimus III. 9. Crebrius tamen *τετευχὼς* et *τετευχέναι* in hoc scriptore. Vid. I. 48. 57. IV. 16. V. 75. Wess.

17. 22. *Ἄμμωνα προσαγορευόμενον*] Aegyptiis Iupiter erat et dicebatur *Ἀμμοῦν*. Herodot. II. 42. *Ἀμμοῦν γὰρ Αἰγύπτιοι καλέουσι τὸν Δία*. Idem sacras nobis literas diversis locis adfirmare, abunde patefecit S. Bochartus I. Phal. 1. Wess.

17. 26. *Πρῶτον Ἥφαιστον βασιλεῦσαι*] Vulgatior ea fama fuit. *Φθὰς, ὃ ἑρμηνεύεται Ἥφαιστος, οὐ τῷ ὀνόματι καὶ ὁ παρ' αὐτοῖς πρῶτος βασιλεύσας προσαγορεύεται* Homil. Clement. IX. 6. Huic, Nili filio, successorem et filium dat Solem Palaephatus in Chron. Paschal. p. 45. atque ex eo Suidas in *Ἥλιος*. Wess.

17. 32. *Ἀεὶ τῆς ὕλης ἐπιβάλλειν*] Omissum pronomen *τὴ* neminem morabitur, quippe sollemne. Infra V. 46. *καὶ τούτων οὐκ ἔστιν ἐξενεγκεῖν ἐκ τῆς νήσου*. Aristoteles V. Politic. 4. *οἳ δὲ ἐνέβαλον τῶν ἱερῶν χρημάτων*. Synes. Encom. Calvit. p. 72. D. *ὥστε ἄν τις τῶν πατρίων παρακινῇ, ταχὺ πιεῖται τὸ κώνειον*. Polybium non addo: ex eo exempla congessit Iac. Gronovius I. 42. Wess.

17. 38. *Ἐκ δὲ τούτων γενέσθαι*] Ex Iove et Iunone, qui propterea Osiridis et Isidis parentes c. 15.; secus Aegyptiorum illi, quibus hi quinque Saturno et Rhea progeniti videbantur. Plutarchus T. II. p. 429. F. *καὶ τὴν Ῥέαν Αἰγύπτιοι μυθολογοῦσι πέντε θεοὺς τεκεῖν*. et distinctius p. 355. D. ubi quinque *ἐπαγομένας* fuisse ait *τῶν θεῶν γενεθλίους*, et eos hoc ordine editos, prima die Osirin, secunda Apollinem, tum Typhonem, quarta Isin, ultima Venerem, qui dissensus hac in Theologia frequens. Wess.

17. 47. *Παῦσαι τῆς ἀλληλοφαγίας*] Probum videri posset *τῆς ἀλλήλων σφαγῆς* ob haec Isidis ad filium Horum de se maritoque, *οὗτοι τὸ τῆς ἀλληλοφονίας ἔπαυσαν ἄγριον*, in Eclog. Io. Stobaei Phys. p. 124. Ego tamen in vulgato acquiesco, rei ipsi percommodo. Philo Iud. de Exsecrat. p. 931. D. *τρέψονται ἐπ' ἀλληλοφαγίας οὐ μόνον ἐθνῶν καὶ μηδὲν προσηκόντων, ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκειοτάτων*. et Noster XXXIV. Eclog. 2. p. 529. 40. *ὥστε τῆς αὐτῶν ἀλληλοφαγίας μηδ' ὅλως φείσασθαι*. Quae postrema, ut in dira fame, facta haud nego. sed primos homines sese ipsos vorasse, etsi satis eleganter Moschion in Stob. Ecl. Phys. p. 18. *Βορὰ δὲ σαρκόβρωτες ἀλληλοκτόνους Παρεῖχον αὐτοῖς δαῖτας*, nondum mihi persuadeo. Wess. *παῦσαι* Reiskius in *παῦσαν* mutabat, quod nexum membrorum non assequutus esset Diodoro non infrequentem. Sic enim ille XII. 4. p. 480. 4. *ὑπελάμ-*

βανε τοὺς Πέρσας καταπλήξεσθαι, βοηθεῖν μὲν μὴ δυναμένους, ἐγκαταλιπόντας δὲ τοὺς συμμάχους καταφρονηθήσεσθαι. XIX. 34. p. 343. 81. ἡ δὲ ἀπῆει στεφανουμένη μὲν μίτραις ὑπὸ τῶν οἰκείων γυναικῶν, κεκοσμημένη δὲ διαπρεπῶς ὥσπερ εἴς τινα γάμον προεπέμπετο ὑπὸ τῶν συγγενῶν. Quare mihi quidem sana videntur quae sollicitant editores XVIII. 35. p. 284. 85. ὁ Περδίκκας εἰς πολλὴν ἀπορίαν ἐνέπιπτε, τῶν μὲν διαβεβηκότων οὐκ ἀξιομάχων ὄντων, τῶν δ' ἐν τῷ πέραν μὴ δυναμένων βοηθεῖν τοῖς ἰδίοις, προσέταξεν εἰς τοὐπίσω πάλιν ἀπιέναι πάντας. Eritque fortasse qui ne in his quidem V. 43. p. 365. 38. ὑπῆρχον ἄμπελοί τε πολλαὶ καὶ παντοδαπαὶ πρὸς ὕψος ἀνηγμέναι καὶ διαπεπλεγμέναι ποικίλως ἡδεῖαν τὴν πρόσοψιν ἐποίουν, Stephani coniecturam αἳ πρὸς necessariam ducat.

18. 51. *Τοῦ δὲ Ὀσίριδος ἐπινοησαμένου*] Osiridi repertae fruges tribuuntur in Plutarchi T. II. p. 356. A. quarum partem sibi Isis vindicat Ecl. Io. Stobaei Phys. p. 124. Mox mihi visa est Codd. Reg. et M. scriptura melior. Wess.

18. 57. *Ἐξ ἀρχαίων*] Sic mox c. 21. et XIV. 45. οἷς ἐξ ἀρχαίων ἐπιβουλεύουσι. et XIII. 45. οἱ δὲ Σελινούντιοι ἐκ πολλῶν ὄντες ἄπειροι πολιορκίας. pro quibus Lucas A. A. XXIV. 10. ἐκ πολλῶν ἐτῶν ὄντα σε κριτὴν τῷ ἔθνει. et Noster XIX. 22. τῆς πόλεως γεγενημένης εὐδαίμονος ἐκ πολλῶν χρόνων. Fuisse autem in veteri more positum, ut Deos Deasque oblatis frugibus venerarentur, docet Porphyrius IV. Abst. A. 22. Wess.

18. 58. *Θέντας τοὺς ἀνθρώπους*] In versione *ἀναθέντας* expressi, quod ad ritus sacrorum magis quadret. Rhod. Nihil contra Codd. auctoritatem demuto: sive enim humi positos velis, seu, quod et ego malim, Isidi sacratos manipulos, res bene habebit; nam et θέσθαι de hoc genere haud invisitatum. Apollodorus I. Florileg. 3. p. 7. *Τίς θέτο μαρμαίροντα βούγρια*; sicuti neque Latinorum *ponere*. Vid. Munker. Hygin. Fab. 3. et A. van Staveren Nepot. Pausan. 1. De planctu in sacris Isidis nihil addo. Habet egregia Lactantius I. Div. Inst. 21. et Iac. Gronov. in Herodot. II. 61. Wess.

18. 62. *Καὶ τοῖς Ἰσείοις*] Hoc verius, recurritque I. 87. quamquam sollemnis paene horum permutatio, uti Ἴσιον et Ἰσεῖον in Heliodori L. VII. p. 314. et 320. Atque haec est *πανήγυρις*, quam Tithorenses Isidis in honorem more Aegyptio bis quotannis, vere atque autumno, magno apparatu celebrabant, teste Pausan. X. 32. nec multum diversa ea videtur, cuius pompam pompaeque instrumenta describit Apuleius X. Metamorph. p. 261. Graeci, ut multa alia, Cerealem pompam, et Calathum, sollemne eius ferculum, spicis frugibusque refertum, monstrante Melampode apud Clement. Alex. Protrept. p. 12. et infr. I. 97. aut Danaidibus, ceu visum Herodoto I. 171. hinc accepere. Indidem et Hebraeos primitiarum sollemnia abstulisse, etsi omnis in hoc sit, difficulter

Io. Spencerus III, Leg. Hebr. 9. p. 894. omnibus persuadebit. Wess.

18. 65. *Θεῖναι δέ φασι καὶ νόμους*] Hinc ipsa de se et Osiride ad filium Horum, *οὗτοι πρῶτοι δείξαντες δικαστήρια, εὐνομίας τὰ σύμπαντα καὶ δικαιοσύνης ἐπλήρωσαν· οὗτοι δεξιᾶς καὶ πίστεως ἀρχηγέται γενόμενοι καὶ τὸν μέγιστον θεὸν ὅρκον εἰσηγάγοντο εἰς τὸν βίον*, in Eclog. Phys. Io. Stobaei p. 124. Quae legum latarum et iuris inter homines constituti caussa fuit, cur deinceps *ΙΣΙΔΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΙ*, ut in lapide Reinesiano Clas. I. CXXXV. sacra sint facta. Wess.

18. 69. *Τὴν Δήμητραν θεσμοφόρον*] Legitur et *Ἶσιν* pro *Δήμητραν*. Quanquam autem Cererem, non Isin, appellari *θεσμοφόρον*, id est *legiferam* Virgilio, et *θεσμοφόρια* non Isidis, sed Cereris dici sacra constat: referenda tamen est haec lectio *Ἶσιν* ad id quod paulo ante dixit, *καὶ τὸν μὲν Ὄσιριν μεθερμηνευόμενον εἶναι Διόνυσιν, τὴν δὲ Ἶσιν ἔγγιστά πως Δήμητραν.* Steph. *Τὴν Δήμητραν*] Hoc magis placuit quam *Ἶσιν*, quia Graecis usitatius. Vide L. Gyraldi Syntagma XIV. de Cerere in Historia Deorum. Rhod. Bene viri docti. Etsi eadem Isis ac Ceres, non illo tamen nomine antiquissimis Graecis culta coguitaque fuit. Diodorus quid voluerit, ipse significat V. 68. *λέγουσι δέ τινες ὅτι καὶ νόμους εἰσηγήσατο, καθ' οὓς ἀλλήλοις τὸ δίκαιον διδόναι συνεθίσθησαν ἄνθρωποι, καὶ τὴν παραδοῦσαν αὐτοῖς θεὰν ἀπὸ τούτων ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΝ προσηγόρευσαν.* Gruterus Thes. p. CCCIX. 1. habet *ΜΕΓΑΛΗΝ ΘΕΑΝ ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΝ ΔΗΜΗΤΡΑ.* Wess.

18. 71. *Κτίσαι δέ φασι τοὺς περὶ τὸν Ὄσιριν*] Synesius I. Provid. p. 94. B. et II. p. 117. C. urbem hanc Osiridi priorem facit. Nostro adsentiuntur Stephan. *Διόσπολις* et Schol. Iliad. I. 383. Wess.

18. 79. *Περὶ οὗ τὰ κατὰ μέρος*] Infra I. 45. Wess.

18. 80. *Ἱδρύσασθαι καὶ ἱερὸν*] Distinguunt *ἱερὸν* et *ναοὺς*, et posteriore fana, priore ipsum locum sive *τέμενος*, in quo aedificatum id templum, designant, uti IV. 85. Vide Cl. Duker. in Thucyd. IV. 90. Bene ergo personata Isis *τεμένη*, inquit, *προγόνοις θεοῖς καὶ θυσίας καθιέρωσαν*, in Ecl. Phys. Stob. p. 124. Tametsi autem magnae olim opes Aegyptiorum, putem hos *ναοὺς χρυσοῦς* parvas fuisse aediculas, sicuti I. 97. XX. 14. et Artemidor. IV. 33. Alia O. Borrichius, sed quae non placent, Hermet. c. 13. p. 61. Wess.

19. 90. *Χαλκουργείων εὑρεθέντων*] *Aeris aurique metalla*, ut II. 52. *μέταλλα χαλκοῦ καὶ χρυσοῦ* I. 33. *χαλκουργὰ μέταλλα* Dioscoridi V. 106. Hinc in haec metalla depressi, *οἱ ἐργαζόμενοι τὰ χαλκουργεῖα* V. 36. Confer III. 12. Wess.

19. 92. *Φιλοτίμως ἐξημερῶσαι τὴν χώραν*] Sic II. 34. de Zarina *τῆς δὲ χώρας πολλὴν ἐξημερῶσαι, καὶ πόλεις οὐκ ὀλίγας*

κτίσαι. illa enim magnam Scythiae partem ad mitiorem cultum traduxisse fertur. et c. 40. καὶ φιλοπονοῦντες ἐξημεροῦσι τὴν Ἰνδικήν, interfectis feris, quae eam infestant. Herodotus I. 126. πάντη τοῦτόν σφι τὸν χῶρον προεῖπε ἐξημερῶσαι, silvescentem et spinis horrentem. Libanius T. II. p. 124. D. πρῶτον μὲν χῶρον ἐξηγριωμένον ἐπὶ Θρᾴκης, πλεῖστον ὅσον ἡμέρωσε, τοὺς γεωργήσοντας παρασχών. Dicitur et Hercules, monstrorum domitor, ἐξημερῶσαι γαῖαν Euripidi Herc. F. 20. et Alexander ἐξημερῶσαι τὴν Ἀσίαν Plutarcho T. II. p. 328. D. Wess.

19. 95. Φιλογεωργὸν τὸν Ὄσιριν] Tibullus I. 8. 29.

Primus aratra manu solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitavit humum.
Primus inexpertae commisit semina terrae,
Pomaque non notis legit ab arboribus.
Hic docuit teneram palis adiungere vitem,
Hic viridem dura caedere falce comam.

ubi Ian. Broekhuis., Diodori haud oblitum, vide. Wess.

19. 96. Τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας ἐν Νύσῃ] Haec parum respondent poetae versibus, qui sequuntur. Si Nysa prope Nilum, quomodo in Arabia felice? Prudentius Νύσαν τῆς Ἀραβίας III. 64. et τὴν κατ' Ἀραβίαν Νύσαν III. 65. appellat: at mox c. 19. κατ' Αἴγυπτον et IV. 2. μεταξὺ Φοινίκης καὶ Νείλου collocat, parum quoque commode. Herodot. II. 146. in Aethiopiam transfert. Adeo sibi constant fabulae. Vid. virum doctiss. in Marmor. Oxon. p. 102. Νύσαν autem et Νύσσαν scribunt, sed si Διόνυσος, ut IV. 2. etiam censet, hinc dictus est, prior scriptura potior erit. Conf. Etymologum in Διόνυσος, et, si Arabicam vocis originem desideras, Ed. Pokok. Spec. Hist. Arab. p. 106. Wess.

19. 1. Ἐν τοῖς ὕμνοις] Hymnorum et hic et III. 65. IV. 2. Homerum facit parentem, ut Io. Alb. Fabric. II. B. G. 2. 4. commonefecit. Habet et Schol. Apollon. Rhod. II. 1215. hos versus, sed levi cum discrimine, de quo III. 65. dicetur: quod eos autem Herodoro, cuius Ἀργοναυτικὰ et libri περὶ Ἡρακλείας ex his Scholiis ac Stephano noti sunt, tribuit, eius ego culpae inmunem puto; verba enim hominis sunt defecta, nec posteriora prioribus cohaerent; ut excidisse videatur poëtae, cui versus debentur, nomen. Wess. Mox recte monet Rhodom. „Pro ὅτε, ὅτι".

19. 6. Πρῶτον οἴνῳ χρήσασθαι] Atqui nullae erant in Aegypto vites, proptereaque incolae aut vino ex hordeo aut aliunde inportato utebantur, si fides Herodoto II. 77. et III. 6. Neque reges id ante Psammetichum bibebant, natum, uti ferebant, ex eorum sanguine, qui Deos olim pessimo ausu oppugnarant, docente Plutarcho T. II. p. 355. B. Sed vitem regioni non plane defuisse indicant querelae Iudaeorum Numeror. XX. 5. ut de Strabone XVII. p. 1163. B. Plinio XIV. 7. et Athen. I. p. 33. habitum provinciae, quo sua erat aetate, spectantibus, ac de voce ἔρπις, qua

Αἰγυπτιστὶ ὁ οἶνος, testibus Eustathio et Tzetze in Lycophr. 579. taceam. *Συγκομιδὴ οἴνου*, qua de mox, est ipsa vindemia, uti *συγκομιδὴ καρπῶν* messis sive frugum in horrea collectio Basilio M. T. II. p. 48. C. et Nostro III. 63. XIX. 65. Conf. Cl. Wasse in Thucydid. III. 15. Wess.

19. 9. *Διαφόρῳ φύσει κεχορηγημένον*] Euseb. *κεχρημένον*. sed *κεχορηγημένον* usurpat et alibi Diodorus ut hic. Steph. *Διαφόρῳ φύσει κεχορηγημένον*] Unice hoc verum: nec dissentit Euseb. II. P. E. 1. Suam locutionem tuetur ipse IV. 68. ubi Daphne, Tiresiae filia, *φύσει θαυμαστῇ κεχορηγημένη*. et c. 86. Daphnis *φύσει διαφόρῳ κεχορηγημένος*. iterum XV. 39. Epaminondas *φυσικοῖς προτερήμασι κεχορηγημένος*. Accedunt Diodoro Aristot. VII. Polit. 1. *ὃ μετὰ ἀρετῆς κεχορηγημένος*· quod iure praeferunt vulgato *κεχορηγημένης* viri docti; et Strabo III. p. 216. C. *τοσούτοις δὲ τῆς προειρημένης χώρας ἀγαθοῖς κεχορηγημένης*, ubi prave vulgo *κεχορηγημένοις*. Wess.

19. 12. *Ὑπὸ γὰρ τούτου*] De Mercurio, qui Aegyptiis *Thot*, paria Plato Phileb. p. 18. B. C. et Phaedr. p. 274. C. D. Plutarch. T. II. p. 738. E. Cicero III. N. D. 21. ubi Davis. cui adde Io. Alb. Fabric. I. B. G. 12. Wess.

19. 18. *Καὶ παλαίστρας εὑρετὴν*] Miscet Diodorus, monente Io. Marshamo Canon. Chron. p. 36. Mercurium Aegyptium et Graecum; hic palaestrae exercitationes invenit infr. V. 75. non ille: alioqui et Aegyptiae iuventuti consuetudo fuisset, palaestrae se dedere; quam illis aufert I. 81. Haud scio tamen an excusari poterit eo colore, quo uni Mercurio omnium artium origo adscribitur, quippe *τῷ πατρὶ τῶν λόγων* Aelian. X. H. A. 29. et *λόγου δεσπότῃ καὶ ἐργάτῃ τέχνης ἁπάσης* Galen. princ. Protrept. Adde O. Borrichii Hermet. c. 1. et 2. Wess.

20. 20. *Λύραν τε εὑρεῖν*] Pro *λύραν τε εὑρεῖν, ἣν ποιῆσαι τρίχορδον*, legitur etiam *λύραν τε νευρίνην ποιῆσαι τρίχορδον*. sed mihi persuadeo hanc lectionem ex illa fuisse depravatam. Steph. Alias *λύραν τε νευρίνην ποιῆσαι*. Quod tamen repudiandum videtur. Rhod. Numerum chordarum veteris lyrae plerique ampliorem faciunt et *ἑπτάχορδον*. Homer. Hym. Merc. 51. Eratosth. Catast. 24. Lucian. D. D. VII. 4. atque alii. Lyram tamen *τρίχορδον* habent Etymol. *Ἀσιάτις* et Stephan. *Ἀσία*, numique Lilybaetanorum Tab. XCIV. Parutae, de quibus III. Ezech. Spanhem. in Callim. H. Del. 253. p. 467. et Io. Alb. Fabric. I. B. Gr. 12. Iam verum si esset, antiquissimo aevo lini usum loco chordarum in lyra obtinuisse, uti censent Critici in Iliad. Σ, 570. prorsus inepta foret eorum Codd. scriptura, qui *νευρίνην* ostendunt. Verum longe diversa Aegyptii docent in Plutarchi T. II. p. 373. C. *καὶ τὸν Ἑρμῆν μυθολογοῦσιν, ἐξελόντα τοῦ Τυφῶνος τὰ νεῦρα, χορδαῖς χρήσασθαι*. Quare haud multum absum ab ea lectione probanda. Wess.

20. 26. Ἱερογραμματέα] Pro hac lectione vel hic locus Luciani facit circa *Μακροβίων* principium, *καὶ γένη δὲ ὅλα μακρόβια ἱστορεῖται διὰ τὴν δίαιταν· ὥσπερ Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι ἱερογραμματεῖς, Ἀσσυρίων δὲ καὶ Ἀράβων οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων, Ἰνδῶν δὲ οἱ καλούμενοι Βραχμᾶνες.* Sed et ipse Diodorus in alio huius libri loco (I. 70.) scribit *ὁ μὲν ἱερογραμματεὺς παρανεγίνωσκε τινὰς συμβουλίας καὶ πράξεις συμφερούσας ἐκ τῶν ἱερῶν βίβλων.* Item in alio (I. 87.) *διόπερ καὶ τοὺς ἱερογραμματεῖς φορεῖν φοινικοῦν ῥάμμα καὶ πτερὸν ἱέρακος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς.* Steph. Aegyptiorum *ἱερογραμματεῖς* sive *γραμματεῖς ἱεροὶ* Aelian. XI. H. A. 10. notissimi sunt, eorumque numero Iannes et Iambres a Numenio inseruntur in Euseb. IX. P. E. 8. De Mercurio dubites, quem *γραμματέα* Saturni, qui Osiridis aut pater aut avus, Sanchuniathon facit Euseb. I. P. E. 10. p. 36. Teneat tamen honoris hunc gradum *τῶν ἱερογλυφικῶν* conditor apud Clement. Alex. VI. Strom. p. 757. Wess.

20. 30. Ὥσπερ εὐεργετικὸν ὄντα] Pro *εὐεργετικὸν* invenitur etiam scriptum *εὑρετικόν*· quae lectio margini adscripta non fuit, quod ipse Diodorus tanquam digito eam quam sequi debeamus ostendat. Subiungit enim statim, *διὰ τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας.* et pag. seq. *ὡς θεὸν ἀποδεχομένου αὐτὸν διὰ τὰς εὐεργεσίας.* Sed et p. 12. legimus, *τέλος δὲ τὸν Ὄσιριν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπελθόντα, τὸν κοινὸν βίον τοῖς ἡμερωτάτοις καρποῖς εὐεργετῆσαι.* Nec vero Diodorus in hoc de quo nunc agitur loco exponere vult ut invenerit Osiris ad victum pertinentia, sed ut iam inventa docere totum orbem, atque ita de eo bene mereri, ac beneficentiae laudem adipisci in animo habuerit. Steph. Assentior H. Stephano. Erat inter Osiridis honoris titulos, ut *εὐεργέτης* audiret: Plut. T. II. p. 368. *ὁ γὰρ Ὄσιρις ἀγαθοποιός. τὸ δ' ἕτερον ὄνομα τοῦ θεοῦ τὸ ΟΜΦΙΝ εὐεργέτην ὁ Ἑρμαΐς φησι δηλοῦν ἑρμηνευόμενον.* Fuit ille quidem *πρὸς πᾶν χρήσιμον εὑρετικὸς*, uti de Baccho III. 70. Sed ea de re c. 14. et 15. Librariis, quod levi discrimine *εὐεργετικὸς* et *εὑρετικὸς* distent, eas voces permutare solemne est, uti I. 25. Wess.

20. 36. *Τιμῶν ἀθανάτων τεύξεται*] Eadem haec IV. 1. Sunt *τιμαὶ ἀθάνατοι*, quae Diis immortalibus tribuuntur. De Hespero III. 60. *διὰ δὲ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ τὸ πάθος τὰ πλήθη ἐλεήσαντα τιμὰς ἀθανάτους ἀπονεῖμαι.* et de Baccho Ariadnen consecrante IV. 62. *διὰ τὴν φιλοστοργίαν ἀθανάτων καταξιῶσαι τιμῶν.* et mox de Iside c. 22. deque Atlante III. 56. Aliter Appian. Alex. II. B. C. 891. *καὶ τιμὰς αὐτῷ τὰς πάλαι δεδομένας ἀθανάτους διαμενεῖν*· honores enim, Caesari decretos, perpetuos esse debere Antonius censet. Quam autem *διαίτην ἥμερον* paulo ante Diodorus vocavit, ea *ἥμερος τροφὴ* Athen. III. 2. quia frugibus inventis tandem glandibus vesci desierunt: atque hoc in-

ltium τοῦ καθαρείου sive ἀληλεσμένου βίου, de qua egregie Is. Casaub. in Athen. XIV. 12. Wess.

20. 48. *Καὶ θαυμαζόμενον ἐπ' ἀνδρείᾳ*] Non moveor Codd. Co. et Cl. 2. auctoritate, ut a vulgato recedam: Hercules enim *ἐγένετο ῥώμῃ τε σώματος πολὺ προέχων τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ ψυχῆς λαμπρότητι περιβόητος* IV. 10. Quare et eius aemulus Nicostratus *τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ διαφέρων ἐμιμεῖτο τὸν Ἡρακλέα* XIV. 44. et Coragus et Dioxippus *τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ καὶ τῇ τῆς ἀλκῆς ὑπεροχῇ θαυμαζόμενοι* XVII. 100. Conf. XV. 69. Wess.

20. 50. *Πρὸς Φοινίκην κεκλιμένων*] Potius hoc visum ob *τόπους τοὺς πρὸς ἄρκτον κεκλιμένους* I. 27. et *τοὺς πρὸς ἑσπέραν κεκλιμένους* V. 79. Sunt *ἐπιμεληταὶ* praefecti regionum et curatores, *ἐπιμελησόμενοι τῆς χώρας*, ut cap. seq. Plura Ezech. Spanhem. Dis. IX. P. N. p. 714. Wess.

21. 54. *Καὶ τὸν ἀδελφὸν*] Horus est Aegyptiorum. Aelian. X. H. A. 14. de Apolline, cui accipiter apud Aegyptios sacratus, *καὶ τὸν μὲν θεὸν Ὧρον καλοῦσι τῇ φωνῇ τῇ σφετέρᾳ*. Vid. infra I. 25. Wess.

21. 60. *Φυτὸν Ὀσίριδος*] Eadem haec Plutarch. T. II. p. 365. D. Wess.

21. 65. *Τὴν δάφνην προσάψαντας*] Tribuisse ceu auctori aut repertori. Sic III. 63. *τὴν περὶ τὸν οἶνον πραγματείαν συμφώνως αὐτῷ προσάπτουσι*. et V. 73. *Ἀθηνᾷ δὲ προσάπτουσι τήν τε τῶν ἐλαιῶν ἔμφυσιν*. Adde V. 73. De arboribus in tutela Deorum Phaedrus III. 17. Wess.

21. 68. *Ἄνουβίν τε καὶ Μακεδόνα*] Anubin Osiridis F. habet et Plutarch. T. II. p. 356. F. cum Nostro tamen dissentiens. Macedoni alius pater fuit, et Iupiter quidem ex Hesiodi et Steph. *Μακεδονία*, ex Aeliani vero X. H. A. 48. sententia Lycaon, Emathiae rex. Credo Aegyptios post Lagidarum imperium Macedonem sibi vindicasse. Wess.

21. 71. *Περιθέσθαι κυνῆν*] *Galeam ex pelle canina*, quae olim in frequenti cum esset usu, *κυνέη* et *κυνῆ* post deinde quamvis galeam signavit. Auctor Vit. Homer. p. 293. *ἡ μὲν γὰρ περικεφαλαία κέκληται κυνέη παρ' αὐτῷ, ἐπεὶ ἐκ δέρματος κυνὸς γενέσθαι αὐτὴν ἔθος ἦν*. quibus similia Eustath. in Homer. p. 421. Hinc Anubis *latrator* κυνοπρόσωπος Lucian. D. M. VII. 2. et infr. I. 87. Wess.

21. 72. *Λύκου προτομήν*] *Pellem lupi caput et rictum exhibentem. Λύκου στόματος τὸ χάσμα σκέπειν τὴν κεφαλήν, ὥσπερ ἀνδρὸς ὁπλίτου κράνος*, quo caput magno suo malo texerat Dorcon in Longi Pastor. I. p. 19. De Chimaera Apollodor. II. 3. 1. *εἶχε δὲ προτομὴν μὲν λέοντος*. Ceteroqui expressae imagines umbilico tenus, ut *προτομαὶ Καίσαρος* Ioseph. XVIII. A. I. 3. 1. Plura I. 96. Wess.

21. 78. *Ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων Χέμμιν ἢ Χεμμιὼ*] Verba haec *Χέμμιν ἢ* de more inclusa sunt notis *(loquitur de sua editione.)* ut quae in quibusdam tantum sint exemplaribus. Mallem tamen *Χέμμιν*, ut et apud Herodotum (II. 91.) legitur, *ἔστι καὶ Χέμμις πόλις μεγάλη νομοῦ τοῦ Θηβαϊκοῦ, ἐγγὺς τῆς Νέας πόλιος.* Apud eundem (II. 156.) vero est insulae nomen, quam et *Χέμβιν* ab Hecataeo dictam tradit Stephanus. A Valla autem *Eckemmis* appellata fuit in interpretatione huius loci Herodoti, *νῆσος ἡ Χέμμις καλεομένη.* Coniunxit enim *ἡ* cum nomine *Χέμμις* tanquam eius primam syllabam, quum sit articulus. STEPH. *Χέμμιν*] Hoc ut retineamus persuadet Herodoti auctoritas, quem etiam Stephanus in notatione huius urbis citat. Heliodorus insuper (II. Hist. Aeth. p. 89. et 93.) idem nomen usurpat. RHOD. *Ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων Χεμμιὼ*] Hoc malui. *Χέμμις* typus et forma nominis est Graeca, *Χεμμιὼ* Aegyptia, quam se sequi satis liquido indicat. Sic *Κοπτὼ*, quae *Κοπτὸς* ceteris, Plut. T. II. p. 356. D. *Λεοντὼ*, *Κυνὼ* Euseb. in Esai. XXX. p. 475. B. *Λυχὼ* T. I. Mon. Gr. Coteler. p. 404. *Ἀντινὼ* Moscho Prat. Spirit. c. 73. Conf. Itin. Anton. p. 166. WESS.

21. 81. *Μάρωνα*] Comitem et socium expeditionis Bacchi Maronem, *ἕνα τῶν μετὰ Διονύσου τὰς στρατείας πεποιημένων*, habet Athen. I. 25. Genus hominis dubium est. Diodorus Aegyptium facit, Homerus Odys. I. 297. Evanthis F., Euripides Cyclop. 145. Bacchi. Nam quod Gottf. Olearius ad Philostr. Heroic. p. 661. rogat, *Bacchine itaque filius? Ita est; nam Evanthes, pater Maronis, Bacchi est ex Ariadne. Unde non Βάκχον, sed Βακχίου παῖς dicitur apud Euripidem*: id equidem factum nollem. Ulysses non Bacchi nepotem, sed plane filium perhibet: *καὶ μὴν Μάρων μοι πᾶμ' ἔδωκε, παῖς θεοῦ.* et mox *ὁ Βακχίου παῖς.* ubi *ὁ Βάκχιος* ipse Bacchus est, sicuti vers. 9. 38. 155. Solet enim *Βάκχειος δεσπότης*, *Βάκχιος θεὸς*, et sine illis substantivis *Βάκχιος* et *Βάκχειος* dici, ut bene Kuster. in Comici Thesmophor. 997. De Triptolemo V. 68. WESS.

21. 88. *Μέχρι τῆς εἰς οἶκον ἀναχομιδῆς*] Huiusmodi morem respicit Val. Flaccus I. 378.

Tectus et Eurytion servato colla capillo,
Quem pater Aonias reducem tondebit ad aras.

quos versus Diodori verbis illustrat Had. Turneb. XXII. Adv. 28. Usus iisdem est Io. Spencer. III. Leg. Hebr. VI. p. 856. sed ut Aegyptiorum consuetudines Iudaeis impingat. Alius de coma superstitiosior ritus describitur I. 83. WESS.

22. 89. *Περὶ τὴν Αἰθιοπίαν*] At Eusebius ita, *ὄντι δὲ τῷ Πανὶ περὶ τὴν Ταφόσιριν.* STEPH. Unde *Ταφόσιριν* Euseb. acceperit, haud temere finiverim. Id scio, prorsus hoc loco esse ineptam. Iter Osiridis secundum flumen in Aethiopiam describitur, a quo longissime *Taphosiris* aberat, unius diei itinere ab Alexandria in Africam versus posita, teste Procopio VI. Aedif. Iustin. 1.

Praeterea nomen ab Osiridis tumulo est nacta, quem sane vivus vidensque haud invisit. Dixi plura in Anton. Itiner. p. 73. Wess.

22. 91. *Φιλογέλωτά τε*] Bacchum Osiridi et hac parte similem, *φιλογέλωτα*, et comites eius *φιλογέλωτας* Iulian. Caesar. et Dio Chrysost. Orat. XXXII. p. 379. C. appellant. Osiris autem non Musicae tantum studiosus sed et egregie peritus fuit, siquidem tubae, fistulae obliquae et *πολυφθόγγου* novum genus primus invenerit, quod ex Athenaeo, Polluce et Eustath. ostendit Ampl. Cuper. Harpocrat. p. 142. Commode vero Tibullus I. 8. 43.

Non tibi sunt tristes curae, nec vultus, Osiri:
Sed chorus et cantus et levis aptus amor. Wess.

22. 96. *Ἀφ' οὗ καὶ Μουσηγέτην*] Nihil magis obvium hoc eius titulo. Vid. Strabon. X. p. 717. Plutarch. T. II. p. 743. C. Aristid. T. I. p. 4. et 51. Pausan. Attic. 7. Heliodor. II. p. 108. Wess.

22. 99. *Οὐ γὰρ πολεμικὸν εἶναι*] Consentit Plutarch. T. II. p. 356. A. Wess.

22. 5. *Τοὺς φόρους εἰσπραξομένους*] Parum referet, simplexne an compositum eligas; utrumque de pecunia, quae exigitur, tritum. Prius habet XII. 28. *κολάσας τοὺς αἰτίους, ἐπράξατο τοὺς Σαμίους τὰς γεγενημένας εἰς τὴν πολιορκίαν δαπάνας.* et XIII. 40. *καὶ χρήματα πραξάμενοι τοὺς Κυζικηνούς.* Posterius in Excerpt. Valesii p. 266. *ἐκτραπεὶς εἰς ὠμότητα καὶ πλεονεξίαν, εἰσεπράττετο τοὺς πολιτικοὺς χρήματα.* Wess.

22. 6. *Κατὰ τὴν τοῦ κυνὸς τοῦ Σειρίου ἄστρου ἐπιτολὴν*] Solet *κατὰ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν* XVII. 7. *περὶ κυνὸς ἐπιτολὰς* XIX. 18. *κατὰ τὴν τοῦ Σειρίου ἄστρου ἐπιτολὴν* IV. 84. tempus, quo canicula oritur, appellare: quod posterius cum Codd. Vat. et uterque Clar. probent, cur ego inprobem? Non ignoro Oppiani III. Cyneg. 323. *καὶ κύνα Σείριον οἶδε, καὶ ἀντέλλοντα φοβεῖται.* sed id huic dissimile. Recte Tibullus I. 8. 21.

Qualis et arentes cum findit Sirius agros,
Fertilis aestiva Nilus abundet aqua. Wess.

22. 8. *Ῥαγέντα κατακλύσαι πολλὴν τῆς Αἰγύπτου*] Haud male vertit Rhodoman. Fluctuum est fluviorumque, quando incitatiore inpetu ingruunt et in aggeres arietant. *Τοῦ μὲν κλύδωνος ῥηγνυμένου ταχύτερον, ἐκινδύνευον αὔτανδρα τὰ σκάφη συγκλυσθῆναι* XX. 75. Alciphron I. Epist. 1. *τῶν κυμάτων τὰ μὲν — τὰ δὲ εἴσω ἀνοιδοῦντα ἐῤῥήγνυτο.* ubi Doctiss. Bergler. Diodori haud est oblitus. Nilus hoc si qua esset ingenio, sequebatur *κατακλυσμοῦ φορὰ, τοῦ ποταμοῦ ταῖς πλημμύραις παραῤῥήξαντος τὸ χῶμα,* Philo Iud. de Somniis p. 1125. B. Wess.

22. 14. *Τὸν μὲν ποταμὸν Ἀετὸν*] Agroetas XIII. *Σκυθικῶν* in Schol. Apollon. II. 1253. *δαπανᾶσθαι φησὶ τὸ ἦπαρ Προμηθέως δόξαι ὑπὸ τοῦ ἀετοῦ, διὰ τὸ τὴν κρατίστην τοῦ Προμηθέως χώραν τὸν ποταμὸν τὸν καλούμενον Ἀετὸν φθείρειν*

ἦπαρ δὲ παρὰ πολλοῖς, ὥσπερ καὶ οὗ
σθαι γῆν. Ἡρακλέους δὲ ἐξοχετεύσαν
τόν τε ἀετὸν δόξαι ὑπ' αὐτοῦ κεχω
λελύσθαι τῶν δεσμῶν. Quae quod hi
placuit. Wess.

22. 15. *Μεγαλεπήβολον ὄντα*] ait τὸν *μεγάλων πραγμάτων καταρχό*
bus utitur, id firmarent, nisi in Ex
λεπίβολος; qua voce magna molient
nio erat Antiochus, de quo ibi Poly
cerpt. Valesianis p. 273. ὁ Ἄννων
ὀρεγόμενος. At *μεγαλεπήβολος*, qu
in illis prospero successu utitur. S
Synes. Encom. Calvit. p. 71. C. e
Reg. p. 30. B. ἐπήβολος κτήμ
266. D. τουτέων ἐπήβολος γενό
rum conpotes. Unde ἀδρεπήβολ
et Nostri *μεγαλεπήβολος*. quod
gna molienti, sed et feliciter al
dem loco, tametsi omni dubio
tueri passus sum, non item II.

22. 21. Ὄνομα σχεῖν
Ὠκεανῷ recedens amplector.
habuit in Lycophron. Alexand
τοῖς μετωνομάσθη. Πρότε
Ἀετὸς, ὅτι ὀξέως ἐπέῤῥεν
νέον ἐστί. Forte et hinc lux
Nilus *aestuans inundatione*
ruptos scopulos, *venit*, e
fluit: unde Atos olim accol
nuto etc. Videtur enim o
Aetos olim et accolas etc.
que enim alio eam loco hab

22. 23. Ὕστερον δ'
vir egregius Iac. Perizoniu
Diodorus tradit, *Nilum*
Marsham. Sec. X. p. 238
Graecis notat vulturem,
posita litera T, ut solet
ge, et de fluvio, et de p
gri erant coloris, aequ
cis significatione et ori
exponunt μέλαν, nigru
Odyss. p. 1484. *inte*
Scaligerum ad Festum
vero sunt similia, qua

ohum in *Αἴγυπτος* prodita legu

Αἰγύπτῳ] Ex Poeta Odyss. Ξ. 2
nliqua Coislin. Idem censuisse L. E
Etymol. in *Αἴγυπτος* habet *Στήσα*
Vess.

Φῶνιν] Ad ostium Canobicum, omn
eteorol. 14. sententia, fuisse dic
a Thone, quo de Homer. Odyss
ano et Eustath. p. 1493. persu

Νειλέως] De eo I. 63. Wess.
isse legendum est *ἀπολαβεῖν*,
Vess. Indice v. *ἀναλαμβάν*

ν θάλασσαν] Oceanum Indic
Sic enim optimus quisque,
Hadr. Relandus ostendit.
esse maria, quae non misce
μὲν, addit, *ἐρυθρὰ φαίν*
ἔξω στηλῶν θάλατταν.
m, quod Oceano ultra Her
quod et bene advertit Basil
Philosophi verba aemula
st Persicus; III. vero c.

e Baccho omnia eadem St
Indic. 5. et V. Exp. Alex.
Acuphis, *κιττὸς γὰρ*, c
ἡμῖν φύεται. Conf. infr.
14. Utcunque vero statu
d certum mihi videtur, c
uta inter Indos fuisse re
a Croze L. VI. Hist. Chri
de Nysa apud Indos url
tcidit, uti videbis ex Th
. sed haec alias. Wess.
θεοῦ] Nihil muto, ta
ῦ γενέσεως. et XVIII. 4
τῆσαι πραγμάτων dixer
dit I. 66. Wess.
Vid. III. 64. Wess.
ae nomen ab eo accep
τὴν ἐπώνυμον αὐτοῦ π
I. p. 743. qui Ioniu
ἐπώνυμον αὐτοῦ γένοιτ

Digitized by Google

ἦπαρ δὲ παρὰ πολλοῖς, ὥσπερ καὶ οὖθαρ, τὴν εὔκαρπον λέγεσθαι γῆν. Ἡρακλέους δὲ ἐξοχετεύσαντος διόρυξι τὸν ποταμὸν, τόν τε ἀετὸν δόξαι ὑπ' αὐτοῦ κεχωρίσθαι καὶ τὸν Προμηθέα λελύσθαι τῶν δεσμῶν. Quae quod his gemina essent exscribere placuit. WESS.

22. 15. *Μεγαλεπήβολον ὄντα*] Suidas *μεγαλεπήβολον* esse ait *τὸν μεγάλων πραγμάτων καταρχόμενον*. Polybii verba, quibus utitur, id firmarent, nisi in Excerpt. p. 1406. esset *μεγαλεπίβολος*; qua voce magna molientem indicant; cuiusmodi ingenio erat Antiochus, de quo ibi Polybius, et Hanno in Nostri Excerpt. Valesianis p. 273. *ὁ Ἄννων μεγαλεπίβολος ὢν καὶ δόξης ὀρεγόμενος*. At *μεγαλεπήβολος*, qui *μεγάλων ἐπιτυχὴς* est, atque in illis prospero successu utitur. Sunt enim *γεωμετρίας ἐπήβολοι* Synes. Encom. Calvit. p. 71. C. et *ἐπηβολώτατοι τέχνης* Orat. de Reg. p. 30. B. *ἐπήβολος κτήματος* Themist. Orat. XXII. p. 266. D. *τουτέων ἐπήβολος γενόμενος* Herodot. IX. 93. earum rerum conpotes. Unde *ἀδρεπήβολος* Longin. Styl. subl. VIII. p. 47. et Nostri *μεγαλεπήβολος*. quod, quoniam Herculi non tantum magna molienti, sed et feliciter absolventi bene cŏnvenit, hoc quidem loco, tametsi omni dubio haud exemptum, pristinam sedem tueri passus sum, non item II. 7. ubi plura. WESS.

22. 21. *Ὄνομα σχεῖν Ὠκεάνην*] Hoc propius a Graecorum Ὠκεανῷ recedens amplector. Vid. c. 12. Tzetzes haec ob oculos habuit in Lycophron. Alexand. 119. *Τρίτων*, inquiens, *ὁ Νεῖλος, ὅτι τρὶς μετωνομάσθη. Πρότερον γὰρ Ὠκεανὸς ἐκαλεῖτο, δεύτερον Ἀετὸς, ὅτι ὀξέως ἐπέῤῥευσε· τρίτον Αἴγυπτος. τὸ δὲ Νεῖλος νέον ἐστί.* Forte et hinc lux accendetur Ammiani verbis XXII. 15. Nilus *aestuans inundatione ditissima ad Cataractas, id est praeruptos scopulos, venit, e quibus praecipitans ruit potius quam fluit: unde Atos olim accolas usu aurium fragore assiduo deminuto* etc. Videtur enim obiter *Aeti* titulum tetigisse, et, *unde Aetos olim et accolas* etc. scripsisse. Sed hanc coniecturam, neque enim alio eam loco habuerim, doctiores considerent. WESS.

22. 23. *Ὕστερον δ' Αἴγυπτον*] De nominis origine haec vir egregius Iac. Perizonius Orig. Aegypt. c. 1. *Diserte etiam Diodorus tradit, Nilum* antea dictum fuisse Aegyptum. *Vide Marsham. Sec. X. p.* 238. *Iam vero Γὺψ, Αἴγυψ et Αἰγύπιος Graecis notat* vulturem, *fusci coloris avem. Inde ergo, interposita litera T, ut solet post Π, Αἴγυπτος et Αἰγύπτιος de rege, et de fluvio, et de populo istius terrae, quia fusci et subnigri erant coloris, aeque ac* vultures. *Ne dubitemus de hac vocis significatione et origine, ipsi Graeci in Glossis Αἰγύπτιον exponunt μέλαν*, nigrum, *et αἰγυπτιάσαι Eustath. ad Homer. Odyss. p.* 1484. *interpretatur ἐπικαῦσαι*, adurere. *Vid. et Scaligerum ad Festum in voce* Aegyptinos. Quae profecto magis

vero sunt similia, quam quae infra I. 51. de rege Aegypto et a Charace apud Ethnicographum in *Αἴγυπτος* prodita leguntur. WESS.

23. 26. *Στῆσα δ' ἐν Αἰγύπτῳ*] Ex Poeta Odyss. Ξ, 258. restitui, praeeunte ex parte aliqua Coislin. Idem censuisse Rhodom. Latina eius indicant. Etymol. in *Αἴγυπτος* habet *Στήσας ἐν Αἰγύπτῳ ποταμῷ*, prave. WESS.

23. 28. *Καλουμένην Θῶνιν*] Ad ostium Canobicum, omnium Nili primum, ex Aristot. I. Meteorol. 1. 14. sententia, fuisse dicitur. Strabo XVII. p. 1152. B. a Thone, quo de Homer. Odyss. *Δ*, 228. nomen accepisse Stephano et Eustath. p. 1493. persuasit. WESS.

23. 31. *Ἀπὸ τοῦ βασιλ. Νειλέως*] De eo I. 63. WESS.

23. 38. *Παρὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν*] Oceanum Indicum, Arabiam Persidemque alluentem. Sic enim optimus quisque, ut singulari Dissert. elegantissimus Hallr. Relandus ostendit. Ego uno utar Aristotele, qui cum plura esse maria, quae non misceantur, dixisset II. Meteorol. 1. *ὧν ἡ μέν*, addit, *ἐρυθρὰ φαίνεται κατὰ μικρὸν κοινωνοῦσα πρὸς τὴν ἔξω στηλῶν θάλατταν*. neque enim aliud esse potest ac Indicum, quod Oceano ultra Herculis columnas paullatim confundatur, quod et bene advertit Basilius Homil. IV. in Hexaem. p. 36. E. ubi Philosophi verba aemulatur. Infra II. 11. et XIX. 10. sinus est Persicus; III. vero c. 18. Arabicus. WESS.

23. 40. *Ἐν αἷς καὶ Νύσαν*] De Baccho omnia eadem Strabo XV. 1008. B. 1038. C. Arrian. Indic. 5. et V. Exp. Alex. 1. quo loco plane ad Diodori sententiam Acuphis, *κιττὸς γὰρ, οὐκ ἄλλη τῆς Ἰνδῶν γῆς φυόμενος, παρ' ἡμῖν φύεται*. Conf. infr. II. 38. et Freinshem. in Curtii VIII. 10. 14. Utcunque vero statuas de Osiridis hac in Indos expeditione, id certum mihi videtur, cultum eius multaque Aegyptiorum instituta inter Indos fuisse recepta. Docuit hoc vir egregius M. V. la Croze L. VI. Hist. Christ. Indor. p. 430. etc. neque dubitem de Nysa apud Indos urbe, cuius ne nunc quidem memoria genti excidit, uti videbis ex Theoph. S. Bayeri Histor. Regn. Bactr. p. 4. sed haec alias. WESS.

23. 47. *Ἀμφισβητῆσαι περὶ τοῦ θεοῦ*] Nihil muto, tametsi III. 65. *ἀμφισβητοῦσι τῆς τοῦ θεοῦ γενέσεως*. et XVIII. 44. *στρατιώτας δ' ἔχοντες ἱκανοὺς ἀμφισβητῆσαι πραγμάτων* dixerit: praepositionem enim, ut saepe alii, addidit I. 66. WESS.

23. 53. *Λυκοῦργον τὸν βασιλέα*] Vid. III. 64. WESS.

23. 57. *Ἐπωνύμου πόλεως*] Quae nomen ab eo accepit, quomodo de Alexandro c. 22. *ὁ κτίσας τὴν ἐπώνυμον αὐτοῦ πόλιν*. et de Hercule Appian. II. B. Civil. p. 743. qui Ionium, Dyrrachi filium, deiecit *εἰς πέλαγος, ἵνα ἐπώνυμον αὐτοῦ γένοιτο*.

Aelian. V. H. A. 1. Memnoni sacras aves ὄρνιθας, τοὺς ἐπωνύμους τοῦ Ἥρωος, Aeschyl. VII contra Theb. 138. Κάδμου ἐπώνυμον πόλιν arcem Cadmeam appellat, et Plutarch. T. II. p. 357. E. de Pelusio et urbe et Heroe, καὶ τὴν πόλιν ἐπώνυμον ἀπ' αὐτοῦ γενέσθαι. Ceteroqui et ἐπώνυμος is est et dicitur, qui nomen dat atque inponit, ut vere Stanleius ad Aeschyl. et Hemsterh. in Lucian. D. Mar. IX. 1. Conf. infra IV. 74. et de Maronea, Thraciae urbe, Harpocrat. ac Stephan. WESS.

24. 64. Τὸ ἐκ τῆς κριθῆς πόμα] Aretaeo Cappadoci I. M. A. 9. τὸ ἀπὸ τῶν κριθέων πόμα, Herodoto II. 77. οἶνος ἐκ κριθέων πεποιημένος, quo Aegyptii sitim exstinguebant. Noster I. 34. et Theophrastus VI. Caus. Plant. 15. *zythum*, de quo suo loco, appellitant. Conf. IV. 2. ubi his gemina sunt. WESS.

24. 70. Ἐξ ἀνθρώπων εἰς θεοὺς μεταστάντα] *Transgressum ad Deos*, quod de Augusto Velleius II. 75. Passim divinae sortis et naturae homines, ubi vita decesserant, ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι, ut de Hercule Lysias Orat. XXXI. 6. γενέσθαι ἐξ ἀνθρώπων, εἶναι ἐξ ἀνθρώπων, quorum illud Lysis Epist. ad Hipparchum de Pythagora, et Pausan. IV. 26. de Epaminonda, hoc de Socrate Diogen. II. 43. reddendum et Aristidi T. I. p. 60. ubi sine ἦν prave ἐπειδὴ γὰρ ἐξ ἀνθρώπων Ἡρακλῆς, μεταστῆναι ἐξ ἀνθρώπων εἰς θεούς, aut etiam ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως εἰς τὴν ἀθανασίαν, uti III. 73. perhibentur. Unde horum e vita migratio μετάστασις ἐξ ἀνθρώπων III. 56. 61. 63. ἐκ γῆς μετάστασις εἰς τὸν οὐρανὸν V. 72. et μετάστασιν ἐξ ἀνθρώπων ποιεῖσθαι II. 39. Eleganter et verius Io. Chrysostom. Orat. in Babyl. T. II. p. 531. D. de martyribus, θάνατος μαρτύρων οὐκ ἔστι θάνατος, ἀλλὰ ζωῆς βελτίονος ἀρχὴ καὶ μετάστασις ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων πρὸς τὰ βελτίω. WESS.

24. 72. Ἐπιφανεστάτων θεῶν τιμῶν] Lego cum Eusebio ἐπιφανεστάτων ἐν θεοῖς τιμῶν. Idem pro τούτους proxime sequente habet τούτου. item περὶ αὐτοῦ ante μυστικῶς. STEPH. H. Stephanus ἐν θεοῖς τιμῶν. Mihi θεῶν prorsus ablegandum videtur. Nec quicquam propterea sententiae decedit. Ex τούτους vero, quod proxime sequitur, ς abiiciendum. RHOD. Si quid mutandum, Rhodomanni partibus accesserim. Fortasse tamen praestiterit nihil hic de loco suo movere: haud male enim τιμὰς τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν eas dixeris, quae diis praesentissimis deferuntur; nam et inter eos censitus est Osiris, quorum ἐπιφάνειαι mortalibus prodessent, ut c. 23. indicatur. Atque ad hunc modum superbissimus Chosroës ἐν θεοῖς μὲν ἄνθρωπος ἀγαθὸς καὶ αἰώνιος, ἐν δὲ ἀνθρώποις θεὸς ἐπιφανέστατος in literis, quarum exemplar Theophylactus IV. H. Maur. 8. servavit. Mox τούτου recepi. WESS. Καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπιφανεστάτων τιμῶν] Sic optime Codex Venetus omissa θεῶν voce. Itaque planissime adstipulor Rhodomanno vocabulum istud tollenti. IDEM in Add. Sed

vide c. 17. ὑπολαμβάνειν γὰρ τὸν Ὄσιριν ὅτι παύσας τῆς ἀγριότητος τοὺς ἀνθρώπους καὶ διαίτης ἡμέρου μεταλαβεῖν ποιήσας τιμῶν ἀθανάτων τεύξεται διὰ τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας. ὅπερ δὴ καὶ γενέσθαι· οὐ μόνον γὰρ τοὺς κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους τυχόντας τῆς δωρεᾶς ταύτης ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς μετὰ ταῦτα ἐπιγενομένους διὰ τὴν ἐν ταῖς εὑρεθείσαις τροφαῖς χάριτα τοὺς ἀξηγησαμένους ὡς ἐπιφανεστάτους θεοὺς τετιμηκέναι.

24. 73. *Καὶ πολλὰ*] Hic ex Eusebio *περὶ τούτου* inserendum putat H. Steph. et paulo inferius post *τῷ χρόνῳ*, *τότε* mutat in *ποτέ*. RHOD.

24. 76. *Τῷ χρόνῳ*] Legendum puto *παρειληφότων*, *τῷ χρόνῳ ποτὲ συνέβη*, id est, procedente tempore contigit tandem. STEPH.

24. 81. *Εἰς ἓξ καὶ εἴκοσι μέρη*] Plutarchus in XIV. partes Osiridis corpus dissecuisse, *διελεῖν εἰς τεσσαρεσκαίδεκα μέρη καὶ διαρίψαι*, T. II. p. 358. A. et 368. A. in pluribus a nostro dissentiens, etsi haud male pro gentis superstitione, tradit. Vid. Ath. Kircher T. I. Oedip. p. 224. et Io. Fellum in Theophil. I. ad Autolyc. 14. WESS.

24. 85. *Μετελθεῖν τὸν φόνον*] De ancipiti hoc bello, cui Osiris in terras redux interesse voluit, in Typhonem ac Titanas, nam hi caedis consiliarii, susceptо plura I. 88. IV. 6. et Plut. T. II. p. 358. C. WESS.

24. 89. *Ἀνταίου κώμης*] Hoc verissimum. Duravit vico nomen in sera tempora, ut ex Itiner. Anton. p. 166. et Hieroclis Synecdemo p. 371. videbis. Plutarcho T. II. p. 976. B. *Ἀνταίου πόλις*, sicuti et Stephano. Male vero Rhodom. *in parte quadam Arabiae*. Sita enim in ea fuit Thebaidis parte, quae trans Nilum in Arabiam et orientem vergit, Arabiaque dicitur III. 12. et Ptolem. IV. Geogr. 5. et Heliod. III. p. 402. WESS.

24. 94. *Πλὴν τῶν αἰδοίων*] Sic infra IV. 6. et Plut. T. II. p. 358. A. Aliam vero tot Osiridis sepulcrorum caussam dat Strabo XVII. p. 1176. WESS.

25. 98. *Τύπον ἀνθρωποειδῆ*] *Τὰ δὲ τοῦ σώματος μέρη περιπλάσασαν εἰς ἀνθρώπου τύπον* IV. 6. ubi *τύπος* est simulacrum, uti Iosepho *ἀγάλματα καὶ τύποι μεμορφωμένοι* XV. Ant. Iud. 9. 5. Euripidi *χρυσέων ξοάνων τύπος* Troas. 1073. Dioni Chrysost. *Ἄρεως τύπος* Orat. XXXVII. p. 455. et S. Lucae A. A. VII. 43. WESS.

25. 5. *Καθιερῶσαι δὲ καὶ τῶν*] Hoc copiosius exsequitur I. 83. WESS.

25. 10. *Εἰς προσόδους δοῦναι*] Ociosa haec sunt et e sequentibus intelliguntur. RHOD. *Τὸ τρίτον μέρος τ. χ. α. δοῦναι*] Sicuti multitudo Aegyptia in tres partes ita et regio erat descripta; quarum tertia sacerdotibus, ut eius proventu se familiamque

alerent, cesserat apud Strabon. XVIII. p. 1135. Ἐκ δὲ τούτων τῶν προσόδων τάς τε θυσίας ἁπάσας, τὰς κατ' Αἴγυπτον, συντελοῦσι, καὶ τοὺς ὑπηρέτας τρέφουσι, καὶ ταῖς ἰδίαις χρείαις χορηγοῦσι, inquit infra I. 73. quae etsi tueri videantur eiectas voces, acquiesco in Rhodomanni opinione. Wess.

25. 14. Τῷ λυσιτελεῖ προκληθέντας] Perperam R. et M. προσκληθέντας. Ipse suum defendit XVII. 83. καὶ ταῖς δοθησομέναις ὑπ' Ἀλεξάνδρου δωρεαῖς προκληθέντες οἱ μέγιστοι τῶν ἡγεμόνων. similis horum verborum permutatio apud Strabon. II. p. 182. B. Wess.

25. 21. Ἄπιν καὶ τὸν Μνεῦϊν] Usus his est Cl. Salmasius in Solin. p. 311. ut erroris Ammianum, qui XXII. 14. *Apin Lunae sacratum* tradit, coargueret, ipse errans. Non enim uni Osiridi, sed et Isidi, ut supra c. 11. significavit Diodorus, sacer fuit. Consentit Theodoret. Orat. III. ad Graec. p. 45. ταύτῃ (τῇ σελήνῃ) δὲ τὸν Ἄπιν, τὸν βοῦν δὴ λέγω, Αἰγύπτιοι τρέφουσι· τὸν δὲ Μνεῦϊν τῷ ἡλίῳ. Cuius verba ex Codice Augustano ita, uti dedimus, sunt cum Sylburg. legenda. Conf. L. Pignorii Mens. Isiac. Expos. p. 38. et quae dixi in Hieroclis Synecd. p. 730. Wess.

25. 24. Συνεργῆσαι μάλιστα] Codex unus habet πάντων pro μάλιστα. at potest esse μάλιστα sine πάντων, non contra. Steph. Recte quidem Stephan. sed quid si μάλιστα πάντων fuerit? quod profecto Codd. ille dissensus videtur velle. Wess.

25. 27. Ὁμόσαι μηθενὸς ἀνδρὸς] Repetuntur iisdem paene verbis c. 27. Wess.

25. 37. Πρὸς ταῖς καλουμέναις Φίλαις] Seneca de Ritu et sacris Aegypt. apud Servium Aeneid. VI. 154. dicit, *circa Syenem, extremam Aegypti partem, esse locum, quem Philas, id est amicas vocant; ideo, quod illic est placata Isis ab Aegyptiis: quibus irascebatur, quod membra mariti Osiridis non inveniebat, quem frater Typhon occiderat. Quae inventa postea cum sepelire vellet, elegit vicinae paludis tutissimum locum, quem transitu constat esse difficilem: limosa enim est et papyris referta et alta. Ultra hanc brevis insula est, inaccessa hominibus, unde ἄβατος appellata est.* Quibus non dissimilia Plutarchum scripsisse arbitror, etsi vulgo eius libri alia omnia praeferant: quod enim editur T. II. p. 359. B. τὴν δὲ πρὸς πύλαις Νισιτιάνην ἄλλως μὲν ἄβατον, id fuisse credo, τὴν δὲ πρὸς Φίλαις νησίδα, ἄλλως μὲν ἄβατον καὶ ἀπροσπέλαστον εἶναι. Scio posse huic coniecturae quaedam obmoveri: verum in desperatis licet esse audaciori, et abesse non potest *Philarum* mentio ab eo loco, quo de Osiridis sepulcro professa opera agitur. Diodori verba excerpsit Tzetzes in Lycophr. Alex. 212. Wess.

26. 43. Ἑξήκοντα καὶ τριακοσίας χοάς] Indices videntur fuisse dicrum vertentis anni, eodemque spectasse CCCLX sacerdo-

tes, qui Acanthiorum in urbe pertusum in dolium aquam ingerebant, de quibus I. 97. Postea accesserunt quinque *ἐπαγόμεναι*, in memoriam natalium Osiridis, Isidis, Typhonis, Apollinis et Veneris, uti docuit supra c. 13. Conf. I. 50. Tumque adeo *Νεῖλος Nilus* literis suis solidum annum, qui solstitiali circumagitur orbe, indicare potuit: *τῶν γὰρ κατὰ τοὔνομα στοιχείων εἰς ψήφους μεταλαμβανομένων, πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακόσιαι μονάδες, ὅσαι καὶ τοῦ ἔτους ἡμέραι, συναχθήσονται*, ut Heliodor. IX. p. 444. ait. Wess.

26. 47. *Πλὴν τοῖς ἱερεῦσι*] Hoc verum arbitror; quae Mss. quidam adstruunt, res ipsa monet intelligenda esse. Seneca IV. Q. N. 2. *Primum incrementum Nili circa insulam, quam modo retuli, Philas, noscitur. Exiguo ab hac spatio petra dividitur, ABATON Graeci vocant; nec illam ulli, nisi antistites calcant.* Formulam iurisiurandi, *μὰ τὸν ἐν Φίλαις Ὄσιριν* Tzetzes fuisse ait in Lycophr. Alexand. 212. Wess.

26. 53. *Εἰς ποταμὸν ῥιφῆναι*] Vide III. 6. et Plut. T. II. p. 365. C. De Phalli Aegyptiorum figura Herodot. II. 48. quae, ut in Graeciam, itidem ad Indos, quorum in sacris frequens, transiit, ut bene M. V. La Croze L. VI. Hist. Christian. Indor. p. 430. Wess.

26. 57. *Τιμᾶν καταδεῖξαι*] Eusebius, *τιμὰς καταδεῖξαι καὶ τελετὰς καὶ τὰς θυσίας τὰς τῷ θεῷ τούτῳ γινομένας ἐντίμους ποιῆσαι.* Sed *τιμᾶν καταδεῖξαι* suspectum esse non patitur locus iste p. 4. *οἱ πρῶτοι καταδείξαντες τιμᾶν τὸ θεῖον.* Item hic qui est in hac ipsa pagina, paulo superius, *καὶ τούτους σέβεσθαι καταδειχθῆναι πᾶσιν ἀνθρώποις.* Ita enim hic legere malo quam *καταδεχθῆναι.* Steph. Eusebius I. P. Evang. 1. nostri verba liberiore stylo expressit. *Τιμᾶν καταδεῖξαι* probum iustumque est. Vide sup. c. 6. Wess.

26. 60. *Τὰ περὶ τοὺς ὀργιασμούς*] Eusebius non habet *καὶ τὰ ὄργια*: at in uno codicum nostrorum non habentur ista verba *τὰ περὶ τοὺς ὀργιασμούς.* Certe tollenda sunt vel haec vel illa. nam coniuncta nihilo videntur tolerabiliora quam *μάκτρα* et *κάρδοπος*, quae irridet Aristophanes. Steph. *Τὰ περὶ τοὺς ὀργιασμούς*] Haec auctoris verba non esse *τὸ διάλυτον* evidenter ostendit; praeterquam quod ineptissimus est pleonasmus. Cuiusmodi *ταυτολογίαι* plures sexcentis in contextum auctoris sunt ingestae. Rhod. Bene sit Eusebio, qui sincera Diodori verba ad nos transmisit; quae ut probarem, et res ipsa et levis meliorum Codd. dissensus effecit. Habent *τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμούς* Plutarch. T. II. p. 364. E. et 611. D. *Διονυσιακὰς ἑορτὰς καὶ τελετὰς* Diodor. III. 74. IV. 6. pluresque alii. Horum autem sacrorum Phallus praecipuum ferculum, et mystica in cista, de qua Clemens Alex. Protrept. p. 13. et 30. reconditum, et palam sollemni in pompa gestatum, accinentibus *τὸ φαλλικὸν* re-

ligiosis, ut in Aristoph. Acharnens. 259. Quae vulgo etsi fierent, parum probabantur erectioris animi civibus, quorum e numero Demosthen. in Conon. p. 690. *οὗτοι γάρ εἰσι*, inquit, *οἱ τελοῦντες ἀλλήλους τῷ ἰθυφάλλῳ, καὶ τοιαῦτα ποιοῦντες, ἃ πολλὴν αἰσχύνην ἔχει καὶ λέγειν, μὴ ὅτι γε δὴ ποιεῖν, ἀνθρώπους μετρίους.* Wess.

26. 67. *Πλείω τῶν μυρίων*] Videntur certi nihil habuisse ad temporum seriem constituendam Aegyptiorum sacerdotes. Decem annorum millia cap. seq. a prima hominum origine numerant, At c. 26. a Solis regno XXIII annorum millia ad Alexandri in Asiam e Macedonia transitum, uti et hoc loco; qui numerus multo fiet auctior, si Dii et Heroes ad annos paullo minus XVIII mille, et homines per XV fere annorum millia in Olymp. usque CLXXX Aegypti provincias administrarint, ut ait c. 44. Et quamquam locus ille male sit sanus, levique opera refingi possit, ut ceteris bene consentiat, tamen dubia atque incerta manet haec Chronologia, uti verissime animadvertit Iac. Perizonius Orig. Aegypt. c. XI. Wess.

26. 70. *Φασὶ σχεδιάζειν*] Sic II. 15. *Κτησίας δ' ὁ Κνίδιος ἀποφαινόμενος τοῦτον σχεδιάζειν*, i. e. *nugari, temere effutire*. Polyb. XII. 2. *ὑπὲρ ὧν Τίμαιος κακῶς καὶ παρέργως ἱστορήσας, ἐσχεδίασε*. Paullo diversiore usu infra XIII. 31. ut dicetur. Conf. H. Vales. ad Harpocr. in Not. Maussaci p. 90. Wess.

26. 72. *Μεταλαβόντα, τοῖς τε Καδμείοις*] Hoc placuit prae vulgato, haud sane concinno: non item Eusebii *θεὸν Ἕλληνα ὀνομάζεσθαι*, quod ipse Diodor. manifesto damnat, Bacchum *θεὸν Ἕλληνα νομιζόμενον* a multitudine cupide receptum mox referens. Credo eam *παραδιόρθωσιν* culpae librariorum deberi: quod genus *ὀνομάζειν* et *νομίζειν* permiscere adsuevit. Vid. Cl. Kuhn. in Pausan. II. 14. et inf. c. 25. et II. 30. Wess.

27. 78. *Γενέσεώς τε καὶ τελετῆς*] Veriorem hanc scripturam Rhodomanni Latina exprimunt; altera absurda est, et descriptorum ex ingenio procusa, cui acceptum retulisset Eunapius in Maxim. p. 88. *Μιθριακὴν τελευτὴν*, et Iamblich. Vit. Pythag. seg. 151. *τελευτὴν, τὴν ἐν Ἐλευσῖνι γινομένην*, nisi hoc Kuster. et multis ante annis Is. Casaubon. in Athen. I. 7. illud Th. Gataker. Miscellan. 21. p. 660. in integrum restituissent. Wess.

27. 81. *Ὑπὸ τοῦ δήποτε*] Pro *ὑπὸ τοῦ δήποτε* duo exemplaria habent *ὑπὸ τοῦ Διός ποτε*. quae lectio prima fronte alicui arridere possit: quum tamen propius aspecta, falsa esse comperiatur. Subiungit enim Diodorus Cadmum Osiridi genitorem ascripsisse Iovem, tum ut Osirin nobilitaret, tum ut criminationes a virgine ob vitium illi oblatum depelleret. Quae nequaquam subiungeret, si illam ex Iove gravidam fuisse dixisset. Sequor igitur eam quam habemus lectionem, parva tantum cum mutatione:

videlicet ex ὑπὸ τοῦ δήποτε faciens ὑφ' ὁτουδήποτε, id est, *a nescio quo*, *a quopiam*, *quicunque is fuerit*. STEPH. et RHOD. Blanditur coniectura Stephani a veteri scriptura proxime recedens. Quod secutus sum, a Fr. Vigero haud inprobatum, ea nihil inferius est, solo accentu a vulgato distans. ὑπό του idem ac ὑπό τινος, frequentique in usu est, ubi auctor rei incertus. Appian. IV. B. C. p. 968. τὸ γιγνόμενον εἶναι σύμβολον ἔκ του θεῶν. et p. 1322. καὶ ὁ Μοῦρκος ὑπό του δαιμόνων βεβλάφθαι νομίζων. et p. 1049. ὑπό του θεῶν ἐκδιδόμεναι τοῖς πολεμίοις. Plane autem uti hic de Bacchi origine Euripid. Bacch. 27. Διόνυσον οὐκ ἔφασκον ἐκφῦναι Διός. Σεμέλην δὲ νυμφευθεῖσαν ἐκ θνητοῦ τινος, Εἰς Ζῆν' ἀναφέρειν τὴν ἁμαρτίαν λέχους, Κάδμου σοφίσματι. WESS.

27. 84. *Εἰωθέναι*] Fortasse pro εἰωθέναι legi debet οἷόντ' εἶναι. STEPH. Retinui quod scriptum fuit: tametsi H. Stephani correctio magis probatur. RHOD. Non sequor H. Stephan. Etsi enim pauci, vitales tamen septimo mense editi censentur. Ἔστι δὲ ἃ τούτων τῶν ἑπταμήνων περιγίνονται ἐκ πολλῶν ὀλίγα ait Hippocrates de Part. septimest. p. 255. Adde notissimos poetae Iliad. T. 117. de Eurystheo versus; quorum si recordatus fuisset Ariston Spartanus, haud sane negasset Demaratum, VII. mense natum, suum esse, ut bene Pausan. III. 7. p. 221. cum nota Kuhnii. WESS.

27. 86. *Κάδμον δὲ αἰσθόμενον*] Rei gestae αἰσθόμενον τὸ γεγονὸς, *postquam comperisset*, *quod acciderat*, satis videtur convenire, simillimumque est Thucydid. IV. 44. αἰσθόμενοι τὸ γεγενημένον. Neque habet ἀχθόμενον τὸ γεγονὸς, *aegre id*, *quod factum erat*, *ferentem*, cur inprobes. Est quidem ἄχθομαι τῷ πράγματι in Aristophan. Acharn. 1529. sed ad hoc exemplum Homer. Iliad. E. 361. Αἶψα ἄχθομαι ἕλκος, ὅ με βροτὸς οὔτασεν ἀνὴρ Τυδείδης. Videturque cultius paullo nec librario inputandum. Elige ergo. WESS. Fallitur. v. ad Eurip. Iph. T. v. 351.

27. 88. *Χρυσώσασθαί τε τὸ βρέφος*] Quid si καθιερώσασθαι? Haec profecto lectio alteri praeferenda videtur, ut interpretatio sit, *infantem consecravit*. RHOD. *Χρυσῶσαί τε τὸ βρέφος*] Neque hic accedere Rhodom. possum. Quod dedi, exhibet Euseb. et Codd. plures, Diodoro IV. 48. probante, longeque abest a καθιερώσασθαι. Puto moris magnificentiaeque Aegyptiae fuisse, ut mortui eorumque conditoria auro inducerentur. De Mucerino certe Herodot. II. 128. mortua filia fabricasse ait ligneam et cavam bovem, καὶ ἔπειτα καταχρυσώσαντά μιν ταύτην, ἔσω ἐν αὐτῇ θάψαι ταύτην. Nec multum differt Paneborum, gentis Afrae, institutum, quo regis mortui corpore contumulato, τὴν δὲ κεφαλὴν ἀποκόψαντες καὶ χρυσώσαντες, ἀνατιθέασιν ἐν ἱερῷ in Excerpt. Nicol. Damasceni p. 526. WESS.

27. 91. Ὄσιρίν τε καὶ τὸ γεγονὸς] Hoc τε καὶ τὸ γεγονὸς

genuina Diodori lectio, ut mihi quidem videtur, non admittit. Pleonasmus enim est, e superioribus, ut apparet, adscitus. Rhod.

27. 95. Ἐπὶ μελῳδίᾳ καὶ τελεταῖς] His nihil dissentit, cum μέγιστος, inquit, ἐγένετο τῶν Ἑλλήνων ἔν τε ταῖς τελεταῖς, καὶ ταῖς θεολογίαις, καὶ ποιήμασι καὶ μελῳδίαις de eodem, *sacro et Deorum interprete*, Orpheo IV. 25. Qua fama cum floreret, ne miremur Bacchi arcana sacra Ὀρφικὰς τελετὰς III. 64. ipsumque τὸν τὰς ἁγιωτάτας τελετὰς καταδείξαντα Eurip. Rhes. 943. Demostheni I. in Aristogit. p. 483. appellari. vide et Philostr. Heroic. II. 19. Wess.

27. 4. Καὶ δόξαν ἐν τοῖς τοιούτοις προσέχοντας] Deleta voce χαιροῖς, quae tenebris inportuna orationem involverat, hoc amplexus sum. Magna erat Orphei auctoritas, certaque vulgo de eius in sacris peritia persuasio; hac factum ut de Bacchi origine pluribusque aliis cupide illi assenserint. Ὁ δὲ Ὀρφεὺς ὑπερεβάλετο ἐπῶν κόσμῳ τοὺς πρὸ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ μέγα ἦλθεν ἰσχύος, οἷα πιστευόμενος εὑρηκέναι τελετὰς θεῶν καὶ ἔργων ἀνοσίων καθαρμούς, νόσων τε ἰάματα καὶ τροπὰς μηνιμάτων θείων. Pausan. IX. 30. p. 768. Wess.

27. 7. Ἔπειτα παραλαβόντων τῶν] Dubito an haec sint vitiata. Movet suspicionem verbum ἐμπλῆσαι, Eusebio, schedisque vetustioribus haud spretum. Cogitaram, ἔπειτα παραλαβὼν τῶν μυθογράφων καὶ ποιητῶν τὸ γένος ἐμπλῆσαι τὰ θέατρα, una, ut vides, detracta syllaba, quae natales ex sequenti articulo nancisci potuit, sententia vero percommoda. *Deinde fabulatorum et poetarum nationem, postquam ea accepisset, theatra replesse.* Id si repudies, vide an hoc malis, ἔπειτα π. τ. μυθογράφων, καὶ ποιητῶν τὸ γένος ἐμπλῆσαι τὰ θέατρα, *quae cum deinceps fabulatores accepissent, poetarum etiam familiam theatra inplesse.* Ego, si quid mutandum, haud longe inde abeo; nec restitui tamen, quod vulgatum suos sibi patronos habere possit; certe si ποιητῶν τοῦ γένους legas, nemo erit, qui queri possit: numeri enim ea enallage frequens et elegans. Heliod. VII. p. 315. ἐκβοησάντων δὲ πρὸς ταῦτα τοῦ δήμου, καὶ συγκατατίθεσθαι διὰ τῶν ἐπαίνων παραδηλούντων. cui simillimum in Gregorii Nazianzeni Orat. III. p. 87. B. Vid. infra XIV. 78. XV. 29. Wess. Vera videtur prima Wessel. correctio, praeferenda certe Toupianae (Emend. in Suid. vol. II. p. 310.) γεγονός. Supra I. 9. τὸ τῶν ἱστοριογράφων γένος.

28. 13. Τὸ γένος Αἰγύπτιον] *Sacratissima et augustissima Aegyptii* Herculem *religione venerantur, ultraque memoriam, quae apud illos retro longissima est, ut carentem initio colunt: ipse creditur et gigantas interemisse, cum coelo pugnaret, quasi virtus Deorum*, inquit Macrob. I. Satur. 20. et assentitur Herodotus II. 43. et 145. Wess.

28. 21. Γενεᾷ πρότερον τῶν Τρωϊκῶν] *Una hominum ae-*

tate ante bellum Troianum. Hercules enim vicit et occidit Laomedontem, patrem Priami, sub quo gestum id bellum, sociosque habuit expeditionis Thesea et Telamonem, quorum filii Demophoon et Aiax huic bello interfuerunt, sicuti monere haud neglexit Iac. Perizonius Orig. Aegypt. c. 11. Solet Diodorus *γενεὰν* annis XXX aequare, uti II. 55. a quo spatio haud longe abest Herodot. II. 142. Conf. Plutarch. T. II. p. 415. E. Wess.

28. 25. *Ῥόπαλον καὶ λεοντὴν*] Notissima haec Herculis et eorum, qui Herois facta et mores aemulabantur, insignia: quo de genere Nicostratus et Dioxippus infra XVI. 44. XVII. 100. praeterea Alexander et Imp. Commodus apud Athen. XII. p. 537. F. aliique. Admodum debile tamen argumentum, quo Aegyptii pugnant, videtur: nam sero poetae Herculem illis armis, Stesichoro ceteris praeeunte, instruxerunt, auctore Megaclide in eiusdem Athen. XII. 1. p. 512. Wess.

28. 29. *Σκεπαστηρίοις χρῆσθαι*] Quod addunt Mss. *ὅπλοις*, id ad pleniorem sententiam requiritur: negligitur tamen saepe. Philo Iud. de Mundi Opif. p. 19. C. *πρὸς ἑνὸς ἀνδρὸς ἄγεται, — οὔτε τι τῶν ἀμυντηρίων ἐπιφερομένου, διῃθέραν δ' αὐτὸ μόνον ἔχοντος σκεπαστήριον.* Rarius a nostro. vid. III. 33. 54. V. 18. XI. 7. Wess.

28. 32. *Ἀλκαῖον ἐκ γενετῆς καλούμενον*] *Ab ipsis natalibus*, sicuti V. 32. XVII. 105. Athen. IV. p. 160. D. *ὃ ἐκ γενετῆς σε ἡ μήτηρ κέκληκεν.* Alcaei autem Alcmenae filio verum et primum fuisse nomen ostendit et Sex. Empiricus IX. 36. quique ibi a Io. Alb. Fabricio ad testimonium dicendum sunt excitati. Wess.

28. 34. *Ὁ Μάτρις*] Puto fuisse *ἐν τῷ τοῦ Ἡρακλέους ἐγκωμίῳ*, quam Herculis a Matri scriptam laudationem memorat Athen. X. I. p. 412. A. Vid. infra IV. 10. Wess.

28. 39. *Καθαρὰν τὴν γῆν τῶν θηρίων ἐποίησε*] Hoc Euripidi est in Here. 20. *ἐξημερῶσαι τὴν γαῖαν*, et nostro IV. 21. Propius a loquendi genere abest Liban. T. II. p. 133. A. *οὐ πρότερον ὑπενόστησαν πρὶν ἢ τὴν χώραν τῶν πολεμίων ἐκάθηραν.* et Appian. II. B. C. p. 709. *ὁ μὲν δὴ Πομπήϊος ἄρτι τὴν θάλασσαν καθῆρας ἀπὸ τῶν λῃστηρίων.* Nec dissimile, quamquam rarius, Iosephi XIV. A. I. 9. 2. *ποθοῦσι γὰρ αὐτοῖς ἀπηλλάχθαι τοῦ λῃστηρίου, τὴν χώραν ἐκαθάρσυσεν.* Wess.

29. 47. *Εἰς τὴν ὑπερκειμένην*] Non *εἰς* sed *ἧς* legitur in uno codice: verum utrovis legas modo, plena esse non videtur sententia. Praeterea quod hic de Aegypto, alibi de Libya dicit pag. 18. *ἡ ἔρημος καὶ θηριώδης τῆς Λιβύης.* Steph. *Ἧς τὴν ὑπερκειμένην*] Ego hoc verius existimo: sive enim de Troglodytica, seu Aethiopia, seu Libya accipias, verissimum est, eas regiones, qua Aegypto adhaerent, steriles et feris infestas esse. Vid. inf. c. 30. et Strab. XVII. p. 1174. Paullo ante *ἀρχαιοτάτους χρόνους* res ipsa videbatur requirere. Wess.

29. 54. *Μυθολογούντων τὴν Ἰὼ*] Lubenter legerim cum Eusebio *μυθολ. αὐτὴν εἶναι Ἰὼ τὴν εἰς* etc. STEPH. Sensus citra ullam mutationem planus est, si hoc modo reddas: *Dum Ionem in formam bovis conversam esse fabulantur.* Quamvis Eusebianam hic correctionem cum H. Stephano lubens sequar. Non multum vero interest sive *μεταποιηθεῖσαν* in loco suo permaneat, sive *μεταμορφωθεῖσαν* pro illo reponas. RHOD. *Τὴν Ἰὼ, τὴν εἰς βοὸς τύπον*] Hoc placuit, etsi Eusebianum paullo lenius, propter Mss. auctoritatem. Quae vero Aegyptii de Ione adfirmant, a veritate haud abhorrere, et Istri, qui de *Coloniis Aegyptiorum* commentatus est, testimonio apud Clement. Alex. I. Strom. p. 382. adfirmari posse videntur. Graecis de eius origine nihil liquido constitit, ut abunde Apollod. II. Biblioth. 1. 3. indicat: et bovis tamen figura instructam in Aegyptum deduxerunt, Isidis cultu et nomine venerandam, Herodot. II. 41. Aeschyl. Prometh. 815. 852. Lucian. D. D. III. p. 208. Alia, sed quae haud probes, Ath. Kircher. Oedip. T. I. p. 92. WESS.

29. 57. *Οἱ δὲ Δήμητραν*] Ipsa de se, *Me primigenii*, inquit, *Phryges Pessinuntiam nominant Deum matrem; hinc Autochthones Attici Cecropiam Minervam; illinc fluctuantes Cyprii Paphiam Venerem; Cretes sagittiferi Dictynnam Dianam; Siculi trilingues Stygiam Proserpinam; Eleusinii vetustam Deam Cererem: Iunonem alii, Bellonam alii, Hecatem isti, Rhamnusiam illi; et qui nascentis dei Solis inchoantibus radiis illustrantur Aethiopes, Ariique, priscaque doctrina pollentes Aegyptii, cerimoniis me propriis percolentes, appellant vero nomine reginam Isidem* in Apuleii XI. Metamorph. p. 259. quibus etsi sibi *rerum haec natura parens*, uti censebatur, Dearum paene omnium nomina et potestatem vindicet, amplius tamen cognomen est ISIDIS MYRIONYMAE in Thesauri Grut. p. LXXXIII. 7. Vid. supra c. 11. et 14. et Gerh. Io. Vossium II. Idololat. c. 56. WESS.

29. 59. *Οἱ μὲν Σάραπιν*] Osiris idem qui Sol, eiusque adeo potestas variis nominibus multifariam a Theologis olim designata est, quo de idem Vossius in elaboratissimo opere II. 10. Recte ergo Martianus Capella II. p. 43. *Hinc Phoebum perhibent prodentem occulta futuri, Vel quia dissolvis nocturna admissa, et Isaeum Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirim. Dissona sacra Mithram, Ditemque ferumque Typhonem; Atys pulcher item, curvi et puer almus aratri. Ammon et arentis Libyes, ac Byblius Adon. Sic vario cunctus te nomine convocat orbis.* Praesertim cum Apollo ipse, modo tamen certa fides, consultus, quis esset, responderit, Ἥλιος, Ὧρος, Ὄσιρις, Ἄναξ, Διόνυσος, Ἀπόλλων, Ὡρῶν καὶ καιρῶν ταμίης, apud Euseb. III. P. E. 15. WESS.

29. 63. *Πλούτωνα ὀνομαζόμενον*] Sequor scriptos libro

Similis error saepe commissus, ut recte Casaub. in Athen. V. 4. Sarapin vero non alium atque eum esse, quem Graeci Plutonem appellant, Archemachus et Heraclides testantur in Plut. T. II. p. 361. E. nec dissentit Aristid. T. I. p. 97. Wess.

29. 65. *Ἐμπειρίαν, καὶ τὸ σύνολον π. μ.*] Haec absque ulla sententiae iactura removeri possunt, cum nonnullam prae se *νοθεύματος* suspicionem ferant. Paulo autem post expungendum quoque *τῖν* videtur. Rhod. *Ἔχειν ἐμπειρίαν, διὸ καὶ τυχοῦσαν*] Parui viro doctissimo et scriptis libris; nec aliter citat Morellus in III. Sylv. Statii p. 338. Isis propter peritiam artis Medicae Romanis SALUTARIS, uti in Gruteri Thes. p. LXXXIII. 15. *Ὑγίεια* Epidauri, teste Pausania II. 27. dicebatur. Ipsa sibi artis salutiferae initia tribuit in Eclog. Io. Stobensis p. 125. et apud Ovidium, *Dea sum auxiliaris, opemque Exorata fero*, IX. Metam. 698. Adde Tibullum I. 3. 27. cum nota Cl. Broekhusii. Wess.

29. 68. *Ἐπιδεικνυμένην τήν τε ἰδίαν ἐπιφάνειαν*] *Suae praesentiae manifesta indicia demonstrantem.* Appellant enim *ἐπιφάνειαν* numinis apparitionem, quoquo tandem modo Deus aliquis suae praesentiae signum dedisse crederetur: exemplorum abunde conduxerunt viri egregii Is. Casaubon. in Athen. XII. 11. et Exercit. II. in Baron. p. 137. et Ezech. Spanhem. Diss. VII. de Usu et Pr. Numis. p. 426. Ego Diodori, cui frequenti in usu, loca quaedam veluti per saturam dabo, III. 62. IV. 82. XI. 14. XIV. 69. Patres Christiani, praeeunte S. Paullo, ad utramque Christi in terris praesentiam commode transtulerunt, tum deinceps ad Martyres. *Παρ' ὧν δαίμονες ἐλαύνονται καὶ νόσοι θεραπεύονται· ὧν αἱ ἐπιφάνειαι καὶ ὧν αἱ προρρήσεις*, Gregor. Nazian. Orat. III. p. 77. A. Wess.

29. 74. *Κατὰ τοὺς ὕπνους ἐφισταμένην*] Incubantibus, ut responsa opemque eius acciperent; quo genere superstitionis nihil olim crebrius. Lycophr. Alexandr. 1050.

Δορυᾶς δὲ μήλων τύμβον ἐγκοιμωμένοις
Χρήσει καθ' ὕπνον πᾶσι νημερτῆ φάτιν.

Praecipue in Aegypto in Isidis aut Serapidis aede, ut apud Dion. Chrysost. Orat. XXXII. p. 364. C. et Strab. XVII. p. 1152. Atque haec est *ἐγκοίμησις ἐν τοῖς ἱεροῖς*, de qua uberius infra c. 53. Wess.

30. 82. *Τὸ τῆς ἀθανασίας φάρμακον*] Meminit ipsa *ἀφθαρσίας φαρμάκου* ex Hermetis libris in Eclog. Phys. Stobaei p. 117. quod fortasse diversi generis. *Horum* pariter ac Osiris a Titanibus *artuatim*, ut Firmicus loquitur, discissum perhibebant, quorsum *τοῦ Ὥρου διαμελισμὸς* apud Plut. T. II. p. 358. Wess.

30. 89. *Ἀπόλλωνα ὑπάρχειν*] De Deorum ultimo inter Aegyptiorum reges Horo, qui Graecis Apollo, paria Herodot. II. 144. *Apud eosdem Apollo, qui est sol, Horus vocatur, ex quo*

et horae XXIV. quibus dies et nox conficitur, nomen acceperunt, Macrob. I. Sat. 21. De eius vero beneficentia et auxilii miseris ferendi studio testatur Artemidorus, illum inter *σωτῆρας*, Deos servatores, qui *αὐτίκα μάλα σώζουσι* praesentemque opem ferunt, transscribens II. 44. et haec icunculae veteris inscriptio:

ΜΕΓΑΣ ΩΡΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝ ΑΡΠΟΚΡΑΤ
ΕΥΙΑΑΤΟΣ ΤΩΙ ΦΟΡΟΥΝΤΙ.

in quam plura Ampl. Cuper. Harpocrat. p. 156. Wess.

30. 95. *Διαμυρίων καὶ*] Vide supra c. 23. Wess.

30. 1. *Κατὰ τὴν τῆς σελήνης περίοδον*] Aegyptios olim Lunae senio annum determinasse, itaque aliquos et singula millia annorum apud eos vixisse prodi Plinio VII. H. N. 48. accredimus: paria enim tradunt Plutarch. T. I. p. 72. A. et ex Eudoxo Proclus in Timaeum p. 31. Suidas in Ἥλιος, atque alii. Nisi tamen erro, serius lunares hi anni adhibiti sunt, ut inmanem annorum numerum, quem regibus Diis, Semidiis atque hominibus annales contribuebant, expedirent. Inaudiverant aliqua de longaeva regum suae gentis ante Noachicum diluvium et post illud aetate; quae sine his extricari commode non posse videbantur; quamquam ne sic quidem plana omnia. Conf. Cl. Iac. Perizonii Origin. Aegypt. c. 2. Wess.

30. 7. *Τέτταρσι μησὶ*] Is. Vossius *τρισὶ* libro suo adscripserat, fortasse ob Censorinum, cui Hori annus trimestris: verum neuter audiendus. Vulgatum tuetur Plut. T. I. p. 72. B. Aegyptiis *τετράμηνον quadrimestrem* annum tribuens, et quae hic sequuntur. Singulae anni tempestates quatuor mensibus absolvebantur; quae cum tres olim haberentur, ver, aestas et hiems, earum quaelibet annus censebatur. Atque hae sunt *τριμερεῖς ὧραι*, quarum superius meminit c. 11. 12. 16. et Aeschyl. Prometh. 454. Tacitus Mor. Germ. 26. et nunc observantur ab Abyssinis, de quibus Iob. Ludolphus I. Hist. Aethiop. 5. Wess.

30. 10. *Ὥρους καλεῖσθαι*] Absque dubitatione pro masculino foemininum *ὥρας* restituo: cum istius nullum suppetat exemplum: huius vero significatio in promptu habeatur. Cum enim *ὥρα* unam de IV anni partibus creberrime designet, quid mirum, si partis nomine totum synecdochico tropo appelletur? Rhod. Non sequor virum doctissimum, cuius dicta hoc quidem loco *ἄῤῥητα ἀμείνω*. Ecce enim tibi Censorin. Die Nat. 19. *sunt qui tradant hunc annum trimestrem Horum instituisse, eoque ver, aestatem, autumnum, hyemem ὥρας, et annum ὧρον dici, et Graecos annales ὥρους, eorumque scriptores ὡρογράφους.* Et ne de eius auctoritate dubites, Plutarch. T. II. p. 677. D. ubi Antipater *τοὺς μὲν ἐνιαυτοὺς ἀρχαϊκῶς ὥρους λέγεσθαι.* quibus eadem de re simillima in Athen. X. p. 423. F. ne dicam de Hesychio, Eustathio, ceterisque Grammaticorum, Homeri *ἐννέωρον ὠαριστὴν* et *ἐννέωρον ἄλειφαρ* explicantibus. Commode ergo

ὡρογραφία de annalibus, et *ὡρογράφοι* eorum conditores. Hesychius, *Ὡρογράφοι, ἱστοριογράφοι, τὰ κατ' ἔτος πραττόμενα γράφοντες· ὧροι γὰρ οἱ ἐνιαυτοί.* quo usu *οἱ Ναξίων ὡρογράφοι* Naxiorum annalium scriptores Plutarcho T. II. p. 869. A. Wess.

31. 16. *Καὶ τυπτομένους ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ὄσιριν*] *Quique ab ipso Osiride verberantur.* Rhodomanni enim *sacrificii Osiridis* haud placent. *Οἱ περὶ τὸν Ὄσιριν* ipse Osiris est, ut c. 15. 16. et mox *οἱ περὶ τὸν Δία καὶ τὸν Ὄσιριν*, et locis infinitis, quamquam non ignoro hoc genus aliquando latius porrigi, quo de Is. Casaub. in Diogen. Laert. III. 22. Typhon ceterique gigantes ab Osiride victi oppressique sunt, cuius in victoriae memoriam gigantes monstrosa specie in Aegyptiorum templis effingebantur et ab adstante Osiride verberabantur. Habet Herodot. II. 137. quaedam de Aegyptiorum Deo vapulante, sed dubia et quae ad luctum possunt referri. Conf. Ath. Kircher. Oedip. T. I. p. 220. Wess.

31. 24. *Νομοθετῆσαι*] Pressius legem explicat Philo Iud. de Special. Leg. p. 780. A. de Aegyptiorum legislatore inter alia *παρασχὼν ἄδειαν*, inquiens, *ἁπάσας ἀδελφὰς ἄγεσθαι, τάς τε ἰδίας τοῦ ἑτέρου τῶν γονέων, τοῦδε, ἢ τοῦδε, καὶ τὰς ἐξ ἀμφοῖν, καὶ τὰς οὐ νεωτέρας μόνον, ἀλλὰ καὶ πρεσβυτέρας καὶ ἰσήλικας. Permissa licentia ducendi sorores sive per alterum parentem sive per utrumque cognatas, maiores pariter ac minores aequalesve.* Quam eorum consuetudinem cum ducta sorore Arsinoe probasset Ptolemaeorum secundus, *ἔγημεν αὐτήν*, dicebat Pausan. I. 7. *Μακεδόσιν οὐδαμῶς ποιῶν νομιζόμενα, Αἰγυπτίοις μέντοι, ὧν ἦρχε.* Bene profecto. Macedonibus enim et Graecorum plerisque hae nuptiae erant nefariae, *γάμοι ἀνόσιοι* Aristoph. Ran. 874. Mox *κοινὸν ἔθος τῶν ἀνθρώπων* visum est iustum et paullo ante *συμφωνεῖσθαι.* pendet enim oratio ex anterioribus. Wess.

31. 32. *Καταδειχθῆναι*] Non dubito, quin *καταδειχθῆναι* scriptum fuerit, quod auctor *tradendi* seu *docendi* significatu non raro usurpat. Rhod.

31. 34. *Κυριεύειν τὴν γυναῖκα τἀνδρὸς*] Gravius et iustius S. Paullus 1. Timoth. II. 13. *οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρὸς* de femina. Sed diversi Aegyptiorum mores, quibus ex pacto uxor marito imperabat, omniaque virilia officia foris obibat, dum ille tanquam claudus sutor domi sedens fusumque tenens pensa traheret. Sophocl. Oedip. Colon. 332. *ἐκεῖ γὰρ οἱ μὲν ἄρσενες κατὰ στέγας θακοῦσιν ἱστουργοῦντες· αἱ δὲ σύννομοι τὰ ἔξω βίου τροφεῖα πορσύνουσ' ἀεί.* Quibus gemina Nymphodorus a Schol. productus scribit. Conf. Io. Marsham. Can. Chronol. p. 68. Wess.

31. 36. *Πειθαρχήσειν τῇ γαμουμένῃ. Οὐκ ἀγνοῶ*] Obtemperavi libris manu exaratis, et quae intempestive inculcata erant, abesse iussi. Leguntur c. 22. unde a male officiosis, non

sine auctario, ut in Cod. Mutin. in hunc locum sunt infarta. WESS.

31. 39. *Καὶ Νυσαῖον*] Saepe *Νυσήϊος*, *Νυσαῖος*, *Νύσιος* Bacchus, ut in Schol. Comici Ran. 218. et Ovid. IV. M. 13. WESS.

31. 42. *Πάσης χώρας*] Titulus hic nimis arrogans videtur. Ideo *τῆς* in margine pro *πάσης* amplector, ut et alterum, quod subsequitur, *ὅσα ἐγὼ ἐνομοθέτησα*. RHOD. Praestat *πάσης τῆς χώρας*. Itaque articulum adde. WESS. in Add.

31. 43. *Ἐγὼ ἐνομοθέτησα*] Vulgatum *καὶ ὅσα ἐγὼ δήσω* olim mihi defendi posse videbatur hoc Sophocleo Antig. 1100.

Αὐτός τ' ἔδησα, καὶ παρὼν ἐκλύσομαι.

et verbis Iosephi I.B. I. 5. 2. Plutarchi T. I. p. 161. et Aristidis T. I. p. 53. et 58. quae, quod usum illis Cl. Iac. Elsnerum in Matth. XVI. 19. cum maxime animadvertam, non exscribo. Sed vinculorum et ligationis cuiusdam in omnibus illis cum ratio habeatur, et haec legum praecepta innuant, a Mss. auctoritate recedere nunc quidem haud placet: nam Christi nostri ad Petrum, *ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς*, etsi aliqua ex parte conveniat, plane geminum non est. Quod praecessit *πάσης τῆς χώρας* ob ea, quae mox de Osiride adduntur, non moveo. WESS.

31. 46. *Καρπὸν ἀνθρώποις*] Conf. supra c. 14. WESS.

31. 48. *Ἐν τῷ ἄστρῳ τῷ κυνὶ*] Athan. Kircher. Oedip. T. II. Part. II. p. 258. *Habet canicula duas stellas, unam in capite, quae Isis vocatur, Porphyrio teste, alteram in lingua, quae Sirius proprie et Canis nuncupatur. Unde Diodorus inter titulos Isidis haec ponit, Ἐγώ εἰμι ἡ ἐν τῷ ἄστρῳ τῷ κυνὶ ἐπιτέλλουσα.* Bene, modo pro Porphyrio posuisset Eratosthenem: ille enim de Antro Nympharum, *Σῶθιν, ἣν κυνὸς ἀστέρα Ἕλληνες φασὶ*, habet. hic c. 33. Cataster. *ἔχει δ' ἀστέρας ἐπὶ μὲν τῆς κεφαλῆς α', ὃς Ἶσις λέγεται. Ἐπὶ τῆς γλώττης α', ὃν καὶ Σείριον καλοῦσι.* Neque dissentiunt Plut. T. II. p. 376. A. et Horapollo c. 3. Conf. Had. Iunii I. Animadv. 5. WESS.

32. 49. *Βούβαστος*] Sic et XVI. 49. 51. Herodoto *Βούβαστις* II. 137. Urbis vicinum lacum Aelian. XII. H. A. 29. situm Strabo XVII. p. 1158. B. describit. WESS.

32. 51. *Κρόνος νεώτατος*] Vide supra c. 13. Saturnus Deorum ante Osirim et Isidem natu minimus censebatur; eo enim aetate et regni auspiciis priores Agathodaemon, Sol, Vulcanus, ex gentis annalibus apud Euseb. Canon. p. 7. WESS.

32. 57. *Σῶον σπέρματος*] Hoc quid sibi velit divinare haud possum. Ideo tamquam peregrinum et inutile praeterivi. At nec marginalis lectio integra sanaque videtur. RHOD. *Καὶ ἔβλαστον ἐκ κ. κ. εὐγενοῦς ᾠοῦ, σπέρμα συγγενές*] Ego vero inscriptionis verba, uti oportuerat, levi unius literae mutatione, refinxi. Dicit *se proseminatum ex pulcro generosoque ovo, et fuisse*

semen diei cognatum; plane ut in Aristoph. Avibus 695. *Τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον Νὺξ ἡ μελανόπτερος ᾠόν· Ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν Ἔρως ὁ ποθεινὸς, omnium primum parit ventosum furva Nox ovum, e quo temporibus exactis propullulavit Amor desiderabilis:* sunt enim ea ex priscorum Theologia derivata. Aegyptiorum plures *τὸν δημιουργὸν* seu rerum principem caussam *Cneph*, eiusque ex ore prodiisse ovum, quod ruptum effuderit *τὸν Φθὰ* sive *Vulcanum*, teste Porphyrio in Euseb. III. P. E. 11. p. 115. alii Osirim eodem ex ovo prognatum ferebant; quos Orpheus secutus, cuius *πρωτόγονον ᾠὸν* cum frangeretur, Phanetem, qui non alius atque Osiris, uti dictum c. 11. exclusit, in Recognit. S. Clement. X. 18. et Homil. Clem. VI. 5. ac Damascio in Epist. ad Io. Mill. R. Bentlei p. 3. Iam cum Phanete ex ovo prosiliente *τὸ πᾶν ἐξ αὐτοῦ ἔλαμψε* universaque radiis eius illustrarentur, neque alius in Theologia Orphica is sit, auctore Proclo, ac *Ἔρως* sive Cupido, satis utique apparet, cur Osiris hac in inscriptione sese *σπέρμα συγγενὲς ἡμέρας semen diei cognatum* profiteatur, et quorsum Aristophanicum illud referri oporteat. Wess.

32. 60. *Ὧν ἐγὼ εὐεργέτης*] Mallem *εὑρετὴς*, nisi obstaret Isocratis Busiris *τηλικούτων ἀγαθῶν εὐεργέτης γεγενημένος* in Laudat. p. 333. Intelliguntur tamen leges, artes variae, vinum, fruges, earumque in horrea conportandarum modus; quorum omnium inventio Osiridi tribuitur cap. 14. 15. 16. Wess.

32. 66. *Καὶ κινδύνων ἐπικειμένων*] Legibus, puto, ut Athenis, ubi scitum *τὸν ἐξεπόντα τὰ μυστήρια τεθνάναι*, qua de lege Petitus Leg. Attic. p. 33. et persuasione vulgi, qua motus Herodotus cum his similia exponeret, *εὔστομα κείσθω* inquiebat II. 171. Cum quibus autem quave conditione sacra et disciplinas occultiores communicare fuerint adsueti docet Clemens Alex. V. Strom. p. 670. Wess.

32. 71. *Εἰς Βαβυλῶνα*] Videntur his pugnare, quae II. 1. verum illic Ctesiam sequitur, hic Aegyptiorum traditiones. Nam quod Io. Marshamus Can. Chron. p. 110. hanc Beli coloniam non Babylonem sed in Babyloniam videri deductam adfirmat, id neque tenere potest, neque hic perscribitur, ut bene Iac. Perizon. Orig. Babyl. c. 5. De *ἀτελείᾳ* sacerdotum, qua publicorum onerum immunes erant, c. 73. et Chaldaeorum II. 29. Wess.

32. 77. *Μιμουμένους τοὺς παρ' Αἰγυπτίοις*] His similia c. 83. Contra ea Aegyptios a Chaldaeis sideralem scientiam accepisse Ioseph. I. A. I. 8. 2. et Alexander Polyhist. in Euseb. IX. P. E. 17. auctores sunt. Wess.

33. 80. *Συνοικῆσαι τὴν ἀρχαιοτάτην*] Repono hic *συνοικίσαι* per *ι*, et *οἰκίσαι* linea sequenti. Steph. et Rhod. *Συνοικίσαι τὴν*] Parui viris egregiis: postulat enim utrumque sermonis ge-

nius, et nihil crebrius eorum in scriptis libris permutatione. vid. IV. 27. XII. 32. XV. 66. Wess.

33. 81. *Τῶν Κόλχων ἔθνος*] Conf. infra c. 55. et Herodot. II. 104. De *Ἰσοῤῥαίων* voce post deinceps dicetur. Wess.

33. 82. *Τὸ τῶν Ἰουδαίων*] Margo *Ἰσοῤῥαίων* habet. At quae gens hoc nomine veniat, indaget, quemcunque *πολυπραγμονεῖν* istud iuvat. Locus ei fuerit, si *Ἰτυραίων* scribatur. Sed nos merito contextus lectionem retinemus. A Iudaeis autem ad Aegyptios aliosque circumcisionem derivatam esse, admonere forsitan conducit, sed confirmare opus non est. Legantur hac de re Biblia V. Gen. XVII. 25. Ioseph. I. Archaeol. c. 11. 13. 16. Rhod.

33. 85. *Ἐξ Αἰγύπτου μετενηνεγμένον*] Circumcidendi ritum ab Aegyptiis ad Hebraeos migrasse Herodot. II. 104. innuit, et diserte Strabo XVII. p. 1180. et Celsus apud Origen. I. 22. p. 339. profitentur; quos potissimum eius opinionis auctores habuisse Io. Marsham. Can. Chron. p. 74. et Io. Spencer. I. Rit. Heb. c. 4. p. 69. quis est qui ignoret? Conf. Huetium in Origen. Homil. V. in Ierem. p. 85. Wess.

33. 87. *Ἀποίκους εἶναι Σαϊτῶν*] Eadem Theopompi fuit sententia et plurium aliorum, si fides Africano apud Euseb. X. P. E. XI. De Theopompo consentit Proclus in Timaeum p. 31. sed et contra ea censuisse Callisthenem et Phanodemum Atheniensium colonos fuisse Saïtas, *πατέρας τῶν Σαϊτῶν γενέσθαι*· quin Atticum, Platonicum philosophum, adfirmasse, Theopompum obtrectandi studio et libidine veritatem corrupisse, suaque aetate Saïtarum legatos Athenas venisse, ut vetera cognationis cum Atheniensibus iura renovarent. Quae Attici perlevis ratio valuit ea aetate apud plures, habitique Saïtae Atheniensium sunt coloni, quare Apollonius Tyaneus Saïtis Epist. 70. *Ἀθηναίων*, inquit, *ἀπόγονοί ἐστε*· qui cum statim adnectit, *καθάπερ ἐν Τιμαίῳ Πλάτων φησι*, id quidem difficulter persuadebit. Philosophus, uti recte ex Proclo Cl. Olearius, Atheniensium duntaxat amicos et cognatos facit; cuius tamen omnem orationis complexum si studiose scruteris, facile animadvertes, eum litem hanc secundum Saïtas dedisse. vid. eius Timaeum p. 21. F. Wess.

33. 89. *Τὴν πόλιν Ἄστυ καλεῖσθαι*] Debile hoc et plane plumbeum visum est Tan. Fabro in Lucian. Timon. princ. et ea quidem de caussa, quod antiquissimi Graecorum quamcunque urbem *ἄστυ* appellitent: cui et ego adsentirer, nisi ineptissimae Grammaticorum originationes vocabulum *ἄστυ* peregre in Graeciam venisse, et a primis Atheniensibus ad universos Graeciae incolas propagatum fuisse arguerent. De urbe seu pago Aegypti *Ἄστυ* Steph. in *Ἄστυ*. Wess.

33. 92. *Εἰς τρία μέρη διανεμηθείσῃ*] De Aegyptiorum republica locuples testis Isocrat. Laud. Busirid. p. 328. et Nost. c. 73. 74. Atheniensium vero confusam ante multitudinem in tria

genera descripsit Theseus *πρῶτος ἀποκρίνας χωρὶς εὐπατρίδας καὶ γεωμόρους καὶ δημιουργοὺς*, Plut. in Thes. p. 11. C. a quo nihil admodum dissentit Plato in Timaeo p. 24. A. Wess.

33. 94. *Οἵτινες ὑπῆρχον*] Facit Codd. quorundam scriptura, ut fuisse hic suspicer, *οἵτινες ἱεροποιοὶ ὑπῆρχον, ἐν παιδείᾳ μάλιστα διατετριφότες*. Praeerant enim sacris Eupatridae, manseruntque in sera tempora Athenis *ἱεροποιοὶ*, ut ex Polluce VIII. 107. nemo ignorat. Munus, quod obibant, Ulpian. in Oratoris Midian. p. 352. ita designat, *ἱεροποιὸν δὲ καλοῦσι τὸν ἐποπτεύοντα τοὺς μάντεις ὅτε θύουσι, μήπου τὶ κακουργῶσιν ἐν ταῖς θυσίαις*, sed nimis arte: pertinebat ad eorum curam praeter varia sacrificia, ut sacra rite fierent, nihilque abesset, aut secus, atque oportebat, administraretur, sicuti monuit Des. Heraldus Animadv. in Ius Att. et Rom. II. 3. et ante eum auctor Lexici Rhetor. in Montfalconii Biblioth. Coisl. p. 492. Neque huic tamen suspicioni multum tribuo, cum ipsi in diversa abeant Mss. qui paullo ante *τὸ τῶν Ἰσορρωίων ἀνὰ μέσον Ἀραβίας*. Ubi si *Ἰτουραίων*, quod a vestigiis corruptae lectionis prope abest, refingas, ostendendum erit, Ituraeos iam olim circumcidendi morem probasse, quem tamen victos ab Aristobulo non longe a Diodori aetate recepisse demum ex Iosepho XIII. A. I. 11. 3. novimus. Verum ergo illic *τῶν Ἰουδαίων*, quod cum librariis eruditioribus haud lateret, pravam vocem in hunc locum inculcandam alii censuerunt. Mox *διατετριφότες* non movendum. Ioan. Chrysostom. *τότε δὲ πολὺν χρόνον δημοσίοις πράγμασιν ἐνδιατρίψας, ἴσως ἂν καὶ ῥύπον πολὺν προσετρίψατο*, Lib. ad Vidu. Iunior. T. I. p. 349. A. edit. Montfalc. Wess.

33. 5. *Τὸν γὰρ Πέτην*] Exemplar unum *Διὶ πέτην* habet, non *Πέτην*. Atqui Homerus in Boeotia v. 552. *υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς*. Nam pro *Πέτης* dicitur etiam *Πετεώς*. Fortasse autem hinc natus error, quod scripsisset Diodorus *τὸν γὰρ δὴ Πέτην*. Steph.

33. 8. *Διφυοῦς δ' αὐτοῦ γεγονότος*] Hic locus mihi videtur vel mutilus vel corruptus vel luxatus. Quis enim unquam audivit, aut quis scripsit, Peteon, Menesthei patrem fuisse *διφυῆ*, duarum naturarum hominem? Certe de Cecrope primo id omnes historici scripserunt, et nihil notius est in tota litteratura. At Peteo sive Peteus fuit Ornei filius, Erechthei nepos regis Athenarum, testibus Plutarcho in Theseo (p. 15. B.) Pausania in Atticis (Corinth. c. 25. p. 168.) Eustathio in Iliad. *B.* et aliis, de quo nullus scripsit eum fuisse *διφυῆ*. Adde quod inverso ordine hoc loco memoratur: nam post illum de Erechtheo multo antiquiore tractat. Ego procul dubio locum hunc mendosum esse vel luxatum credo. Sed sine ope manuscriptorum, quae mihi desunt, eum sanare aggredi non audeo. Palmer. A Palmerii sententia nihil admodum recedit Io. Marsham. Canon. Chronol. p.

111. *Tres*, inquit, *memorat Diodorus*, Peteon Menesthei patrem, *Cecropem*, *et* Erechtheum: *desideratur Cecropis nomen. Locus enim mutilus est: sed res indicat: Τὸν γὰρ Πέτην (Πετεῶ) τὸν πατέρα Μενεσθέως τοῦ στρατεύσαντος εἰς Τροίαν * * (desunt nonnulla) * * φανερῶς Αἰγύπτιον ὑπάρξαντα τυχεῖν ὕστερον Ἀθήνῃσι πολιτείας τε καὶ βασιλείας. Διφυοῦς δ' αὐτοῦ γεγονότος. Ista in editis male coniuncta sunt. Peteus enim Ornei filius, Erechthei regis nepos, ab Aegeo Athenis pulsus, in Phocide consenuit. Cecrops autem et διφυὴς fuit, et rex Athenarum.* Cui et ego adstipulor. Nam in re obvia et omnibus notissima Diodorum tam turpiter se dedisse, quod Ill. Scaligero ad Euseb. CCCCLXI. in mentem venit, inpelli haud possum, ut credam. Wess.

33. 9. *Κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν*] Conf. sup. c. 3. Wess.

33. 11. *Δυεῖν πολιτειῶν*] Non muto. *Δυεῖν ὡρῶν* inf. III. 48. *δυεῖν ἑταιρειῶν* XV. 82. *δυεῖν γυναικῶν* XVI. 6. Nec hoc tantum genere, sed et *ἀρχιτεκτόνων δυεῖν* Plut. T. II. p. 802. A. *στρατοπέδων δυεῖν* Polyb. II. 25. Vid. Iac. Gronovium ad eius libri c. 44. et Duker. in Thucyd. IV. 8. Mox si *ἐνομίσθη* praeoptaveris, non intercedam. Cecrops et dictus et censitus est *διφυής*. Eleganter Libanius T. I. p. 9. D. *εἰκότως ἄρα θησαυροί τε ΕΝΟΜΙΣΘΗΣΑΝ Ἀλεξάνδρῳ καὶ ΩΝΟΜΑΣΘΗΣΑΝ οἱ φίλοι*. Wess.

34. 14. *Τὸ γένος Αἰγύπτιον*] Dissentiunt plerique rerum Atticarum scriptores. Poëtae tamen Iliad. *B.* 548. et Herodoto VIII. 55. *γηγενὴς terrigena*; quo titulo cum passim illi ornentur, quorum incertior origo, haud omnino absurde Aegyptii. Nam quae Grammatici ad eum Homeri versum et Etymol. in *Ἐρεχθεὺς* garriunt, ea et turpia sunt et veri fidem excedunt. Conf. Io. Meursium II. Reg. Attic. c. 7. Wess.

34. 18. *Διὰ τὴν ἰδιότητα τῆς χώρας*] Vide c. 10. et de Cereris apud Aegyptios mysteriis c. 14. Wess.

34. 31. *Ὁμολογεῖν δὲ καὶ τοὺς Ἀθηναίους*] De Cereris in Atticam rege Erechtheo adventu et mysteriorum ea tempestate initiis paria Philochorus in Euseb. Canon. p. 28. et marmor Parium, ad quod plura Io. Prideaux p. 182. et Marsham. p. 260. Wess.

34. 38. *Ἀπὸ τῶν κατ' Αἴγυπτον ἱερέων*] A sacerdotibus Aegyptiorum primi ordinis, quo de genere *Ὠδὸς*, *Ἱερογραμματεὺς*, *Στολιστὴς* et *Propheta* in Clement. Alex. VI. Stromat. p. 758. His quodam modo similes Eumolpidae, e quibus Athenis *Ἱεροφάντης* et *μυστηρίων ἐπιμεληταὶ* atque alii, de quibus Io. Meurs. Eleusin. c. 13. 14. Wess.

34. 39. *Τοὺς δὲ Κήρυκας*] Praestat *et Ceryces*. Inter enim antiquissimas gentes populi Atheniensium erat et gens *Κηρύκων Cerycum*, [qui neque caduceatores neque praecones, sed sacro-

rum ministri, popis et victimariis similes, ut egregie Is. Casaub. in Athen. VI. 6. XIV. 23. ostendit. Atque his paene pares erant Aegyptiorum *Pastophori*, templorum aeditui, quemadmodum Clemens Alex. III. Paedag. 2. Horapollo I. 40. et Porphyr. IV. Abst. 8. indicant, a ferendis *παστοῖς thalamis* sive Deorum aediculis id nominis sortiti. Nam *παστοφορούρους* eos facere et novum hoc vocabuli genus scriptoribus cum Nic. Caussino obtrudere, quis ferat? sed desino; plura de Pastophoris meditanti otium fecit Ampl. G. Cuperi Harpoc. p. 130. Wess.

31. 40. *Μόνους τῶν Ἑλλήνων ὀμνύειν*] Isin Athenis, sed serius fuisse cultam ex lapide Reines. Clas. I. 135. atque alibi de novimus. Ergone sollemne illud *νὴ τὼ θεὼ per Cererem et Proserpinam* in Aristoph. Lysistr. eiusque Schol. 81. 148. respicit? Quod tamen Isidi proprium cum non sit, fortasse circa Alexandri et successorum aetatem per eius numen iureiurando adacti sunt. Huc refero et ad periuros quidem, quae Hesych. habet in *Ἶσις*. Wess.

34. 45. *Πλείστας ἀποικίας ἐκπέμψαι*] Scripserat de *Aegyptiorum Coloniis* regnante Ptolemaeo Euergete *Ister* apud Ethnicographum in *Αἰγιαλὸς* et *Ὦλενος*· cuius commentarios, ut aliorum, temporum iniuria nobis invidit. Wess.

34. 50. *Μηδεμιᾶς ἀξιολόγου*] Exemplar unum habet, *οὐκ ἐκρίναμεν γράφειν, ἀλλὰ τοσαῦθ' ἡμῖν εἰρῆσθαι μόνον, στοχαζόμενοι τῆς συμμετρίας. Περὶ δὲ τῆς χ.* Quae si cui placet lectio, restituenda fuerit, reponendo videlicet *εἰρήσθω* et *στοχαζομένοις*. aut certe addendo infinitivum *δεῖν* vel *προσήκειν* ante *γράφειν*, qui *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ* repetatur ante *εἰρῆσθαι*. Potest tamen ferri *γράφειν* non praecedente infinitivo, at *εἰρῆσθαι* meo quidem iudicio non potest. Haec autem verba *στοχαζόμενοι τῆς συμμετρίας* antea posuit, cum alibi, tum p. 6. bis. Steph. Verior mihi videtur scriptura Cod. M. quicum R. et Cl. 2. paene consentiunt. Vulgatum tamen reliqui, ne cui calumniandi ansam praeberem. Wess.

35. 57. *Ὀχυρότητι δὲ φυσικῇ*] *Provincia aditu difficilis, et annonae fecundae*, Tacit. I. Hist. 11. Isocrati Laudat. Busir. p. 328. *ἀθανάτῳ τείχει τῷ Νείλῳ τετειχισμένη*. Quibus pleniora haec Iosephi II. B. I. XVI. 4. p. 190. *τετείχισται δὲ πάντοθεν ἢ δυσβάτοις ἐρημίαις, ἢ θαλάσσαις ἀλιμένοις, ἢ ποταμοῖς, ἢ ἕλεσιν*, *munitur autem undique* Aegyptus *aut invia solitudine, aut mari inportuoso, aut fluviis, aut paludibus.* et IV. 10. 5. Quamobrem Nectanebos, cum Persae bellum minarentur, *ἐθάρρει μάλιστα τῇ τῆς χώρας ὀχυρότητι, δυσπροσίτου οὔσης Αἰγύπτου* infr. XV. 42. et Augustus *inter alia dominationis arcana, vetitis, nisi permissu, ingredi senatoribus aut equitibus Romanis inlustribus, eam seposuit* II. Annal. 59. Taciti. Wess.

35. 65. *Ἀπὸ τῆς Τρωγλοδύτιδος*] Non movero hoc, etsi alterum tritius, Nostroque haud spretum III. 33. *Σμύρναν τρωγλοδύτην* Galenus I. Antidot. p. 433. *Ἴριν τρωγλοδύτιν* Africanus in Geopon. VII. 30. habent. Wess.

35. 66. *Σταδίων πενταχισχιλίων*] Haec omittenda non esse, calculus ostendit. Si enim 5500 per stadia 32 ad milliaria Germanica revoces, summa 171 milliarium et 28 stadiorum in quoto habetur. Alias 500 tantum stadia 18 milliaria et 24 stadia efficerent. Quid ergo hic tantopere mirandum esset? Rhod. *Σταδίων πενταχισχιλίων*] Adfirmant hos stadiorum numeros, quae infra c. 39. leguntur. Wess.

35. 72. *Βάραθρα*] Erant haec *Barathra* inter Pelusium et montem Casium, Polyb. V. 80.; quorum solum cum natura cavum et palustre esset, Nili effusionibus magis uliginosum et propterea adeuntibus difficile et formidolosum reddebatur, Strabo XVI. p. 1076. D. et XVII. p. 1154. D. Conf. infra XX. 74. Wess.

35. 74. *Τῷ δὲ μήκει*] Non dissentit Strabo XVI. p. 1107. qui tamen cum Serbonidem lacum cum Asphaltite confundat, demiror egregium eius interpretem pravam lectionem *βαθύτατον ἔχουσα ὕδωρ* Nostri verbis stabilivisse, paeneque codicum manu exaratorum *βαρύτατον ὕδωρ* damnasse, quo tamen nihil eo loco verius, uti ex Galeno IV. simp. Medic. facult. p. 52., ubi de gravi lacus Asphaltitis aqua omnia eadem, clarissime liquet, et quod sequentia vehementer expostulant. Erat autem Serbonis inter Casium et Rhinocolura, propius tamen Ostracinen, Aristid. T. III. p. 591. Wess.

35. 81. *Τὸν δὲ τῆς λίμνης τόπον*] Hic *τύπον* restituo, quod loco suo *τόπος (locus)* iste in marginem emovit. Rhod. *Τὸν δὲ τῆς λίμνης τύπον*] Placet Rhodomanni iudicium. Ingestae autem arenae lacum paullatim exsiccarunt. Plinii aevo *palus* erat *modica* V. H. N. 13.; nunc, sicuti testes oculati asseverant, multo minor. Wess.

35. 83. *Μετὰ στρατευμάτων*] Vide inf. XVI. 46. Wess.

35. 87. *Παρακρούεται*] *Frustratur* et *fallit*. Sic *παρακρούεσθαι τὸν δῆμον* Aristot. IV. Polit. 12. *τὰς δόξας τῶν ἀκροωμένων παρακρούεσθαι* Isocrat. Panegyr. extrem., et Proteus *παρακρονόμενος ὄψεις τὰς ἀνθρωπίνας* Dionys. T. II. p. 167. Vid. infra III. 63. IV. 9. XVI. 53. Wess.

36. 96. *Καὶ πελάζοντες*] Glossema hoc esse, quis vel paulum attendens non videt? Rhod.

36. 97. *Οὐδεμίαν ἀντίληψιν βοηθείας ἔχουσι*] Quod adprehendere, quove expedire se queant. Porphyr. in Eclog. Phys. Stobensis p. 129. *στερεμνίαν δ' ὑπόστασιν οὐδεμίαν ἔχειν πρὸς ἀντίληψιν*. Plut. T. I. p. 3. A. *ὅπως οὖν μὴ παρέχωσιν ἐκ τῶν τριχῶν ἀντίληψιν τοῖς πολεμίοις*. Paullo diversiore usu *ἀντίληψιν τῶν πραγμάτων* Ioseph. XVIII. A. I. 6. 9. Wess.

36. 4. *Ἁλιμένῳ θαλάττῃ προσκλυζομένῃ*] Iosephus de Aegypto *ἐστὶ γὰρ*, inquit, *κατὰ τὴν γῆν δυσέμβολος, καὶ τὰ πρὸς θαλάσσης ἁλίμενος.* et tum *τὸ καλούμενον Αἰγύπτιον πέλαγος πᾶν ἄπορον ὅρμων* IV. B. I. 10. 5. et II. 16. 4. Mitto alia, quae illustrando Xenophonti Ephesio III. p. 53. erudite coacervavit Cel. T. Hemsterh. Miscel. Observ. Vol. V. T. III. p. 69. Wess.

36. 9. *Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἀσφαλῆ λιμένα*] Habuisse hanc oram portus *Gazam*, *Raphiam*, *Casium* et alios, sed omnes et difficillimi accessus et navium stationibus male fidos, Iosepho I. B. I. 21. 5. et Nostro XX. 75. credimus. Wess.

36. 11. *Ταινία παρ' ὅλην*] *Dorsum* est *arenosum*, fluctibus haud profundis mersum et propterea navigantibus insidiosum. Straboni I. p. 85. B. *ταινία ὕφαλος*. Conf. Miscell. Obs. Vol. V. T. III. p. 70. et quae ad *Taeniam longam* Itiner. Anton. p. 10. scripsi. Alioqui et *ταινία* litoris porrectum tractum, quo aut peninsula continenti cohaeret aut vicinae regiones disparantur, indicat, ut III. 49. Wess.

36. 15. *Ἐποκελλόντων τῶν σκαφῶν*] Mallem *navibus in brevia impactis*, ut Polyb. I. 51. *ἢ πρὸς τὴν γῆν φερόμενον (σκάφος) ἐπώκελλε.* Noster XII. 62. *ἡ μὲν τριήρης ἐπώκειλεν.* et distinctius XIII. 13. *οὐκ ὀλίγαι τῶν τριήρων ἐν τοῖς βράχεσιν ἐπώκειλαν.* Posset etiam Clar. 1. *ἐποκειλάντων*, si quae necessitas urgeret, defendi ex XX. 88. Verum eo nunc non utimur. Wess.

36. 21. *Διςχιλίων μὲν σταδίων*] Herodot. II. 6. maritimae huic orae stadiorum III millia cum IDC tribuit, sed et eam orditur a sinu Plinthinete, atque ad paludem Serbonidem producit. Straboni est III millium et CCC, et quidem a Pelusio ad ostium Canobicum XVII. p. 1135., at p. 1140. stadiorum CIↃCCC; quo spatio cum et Noster oram eam, quam Delta facit, c. 34. finiat, ego quidem non dubito, quin prior Strabonis locus ex posteriore et Diodoro sit corrigendus. Hic et quae extra Delta erat Aegyptus in summam additur. Wess.

36. 29. *Κατακεχωρισμένον*] Elegans verbi usus de rebus, quae memoriae mandantur et quibus locus in monumentis datur, ab Is. Casaub. in Strabon. I. p. 30. exemplis, Nostro etiam V. 5. XIII. 114. ad partes vocato, adfirmatur. Addo ex Ioseph. XIV. A. I. 10. 20. *τήν τε ἐπιστολὴν κατεχωρίσαμεν εἰς τὰ δημόσια ἡμῶν γράμματα.* et Gemin. Elem. Astron. c. 14. *ἀλλ' οἱ ἐκ τοῦ ὡς ἐπὶ πᾶν γινομένου τὸ σύμφωνον λαμβάνοντες εἰς τὰ παραπήγματα κατεχώρισαν.* Mendum, quod in Heronis Automat. p. 263. animadvertis, hinc et Athenaei de Machin. p. 8. verbis facile elues. Wess.

36. 30. *Πλείους τῶν τρισμυρίων*] Ill. Marsham. Canon. sui p. 420. secutus probabilem rationem ita scripserat: Mss. faciunt ne in coniectura posthaec positum censeatur. Sub Ptolemaeis in-

gens Aegyptus incrementum cepit, urbiumque et pagorum, cum Philadelphus regnaret, numerus XXX millia excessit. Hoc Theocritus clarissime significat Idyl. XVII. 82. De Catone in Stephani *Διόσπολις*, quem haec Ptolemaeorum tempora respexisse arbitratur Marshamus, dubites. Ante enim inductam a Persis vastitatem tricies millia vicorum et triginta, hominum vero septuagies centena millia, quae mox Diodorus regioni ante Lagidarum imperium tribuit, Thebas, i. e. Aegyptum, ut bene Is. Vossius in Melam I. 9. 80. numerasse ac possedisse prodit. Wess. V. Heyn. Opusc. Acad. I. 225.

36. 33. *Οὐκ ἐλάττους εἶναι τῶν τριακοσίων*] Hoc si dederit Diodorus, oportet hominum numerus per bella regum Aegypti civilia immanem in modum decreverit. At contra venit Ioseph. II. B. I. 16. 4. p. 190. in Aegyptiorum catalogum, Vespasiano principe, *πεντήκοντα πρὸς ταῖς ἑπτακοσίαις μυριάδας ἀνθρώπων, δίχα τῶν Ἀλεξάνδρειαν κατοικούντων*, septuagies quinquies centena hominum millia, non additis in summam Alexandrinis, qui Nostri aetate plures trecentis millibus erant, sicuti ait XVII. 52. referens. Sed haec eorum discordia evanescet, si *τριακοσίων* vocem, ab H. Stephano in omnibus exemplaribus haud repertam, quam longissime hinc elimines. Wess.

37. 41. *Ἐκ τόπων ἀορίστων*] Sic de sua aetate Diodorus. et Claudian. de Nilo, 10. *Fluctibus ignotis nostrum procurrit in orbem Secreto de fonte cadens, qui semper inani Quaerendus ratione latet; nec contigit ulli Hoc vidisse caput.* Nobis ex Lusitanorum navigationibus et libris loca ea explorata cognitaque satis sunt. Vid. Hieron. Lobi Hist. Abyss. T. I. p. 133. et Ath. Kircheri Oedip. T. I. Syntag. I. 7. Wess.

37. 48. *Στάδια μάλιστά πως μύρια*] Strabo I. p. 56. plus decem millia stadiorum emetiri ait; sed flexuum Nili rationem habuisse non videtur. Adde L. eius XVII. p. 1134. Wess.

37. 49. *Σὺν αἷς ποιεῖται καμπαῖς. κατὰ δὲ τοὺς*] Quae vulgo inter haec inculcata legebantur de Meroë, ea omnia Codicum subnixus auctoritate eieci. Sunt enim ab hoc loco aliena, neque omni ex parte vera, sive ea de insulae ambitu, seu de fluvii spatio cum Poggio et margine Ms. R. acceperis. Leguntur cap. seq. Wess.

37. 52. *Τὰς παρακειμένας*] Participium hoc removeatur. Intelligit enim *κατ' ἐξοχήν* Africam et Asiam. Quas duas orbis habitabilis continentes Nilus, Aegyptum percurrens, disterminat. Rhod.

37. 55. *Εἰσχεόμενον*] Marginale *ἐκχεόμενον* in contextum versio mea recipit. Rhod. *Εἰσχεόμενον*] Ego de hac scriptura nihil demuto. Aristid. T. III. p. 568. *ὅπερ εἰς τὴν θάλασσαν εἰσχεόμενον ἀδήλως ἁναλοῦσθαι.* Heliodor. V. p. 229. *καὶ καθάπερ διὰ στομίου εἰς τὸν Κρισσαῖον κόλπον εἰσχεόμενον* etc. Scio

ἐχχεόμενον commodam dare sententiam, nec meliorem tamen vulgato. Omnis fluvius diverso adspectu ἐχχεόμενος et εἰσχεόμενος recte dicetur. WESS.

37. 58. *Τῇ δ' ἔλαττον τούτων*] Non decerunt, quibus ἐλάττων probabitur, a quorum opinione dissentit Diodorus, qui XVI. 86. de Philippo, *ἔχων ἵππους οὐκ ἔλαττον τῶν δισχιλίων.* et XXIV. Eclog. 1. fin. *τῶν δὲ ἑαλωκότων οὐκ ἔλαττον τούτων.* Simili prorsus modo S. Paullus 1. Timoth. V. 9. *χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα.* in quibus omnibus adverbii formam et usum induit, sicuti ἐλάττω et πλείω c. 92. et XII. 98. WESS.

37. 66. *Ἐφ' ἱκανὸν τόπον*] Poggii ridicule vertentis, *usque ad locum Efficanum nomine*, errorem castigavit P. Leopard. V. Emendat. 13. WESS.

37. 71. *Ἐν τοῖς καλουμένοις καταράκταις*] Conf. Strab. XVII. p. 1172. WESS.

38. 74. *Πέτρους*] Loco huius non displicet in margine additum *πρῶνας*, quod maior in hoc emphasis contineatur. Rupes enim exstantes seu prominentes ita nominantur, quae cum altius se attollunt, scopuli efficiuntur. RHOD. Vulgatum non damno; tametsi enim Galeni aetate plerique *τὰς πέτρας* praeferrent, uti memorat IX. simp. Medic. facult. p. 121. secus alii censebant, quos inter et Alciphr. III. Epist. 59. Strabo *πετρώδη ὀφρὺν supercilium petrosum* in cataractarum descriptione XVII. p. 1172. Aristid. T. III. p. 580. *πέτρας μεγάλας* habet. Neque tamen inelegans Clar. Codd. *πρῶνας*, sed poetis frequentatius. Vid. Rittershus. in Oppian. III. Cyneg. 315. WESS.

38. 78. *Ὁ μεσάζων*] Id pro *νησίζων* retinendum puto. Intelligit enim illud 10 stadiorum in longitudine spatium, quod rupes ab initio Catarrhactarum ad finem usque in medio complectuntur. An vero in his angustiis, quas aquarum gurgites undique obtinent, et tam celeri fluminis prolapsu, insulare aliquid esse queat, lectori iudicandum relinquo. RHOD. Haud repugno, quo minus pristinam sedem recepta lectio tueatur: debilis tamen est Rhodomanni disputatio; passim enim videmus non longe a fluviorum cataractis insulare aliquid aggeri et paullatim coacervari. Quod et circa Nili cataractas, de quibus auctor, usu venisse, locuples testis est Aristid. T. III. p. 577. ubi suis se oculis *νῆσον τῶν καταρακτῶν insulam cataractarum* usurpasse ait. WESS.

38. 81. *Κατὰ τοῦτο τὸ μέρος*] Hoc etsi glossematis speciem habet, rationis tamen aliquid est, cur, ut genuinum, sessionem pristinam obtineat. RHOD. Servavit ed. Wess.: ipse tamen ut de omisso ab se loquitur in varietate scripturae.

38. 85. *Ῥεύματος*] *Ῥεῖθρον* in marg. nothum est. RHOD.

38. 88. *Καταράκται μὲν οὖν εἰσι*] Persuasit Aethiops,

domi nobilis, Aristidi, inter Pselchin, quae in ipsis Aethiopiae finibus, et Meroen ad triginta sex numerari T. III. p. 581. Wess.

38. 92. Ὡς ἔφημεν] *Προθεραπείαν* hanc cur excludamus, nihil, meo iudicio, causae est. Nam et commode in memoriam revocat, quod paulo ante dixit, et repetitionem eorundem excusat. Rhod. *Καὶ μίαν εὐμεγέθη*] Ego vero Codd. priscos secutus delevi. Inserta ab eo sunt, cui scholion, superiori capiti inculcatum, debemus. Wess.

38. 95. *Ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μερόης*] Ioseph. II. A. I. 10. 2. a sorore Meroë, et Strabo XVII. p. 1139. A. sed et esse ait, qui uxoris nomen urbi atque insulae regem indidisse ferant; quorum opinio eadem ac prior videri poterit, si illa et soror et coniux fuerit Cambysis apud Herodot. III. 31. De Cambysis matre olim magna fuit discordia, sed qui Meroën appellarit, neminem alium invenio. Vid. Athen. XIII. 1. Polyaen. VIII. 29. Wess.

38. 97. *Θυρεῷ παραπλησίαν*] Straboni *Θυρεοειδής*, eiusdemque longitudinis et latitudinis XVII. p. 1177. A.; nec dissentit Heliodor. X. p. 461. Wess.

38. 3. *Ἀέριον*] Tu videris, an magis conveniat *Ἄπειρον* in margine. Tametsi alterum istud ex illorum numero est, quae peculiariter hic auctor usurpat, et immensum, infinitum, ac similia ipsi significat. Rhod. Diodoro, ut bene Rhodomannus, *ἀέριον* omne immane, et aut latissime patens aut excelsissime in aërem exsurgens; sic II. 54. Arabia *διείληπται πεδίοις ἀμμώδεσιν, ἀερίοις τὸ μέγεθος* i. e. immensae vastitatis. III. 44. *ἀέριοι θῖνες ἄμμου*. XVII. 49. *ἄμμου μέγεθος ἀέριον*. Conf. Stanleium in Aeschyl. Pers. 820. et Hesych. in *Ἀερίῳον*. Wess.

38. 6. *Χαλκοῦ*] Aes enim cum auro plerumque invenitur coniunctum. An vero argentum et ferrum simul istic eruatur, ambigi potest. Ideo suspicione glossematis non caret haec parenthesis *ἀργύρου καὶ σιδήρου καί*. Rhod.

38. 7. *Πολυτελῶν*] Hoc etiam non immixtum contextui, tamen subauditur. Rhod. Utramque viri docti animadversionem subvertit et pessum dat Strabo XVII. p. 1177. A. *ἔστι δὲ*, de Meroë loquitur, *καὶ χαλκωρυχεῖα, καὶ σιδηρουργεῖα, καὶ χρυσεῖα, καὶ λίθων γένη πολυτελῶν*. Meminit et *ebeni*, sed priscis in editionibus; nam quae Amstelodami provulgata est, *καὶ ὁ ἔβορος* praefert. Wess. II. 16. de India *ἔχει δὲ χρυσὸν, ἄργυρον, σίδηρον, χαλκόν· πρὸς δὲ τούτοις λίθων παντοίων καὶ πολυτελῶν ἐν αὐτῇ ἐστι πλῆθος*.

39. 12. *Ἐπαντλουμένας*] An satis apta sit haec metaphora, nondum liquet. Ideo suspectum est hoc participium. Quid si *ἐπαντλουμένας, exhaustis lacunis*, vel *ἐκπονουμένας, excultas*? Sed nihil temere mutandum. Rhod. Explicabit Strabo XVII. p. 1174. B. *νήσους δ' ὁ Νεῖλος κατεσπαρμένας ἔχει παμπόλλας, τὰς μὲν καλυπτομένας ὅλας ἐν ταῖς ἀναβάσεσι, τὰς δ' ἐκ μέ-*

ρους. ἐπέχεται δὲ τοῖς κοχλίαις τὰ λίαν ἕξαλα. Nilus plures insulas hinc inde sparsas complectitur, quarum aliae excrescentis fluvii aquis totae obteguntur, aliae ex parte. quae vero fluctibus altius exstant cochliarum ope irrigantur. Τὰ ἕξαλα proprie quae mari eminent Aeliano XIII. H. A. 20. et XV. 2., tum quae fluvio; quae si milio conserenda sint, largiorem aquae copiam postulant, quod id limosa et humida terra gaudeat, ut docent Geoponic. II. 38. Iam *γεωργεῖσθαι κέγχρῳ* si malueris, non intercedam; quamquam et vulgatum nihil habet incommodi. Strabo XII. p. 826. de Ponti ora maritima ex Casauboni emendatione, *γεωργεῖται οὐ πολλά*. Wess.

39. 13. *Καὶ κυνοκεφάλων*] Copulam, quae ex Rhodomanniana exsulabat, et nupero interpreti Diodori Gallico errandi occasio fuit, restitui. De Cynocephalis infra III. 35. Wess.

39. 19. *Τὰς ἐκβολὰς τοῦ ποταμοῦ*] Bene hoc habet. Vide infra XV. 42. et praeter Strabon. XVII. p. 1136. D. Achillem Tatium IV. p. 247. Wess.

39. 21. *Καλεῖται Πηλουσιακὸν*] Ostiorum hunc ordinem probant Strabo XVII. p. 1153. Plinius V. H. N. 10. Ptolemaeus IV. Geogr. p. 116. alii aliter, de quibus Christ. Cellarius IV. G. A. p. 21. Quod autem Nostro *Φατμικὸν*, sive, ut Codd. edunt, *Φατμνιτικὸν*, id Straboni *Φατνικὸν*, Plinio *Phatniticon*, seu, quod in scriptis invenit Cl. Salmasius in Solin. p. 339. *Phatmiticon*, Ptolemaeo *Παθμητικὸν*, veteri eius interpreti Ulmensis editionis *Patmiticon*. Unde *Φατμιτικὸν* hoc loco, aut certe *Φατνιτικὸν*, verius censeo: ad quam formam *τὸ Νείλου στόμα Φαγνητικὸν* in L. XX. 76. quod neque viro egregio H. Valesio in Ammian. XXII. 15. latuit, corrigendum. Wess.

39. 26. *Οὐδὲν κατεπείγει γράφειν*] Scholion occupavit Cod. Coislin., e quo propagatae sunt absurdae Mutin. et Reg. scripturae. Vulgata Diodori est, recurritque II. 22. III. 3. Wess.

39. 28. *Φύλαξαῖς εὐκαίροις διειλημμένη*] Multum hoc praestat Codd. quorundam lectionem. Ioseph. I. B. I. 20. 5. *τοῦτο δὲ πύργοις διεῖληπται μεγίστοις*. Aristot. VII. Politic. 12. *τὰ δὲ τείχη διειλῆφθαι φυλακτηρίοις καὶ πύργοις κατὰ τόπους ἐπικαίρους*. quibus in verbis muniendi et distinguendi potestatem induit, ut saepe in his libris, sicuti I. 96. XII. 49. XIII. 14. XIV. 75. Strabo XII. p. 833. *ἀποτόμοις φάραγξι καὶ χρημνοῖς διειλημμένη*. cui geminum germanum est in huius libri capite superiore. De urbibus autem utraque in ripa ostiorum Nili positis agitur et XV. 42. Wess.

39. 32. *Νεκὼς ὁ Ψαμμητίχου*] Sic et Herodot. II. 158. At Aristoteles I. Meteorol. 14. pro Neco habet Sesostrin. Strabo et Sesostris et Psammetichi filii meminit XVII. p. 1157. A. Alibi autem animum occupatum habuit Aeg. Menagius, cum hoc ex loco

Darium Persam Isthmo Corinthiaco perfodiendo manus admovisse in Diogen. Laert. I. 99. probat. Wess.

39. 39. *Φιλοτέχνως*] Alienum videtur. Minus tamen ineptum, quam *καὶ πεντακοσίων*, quod post *ἑπτακοσίων* paulo post interiectum venit. Rhod. *Φιλότεχνον διάφραγμα*] Hoc probo propter *φιλότεχνον ὄργανον* V. 37. et *εὕρεμα φιλότεχνον* XVII. 44. Videtur autem illud *διάφραγμα* ex eorum genere fuisse, quibus in Belgii nostri oris aquarum cataractae ex usu clauduntur et aperiuntur. Nam quod Bernh. Montefalconius fossam hanc statim, postquam perfecta erat, a Ptolemaeo iterum obstructam hinc patere arbitratur Praefat. in Cosmam Indicopleusten c. 8. 1. id secus est. Wess.

39. 43. *Ὀνομάζεται Πτολεμαῖος*] Aeliano XII. H. A. 29. *Πτολεμαίων ποταμὸς*, eique Strabo quodam modo favet, reges Ptolemaeos Euripum hunc absolvisse memorans. Diodoro adsentitur Tzetzes Chiliad. VII. 457. Fossae initium erat ad Phacusam Arabiae, terminabatur ad Arsinoën sinus Arabici. Vid. Strabon. XVII. p. 1158. Wess.

40. 48. *Ἑπτακοσίων καὶ πεντακοσίων*] Haec verba *καὶ πεντακοσίων*, quae in tribus exemplaribus non sunt, ne hic quidem posita fuisse cuperem: nam pro *χίλια καὶ διακόσια* quis *ἑπτακόσια καὶ πεντακόσια* dicit? Steph. *Ἑπτακοσίων καὶ πεντήκοντα*] Recte H. Stephan. Ambitum insulae, quam Delta vocant, Strabo XVII. p. 1137. trium millium stadiorum facit, neque adeo longe a Diodori numeris recedit. Wess.

40. 52. *Ποταμόχωστος γὰρ οὖσα*] Plerique olim inferiorem Aegyptum Nili alluvionibus et aggesto limo natam censuere. *Δῶρον τοῦ ποταμοῦ* propterea Herodoto II. 5. et Nilus Heliodoro IX. p. 444. *Αἰγύπτου τῆς μὲν ἄνω σωτὴρ, τῆς κάτω δὲ καὶ πατὴρ καὶ δημιουργός*. Quae uti elegantia se commendant, vereor ne ipso rerum usu et seculorum tot decursu non confirmentur. Conf. infra III. 33. et Brodaeum III. Miscell. 5. Wess.

40. 57. *Ἀπὸ τοῦ σχήματος κοχλίας*] *Cochliam*, qua agros uberiore Nili aqua irrigabant, et cuius Strabo XVII. p. 1160. et 1174. meminit, Archimedem, in Aegypto cum esset, invenisse docetur infra V. 37. Describitur elegantissime a Philone Iud. de Confus. Ling. p. 325. D. et Vitruvio X. 11. Wess.

40. 61. *Καρπῶν καὶ καυλῶν*] Vide c. 80. Wess.

40. 67. *Λωτός τε γὰρ φύεται*] Niloticam lotum, eleganti dissertatione explicitam, in Nymphaearum classem retulit libro de plantis Aegypti p. 73. Prosp. Alpinus. Ex ea panem confieri, Theophrastus IV. Hist. plant. 10. et Plinius XXII. H. N. 21. consentiunt. Conf. Tzetz. Chil. VI. 714. Wess.

40. 69. *Τό, τε κιβώριον*] *Ciborium* videtur appellare ipsam plantam, quae fabam Aegyptiam fert: contra ea Strabo XVII. p. 1151. *καὶ ὁ κύαμος Αἰγύπτιος, ἐξ οὗ τὸ κιβώριον.*

Et faba, inquit, *Aegyptia*, *e qua ciborium*, sive fabae eius granum. Diodoro paria facit Dioscorides III. 148. quod et monuit Cl. Salmasius in Solin. p. 679. Posset alioqui *τὸ κιβώριον* ipsum esse vasculum, quod loculis suis fabarum earum fructum continet. sed prius malim. De planta ipsa herbariae rei studiosis necdum bene convenit. Vid. Io. Vestingium Observat. in Prosp. Alpin. c. 33. et Io. Bodaeum a Stapel in Theophrasti IV. p. 445. Wess.

40. 71. *Καὶ φύσεις πλείους*] Glossatoris alicuius assumentum est. Rhod. *Δένδρων γένη πλείω καὶ τούτων*] Probo viri docti animadversionem. Scripsi praeterea *ἔστι* ob Codd. Coisl. et Reg.; vulgatum *εἰσὶ* si quis tamen malit, tueri id poterit animadversione Is. Casauboni in Athen. VIII. 3. p. 367. Wess.

40. 72. *Περσίαι*] Dioscorides I. 188. *περσέαν* cum Theophrasto vocat. Quae lectio prae caeteris restituenda est. Rhod. Iterum accedo Rhodomanno. Tamen Aeliano semel atque iterum *Περσαΐαι* XI. H. A. 11. et 40. Pausaniae *Περσεία* V. 14. Eam vero ex Aethiopia in Aegyptum transplantatam agnoscit Sostratus in Schol. Nicandri Theriac. 764.; alii ex Perside: Callimachus Perseum in Aegyptum transportasse et sibi cognominem fecisse in iisdem Nicandri Schol. ad Alexipharm. 100. tradit. Tu vide Cl. Salmasii Homonym. Hyles Iatric. c. 88. Wess.

40. 75. *Τῶν δὲ συκαμίνων*] Duplicem sycaminum Aegypto tribuit, quarum altera moris uber, vulgo *μορέα* et *συκόμορος*, altera Aegyptia, cuius fructus, ficui persimiles, ipso ex caudice prorumpebant, Theophrast. I. H. Pl. 24. et IV. 2. ubi copiose, ut solet, Bod. a Stapel, et Prosp. Alpin. Plant. Aegypt. c. 6. Praeter fructus abundantem copiam et aliud commodum Sycaminus Aegypto praestabat; aggeres enim Niloticos radicibus suis colligans, ut pertinacius cohaererent, efficiebat; quamobrem et extra ordinem in eos animadvertebatur, qui arborem succiderent, in L. 10. D. de Extraord. Criminib. Wess.

Ibid. *Τὸν τῶν μόρων καρπὸν*] Haec verior lectio est, quam marginalis. Quod autem paulo inferius sequitur *μυξάρια* nihil sani habet. Rhod.

40. 79. *Καλούμενα μυξάρια*] Parum abest, quin huic voci dicam inpingam. Graecis, qui seriore aetate scripserunt, bellarii quoddam genus notavit: id suadent exempla a Carolo du Fresne in Gloss. Append. producta; nam quod vir doctissimus ea de piscibus accepit, Imp. Antonini verbis, sed perperam intellectis, factum est: eius enim *μυξάριον*, uti egregie ostendit Gataker. in Imp. IV. 48. muccus est, nec quicquam iuvat, etsi ita censuerit P. Leopard. XVI. Emend. 22. haec Diodori Muxaria. Ne prorsus tamen hinc extruderem, Hesychio debetur, qui in *Μυοξία* habet *μυωξάρια*, sive, ut Iunio visum, *μυξάρια*, *ὡς σύκα βιβρωσκόμενα*. Videtur enim Grammaticus vocem ubi ubi invenisse. Itaque si genuina hoc loco fuerint, fructum arboris *Muzae* apud

Prosp. Alpinum de Plant. Aegypt. c. 40. notabunt; nec alium intelligit Cl. Salmasius in Solin. p. 931. Wess.

41. 83. *Ὃ καλοῦσι ζύθος*] Sic praestat. *Τὸ ζύθος* Strabo XVII. p. 1179. C. *τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον ζύθος* Theophrastus VI. Causs. Plant. 15. et infra IV. 2. Adde Hadr. Iunii II. Animadv. 12. Wess.

41. 86. *Προσαγορευόμενον δὲ Κίκι*] Straboni *κίκκι* XVII. p. 1179. C., ceteris *κίκι*, unde *κίκινον ἔλαιον* Galeno V. simp. Medicam. facult. p. 82. Soli Gronovii Herodoto II. 94. *Τήκι*, quod schedae Mediceae, fidae quidem in multis, sed schedae tamen, a viro doctissimo impetrarunt, ut omnium auctoritati praeponeretur. De Diodori autem verbis nihil utique addidisset, si *H.* Stephani editionem in consilium mittere sustinuisset. Wess.

41. 94. *Τοῖς χηνείοις παραπλήσια*] Haud aliter Herodot. II. 68. Aristot. V. H. A. 32. Plinius VIII. H. N. 25. verum ille XVII cubitorum longitudinem, iste XV, hic duodeviginti bestiae tribuit. Aelian. XVII. H. A. 6. crocodilum rege Psammetticho cubitorum XXV et Amaside palmorum quatuor supra XXVI cubita, Prosp. autem Alpin. IV. Rer. Aegypt. 5. XXX cubitorum in Aegypto conspectum refert. Wess.

41. 96. *Ὡς κατ' ἄνθρωπον*] Mallem, *vitam tam longe prorogat ac homo. Ζῶσιν οἱ πλεῖστοι καθάπερ ὁ μακρόβιος ἄνθρωπος*, quo modo alibi de elephantis. Plutarchus T. II. p. 381. C. et Aelian. X. H. A. 21. crocodilos plerosque sexagenarios mori perhibent. De lingua quod additur, id caute accipiendum. *Linguae usu caret* prudenter Plinius: habet enim linguam, sed exiguam et immobilem. Herodotus, Diodorus, Plutarchus, Solinus, Ammianus, quique alii praeterea linguam crocodilo negant, ex vulgi rumore loquuti videntur, ut S. Bochartus V. Hierozoic. 16. p. 771. et O. Borrich. Herm. c. 10. egregie docuerunt. Wess.

41. 98. *Δέρμα αὐτοῦ πᾶν φολιδωτόν ἐστιν*] Aelian. X. H. A. 24. *λεπίσι μὲν γάρ τε καὶ φολίσι πέφρακται, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ὥπλισται. καὶ ἐοίκασιν ὀστράκοις καρτέροις ἢ κύγχαις.* quae crocodili tergum, squamis asperum et crustis quasi munitum eleganter depingunt; nec minus Arist. II. H. A. 10. Parum autem intererit, sive tu *διαφέρον σκληρότητι* seu *διάφορον* legas: utroque promiscue utitur: *διαφέρουσα τῷ κάλλει* II. 4. at c. 16. *διάφορος τῷ κάλλει*. Wess.

41. 1. *Δύο δὲ οἱ χαυλιόδοντες*] Plinius, *unum superiore mobili maxilla inprimit morsum, alias terribilem, pectinatim stipante se dentium serie:* quod paullo diversum: neque *χαυλιόδοντες* sunt serrati, sive instar serrae divisi dentes, ut Plinio adscripsit Harduinus, sed exserti et prominentes, sicuti in elephantis et apris. Ioan. Diacon. in Scut. Hesiodi 303. *χαυλιόδοντα μὲν λέγεται, ὅσα ἔχουσι τοὺς ὀδόντας ἐξεστηκότας τοῦ στόμα-*

τος, οἷον ἐλέφας καὶ ὁ χοῖρος. Diodoro praeter Herodotum consentit Aristot. II. H. A. 10. Wess.

41. 4. Ἁδρὰ] Hoc, ut ἐμφατικὸν atque elegans, retinemus. Quod glossator per μεγάλα in margine explicare voluit. Rhod.

41. 8. Ὑείας σάρκας] Distinctius Herodot. II. 70. Wess.

41. 11. Πλῆθος δ' αὐτῶν ἀμύθητόν ἐστι] Philo Iud. παρ' οἷς μὲν γὰρ τιμᾶται, πληθύνει μάλιστα. παρὰ δὲ τοῖς λυμαινομένοις οὐδ' ὄναρ φαίνεται, in Euseb. VIII. P. E. 14. p. 398. C. Quare plures erant apud Ombitas, rariores in finibus Tentyritarum, quippe crocodilis infestorum, Aelian. X. H. A. 21.; unde et *immortale odium et nunquam sanabile vulnus* inter hos finitimos, de quo eleganter Iuvenal. Satir. XV. 33. Wess.

41. 19. Παραπλήσιος ὢν μικρῷ κυνὶ] *Animal parvum est mustelae magnitudine atque figura, sed longe breviori corpore quam mustela visitur, et alvo ampliori, caput parvum habet, rostrum nigrum, acutum, ore parvo, dentibus murinis constat, oculis parvis, admodum vivacibus, itidem visitur brevissimo collo, ventre crasso, pedibus parvis, unguibusque uncinatis, caudam vero habet longam, serpentis modo in tenuitatem abeuntem, colore cinereo fulvescente.* Sic Prosp. Alpin. IV. R. Aegypt. 9. cuius accurata animalis descriptio longe superat Nicandream Theriac. 195. neque verum est, quod poeta et Strabo XVII. p. 1166. et Aelian. VI. H. A. 38. de aspidum ovis, ab ichneumone frangi solitis, memorant: viviparum enim id serpentis genus est. Conf. infra c. 87. Wess.

42. 26. Καὶ δίχηλος] Aristot. II. H. A. 7. δίχηλόν ἐστι ὥσπερ βοῦς. et ante eum Herodot. II. 71.; quorum opinionem Plinius VIII. H. N. 26. et Achilles Tat. IV. p. 223. adfirmant. Tamen Prosp. Alpinus omnes eos falsi arguit, et divisos quidem eius pedes, sed bifidos negat IV. R. Aegypt. c. 12. Contra eum et sententiae consortes veniunt Ezech. Spanhem. Dissert. IV. de Usu et Pr. Numis. p. 172. et Harduinus in VIII. 28. Plinii, ob Philippi Imp. nummum; sed is, nisi oculi fallunt, bifidos et bovi similes pedes haud ostendit. Wess.

42. 28. Κέρκον καὶ φωνὴν] Sic et Herodot. II. 71. Verius Plinius, secutus Aristotelem, esse *rostro resimo, cauda et dentibus aprorum aduncis*, prodit. Herodoti et Diodori errorem notavit S. Bochartus V. Hierozoic. 14. p. 757. Wess.

42. 32. Γυμαζόμενον κατὰ βάθους] Ill. Scaligeri et Vossii ἐὐναζόμενον *quiescens* codices vetusti spernunt et ipsa ratio. Suffocatur sub undis Hippopotamus, nisi per intervalla respiret, uti Philosophus scribit VIII. H. A. 2.; quo ergo modo poterit diem in imo fluvii fundo dormiens consumere? Ad haec *inter arundines celsas et nimia densitate squalentes* bellua *haec cubilia* ponit, progrediturque ex illis ad segetes depascendas, Ammian. XXII. 15.

Degit itaque interdiu in Nilo per limum reptans, subinde emergens, seque exercens, ut marina illa *ταῖς συνεχέσι πληγαῖς γυμναζόμενα*, quae fluctibus se quodam modo exercent in Philon. Iud. de Opif. Mund. p. 13. D. Iam, quod Codd. Coislin. et Mutin. *τὰς μὲν ἡμέρας ποιεῖ* habent, id puto Scholion esse. Novi *ποιεῖν χρόνον* ex S. Lucae Actis A. XV. 33. XVIII. 23. idque perperam a Ioan. Brodaeo in Lucillii Epigram. II. Antholog. 37. p. 235. sollicitari; sed cultius est vulgatum et Aristoteli probatum II. H. A. 10. Wess.

42. 36. *Τὰς γεωργίας τὰς κατ' Αἴγυπτον*] Rectius verteris cum Bocharto, *agris, qui sunt per Aegyptum*, V. Hierozoic. 15. p. 762. quo etiam loco de voracissima bestia abunde tibi satisfaciet. Wess.

42. 40. *Κοπεῦσι*] Vocabuli huius auctoritatem lectori studioso inquirendam relinquo. Mihi enim nihil occurrit haetenus. Utut vero se res habeat, instrumentum aliquod, verberando vel tundendo aut incidendo aptum, qualia sunt pistilla vel conti adunci et hamati, aut id genus caetera, significatur. Et perspicua est etymologia a *κόπτειν*, id est, *pulsando*. Rhod. Habet *κοπέας malleolos* inter statuarii instrumenta Lucian. Somnii c. 13. qui hamis ferreis coniuncti duplici ictu nocere poterant. Posses alioqui *κοπίσιν* scribere et de venatoris aut lanii cultro accipere, ut XII. 24. et in Aelian. XIII. H. A. 6. verum eo, uti neque Vossii *ἐπισιδήροις*, voce novi commatis, nunc quidem non *indigemus*. Wess.

42. 41. *Ἀρχὰς στυπίνας*] S. Bocharto, cui in mentem venerat *ἀρτάνας* vel *σπάρτας* corrigere V. Hieroz. 15. p. 762. haud possum assentiri. *Ἀρχαὶ στύπιναι* sunt capita sive principia stupeorum vinculorum, ut passim quarumcunque rerum, uti funium, trabium et aliarum. Plutarchus T. I. p. 777. E. Cato *καλώδιον ἑκάστῳ μικρὸν προσήρτησεν, οὗ τῇ ἀρχῇ προσείχετο φελλὸς εὐμεγέθης*. Philo Iud. I. Vit. Mos. p. 638. D. *καὶ δοκίδος ἐκ μέσων ἀπαιωρήσαντες, ἧς τὰς ἀρχὰς δυσὶ νέοις, τῷ μὲν ἔνθεν, τῷ δὲ ἔνθεν ἐπιθέντες* etc. Atque ita Act. A. X. 16. Wess.

42. 44. *Τῶν δ' ἐντοσθεν*] Hoc malui. Veniunt eadem ab origine *τὰ ἐντόσθια intestina*, sive *τὰ ἔσωθεν τοῦ σώματος κείμενα*, uti Etymolog. explicat, et *ἐντοσθίδια* Philosophi IV. Part. Animal. 9. Wess.

42. 49. *Πλῆθος εἰς ταριχείαν*] Vide Xenocratem de Alim. ex piscib. c. 36. et infra I. 52. Wess.

42. 52. *Ἀπὸ θερινῶν τροπῶν*] Distinctius Plinius a Luna nova, quaecunque post solstitium est. Alii a Sirii ortu, e cuius etiam exorientis hilariore colore de futura aquae copia ominabantur, teste Hephaestione, de cuius verbis plura Cl. Salmas. in Solin. p. 303. etc. Conf. Is. Voss. de Nili Origin. c. 48. et supra c. 19. Wess.

42. 58. *Μικροῖς χώμασι*] Straboni XVII. p. 1136. B. *παραχώματα*. quos aggeres aquam Niloticam commodissime dispensantes qui proterve rumperet extra ordinem plectebatur. Ulpian. L. 10. D. Extraord. Crimin. *In Aegypto qui chomata rumpit vel dissolvit (hi sunt aggeres, qui quidem solent aquam Niloticam continere) aeque plectitur extra ordinem et pro conditione sua* etc. Adde L. unic. C. Theodos. de Agger. Nili non Corrump. et quae ad eam erudite Gothofredus: id tamen prave quod *Cataractas* et *Catadupos* Ciceronis et Strabonis eosdem atque hos aggeres censuerit. Wess.

43. 63. *Ἐπάγειν τὰ βοσκήματα*] Herodot. II. 14. *τότε σπείρας ἕκαστος τὴν ἑωϋτοῦ ἄρουραν, ἐσβάλλει ἐς αὐτὴν ὗς, tunc in suum quisque rus iacto sémine sues inmittit.* Quam versionem et Plutarch. IV. Sympos. 5. p. 670. A., eadem docentem, inprobat Th. Gale. Sues enim inmissas in sementem haud dubie omne frumentum in ventres potius quam limum recondituras. Aliam propterea interpretationis viam ineundam ex Hesychii Ὑς, ἄλειφαρ, *βοῦς*. Hinc patere Herodotum vaccas et iuvencas intellexisse, quae pedibus semen molli humo inculcarent atque obruerent. Sic ille; qui si recordatus esset eorum, quae Aelian. X. H. A. 16. de porcis in sementem conculcandam ab Aegyptiis conpulsis ex Eudoxo refert, haud dubie una litura et Herodoto et Plutarcho satisfecisset: in Hesychio nihil quoque praesidii; corrupta enim eius verba, nisi erro, scribi debent, ὗς, ἄλειφαρ ὑὸς, quo Scythas inungi solitos addit, et usi olim Graeci sunt ex Perside reduces in Xenophontis IV. Exp. Cyr. p. 257. Wess.

43. 66. *Κούφοις ἀρότροις ἐπαγαγόντας*] Eleganter Columella II. R. R. 2. 25. In Aegypto *plerumque arboribus viduum solum frumentis seminatur: atque eiusmodi terram, pinguibus arenis putrem, veluti cinerem solutam, quamvis levissimo dente moveri satis est.* Wess.

43. 69. *Ὅλως γὰρ πᾶσα γεωργία*] Huc spectant quae apud Athen. V. 8. p. 203. C. et Herodot. II. 14. Wess.

43. 72. *Ἥ τε ἀμπελόφυτος*] Vide quae diximus c. 15. Wess.

43. 75. *Ἀνέντες μηλόβοτον*] *Pecoribus depascendam.* Strabo V. p. 326. A. *τὴν δὲ χώραν μηλόβοτον τοῖς περιοικοῦσι κατέλιπον.* et VII. p. 485. A. *μικρὰν δ' ἐποίησε Νασικᾶς καὶ τὸ πεδίον μηλόβοτον.* quibus in locis poenae genus est, quo hostium agri vastitate inducta pastioni pecudum duntaxat relinquebantur, uti et infra XV. 63. Non item hoc loco et in Plutarchi T. II. p. 831. E. *Ἀναξαγόρας δὲ τὴν χώραν κατέλιπε μηλόβοτον.* Vid. Menag. et Mer. Casaub. in Laert. II. 6. Wess.

43. 77. *Τὰ πρόβατα*] Articulus redundat. Rhod.

43. 86. *Τὸν ἴσον χρόνον ταπεινοῦται*] Omnium optime haec illustrabit Herodotus, ex schedis Mediceis ab eruditissimo

I. Gronovio correctus, II. 19. et post eum Plinius V. N. H. 9. Wess.

43. 90. *Ταῖς Κυκλάσι νήσοις*] Iterum ex Herodoto II. 97. Pulchre Seneca IV. Q. N. 2. *Illa facies pulcherrima est, cum iam se in agros Nilus ingessit. Latent campi, opertaeque sunt valles; oppida insularum modo exstant. Nullum in mediterraneis nisi per navigia commercium est. Maiorque est laetitia gentibus, quo minus terrarum suarum vident.* Et Strabo XV. p. 1014. B. et XVII. p. 1137. B. Id quoque bene, quod collibus partim nativis, partim manu factis, villas atque oppida inponat. Sesostris enim in excelsas aggerum moles, quas captivorum manibus coacervaverat, eas civitates, quae humiliorem sedem occuparerant, transmigrare iusserat I. 57. Wess.

44. 98. *Εἰς ἄνεσιν τρέπονται*] Festos eos dies, a Nilo *Νειλῶα* Heliodoro IX. p. 423. dictos, comissando, piscando, navigando hilares consumebant, Aelian. X. H. A. 43. Wess.

44. 2. *Νειλοσκοπεῖον*] Straboni XVII. p. 1171. D. et qui eum sequitur, Heliodoro IX. p. 443. *Νειλομέτριον*. Ad quod ego exemplum *Niloscopium* malim, quam *Nili speculam:* neque enim *speculam* recte dixeris eum puteum, cuius mensurae notis fluvii auctus deprehendebantur. Quid autem aliud *Nilometrium* sive *Niloscopium?* Wess.

44. 5. *Πόσους πήχεις ἢ δακτύλους*] Hoc probo. A cubitis, quibus fluvii incrementa metiebantur, et Nili auctus et instrumentum, quo adscendentis aquas explorabant et mensurabant, serior aetas *πήχεις* appellavit: prioris usus index exsistit Himerius in Biblioth. Photii Cod. CCXLII. p. 1127. posterioris Socrates I. H. E. 18. et Sozomen. I. H. E. 8., de cuius utriusque verbis plura Steph. Le Moyne T. II. Var. Sac. p. 324. Solitos autem Aegypti praefectos literis quaqua versum missis Nili increscentis copiam significare, liquido innuit Imp. Iulian. Epist. 50. Wess.

44. 9. *Τὸ πλῆθος τῶν ἐσομένων καρπῶν*] *In duodecim* enim fluvii augescentis *cubitis* Aegyptus *famem* sentit, *in tredecim etiamnum esurit: quatuordecim cubita hilaritatem adferunt: quindecim securitatem, sedecim delicias*, teste Plinio V. N. H. 9. Quae longo usu cum essent animadversa, poterant utique ex fluvii incrementis de frugum abundantia coniecturam facere. Vid. M. Frid. Wendelini Admiranda Nili c. 7. Wess.

44. 10. *Ἐκ πολλῶν χρόνων*] Nihil hic mutandum censeo, ut nec in proxime sequente nota. Rhod. Vid. sup. c. 14. Wess.

44. 18. *Ὅλως γὰρ ὑπὲρ τῆς ἀναβάσεως*] Omnem hanc Diodori de Nili fontibus et auctibus disputationem, nulla eius mentione facta, exscripsit et pro sua, paucissimis mutatis, usurpavit Theophylactus Simocata VII. Histor. Mauric. 17. Wess.

44. 29. *Ὁ πολυπράγμων*] Etsi Herodoto subinde acerbus sit Diodorus, hic tamen titulus ob rerum plurimarum usum et

inquisitionem laudi eius cedit, uti et Ctesiae infra II. 32. Conf. D. Heinsium Lect. Theocrit. c. 5. Nili originem et incrementa habes in Herodoti II. 19. etc. WESS.

44. 34. *Τῶν τόπων τῶν κατ' Αἴγυπτον*] De Thucydide hoc scriptum nollem. Quae de Inaro is et Atheniensibus commemorat I. 104. 109. omnia alia docent. WESS.

45. 41. *Ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τῶν ὅρων*] Ipse Diodorus his plane adversa scribit I. 67. WESS.

45. 42. *Ἄξενα πάντα ἦν τὰ περὶ τοὺς*] Iustum hoc et legitimum est. Sic XVII. 82. *ἄξενα καὶ ἀνεπίβατα πάντα τὰ μέρη τῆς χώρας ὑπῆρχεν.* WESS.

45. 45. *Πρώτου στρατεύσαντος*] *Primus* Ptolemaeus Philadelphus *Troglodyticen excussit*, ut Plinius ait, et in finibus Aethiopiae Ptolemaidem ad venatus elephantorum condidit, VI. H. N. 29. Elephantorum enim caussa eam expeditionem ingressum esse filius Euergetes indicat in marmore Adulitano apud Cosmam Indicopleust. II. Cosmograph. p. 141. WESS.

45. 50. *Μέχρι τῶνδε τῶν ἱστοριογράφων*] Apposita margini lectio mihi potior videtur, quod et alibi ita loquatur, si bene memini. Retinendo alteram ex *τῶνδε* facerem *τοῦδε*, subaudiendo *χρόνου*. ut dicitur *ἐξ οὗ* et *ἀφ' οὗ*, subaudiendo *χρόνου*, potius quam *ἐξ ὧν* et *ἀφ' ὧν*, subaudiendo *χρόνων*. STEPH. Restituo cum H. Stephano *τοῦδε*, ut intelligatur *τοῦ χρόνου*, vel *καιροῦ*. Itemque *ἀκούειν*, pro *ἀκοὴν*, ut sit enallage pro *ἀκοῦσαι*. Et aliquanto post, pro *εἰς πίστιν αὐτῶν*, lege cum eodem *εἰς πίστιν αὐτὸν*, ut referatur ad *προσδεόμενον*. RHOD. *Μέχρι τῶνδε τῶν ἱστοριῶν γραφομένων*] Sequor H. Stephani et codicum vetustorum iudicium. Contra Diodorum tamen venit Aristoteles in Biblioth. Photii Cod. CCXLIX. p. 1322. et Eratosthenes apud Proclum in Timaeum p. 37. WESS.

45. 51. *Οὐδ' ἀκοὴν ἀπεφήνατο*] Fortasse *ἀκοῦσαι* scripserat Diodorus, ut *ἑωρακέναι*. alioqui *ἀκούειν* vicinius est accusativo *ἀκοήν*. STEPH. Nihil hic, tametsi Clar. 2. coniecturam Stephani iuvet, muto. Vulgatum cultius est et idem plane significat atque illud, quod eius in locum intruditur. Aristides T. III. p. 579. *si Herodotus unquam Elephantinen, ut ait, venisset, ἔσθ' ὅπως πρῶτον μὲν ἀκοὴν διηγεῖτο, περὶ ὧν εἶδεν; fierine potuit, ut ex auditu ea narraret, quae viderat ipse?* Simile est in Attica lege, quam Demosthen. II. cont. Stephan. p. 634. exscripsit, *ἀκοὴν εἶναι μαρτυρεῖν τεθνεῶτος, licere de mortuo, id quod auditu acceperis, testari.* Pro quo *ἀκοῇ μαρτυρεῖν* nunc quidem legitur in Oratione Isaei de Philoctem. Hered. p. 61., sed, uti oportet, in ea de Ciron. Hered. p. 70. et 72. WESS.

45. 54. *Ἀπὸ τοῦ περιῤῥέοντος*] Perstringit hanc opinionem Herodot. II. 21. et 23. WESS.

45. 56. Ὑγιὲς οὐδὲν λέγοντες] Frequens hoc de nugacibus mendacibusque. Demosthen. de Coron. p. 137. οὔθ' οὗτος ὑγιὲς περὶ τούτων εἴρηκεν. et Legat. fals. p. 238. αὐτοὶ δ' οὐδοτιοῦν ὑγιὲς γράψαντες. Conf. Cl. Ti. Hemsterh. in Luciani D. Mort. XXVIII. 3. Wess.

45. 57. Εἰς πίστιν αὐτῶν] In omnibus nostris codicibus legitur αὐτῶν, sed omnibus fidem hic derogo, ac repono αὐτὸν, ut sit sensus, *rationem afferentes ad probandum, quae ipsamet probatione indiget.* Sic autem saepe pronomen hoc usurpatur. Nec tamen ignoro αὐτῶν posse ab accusativo πίστιν regi: sed quid referet hic genitivus? Steph. et Rhod. Non refragor viro doctissimo; posses alioqui delere, ut sane fecit Theophylactus. Retinui tamen illud αὐτῶν, quod Codd. scriptis haud inprobaretur. Wess.

45. 59. Προσαγορευόμενοι δὲ Μόλγιοι] Habet Κυναμόλγους III. 31. sed Aethiopas: Μολίβας Ptolemaeus IV. Geogr. 8. Utri horum cum *Molgiis* seu *Bolgiis* conveniant, an commune nihil habeant, haud temere dixerim. Wess.

45. 63. Διὸ καὶ πολυγονώτατον] Conf. c. 40. Wess.

45. 66. Τῆς εὑρεσιλογίας πολὺ κεχωρισμένοι] Ordinem verborum si spectes, non dissimile hoc Demadis orationis, quae illi tribuitur, principio, ἂν δ' εὑρίσκωμαι τῶν ἐγκεκλημένων κεχωρισμένος. Sed nobis hic negotium facessit εὑρεσιλογία, quae parili modo scripta invenitur XII. 16. at XVII. 116. εὑρησιλογία, sed invito Cod. Reg. et εὑρεσιλογίαν probante. Polybius tamen Excerpt. Legat. p. 1108. τὴν πρὸς ἀλλήλους εὑρησιλογίαν *mutuas verborum altercationes* habet, Philo vero Iud. Quod Om. Prob. Lib. p. 867. E. ἀνελόντες οὖν ἐκποδὼν τὰς προφυσιστικὰς εὑρεσιολογίας. ita enim Cod. Augustan., non, uti vulgo, ἐλευθερίας. In verbo eadem discordia, quam H. Stephanus intactam haud praeteriit ad Diogen. Laert. II. 134. Mihi exempli caussa Porphyrii Commentarius extremus de Antro Nymph. satis erit: οὐ δεῖ δὲ τὰς τοιαύτας ἐξηγήσεις βεβιασμένας ἡγεῖσθαι, καὶ εὐρησιλογούντων πιθανότητας. Optime enim Nostri verbis respondet, et plausibilium nugarum commenta conplectitur. In tanto vero scripturae dissidio a scriptis libris non discedam, εὑρεσιλογίαν vero et analogiae similiorem arbitratus. Wess.

45. 70. Ἀστάπουν προσηγορεύκασιν] Nilus *medios Aethiopas secat, cognominatus Astapus, quod illarum gentium lingua significat aquam e tenebris profluentem*, V. H. N. 9. Plinius. Alii Astapum a Nilo distinguunt: de quibus Ch. Cellar. IV. Geogr. 8. p. 241. Wess.

45. 71. Εἰς τὴν Ἑλλήνων διάλεκτον] Tautologiam esse suspicor, at tolerandam. Rhod. Posse haec sine damno abesse nemo, qui vel N. T. libros usu triverit, diffitebitur. Nostri tamen est c. 11. huius libri, μεθερμηνευομένων γὰρ τούτων εἰς τὸν Ἑλληνικὸν τῆς διαλέκτου τρόπον. Wess.

45. 74. *Ὁ πλεῖστον ἀπέχων*] Articulus, hic in parenthesi conclusus, necessario requiritur. Rhod.

46. 77. *Ἀνατίθησι Λίβυσι*] Haec negabit Herodot. II. 32. longe ea in narratione Diodoro circumspectior. Wess.

46. 87. *Φησὶ τοὺς ἐτησίας*] Schol. Apollonii Rhod. IV. 269. opinionem hanc Thaletis, sed minus dextre, exponit: melius Diogen. Laert. I. 37., elegantissime vero Philo Iud., cui eadem sententia placuit, I. Vit. Mos. p. 620. A. Wess.

46. 93. *Οἱ ποταμοὶ πάντες*] Sequitur Herodot. II. 20. Wess.

46. 99. *Εὐριπίδης μαθητὴς*] Conf. supra c. 7. et Vitruvium Praefat. L. VII. Euripidis versus sunt ex Archelao tragoedia, legunturque auctiores in Anonymi Commentario de Nilo cum eiusdem argumenti aliis ex Helenae Euripid. principio et Aeschylo, nec mendis plane liberi, ut ex Is. Vossio in Melam I. 9. 27. videbis. Eosdem ex Helena exscripsit Schol. Apollonii Rhod. IV. 269. et Aristid. T. III. p. 559. sed male habitos; quod cum de Aristide multis abhinc annis admonuerit doctissimus G. Iungermannus, haud iniuria mireris Cl. Iebbium intactos eos praetereuntem. Wess.

46. 6. *Ἀδύνατον χιόνα πίπτειν*] Lucan. X. 219. *Vana fides veterum, Nilo, quod crescat in arva, Aethiopum prodesse nives. Non Arctos in illis Montibus aut Boreas. Testis tibi sole perusti Ipse color populi, calidique vaporibus Austri.* Quae ad patrui Senecae IV. Q. N. 2. verba exacta esse in confesso est; nec omni tamen ex parte vera: celsiora enim Aethiopiae loca, ut pleraque montium cacumina, frigent, nec deest illis nix neque grando, etsi rarior, uti docet Iob. Ludolf. I. H. Aethiop. c. 5. et ante eum Hieron. Lobus Histor. Abyssin. p. 141. Wess.

46. 14. *Οὔτε νέφους ὑποστάσεις*] Atqui Thessaliae fluvius est, *Quique nec humentes nebulas nec rore madentem Aëra, nec tenues ventos suspirat Anauros*, Lucan. VI. 369. et *in Aegypto minus odorati flores, quia nubilosus et roscidus aër est a Nilo flumine*, auctore Plinio XXI. N. H. 7., sed sibi V. 9. et plerisque omnibus veterum obloquente; quorum sententiam eo colore excusari posse, si vapores crassiores fluvio negentur, ostendit post Brodaeum III. Miscell. 30. M. F. Wendelin. Admirand. Nili c. 11. Wess.

46. 16. *Ἡρόδοτος δέ φησι*] Lib. II. 25. Wess.

46. 19. *Ὑγρασίαν ἐκ τοῦ Νείλου*] Etiam haec verba ad explicandam auctoris sententiam necessario pertinent. Ideirco pro genuinis habenda. Rhod.

47. 26. *Οὐ γὰρ ἐν τοῖς καύμασι*] Scite reponit H. Stephan. *ἐν μὲν τοῖς κ.* Sed post *Νεῖλον*, quod antecedit, comma substituendum, loco puncti. Rhod. Non assentior viris doctissimis. Id si Diodorus scripsisset, profecto Herodoti sententiam, qua fluvium aestate maiores auctus capere negat, perperam exposuisset.

Verte ergo mecum, *neque enim aestate augeri, sed hieme ob dictam ante caussam minui.* Wess.

47. 38. *Τῶν γενομένων ὄμβρων*] Scholiastes, in margine *ὑδάτων* apponens, etiam ipse *σχεδιάζει*, et ut solet impudenter nugatur. Quo numero etiam sequentia eius duo scholia censenda. Rhod.

47. 42. *Τὸ δὲ πλῆθος τῆς σωρευομένης χιόνος*] Democriti opinionem pervertit Schol. Apollon. Rhod. IV. 269. Etesias ex ubere nivis sub septemtrionem liquefactae copia nasci, indicat Aristoteles II. Meteorol. 5. et firmat Ulpian. in Demosth. Philip. I. p. 35. in Democriti sententiam de Nili origine aperte transgressus. De Etesiis non longe abeunt nostrae aetatis philosophi. Conf. Cl. Pet. Musschenbrockii Physicam segm. 1752. Wess.

47. 57. *Οὔπω τῶν ἐτησίων πνεόντων*] Herodotus saepenumero nondum spirantibus Etesiis in arva Nilum adscendere ait II. 20., unde iusta conclusione conficias, eos nonnunquam aequales esse fluvii incrementis. Prodromi saltem fluvii auctibus erant priores, Plinius II. N. H. 47., cui Cl. Salmas. in Solin. p. 304. iunge. Wess.

47. 65. *Ἀργέσται*] Nihil fere dissentit Philosophus II. Meteorol. 6. neque A. Gellius II. N. A. 22. ex alia atque alia coeli parte Etesias spirare adseverans. Quare bene Hesychius, *Ἀργέσται*, οἱ *Ἐτήσιοι*. Wess.

47. 68. *Ἀλλ' οὐδὲ τὴν πίστιν ἔχει*] Nunc citra dubium ea res est. Aethiopia enim excelsissimis montibus est distincta, sicuti ostendit Iob. Ludolf. I. H. Aeth. 6. Restat autem multum dubii in scriptura huius loci; cui enim bono *ἐνέργεια* illa? Ne dicam dolo, fuisse arbitror, *διὰ τῆς ἐναργείας συγχωρουμένην*, *ipsa evidentia comprobatam*, id quod res ipsa expostulat. Video quidem cap. 40. *καὶ γὰρ ἐάν τις βιάζηται τὴν ἐνέργειαν.* et *ἢ τὴν ἐνέργειαν παρέχεσθαι μαρτυροῦσαν.* praeterea c. 41. *ἄλλως τε καὶ τῆς ἐνεργείας αὐτῆς μαρτυρουμένης ὑπὸ τῶν* etc. sed ea omnia mihi suspecta sunt, et in plerisque manu exarati codices *ἐναργείας* vocem malunt, quam satis constat haud raro ab altera loco et sede sua deiectam fuisse, sicuti in Strabone I. p. 45. A. et Philon. Iud. de Cherub. p. 117. D. et Dionysio Halicarnas. T. II. p. 83., ubi plura doctissimus Sylburg. Wess.

48. 69. *Ἔφορος δὲ καινοτάτην*] Ingressus erat Ephorus, quemadmodum hoc loco Diodorus, longam de Nilo, eius fontibus et incrementi caussis, disputationem Lib. XI. Histor., confutaveratque aliorum ea de re opiniones, auctore Theone Progymnasm. c. 2. p. 16. Cuiusmodi dissertationis cum sine dubio pars sit illud de Nilo fragmentum, quod ex Anonymo scriptore excerptum primus H. Stephanus vulgavit, et Herodoto post praebitum a Iungermanno exemplum, iungi solet, haud iniusta fortasse suspicio erit, Ephoro deberi, et a Grammaticis propter eius elegan-

tiam descriptum servatumque esse: quae tamen coniectura tum demum iure facta videbitur, si quod aliunde illi robur et pondus accesserit. Wess.

48. 73. *Ἔτι δὲ κισσηρώδη*] Codicis Cl. 2. scriptura huius est *παραδιόρθωσις*. Aegyptus *κισσηρώδης* ob soli ingenium, quod pumicem quodammodo referebat, ut insula Thera ex eadem caussa *κισσηρώδης καὶ πολυφόρος* in Schol. Pindari Pyth. IV. 11. Wess.

48. 80. *Μηδὲ παρὰ τῶν εἰδότων*] Hoc quidem satis acerbe. Et tamen, nisi falsum tradidit Porphyrius, Aegyptii veteres censebant, *τὸ ὕδωρ κάτωθεν ἀναβλυστάνειν τῇ ἀναβάσει τοῦ Νείλου*, aquam e terra in Nili incrementis scaturire, propterea-que Nilum *ἱδρῶτα τῆς γῆς terrae sudorem* recte dici in Comment. Procli in Timaeum p. 37., ubi et ea sententia rationibus, his Nostri non multum dissimilibus, infringitur. Wess.

48. 85. *Πλείω τῶν ἑξακισχιλίων*] Conf. supra c. 30. Mox *πρὶν ἢ* malui, quod et alias, scriptis addicentibus libris, non spernam. Wess.

48. 90. *Τοσοῦτο πλῆθος*] Relativum istud exaggeratorium loco movendum non esse arbitror. Respectum enim habet ad mirificam Nili exundationem, quae maiorem aquarum copiam deposoit, quam quae cavernis terrae contineatur. Rhod.

48. 97. *Τὸ ψεῦδος τῆς τε ποταμοχώστου γῆς*] Haec, pressius si urseris, non bene illis convenient, quae c. 34. professus est. Voluit, puto, aggestae huic terrae cavitates et meatus, in quibus aqua conprehensa lateret, negare. Wess.

48. 99. *Τῶν ἐν τούτοις ἐλέγχων*] Articulum hic ociosum esse, facile concesseris. Rhod.

48. 2. *Πολλὴν χώραν πεποίηκε*] Maeandri campum, *Μαιάνδρου πεδίον* Herodot. II. 10. ex aggesto limo natum, Strabo XII. p. 868. Prienen, mari olim accubantem, continuis Maeandri alluvionibus in solo mediterraneo collocatam significat. Wess.

48. 4. *Ὁ Ἀχελῶος ποταμὸς*] Echinades eum insulas et fecisse et conditas paene continenti iunxisse docent Thucydides II. 102. Pausan. VIII. 24. p. 647. et Strabo X. p. 703. A. quem et de Cephiso vide IX. p. 624. B. Id vero quod de Maeandro, Acheloo et Cephiso hic proditur, omnibus esse fluviis commune res ipsa monet et ab eodem ostenditur L. I. p. 91. Wess.

48. 9. *Ὀλιγωρηκότα τῆς ἀληθείας*] Nihil Seneca dissentiens *Ephorus*, inquit, *non religiosissimae fidei, saepe decipit, saepe decipitur* VII. Q. N. 16. Quod utriusque iudicium confirmat G. Io. Vossius I. H. Graec. 7. Wess.

49. 15. *Ἀντιπεπονθὸς ταῖς ὥραις*] Bene Rhodoman. *quae contraria habet anni tempora.* Theophrastus de Lapid. p. 393. *καὶ ἐκεῖνος μὲν τούτῳ (τῷ λίθῳ) ὥσπερ ἀντιπεπονθώς, et hic quidem lapis illi contrarium habet ingenium.* Alio usu Pythago-

rei adhibebant, adfirmantes *τὸ δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς ἄλλῳ εἶναι* in Philosophi Ethic. Eudem. IV. 3. Iustum enim talione quadam absolvi, et aequissimum esse, ut ea patiaris, quae prior ipse fecisses. *Οὐ μέντοι ὡς οἱ Πυθαγόρειοι (τὸ ἀντιπεπονθὸς) ἔλεγον. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ᾠοντο δίκαιον εἶναι, ἃ ἐποίησέ τις, ταῦτα ἀντιπαθεῖν*, in eiusdem Ethic. Maior. I. 34. p. 31. Hanc vero de Nili origine opinionem Eudoxus sacerdotum esse Aegyptiorum ait in Plutarchi IV. Plac. Phil. 1., Nicagorae vero Critici in Apollon. Rhod. IV. 269. Conf. O. Borrichium Hermet. c. 8. Wess.

49. 17. *Διὰ καῦμα ἀοίκητον*] Valuerat olim opinio regiones, zonae torridae subiectas, propter vehementem solis aestum incolas non pati: quam falsam esse nunc quidem vix quisquam dubitat. De Aethiopiae locorumque, per quae Nilus in Aegyptum evolvitur, temperato aëre Hieron. Lobus Histor. Abyssin. p. 85. Wess.

49. 23. *Τὸ πλεονάζον τῶν*] Haec procul dubio germana est lectio. Quae enim alias foret syntaxis? cum *φέρεσθαι* non ad *χειμῶνας*, sed ad *ὑδάτων τὸ πλεονάζον* referatur. Rhod.

49. 26. *Παρελθεῖν*] Utraque lectio stare potest. Sed voluit Glossator forte ambiguitatem, quae est in *παρελθεῖν*, suo isto explicare. Rhod. Sic II. 14. *παρῆλθεν εἰς Ἄμμωνα, χρησομένη τῷ θεῷ·* pluribusque aliis in locis, ut mutare temerarium sit. Wess.

49. 33. *Φανερὰν καὶ πρόχειρον ἀντίρρησιν*] Tametsi *προφανὲς ἅπασι* illud recte dicatur, quod omnibus cognitum exploratumque est III. 2., arbitror tamen a librario venisse, quod codices M. et Coislin. prae se ferunt. Quod vero Diodorus ex rotundiore terrae figura philosophos conclusione quadam urget, et Nilum ex opposita zona progredi posse negat, id perperam ab eo institui atque a vero longissime recedere admonuerunt viri doctissimi Latin. Latinius Biblioth. suae p. 76. et M. Frid. Wendelin. Admirand. Nili c. 8. Wess.

49. 37. *Βιάζηται τὴν ἐνάργειαν*] Sequor schedas Coislinianas. *Τὴν ἐνάργειαν βιάζεσθαι* est vim illi facere et contra res evidentes quaesitis sermonibus venire, sive, ut cap. seq. *καταμάχεσθαι τὴν ἀλήθειαν*. Ad quem modum *βιάζεσθαι θεοῦ βούλησιν* contra Dei voluntatem niti Ioseph. IV. A. I. 6. 5., et *τὴν πάροδον βιάζεσθαι* vi transitum aperire Zosim. V. 29. similiaque. Wess.

49. 46. *Εἰκὸς γὰρ εἶναι*] Theophylactus *εἰκὸς γὰρ εἶναι καὶ ἑτέρους ἐκεῖ ποταμοὺς*, sive coniectura ductus, seu quod id in eo esset libro, quem exscribebat, legit. Utcunque decernas, sententiam Diodori melius Rhodomanno percepit. Verte ergo: *vero enim simile esse, plures illic fluvios, sicuti et apud nos, inveniri.* Wess.

49. 50. *Πολύγονος οὐκ ἂν ἦν*] *Fetifer potu Nilus* dicitur Plinio VII. H. N. 3. et eius aqua *ὕδωρ πολυγονώτατον καὶ γλυκύτατον* Theophrasto in Athen. II. 4. p. 41. Non addo, aquis eius fecundiores feminas fieri, et sobolem ovium caprarumque mirifice adaugeri. Vide Eustath. in Homer. p. 1499. et Stanleium in Aeschyl. Supplic. 570. Quae sequuntur examinat M. Fr. Wendelin. Admirand. Nili c. 10. Wess. *πολύγονος*, quod analogia *πολυγόνος* scribi iubet, tam constanter tenent libri, ut facile assentiar Buttmanno Gr. II. p. 374. accentum illum tuenti. Video quidem *πολυγόνον* scribi in Geopon. XIV. 1. 3.: sed id Needhamus tacite interpolavit, quum *πολύγονον* invenisset in ed. Basil., propagavit autem Nicolaus, ut alia eiusmodi ab Needhamo illata, veluti ibid. 5. *πίσῳ* pro *πισῷ*, quamvis nihil adiutus auctoritate MSS. suorum, quod mihi exemplar ab C. P. Gesnero ei commodatum lustranti satis constitit.

50. 56. *Οἰνοπίδης δὲ ὁ Χῖος*] Floruit Oenopides eadem paene aetate, qua Anaxagoras, cui et iungitur in Platonis Amator. p. 132., nactusque est magnum, postquam Aegyptum adierat inf. c. 98., ob peritiam rerum coelestium nomen, quod praeteritum non est a viris egregiis Aeg. Menagio in Diogen. IX. 37. et Iac. Perizonio ad Aelian. X. V. H. 7. Wess.

50. 60. *Ἥκιστα τὸ ὕδωρ ψυχρὸν*] Recte Seneca rescribit, *Non calorem hieme sub terris esse maiorem. Aqua et specus et putei tepent, quia aëra rigentem extrinsecus non recipiunt. Ita non calorem habent, sed frigus excludunt. Ex eadem caussa aestate refrigescunt: quia illo remotus seductusque aër calefactus non pervenit*, IV. Q. Natur. 2. Wess.

50. 64. *Τῆς ὑγρᾶς οὐσίας*] Mihi, ut simplicius, ita elegantius videtur *ὑγρασίας*. Rhod. Non accedo viro doctissimo. Codex Cl. 2., quo et H. Stephanum olim usum fuisse mihi liquido constat, non infringet ceterorum et Theophylacti consensum. *Ὑγρὰ οὐσία* aeque profecto humorem exprimere apta est ac *ὑγρὰ φύσις* in cap. 7. Wess.

50. 70. *Τὰς ῥεύσεις ποιούμενοι*] Nihil admodum intererit hoccine probes an Theophylacti *ῥύσεις*. Tamen Diodorus I. 34. *πραεῖαν τοῦ Νείλου τὴν ῥύσιν ποιουμένου*. et de Pado Polyb. II. 16. *ποιούμενος τὴν ῥύσιν ὡς ἐπὶ μεσημβρίαν*. Mitto Strabonem IV. p. 284. B. XII. p. 852. A. Wess.

50. 76. *Ἐν τοῖς κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν*] Docet Strabo XVII. p. 1138. sub regibus Ptolemaeis id reapse fuisse cognitum atque exploratum Aegyptiis; Eratosthenes vero, non oportere ea de re quemquam in dubio esse, quandoquidem ad Nili fontes quidam adierint et largissimos imbres suis oculis usurparint: *σαφῶς καὶ ἀφικομένων τινῶν εἰς τὰς τοῦ Νείλου πηγὰς, καὶ τοὺς ὄμβρους τοὺς γινομένους ἑωρακότων*, in Procli Comment. in Platon. Timaeum p. 37. Quod profecto iustius nunc oggeri dubitantibus

potest, cum Petrus Paisius, Hieronymus Lobus, et plures Lusitanorum eosdem Nili fontes et copiosissimos Aethiopiae et lustrarint et experti fuerint imbres. Conf. Ath. Kircheri Oedip. T. I. Syntagm. 1. 7. et Iob. Ludolfi I. H. Aethiop. 8. Wess.

50. 83. *Οὐ προσήκει*] Cum obliqua oratione *μιμητικῶς ἢ κατὰ προσωποποιΐαν* verba Agatharchidis historici, nostro quoque iudicio gravissima, recitentur, *προσήκειν* scribendum existimo. Rhod. Ego restitui, uti oportebat, secutus Rhodomanni opinionem: nec aliud sua in versione Poggius expressit, ut suo in libro ita invenisse putes. Wess.

50. 89. *Νιφετοὺς ἐξαισίους*] Notae sunt *Scythicae nives* ex Plinio VI. 17. Credo tamen ob oculos habuisse, quae circa Paropamisum, quem Caucasum aut Caucaso cohaerentem putabant, contingere narrat XVII. 82. Nives autem has *ἐξαισίους* appellat solito sibi vocabulo, quo omnia ingentia et consueto multis partibus maiora designat, ut *ψόφον ἐξαίσιον* IV. 13. *ὕψος ἐξαίσιον* XIII. 82. *ἐξαίσιον βοὴν* XIV. 74. etc. Wess.

51. 93. *Ἀρχομένου θέρους*] Perperam haec exulant ex Coisliniano. *Ὑεται γὰρ ἡ Ἰνδῶν γῆ τὸ θέρος*, *aestate pluviis madet Indorum regio*, sicuti Arrianus ait Indic. c. 6. ex Nearcho; e quo non dissimilia Strabo XV. p. 1013. C. et 1020. B.; sed qui fluvium Ὑδάσπην *Hydaspem* vocat, qua terminatione et Noster XVII. 96.; unde vitium hic esse suspicor. In Theophylacto certe egregium exstat: nam eius *περὶ τῶν ποταμῶν τῶν ὑδάτων* ex melioribus his, sicuti bene Iungerman., nata sunt. Wess.

51. 7. *Καὶ παντελῶς ἀσθενεῖς*] En novum sarcinatoris centonem! Rhod. Non ausus sum delere, etsi viri eruditi iudicium haud omnino displicet. Ex grammatici interpretatione si in hanc sedem migraverint, oportet satis cito fuerint inculcata. Eadem enim in suo reperit Theophylactus. Iungit has voces, sed commodiore loco, Ioseph. IV. Ant. I. 6. 5. Wess.

51. 13. *Τὴν πρώτην μερίδα περιγράψομεν*] Sine controversia hoc rectum est, tametsi *παραγράφειν τοὺς χρόνους* II. 31. et *παραγράψομεν τὴν βίβλον* extremo eo libro, quomodo et hic Cod. Vat.; sunt enim in mendo, quod hoc in verbo longe frequentissimum est. Ne temere dixisse videar, paucis defungar exemplis. Ioseph. de Alexandra XV. Ant. I. 3. 4. *καὶ πολλάκις μὲν ἦλθεν*, inquit, *παραγράψασθαι αὐτοχειρίᾳ τὸν βίον*. Immo vero *περιγράψασθαι*, quod in eo genere vitaeque violentiore exitu usitatum. Plutarchus, seu quis auctor libri de Flumin. p. 1153. *βρόχῳ τὸν βίον περιέγραψεν*, *laqueo vitam finivit*: pro quo p. 1158. C. perperam *παρέγραψεν*. Atque hoc primum. Alterum dabit Heliodorus, qui Sisimithren inter alia Aethiopibus persuasisse refert, ut piis operarentur sacris, victimis humanis *εἰς τὸν ἑξῆς αἰῶνα παραγράψαντες*, *in perpetuum sublatis*, X. Hist. Aethiop. p. 517. Atqui hoc *περιγράψαντες* indicat, quod

in abolendo delendoque usu teritur, ut bene Is. Casaubon. in Athen. IV. 27. p. 204. Recte ergo de pravis inpii Iuliani consiliis Io. Chrysostom. Orat. V. in Iud. p. 646. D. Tom. I. ὁμοῦ ἐλπίζων ὁ μεμηνὼς καὶ ἀνόητος τοῦ Χριστοῦ περιγράφειν τὴν ἀπόφασιν, τὴν οὐκ ἐῶσαν ἀναστῆναι τὸν ναὸν ἐκεῖνον. Perperam vero in Agatharchide de Rubro Mari p. 21. τοὺς δὲ περὶ Ἡγησίαν καὶ τὰ περὶ ἐκείνων παραγράφεται. Sed desino. Hoc quod prae manibus est satis adfirmabit Plutarch. T. II. p. 14. A. βραχέα δὲ προσθεὶς αὐτοῖς περιγράψω τὰς ὑποθήκας, *his pauca si addidero, finem praeceptis inponam.* et Euseb. VI. P. Evang. 10. p. 280. ἑνὸς δ' ἔτι μνησθεὶς περιγράψω τὸν λόγον. Wess.

51. 18. *Τῆς πρώτης τῶν Διοδώρου*] Summaria, quae ex Coislin. habes, etsi citra dubium industriae grammatici accepta sint ferenda, propter codicis eius auctoritatem, utque illis responderent, quae ante exscripta dedi, excerpenda fuerunt. Scriptor ipse huius libri capita multis partibus breviora signavit principio L. II. Wess.

52. 34. *Τὰ συνεχῆ διέξιμεν*] Futuri significatione et usu satis hoc frequens; nam et supra c. 9. περὶ πρώτων τῶν βαρβάρων διέξιμεν. et III. 76. διόπερ διέξιμεν ἐν κεφαλαίοις etc. Neque hoc tantum, sed et εἶμι in Euripid. Rhes. 450. et ἄπειμι in Aristophan. Pluto 70. cum Kusteri nota. Wess.

52. 42. *Τοὺς καυλοὺς καὶ τὰς ῥίζας*] Conf. supra c. 9. et 10. Wess.

52. 43. *Καὶ μάλιστα προσενέγκασθαι*] Et praecipue comedisse, ut c. 8. καὶ προσφέρεσθαι τῆς βοτάνης τὴν προσηνεστάτην. Plutarch. VI. Sympos. 10. p. 684. F. ὥστε καὶ τὸν ἄρτον ἅναλον προσφέρεσθαι. Vid. infra III. 18. V. 3. Wess.

52. 44. *Ἄγρωστιν*] Puto eam ἄγρωστιν intelligere, quam ἐδώδιμον *edulem*, et cuius radicem, dum mollis est, dulcem admodum perhibet Galenus V. Simp. Medic. Facult. p. 71. et ante eum Theophrastus VI. Caus. Plant. 16. Forsan et iniustum est discrimen inter πόαν et ἄγρωστιν, quo illa quadrupedibus et foenisecio relinquitur: haec gramen medicum esse decernitur a Io. Bodaeo a Stapel in Theophrasti I. H. Plant. 10. Diodorus et hic, et III. 43. ἄγρωστιν sive *gramen* pecudum pastioni largitur. Addo, non aliud hoc videri atque Ἄχὶ *Achi*, quod esui hominibus pecudibusque in Aegypto erat, ab Alexandrinis interpretibus Genes. XLI. 2. Esai. XIX. 7. atque alibi adhibitum. Wess.

52. 50. *Τῇ χειρὶ ταύτης λαμβάνοντας*] Videtur mos ille perennasse ex veteri instituto, quo Aegyptii nec myrrha, nec casia neque thure sacra faciebant, sed herba virente, veluti quandam naturae fertilis lanuginem manibus complexi, ἀλλὰ χλόης, οἷον εἴ τινα τῆς γονίμου φύσεως χνοῦν ταῖς χερσὶν ἁράμενοι, Porphyrius II. Abstin. 5. Verbenas herbamque Sabi-

nam ex simili caussa in Italia prisco tempore in sacris et gestasse et adolevisse homines ostendit Nic. Loensis IX. Miscel. 7. Wess.

52. 51. *Τὸν ἄνθρωπον*] Haec propter sententiae perspicuitatem omittenda non videntur, ut nec ratio quae subiicitur. Rhod.

52. 54. *Ὑγρᾶς μᾶλλον ἢ τῆς ξηρᾶς*] Quaerit Aristoteles, cum cetera animalia frequentius sicco quam humido victu utantur, cur homo humido magis quam sicco delectetur, *ὁ δὲ ἄνθρωπος τὴν ὑγρὰν τροφὴν ἢ τὴν ξηρὰν προσάγεται*, Problemat. Sect. X. 49. Quae mihi abunde probant Nostri haec verba. Wess.

52. 59. *Καὶ ταῖς δοραῖς ἐσθῆσι χρῆσθαι*] De Locrorum Ozolarum maioribus, quos indigenas, *αὐτόχθονας*, ferebant, Pausanias *σκέπην πρὸς τὸ ῥῖγος θηρίων δέρματα ἐποιοῦντο ἀδέψητα. τὸ δασὺ τῶν δερμάτων ἐς τὸ ἐκτὸς ὑπὲρ εὐπρεπείας τρέποντες*, *velabant corpus ad frigus defendendum ferarum recentibus coriis, pilo extrorsum verso, quo vestitus plus decoris haberet*, X. 38. Qui mos ab ipso generis humani conditore propagatus rudi aevo, etsi necdum plane evilnerit, multis placuit, Indis II. 38. Afris III. 49. et pluribus aliis. Wess.

52. 63. *Ἐκ τῶν καλάμων*] Heliodor. I. Aethiop. p. 64. Aegyptiorum tenuioribus *καλύβας λεπτοῖς καλάμοις καὶ τούτοις ἑλείοις διαπλόκους*, *tuguria tenui arundine et palustri texta*, tribuit. Silius Italic. XVII. 80. *Castra levi calamo, cannaque intexta palustri, Qualia Maurus amat dispersa mapalia pastor.* Sic enim recte legunt viri docti. Wess.

53. 67. *Ἐκ τοῦ λωτοῦ ἄρτον*] Conf. supra c. 34. Wess.

53. 70. *Τὸν Ἑρμῆν*] De eo c. 16. et copiose Olaus Borrichius in Hermet. c. 1. 2. 3. etc. Wess.

53. 73. *Τοῖς πλεῖστα εὐεργετοῦσιν*] Non male hi sacerdotes: res enim ipsa et veteris aevi monumenta persuadent, primos regum et ob excellentem animi indolem et egregia in cives beneficia, artesque inventas et cultas, a volentibus esse creatos. Bene Philosophus, *τοῦ πλήθους εὐεργέται κατὰ τέχνας ἢ πόλεμον, ἢ διὰ τὸ συναγαγεῖν, ἢ πορίσαι χώραν, ἐγίγνοντο βασιλεῖς ἑκόντων καὶ τοῖς παραλαμβάνουσι πάτριοι* III. Politic. 10. Wess.

53. 74. *Εἴτε προσκαλουμένων*] Rectius *προκαλουμένων*, quod *provocandi* seu *invitandi* significationem habet, cum illud *advocare* sit. Rhod. *Εἴτε προκαλουμένων*] Restitui, quod sermonis usus postulabat; neque enim ferendum putavi, ut inter diversas veterum librorum scripturas immixtum lateret. Conf. et c. 21. et Basilium M. T. II. p. 146. B., ubi in vetustis schedis eandem Iulian. Garnerius scriptionis differentiam reperit. Wess.

53. 76. *Ἐν ταῖς ἱεραῖς ἀναγραφαῖς*] Sacri hi commentarii, sive *αἱ ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἀναγραφαὶ*, ut cap. seq., quibus in Aegyptiorum rebus saepe testimonium denuntiat, duplicis generis, partim columnis, partim libris inscripti, erant. Dio Prusaeus

Orat. XI. p. 161. D. de sacerdote Aegyptio, *ἔφη δὲ πᾶσαν τὴν πρότερον ἱστορίαν γεγράφθαι παρ' αὐτοῖς, τὴν μέν, ἐν τοῖς ἱεροῖς, τὴν δέ, ἐν στήλαις τισί*, *dicebat autem omnem prioris temporis historiam apud ipsos scriptam esse partim quidem in templis, partim in columnis quibusdam.* Quibus Dionis nihil dissentit Aristides T. III. p. 609., nedum Noster XVI. 52. Wess.

53. 80. *Μυρίων καὶ ὀκταχισχιλίων*] Vide supra cap. 26. Wess.

53. 81. *Βεβασιλεῦσθαι φασὶν ἀπὸ μυριάδος*] Exercuit hic locus industriam doctissimorum virorum Iac. Capelli et Iac. Perizonii, quorum ille in Histor. Sacr. et Exot. ad an. m. 1682. mendum subesse ratus pro *πενταχισχιλίων* legere *πενταχοσίων* et exponere *annos circiter novem millia quingentos* instituit: sed temere, neque satis ex Graecorum loquendi more, haud iniuria propterea correptus a Perizonio: quamquam et iste, si verum amamus, haud felicius sese expediit. *Τὰ ἀπὸ μυριάδος ἔτη* sunt illi *anni excurrentes a decem millibus* Origin. Aegypt. c. 11.; quo pacto *anni* indicabuntur *a decem millibus excurrentes paullo minus quinque millibus.* Verum ea ratione coniunguntur, quae Diodorus disparata voluit. Regnatum ait *ἀπὸ μυριάδος* usque in Olympiadem CLXXX., signato liquidissime et numerandi principio et fine. Verte iam, *regnatum esse ab hominibus annis a decem millibus excurrentibus paullo minus quinque millibus*, et frustra quaeres terminum, unde numerandi principium. Non addam plura, ne quid acerbius in sententiam viri, optime olim de me meriti, excidat, idque agam potius, ut scriptoris opinio declaretur. Iuvant quodam modo manu exarati codices, quorum aliqui *βεβασιλεῦσθαι ἀπὸ Μοίριδος* aut *Μύριδος*, *regnatum esse a Moeride annis paullo minus quinque millibus usque in Olympiadem CLXXX.* Hoc convenit Graeci sermonis consuetudini et illis, quae c. 26. scripserat: *οἱ δ' ἱερεῖς τῶν Αἰγυπτίων τὸν χρόνον ΑΠΟ τῆς ἡλίου βασιλείας συλλογιζόμενοι ΜΕΧΡΙ τῆς Ἀλεξάνδρου διαβάσεως εἰς Ἀσίαν, φασὶν ὑπάρχειν ἐτῶν μάλιστά πως δισμυρίων καὶ τρισχιλίων.* Adde enim in summam annorum haec circiter quinque millia, quae a regibus hominibus regnando absumpta, XVIII illis millibus, quae diis et semidiis tribuuntur, et ratio paene constabit. Est tamen, quod eam Codd. scripturam gravissime urget et plane infringit. Cur enim a rege Moeride annos, quos in Aegypti regno homines transegerunt, orditur? qui Mena, primo ex hominibus rege, duobus fere annorum millibus fuit posterior, sicuti cap. 45. 50. et 52. haud obscure significat; quique ne totis quidem nongentis Herodoti aetatem praecessit, quemadmodum ille ait II. 13. Et quamquam eius et Diodori rationes haud bene concinant, fieri non poterit, ut annorum circiter quinque millia a Moeride usque in Olymp. CLXXX. abierint. Quare, ne longum faciam, sic habeto: locum mihi

videri vitiosum, vixque illi succurri posse, nisi si aut deleas voces *ἀπὸ μυριάδος*, quibus sublatis et oratio et annorum numeri convenient; aut, quia violentius hoc, *ἀπὸ Μηνᾶ a rege Mena usque*, qui primus hominum regum et cuius a regno anni illi decurrunt, scribas. Wess. Larcheri (chronolog. Herod. p. 49. 50.) de his et sequentibus coniecturas tacere praestat.

53. 85. *Ὁ νέος Διόνυσος χρηματίζων*] Ptolemaeus Auletes est, quem Porphyrius in Excerpt. Scaligeri Eusebianis p. 226. eodem *novi Bacchi* titulo ornat, egregie explicito ab Ill. Ezech. Spanhem. Dissert. VII. de Usu et Praest. Num. p. 436. Patris stultitiam aemulata est Cleopatra, *εἰς πλῆθος ἐξιοῦσα, στολὴν ἱερὰν Ἴσιδος ἐλάμβανε καὶ ΝΕΑ ΙΣΙΣ ἐχρημάτισε, in publicum sacra Isidis veste ornata prodibat, Nova Isis appellata*, Plutarch. T. I. p. 941. Wess.

53. 88. *Αἰθίοπας τέσσαρας*] Herodotus Aethiopum in Aegypto reges multis partibus plures habet II. 100. Wess.

53. 92. *Πέντε πρὸς τοῖς ἑκατὸν καὶ τριάκοντα*] Nisi distincte annos CXXXV, quibus Persae Aegyptiis imperarunt, et ea temporum intervalla, quibus eorum imperium detrectarunt Aegyptii, intellexeris, in his error erit. Cambyses Aegyptum bello aggressus est tertio Olymp. LXIII. anno, ut est c. 68.1 et sequenti in ditionem suam redegit. Eandem Alexander altero Olymp. CXII. anno occupavit, inf. XVII. 49. suntque adeo inter Cambysis et Alexandri expeditiones Olympiades XLVIII cum duobus annis. Quare, si in summam additi sint anni defectionum Aegyptiacarum, erunt CXCIV. Wess.

53. 95. *Τὴν εἰς τοὺς ἐγχωρίους θεοὺς ἀσέβειαν*] Persae nulla olim simulacra, nulla templa, nullas aras dedicabant, alios, quibus id sollemne, stultitiae non solum accusabant, auctore Herodoto I. 130. sed et eorum imagines sacrasque aedes incendio delebant, quod illis vitio vertit Isocrates Panegyr. p. 106. Praeter ceteras vero superstitioni Aegyptiae acerbissimos Herodot. III. 29. Aelian. VI. V. H. 8. et Noster c. 46. et XVI. 52. fuisse testantur. Wess.

53. 99. *Ἄνδρας μὲν ἑβδομήκοντα*] Iterum in alia omnia it Herodot. II. 100. et 142. Conf. infra c. 69. Wess.

54. 11. *Μηνᾶν*] Consentiunt plerique omnes veterum in primo hoc ex hominibus rege, quamquam parum in nomine eius concordes. Herodotus *Μῆνα* olim, nunc ex Iac. Gronovii cura *Μῖνα* et *Μεῖνα* II. 4. et 99. etsi *Μῆνα* in eo quoque legerit Eusebius Chron. p. 14., vocat, a quo non longe abest Claromont. 2., nec Plutarchi T. II. p. 354. A. *περὶ Μείνιος τοῦ βασιλέως*. Ceteris *Μήνης Menes* aut *Μῆνις*, sicuti Aelian. XI. H. A. cap. ult. De aetate hominis vera maior rixa est; sed quae huic loco parum convenit. Tu vide Iac. Perizon. Origin. Aegypt. c. 5. et Is. Newtoni Chronol. p. 258. Wess.

54. 14. *Πολυτελῆ βίον*] Non displiceret *πολυτέλειαν εἰς βίον*, si pro *εἰσηγήσασθαι εἰσαγαγέσθαι* scriptum foret. Rhod. Nihil muto. Sollemne hoc Nostro, ut V. 55. 66. 73. etc. Athenaeo Athenienses rerum optimarum primi auctores *πάντων τῶν καλλίστων εἰσηγηταὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ* L. XV. 13. p. 691. Et Moses in Homilia quadam, quae Io. Chrysostomo perperam tribuitur T. II. p. 793. A. *ὁ πρῶτος εἰσηγητὴς τῶν συμφερόντων τῷ βίῳ*. Wess.

54. 16. *Τνέφαχθον*] Non displicet *Γνεφαχθῶ*, licet *on* terminationem retinuerim. Regem vero hunc, ut et alios quosdam, Herodotus omisit; qui contra nonnullos habet, a Diodoro haud nominatos. Rhod. In regis huius nomine magna est discordia. Plutarcho T. II. p. 354. *Τέχνατις*, Athenaeo X. 4. p. 418. F. *Νεόχαβις*, hic *Γνεφαχθῶ* aut *Τνέφαχθος*. quorum quodnam verius sit, quis praestabit? De Boechoride infra c. 94. Wess.

54. 17. *Τῶν ἐπιτηδείων ἐκλειπόντων*] Rectius *ἐκλιπόντων* legeretur. Steph.

54. 25. *Τὴν κατάραν ἀναγράψαι*] Eleganter Plutarchus T. II. p. 354. B. *στηλιτεῦσαι τὴν κατάραν columnae inscripsisse imprecationem:* qua nota cum malos cives inurerent, hinc Demosthen. Philip. III. p. 70. *ἐκόλαζον δ' οὕτω καὶ ἐτιμωροῦντο, οὓς ἂν αἴσθοιντο δωροδοκοῦντας, ὥστε καὶ στηλίτας ποιεῖν.* Quod disertissimi oratoris, ut multa, imitatur Libanius T. I. p. 453. B. et T. II. p. 164. Wess.

54. 31. *Καὶ τετρακοσίων*] Si scholion in margine verum est, regibus singulis 20 tantum anni praecise tribuuntur. Rhod.

54. 33. *Βουσίριδος*] De rege Busiride incerta omnia. Strabo XVII. p. 1154. B. hoc nomine regem Aegypto imperasse negat; neque dissentit Diodor. c. 88. Et talia profecto sunt, quae de eo traduntur, ut certum in ordinem ne cogi quidem possint. Vide sup. c. 17. Wess.

54. 35. *Διὸς πόλιν τὴν μεγάλην*] Titulum haud iniuria addit; erat enim eadem in Thebaide prope Abydum *Diospolis parva* Straboni XVII. p. 1169. A. memorata. De magna conf. c. 15. Wess.

54. 37. *Σταδίων ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα*] Nobilissimae urbis amplitudinem non eodem omnes modo describunt. Strabo longitudinem eius in stadia LXXX extendit XVII. p. 1170. quam Cato in Ethnicographi *Διὸς πόλις* stadiorum facit CCCC, et Eustath. additis XX auget ad Dionysii Pericges. 248. quae profecto vero parum similia. Tu vide S. Bocharti IV. Phaleg. c. 27. Wess.

55. 43. *Περὶ αὐτὴν εὐπορίας*] Erunt fortasse, quibus *ὑπερβολὴ τῆς ἐμπορίας* ob ea, quae sequuntur, probabitur; qui me adstipulatore non utentur: neque enim mercaturae locus hic commodus; quod peregrinis ante Homeri aetatem Aegypti aditus

esset interclusus. Fama opulentiae longe longeque diffita poëtae ea scribendi occasionem praebuere. *Ὑπερβολὴν εὐπορίας* habent excerpta Valesii p. 362. Wess.

55. 47. *Οὐδ' ὅσα Θήβας*] Iliad. IX. 381. in responsione Achillis ad legatos Agamemnonis. Sed exemplaria, quotquot vidēre nobis licuit, ut Eustathii quoque Parecbolae, *ἀν' ἑκάστην* habent; ut nota marginis prorsum ociosa sit. Rhod.

55. 53. *Καθαπερεὶ πολύπυλον*] Pari modo Cretam a poëta *ἑκατόμπολιν* dictam grammatici censebant, non quod centum urbes, sed multas ambitu suo complecteretur, *οὐχ ὡρισμένως ἑκατὸν πόλεις ἔχουσαν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ πολλάς*, Scholiastes in Odyss. T. 174. Adde Pompon. Melam I. 9. Wess.

55. 55. *Ἐκπορεύεσθαι*] Plus soni et emphasis habet, quam *ἐξιέναι* in margine. Rhod.

55. 58. *Τὰ θεμέλια δείκνυσθαι*] Hoc adfirmat vetus Itinerarium, quod Antonini dicitur, quodque *Hipponon* mansionem ad eam fluvii ripam habet p. 166. et *Ala Apriana*, quam *Hippone* locat Notit. Imp. Orient. p. 204. Quod autem paullo ante *Θήβας τὰς κατὰ Λιβύην Thebas Libycas* vocat, id factum propterea, quod urbs utramque fluvii ripam et Arabicam et Libycam occuparet, Strab. XVII. p. 1170. Wess.

55. 63. *Καὶ κολοσσικῶν ἀνδριάντων*] Non moveor scriptura codicis Clar. 1. ut hinc quid demutem: habet sane *κολοσσιαῖον ἀνδριάντα* XI. 72. sed et *εἰκόνα κολοσσικὴν* II. 34. et *signum colossicum* XXXIV H. N. 8. Plinius. Wess.

55. 72. *Περιττῶς εἰργασμένον*] Cum mollius hoc sonet, quam *περιττότερον*, locum suum tueatur. Et paulo post *λίθων* suo in loco maneat, pro *λιθείας*, quod Favorino Camerti *πολυτέλειαν* quandam significat. Quam inepta igitur et ridicula hic foret tautologia? Rhod. *Περιττότερον εἰργασμένον*] Diodoro hoc mollius visum; nam et cap. seq. *περιττότερον εἰργασμένον*, ut hic, et III. 44. *ἱερὸν περιττότερον τιμώμενον* habet: quamquam nec alterum plane spernit. Wess.

55. 75. *Λιθείας πολυτέλειαν*] Et hoc ut reciperetur, tametsi *λίθου πολυτέλεια* defendi possit cap. 64. vetustis libris dedi: nam vulgo quod censent *λιθείαν* et *λιθίαν* de pretiosis duntaxat dici posse lapillis, eum errorem Cl. Salmasius in Solin. p. 395. dudum redarguit. Strabo quidem certe vulgares lapides marmorumque crustas *λιθίας* nomine describit IX. p. 668. A. XII. p. 812. XIII. p. 879. C. nec alio usu Iosephus VIII. A. Iud. 2. 9. Solitos autem Aegyptios fuisse templa *λίθοις τοῖς πολυτελέσιν lapidibus sumptuosis* exstruere, testis Lucianus est Imagin. princip. Wess. *Λιθείας πολυτέλειαν* Suidae hinc restituit Schweigh. ad Polyb. IV. 52. p. 86.

55. 80. *Ἐν Περσεπόλει*] Tam notum ac nobile hoc est nomen, ut nulla Glossatoris explicatione indigeat, quae ex certo

individuo incertam nobis speciem facit; nisi unam tantum Persas urbem habuisse existimet. Rhod. Diodoro urbis haec scriptura tritissima, ut XVII. 70., ubi de regiae inmanibus divitiis, XIX. 21. Straboni XV. p. 1058. et Aeliano I. H. A. 59. *Περσαίπολις*., quae differentia et in Latinis, quorum Curtius et Iustinus *Persepolin*, Plinius *Persaepolin* probant. Cave vero Persepolis et Susorum regias post Cambysis aetatem demum exstructas opineris: nam priorem Cyro suam originem debere Aelianus eo loco, quem citavi; posteriorem multo antiquiorem fuisse sequenti libro c. 22. a Nostro docetur. Quare *κατασκευάσαι* erit *instruxisse* et *magis exornasse:* sicuti *τὰς ναῦς κατασκευάζειν* XIII. 47. et *δύναμις κατεσκευασμένη* XX. 61. et *κόλπος κατεσκευασμένος πόλεσι*, *sinus accubantibus urbibus egregie ornatus* in Strabon. V. p. 379. C. Wess.

55. 81. *Τοσοῦτον δὲ πλῆθος χρημάτων*] Vulgatumne an Clarom. 2. *τοσοῦτο* eligas perinde erit. Utuntur utroque promiscue, quemadmodum IV. 55. XII. 50. et *τοιοῦτον* ac *τοσοῦτον πλῆθος* infra c. 52. Adde Ios. Barnes. in Euripid. Troad. 972. Opes autem horum Thebanorum, tametsi ingentem earum copiam Persae abstulerint, non fuisse contemnendas in aetatem usque Ptolemaei Philometoris Pausan. I. 9. ostendit. Wess.

56. 90. *Ἑπτὰ πρὸς τοῖς τετταράκοντα*] Strabo *περὶ τετταράκοντα* non finito numero in suam aetatem durasse refert XVII. p. 1171. Wess.

56. 99. *Ὧν ἐστι καὶ Ἑκαταῖος*] Alius est, atque ille, cuius c. 37. meminerat: ille Milesius, Darii Hystaspidae aequalis, hic domo Abderita, cuius scripta, sicuti et hoc de rebus Aegyptiis, recenset G. Io. Vossius I. H. G. 10. Wess.

56. 2. *Τὰς παλλακίδας τεθάφθαι*] Iovis impuros amores etsi haec respicere videantur, credo puellas indicari, quae genere et forma praestantissimae Thebis Aegyptiis eius sacris operabantur, *Παλλάδες Pallades* quidem Graecis dictae, sed parum castae, floremque aetatis, donec naturali fluxu purgarentur, volentibus prostituere adsuetae apud Strabon. XVII. p. 1171. Wess.

56. 4. *Ὀσυμανδύου*] Legitimam hanc esse terminationem nominativus *Ὀσυμανδύας* infra ostendit. Iterum ergo lusum Glossatoris agnoscas. Rhod. Straboni si fides, Memnonem Aegyptii *Ismanden* vocabant XVII. p. 1167. D.; id quidem Diodoro haud constitisse colligas ex II. 22.; absurdum tamen non erit, modo Memnonis res gestae probentur; quae utrum et quatenus possint, non inmerito quaerit Iac. Perizonius Origin. Aegypt. c. 17. Wess.

56. 8. *Ὑπηρεῖσθαι δὲ ἀντὶ τῶν κιόνων ζῴδια*] Non video quid aptius reponi possit pro *ὑπηρεῖσθαι*, quam *ὑπερηρεῖσθαι*. Steph. *Ὑπερηρεῖσθαι* substituendum censet H. Stephanus per duplicationem Atticam initialium thematis literarum: quod Grammatico-

rum calculo facile approbatur: nisi quis ambiguitatis vitandae causa auctorem communi dialecto uti maluisse arbitretur. Quod autem proximo versu sequitur, *ἀρχαῖον τρόπον*, cur in *ἀρχαιότατον* mutetur, parum habet rationis. Rhod. *Ὑπηρεῖσθαι ζώδια*] Hoc si mutandum est, tueri se non poterit Polybii III. 66. *τὰς δυνάμεις εἰς ἀσφαλὲς ἀπηρεῖσθαι νομίζων*, neque c. 109. *πᾶσαν γὰρ αὐτῆς προθυμίαν εἰς ὑμᾶς ἀπήρεισται.* par enim utriusque ratio. Sed neuter Atticorum in hoc verbo consuetudinem secutus est, ut nec Strabo XVII. p. 1165. C. *ἐξῆς ὁρᾷν κειμένας, ὑπὸ μονολίθων κιόνων ὑπηρεισμένας.* nam *ὑπειρισμένας*, quod nunc legitur, ipse suum non agnoscet. Wess.

56. 12. *Ἐν κυανῷ καταπεποικιλμένην*] Non placet mihi *καταπεποικιλμένην* cum accusativo, praesertim cum ipsemet alibi dativo iungat. ut p. 42. *καὶ γραφαῖς διαφόροις πεποικιλμένη.* Steph. Ego vero mutare non sustineo. Tametsi enim probata ab H. Stephano structura sit vulgatior, altera ex earum genere est, in quo sibi Graeci multa indulgent. Habet Dio Chrysost. *θρόνον μυρίας ἄλλας ἔχοντα γλυφὰς, καὶ διαθέσεις χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος, καὶ ἠλέκτρου καὶ ἐβένου καὶ παντοδαπῶν χρωμάτων πεποικιλμένον* Orat. I. p. 16. C.; qui locus non plane quidem huic similis est, facit tamen ut citra codicum auctoritatem nihil moveam. Wess.

56. 16. *Ἐξ ἑνὸς λίθου Μέμνονος τοῦ Συηνίτου*] Celeberrimam Memnonis statuam designari opinatus Io. Marsham. Canon. Chronol. p. 427. in *τοῦ Συηνίτου* vocabulo adhaerescit, quod se capere negat, neque scire an patris sit nomen. Ego vero Memnonis hanc esse non putavero: nam Diodorus Osymanduae clarissime tribuit, et quae de Memnonis illa statua a Strabone XVII. p. 1170. C. et Pausania I. 42. narrantur, ea longe ab hac statuae descriptione abeunt. Aliud visum Rhodomanno, in cuius sententiam, tametsi suo eam calculo firmaverit diligentissimus Fr. Iunius Catalog. Architect. p. 120., quo minus concedam, impedit orationis structura, quae, si *Memnon* statuarius innueretur, in Graecis requireret *ἔργον Μέμνονος*, et dubia *Memnonis* eius memoria. Memnon enim, quem Cyro regi Hyginus Fab. CCXXIII. domum Ecbatanis condidisse refert, et multo recentior est, et fortasse ex eo Memnone natus, cuius Susis regia fuit celeberrima infr. II. 22. Quare cum nec Memnonis mirificae illi statuae, neque Memnoni statuario suus hic sit locus, accessero Cl. Salmasio in Solin. p. 337. haec vitii coarguenti corrigentique *ἐξ ἑνὸς τοὺς πάντας λίθου τιμωμένους τοῦ Συηνίτου*, *ex uno omnes lapide Syenite caesas*; quam eius emendationem iuvant illi libri, in quibus *Συνίτου* et *Συμηνίτου*, et Plinii lapis *Syenites*, ob igniei coloris guttas, quibus erat distinctus, a Graecis *Pyropoecilos* vocatus XXXVI. N. H. 8. Wess.

57. 27. *Βασιλεὺς βασιλέων*] Frequens olim regum gen-

tiumque domitoribus titulus, quem Sesostris auxit βασιλεὺς βασιλέων καὶ δεσπότης δεσποτῶν infr. c. 55. vocatus. Aegyptiorum fastum aemulati sunt Persae atque alii orientis plagae principes, de quibus Ezech. Spanhem. Diss. VIII. de Praest. Numis. p. 364. Wess.

57. 31. *Τρεῖς βασιλείας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς*] Nollem *tres reginas* capiti huius statuae Rhodom. inposuisset. Recte Salmasius in Solin. p. 337. *Βασιλεία*, inquit, *apud Diodorum est στέμμα βασιλικὸν*, *Lib. I. Ἔχουσαν τρεῖς βασιλείας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς* etc. *Inepte vir doctissimus vertit*, in capite tres reginae: *ad verbum esset*, tria regna; *nam et* regnum *recentiores Latini pro corona regis usurparunt. Et hoc sensu saepe occurrit apud Anastasium de Vitis Pontificum.* A quo nihil dissentiens Amp. Gisb. Cuperus, ut eius ex literis ad Io. Clericum, quarum mihi copiam fecit vir Cl. Io. Iac. Wetstenius, intellexi, firmat rariorem vocis usum veteri lapide, praeter alia inscripto ITEM ORNAMENTA IN BASILIO UNIO ET MARGARITA N. VI. Quibus ego ex Plutarcho T. II. p. 358. adiungo, Horum perhiberi matri Isidi manus iniecisse, καὶ ἀποσπάσαι τῆς κεφαλῆς τὸ βασίλειον, *et capiti eius coronam detraxisse*, et ex Porphyrio *βασίλειον*, *κέρατα τράγεια ἔχον*, in Euseb. III. P. Evang. 12. Wess. Wesselingio assentitur Reiskius de coronis disputans Histor. Acad. Paris. vol. XI. p. 18.; *βασιλίσκους* scribi voluit, cui parum persuasura erat Wesselingii annotatio, Elsnerus Schediasm. crit. p. 130. — 133.

57. 32. *Καὶ θυγάτηρ καὶ γυνὴ καὶ μήτηρ βασιλέως*] Explicat haec Ampl. G. Cuperus iisdem in literis ex eo more, quo qui plura olim regna sibi subiecerant, plura diademata sumebant, ut Artabanus Parthorum rex in Herodian. VI. 2. et Ptolemaeus apud Ioseph. XIII. A. I. 4. 7. Neque id profecto, tametsi non prorsus simile videtur, male. Eleganter de tyrannide Dio Chrysost. Orat. I. p. 16. C. *πολλὰ μὲν σκῆπτρα*, *πολλαὶ δὲ τιάραι καὶ διαδήματα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς*. et Orat. IV. p. 63. A.; quae egregie illustrant magnificam Christi nostri in Apocalypsi XIX. 12. expictam descriptionem. Wess.

57. 36. *Ἐν τοῖς Βάκτροις*] In his vitii aliquid latere suspicabatur Cl. Iac. Perizon. Origin. Aegypt. c. 17. Bactra enim longius remota ab Aegypto esse, neque diu ea Aegyptiorum regibus videri subiecta: quod cum hic non adfirmetur, et Strabo inscriptiones regum Aegypti memoret XVII. p. 1171. indices Aegyptiorum imperii in Bactrianam versus prolati, non subscribo viri eruditissimi sententiae. Paullo post *ἐστρατεῦσθαι* recepi ob c. 18. principium. Wess.

57. 42. *Τεῖχος ὑπὸ ποταμοῦ περιῤῥύτον*] Fluvium, qui murum, sive castellum potius, circumfluebat, sine dubio esse *Eulaeum*, de quo Plinius, Susianen *ab Elymaide disterminat*

amnis Eulaeus, circuit arcem Susorum VI. H. N. 27., arbitratur Io. Marsham. Canon. Chronol. p. 429. Mihi non ea confidentia. Malim vero de castello quam *muro* haec accipere, quod et rei series id postulat et vocis usus permittat. Vide ad Hieroclis Synecdemum p. 681. WESS.

57. 50. *Διὰ τῆς τοῦ λέοντος — ἐσήμαινεν*] Leo Aegyptiis roboris et fortitudinis figura erat. *Ἀλκῆς μὲν καὶ ῥώμης σύμβολον αὐτοῖς ὁ λέων*, inquit Clemens Alex. V. Stromat. p. 671., quibus non admodum dissimilia habet Horapollo I. Hieroglyph. 18. Non addo frequentes, quibus sacrae nobis literae perfunguntur, translationes; fecit copiosissime S. Bochartus III. Hierozoic. 6. etc. WESS.

57. 54. *Ταῖς ψυχαῖς ἄνανδροι*] Manus atque illae partes, quibus viri censemur, solertiam et robur, et si abessent, contraria omnia occultiore gentis scriptura indicabant. Confer infra c. 55. et Artemidorum I. 44. et 47. WESS.

57. 57. *Βουθυσίας τοῦ βασιλέως*] Atqui bovem Aegyptiis immolare nefas erat. Ergone *βουθυσία* hic sollemnius sacrificium, uti *buthusia* in Suetonii Neron. c. 12. et *βουθυτεῖν* Aristoph. Plut. 820? Vide tamen Herod. II. 41. WESS.

58. 59. *Βωμὸν κατεσκευάσθαι*] Maneat. Nam quod additur in margine, scholion est. RHOD.

58. 65. *Ὠιδείου τρόπον*] Theatri erat instar, Athenis a Periclis aetate celeberrimum. De eo Scholiastes in Comici Vespas v. *1104.* et Vitruvius V. Architect. 9. WESS.

58. 70. *Τριάκοντα τὸν ἀριθμὸν*] Tot in controversiis dari iudices solebant, deni ex civitatibus Heliopoli, Thebis et Memphi, sicuti infra c. 75. docet, ubi de summi iudicis ex pectore demissa veritatis imagine uberius. WESS.

58. 79. *Γλυφαῖς ἐντυχεῖν εἶναι*] Legitur pro *ἐντυχεῖν* etiam *ἐντυχαῖς*, quae corrupta lectio fortasse occulta retinet sincerae vestigia, et ex ea per depravationem est facta. Videtur autem post *γλυφαῖς* expectandum adiectivum nomen, quod cum eo iungatur. STEPH. *Γλυφαῖς ἐντυχεῖν*] H. Stephanus adiectivum pro hoc restituendum putat. Sit igitur *εὐτύκτοις*, dum melius aut genuinum magis occurrat. RHOD. Malim, si *εὔτυκος* de re affabre facta in usu fuerit, uti censet Is. Casaubon. in Athen. XIV. 8. atque haud obscure significat Eustath. in Homer. p. 967. *γλυφαῖς εὐτύκαις*. Hesychii certe quidem *εὐτυχὲς, ἐνεργὲς*, olim fuit *εὐτυκές*. Hoc vero si tu nolis, per me licebit, ut Rhodomanni sententiae subscribas. *Εὔτυκτος κννέη* de egregie elaborata est in Iliad. *Γ.* 336.; apud Herodotum vero I. 119. *εὐτυκτα δὲ ποιησάμενος, εἶχεν ἕτοιμα, carnes probe paratas habuit in promptu:* quae Suidas spectans *εὔτυκτα*, inquit, *παρὰ Ἡροδότῳ ἀντὶ τοῦ, ῥᾴδια, ἕτοιμα, εἰργασμένα, καλῶς κατεσκευασμένα.* posterius bene, illud male, ut nemo non videt. Iam *χρώμασιν*

ἐπηνθισμένον cum regem ait, elegans et floridius picturae genus innuit, sicuti et Pausan. VII. 26. p. 593. τῷ Διονύσῳ ὑπὸ κινναβάρεως τὸ ἅγαλμά ἐστιν ἐπηνθισμένον. unde vestes palmatae et floridiore colorum discrimine insignes ἄκρως ἐπηνθισμέναι Philoni Iud. de Merc. Meret. p. 861. E. Adde Io. G. Graevium in Lucian. Histor. Scrib. c. 13. Wess. Suspicatur V. C. legendum γλυφαῖς εὐτύχοις (non εὐτύχαις, ut operae vitiose expresserunt,) si εὔτυχος, de Casauboni sententia, de re affabre facta dicatur, aut, ut Rhodomanno placuit, εὐτύκτοις. Sed, si vel maxime damus, haec verba ita dici, tamen ea non videntur satis apta esse. Nam γλυφαὶ hoc loco sunt *sculpturae*, quibus simulacrum Regis, ita ut picturis, ornatum est. Iam, ipsum simulacrum affabre factum εὔτυχον dici posse, concedimus, ut apud Callimachum signum Palladis εὔτυχος ἕρπει: sculpturam ipsam non credimus. Nobis aliquando venit in mentem, legendum ἐντυχοῦσιν εἶναι, quod commodum habet sensum: *eo venientibus licet videre.* Neque ratio haec abhorret a Diodori stilo. Nam similiter paulo post: ἣν (ἀνάβασιν) διελθοῦσιν ὑπάρχειν ἐπὶ τοῦ μνήματος κύκλον χρυσοῦν. Vides, quod hic est διελθοῦσιν ὑπάρχειν, id supra esse ἐντυχοῦσιν εἶναι. Sic etiam Virgilius Aen. II. 713.: *Est urbe egressis tumulus* etc. Atque haec coniectura, quo magis cogitamus, eo certior nobis videtur, speramusque Viro Cel. non displicituram: cuius eam iudicio libenter submittimus. Censor ed. Wessel. Act. Erud. Lips. a. 1747. p. 8.

58. 87. Ψυχῆς ἰατρεῖον] Quod de lusu et quiete Aristoteles VIII. Politic. 5. τῆς γὰρ διὰ τῶν πόνων λύπης ἰατρεία τίς ἐστι, medicinam quandam esse ait tristitiae, quae nascitur ex laboribus, id de libris et bibliotheca merito adfirmaveris: commode ergo ψυχῆς ἰατρεῖον *medicina* seu *officina medici*, nam *medicatorium* interpretis haud placet, *in qua animus persanari possit.* Verius tamen Io. Chrysostomus Homil. de non Evulgandis alior. Delict. T. III. p. 344. A. καὶ γὰρ ἰατρεῖον θαυμαστὸν τῆς ἐκκλησίας τὸ διδασκαλεῖόν ἐστιν, ἰατρεῖον οὐχὶ σωμάτων, ἀλλὰ ψυχῶν, *mirabilis enim quaedam medici officina Ecclesiae schola est: officina non corporum, sed animorum.* Et qui Ioannis eius nomen mentitur Homiliae auctor in Natal. Ioan. T. X. p. 812. de S. Lucae Evangelio: ἠκούσατε γὰρ τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ, τοῦ ἀνοίξαντος ἡμῖν σήμερον τὸ ψυχωφελὲς ἰατρεῖον. Wess.

58. 90. Τοὺς κάτω παρέδρους] Inferos intelligit, praesidis Osiridis, qui Graecorum Pluto supr. c. 25. assessores. Lysias Orat. XXXI. 3. τοὺς δὲ κάτω τὰ αὐτῶν οὐ νομίζεσθαι, ἱερῶν δὲ μὴ γενομένων τοὺς ἄνω θεοὺς ἀσεβεῖσθαι. ubi οἱ κάτω et οἱ ἄνω θεοὶ dii inferi et superi. Hinc et ἕνα τῶν κάτω *mortuum* Epist. 7. L. III. Alciphron et τὰς κάτω ποινὰς *furias infernas* Synesius Epist. XLIV. p. 184. A. Wess.

58. 92. *Ὁμόστοιχον*] Hoc in *ὁμόστοιχον*, exclusa tantum literula, mutandum videtur, ut sit *in eodem pariete*. Nam *ὁμόστοιχον* pro *ὁμόστιχον* si retinetur, *in eodem ordine* significat. Rhod. *Ὁμόστοιχον δὲ τῇ βιβλιοθήκῃ*] Firmant Rhodomanni coniecturam scripti libri. *Ὁμόστοιχον οἰκίαν* praeter Isaeum Orat. de Philoctemon. Hered. p. 60. dabit ipse Diodorus in Excerpt. Vales. p. 397. Wess.

59. 97. *Καθιερωμένων ζώων*] De illis c. 83. etc. Wess.

59. 99. *Ὑπάρχειν κύκλον χρυσοῦν*] Merito aureum hunc circulum et ceteras Aegyptiorum immanes opes stupet Olaus Borrichius Hermet. c. 3. p. 66. Nollem tamen conclusione quadam addidisset: *unde illud aurum Heroicis Aegyptiorum temporibus? dices, ex aurariis officinis, quas in Thebaide inventas tradit Diodorus vivo Osiride et Hermete, profluxisse. Ceterum officinas aurarias id temporis agnoscit Diodorus ad fabricanda vasa et instrumenta, non fodinas, non χρυσωρυχεῖα: unde autem in officinas transiit, nisi ex ergasteriis Chemicis?* Sumit enim sibi et citra dubium statuit, quod falsum est. Auri fodinas Thebaidis liquido memorat Diodor. I. 15.; quo loco cum *officinas* vertisset Rhodoman., errandi occasionem viro doctissimo praebuit. Habet praeterea c. 33. *μέταλλα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου auri argentique fodinas* in insula Meroë, Aegyptiorum imperio olim subdita; et hoc ipso capite, *aurum et argentum, quod singulis annis ex omni Aegypto ex argenti et auri fodinis redibat, ἐκ τῶν ἀργυρείων καὶ χρυσείων μετάλλων*. Quare, ut lenissime dicam, nimis calide superioribus O. Borrichius adstruit, *At de fodinis Aegyptiis id temporis altum apud omnes silentium*. Wess.

59. 4. *Καὶ τῶν ἐπισημασιῶν*] Utrum imbres, an ventus, an graviores aëris mutationes essent futurae: has enim *ἐπισημασίας significationes* in fastis diligenter notabant, non ex certis artis praeceptis, sed usu quodam et quod saepe orientibus astris contingere solerent, ut docet Gemin. Isag. Astron. c. 14. qui propterea istas *ἐπισημασίας* c. 16. exsequitur, et singulari libro Ptolemaeus, quem Gemino additum D. Petavius vulgavit, anteque eos ambo Meton, ut docemur XII. 36. Alioqui *ἐπισημασίαι παρὰ τοῦ δαιμονίου* sunt irati numinis praesentia argumenta XX. 102., de quo vocis usu alias. Wess.

59. 12. *Ἀρχαιοτάτους ἀνθρώπων*] Conf. supr. c. 10. Wess.

59. 14. *Τὴν ἐπ' ἀκριβὲς ἀστρολογίαν*] Strabo et philosophiae et astronomiae accuratiorem notitiam sacerdotibus Thebanis non negat XVII. p. 1171. C.; habitum autem purioris coeli locique in astrorum diligentiore observatione haud parum illis profuisse testis est Proclus in Timaeum Platon. p. 31. Wess.

59. 18. *Τὰς γὰρ ἡμέρας οὐκ ἄγουσι* etc.] Diligentissimus Camusatus adscripsit haec Ismael. Bullialdi: *Haec verba τὰς γὰρ ἡμέρας οὐκ ἄγουσι mihi valde suspecta et removenda, ut ita*

legatur: διατέτακται. οὐ γὰρ ἄγονται. ad lunam enim nullus unquam dies duxit: noctis enim mater diem non genuit. Quae ego viro doctissimo excidisse nollem. Ecquid enim in anno lunari frequentius quam *ἄγειν ἡμέρας κατὰ σελήνην*, dies ad lunae motum exigere atque observare? quod Atheniensibus suis lata lege Solonem edixisse Diogenes l. 59. refert. Explicat autem Geminus Element. Astronom. c. 6. *τὸ δὲ κατὰ σελήνην ἄγειν τὰς ἡμέρας τοιοῦτόν ἐστι· τὸ ἀκολούθως τοῖς τῆς σελήνης φωτισμοῖς τὰς προσηγορίας τῶν ἡμερῶν γίνεσθαι, secundum lunam vero dies agere est tale, ut congruant cum lunae illuminationibus dierum appellationes.* Cuius moris contrarium apud Thebanos valebat, quorum annus solstitiali orbe circumagebatur et solis erat; quare Strabo XVII. p. 1171. B. *τοιούτων δ' ἐστὶ τὸ τὰς ἡμέρας μὴ κατὰ σελήνην ἄγειν, ἀλλὰ κατὰ ἥλιον.* Wess.

59. 20. *Τέταρτον*] Addo *μέρος*, vel scribe *τεταρτημόριον*, scilicet *τῆς ἡμέρας*. Hic quadrans in anno Aegyptiaco et Iuliano scrupulis nonnullis redundans, quot annorum intervallo in diem integrum excrescat, Astronomorum calculus demonstrat: unde ista tot dierum in Calendario non reformato anticipatio: cui medelam quandam Calendarii Gregoriani artifices adhibuere. Rhod. Emendatione Rhodomanni opus non erit, si *μέρος* subintelligas, quomodo *τέταρτον ἡμέρας προστίθεσθαι* de hac intercalatione Horapollo I. 5. Addebant autem in singulos annos quinque dies et quadrantem, sed tacita quadam intercalatione, ita ut rationibus solis cum quadrantem inputarent; neque enim quarto quoque anno olim intercalare solebant; ut bene ex Gemini Isagoge c. 6. D. Petavius III. Doct. Temp. c. 2. Atque hoc si in memoriam sibi redegisset Cl. Cornel. Pauw, ab his Diodori castigandis ad Horapol. p. 278. manum puto abstinuisset. Wess.

59. 22. *Ἐμβολίμους δὲ μῆνας* etc.] Utrumque valebat in plerisque Graeciae civitatibus; quarum anno quoniam dies aliquot, ne cursui solis responderet, deficiebant, opus fuit mensibus intercalaribus, utque menses alternis essent pleni et cavi, diebus, ut sic dicam, *exemptilibus*, *ἐξαιρεσίμοις*, sicuti docet de Siculis Cicero II. in Verr. c. 52., de ceteris Geminus Isag. c. 6. p. 23., et ex eo D. Petavius IV. Auctar. c. 10. et H. Dodwel. Dissert. I. Cycl. 14. Wess.

59. 27. *Ἀδιαπτώτως*] *Sine errore.* *Ἕξις καὶ διάθεσις φυλάττουσα τὸ ἀδιάπτωτον*, quae, ne erret, cavet, Plutarch. T. II. p. 1124. B. *τρόπος ἐκμετρήσεως εὐχερὴς καὶ ἀδιάπτωτος*, *modus capiendae mensurae facilis et certus* Polyb. V. 98. Contra *ἁμαρτία καὶ διάπτωσις* Plutarch. T. II. p. 1125. C. *Βούλευμα διαπεπτωκὸς* quod vanum atque irritum est Pausan. IV. 23. De re ipsa O. Borrichius Hermet. c. 8. Wess.

Ibid. Ἀπογόνων ἄγδοος] Adscripserat Is. Vossius libri sui margini Diodorum a se ipso dissentire; auctorem enim esse c-

54. Busiridis posteriorum octavum itidem Busiridem fuisse cognominatum: quod verum quidem est, nec ulla tamen hic pugna, modo ex Busiridis II. gente octavum hunc *Uchorea* statuas. Utrum autem is eiusdem nominis patrem habuerit, in ea librorum discordia et veterum silentio, nam *Achoreus* Syncelli p. 96. alia ex familia est, haud temere dixerim. Id quidem certe constat, de Memphis origine Aegyptios in diversa abiisse: Herodotus *Meni* II. 99. Schol. Statii IV. Theb. 737. *Epapho*, sicuti et Euseb. Canon. p. 26. et Syncellus p. 152., quamquam paullo ante *Api*, Phoronei filio, p. 149. tribuerat, adscribunt. Wess.

60. 31. *Ὅπου σχιζόμενος*] Nilus scinditur infra Memphim XV passuum millibus, ut Plinius V. 9. sive tribus schoenis, quorum singuli stadiorum XL, sive millium passuum V, quemadmodum Strabo XVII. p. 1160. C. Ipsi fluvii scissurae adsubabat oppidum Cercasorum, de quo Herodot. II. 15. et 97. Wess.

60. 36. *Τὴν δὲ ὀχυρότητα*] Videtur legendum *τήν τε ὀχυρότητα*, aut *κατεσκεύασε*, retinendo *δέ*. Steph. *Τήν τε ὀχυρότητα*] Vera est H. Stephani coniectura, quam, quod passim voculae illae inter se commutentur in scriptis codicibus, recipiendam censui. Wess.

60. 43. *Ὤρυξε λίμνην μεγάλην*] Meminit et Strabo lacuum circa Memphim XVII. p. 1161. B. Paullo post vulgatum *ὅπου τὸ χῶμα* improbo: neque enim aggerem aqua inundabat, aggestum ut fluvium agris prohiberet. Rectius, modo parum adiuvetur, Vaticanus *πλὴν ᾗ*, *praeterquam ubi agger*. Novi *πλὴν ἧ* Herodoti II. 111., sed huic loco id alienum. Wess.

60. 49. *Τά τε βασίλεια ποιεῖσθαι*] Hinc et Straboni Memphis *τὸ βασίλειον τῶν Αἰγυπτίων Aegyptiorum regia* XVII. p. 1160. C. et Plinio V. 9. *quondam arx Aegypti regum*. Wess.

60. 52. *Τοῦ βασιλέως*] Etsi *τοῦ Μακεδόνος* in margine Alexandrum commode ab aliis *ὁμωνύμοις* distinguit: tamen quod in contextu habetur, genuinum esse arbitror. Rhod. *Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος*] Hoc Diodori caussa malo: nam et c. 55. *ἐπ' Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος* et II. 37. *Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδών* et saepe alias. Wess.

60. 56. *Οἱ μὲν γὰρ βασιλείοις* etc.] Confer infra XVII. c. 52. Wess.

60. 59. *Πρώτην ἢ δευτέραν ἀριθμεῖσθαι*] Principem plerique locum reginae urbium Romae, secundum Alexandriae dabant. Dio Chrysostom. Orat. XXXII. p. 372. A. *ἡ γὰρ πόλις ὑμῶν*, inquit in corona Alexandrinorum, *τῷ μεγέθει καὶ τῷ τόπῳ πλεῖστον ὅσον διαφέρει, καὶ περιφανῶς ἀποδέδεικται δευτέρα τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον, urbs enim vestra magnitudine et loco immensum quantum differt, et secundas obtinet partes inter omnes, quae sunt sub sole.* Nec deerant tamen, qui Alexandriam Romae praeferrent, ut Noster significat XVII. 52. Quumque

ea in controversia aut patriae aut sectae studio multi abriperentur, mirum nemini accidet Carthaginem et Antiochiam in partem huius gloriae venisse. Agit de ea Ill. Ezech. Spanhemius Not. in Iulian. Caesar. p. 73. WESS.

61. 71. *Ἀϊδίους οἴκους προσαγορεύουσιν*] Non male de sepulchro, quod DOMUM AETERNAM et DOMUM AETERNALEM inscripti lapides Thesaur. Gruter. p. IↃCLXVIII. 6. IↃCCXC. 5. et Salomon Eccles. XII. 5. בית עולם, *οἶκον αἰῶνος*, appellant. Alioqui *αἰώνιον οἴκησιν* et *ἀΐδιον οἴκησιν*, quod morte obita quidquid superesset temporis illic absumendum putarent, *inferos* vocant, ut Xenophon Agesil. c. ult. et inf. c. 93. Tantam autem curam sepulturae agebant, ut anima multo tempore perduraret et corpori esset obnoxia, nec cito ad alios transiret, arbitrati animam tam diu durare, quamdiu durat et corpus: Servius in Aeneid. III. 68. de Aegyptiis. WESS.

61. 77. *Ὁμοιωθέντα ταύρῳ*] Pingebant olim et fingebant fluvios taurino vultu. *Ἐξωγράφουν τοὺς ποταμοὺς ταυροκράρονς* ait Schol. in Eurip. Orest. 1380. Hinc ea fabula. WESS.

61. 79. *Ἀφ' οὗ καὶ τὴν χώραν*] Vide c. 19. adscripta. WESS.

61. 86. *Μοῖρις*] Hoc praestat, quod et Herodotus, Strabo, Mela, Plinius probant. Conf. Is. Casaub. in Strabon. I. p. 87. et Iac. Gronov. Herodot. II. 4. WESS.

61. 87. *Τὰ βόρεια προπύλαια*] Sequitur Herodot. II. 101. WESS.

61. 89. *Ἀπὸ δέκα σχοίνων*] *Schoeni* non eadem in Aegypto mensura: Herodotus LX stad. circumscribit II. 6.; quam eius amplitudinem ab Thebaide Syenen usque haberi ex Artemidoro Strabo XVII. p. 1156. docet, a Pelusio vero Memphin versus stadiorum XXX et hinc usque in Thebaidem stad. CXX. Plinius vero *Schoenus*, inquit XII. N. H. 14., *patet Eratosthenis ratione stadia XL.* Qua in discrepantia vulgo valuit, ut schoenus XXX stad. seu millia passuum quatuor, aequaret, sicuti ad Anton. Itiner. p. 152. ostensum est. WESS.

61. 92. *Σταδίων τρισχιλίων καὶ ἑξακοσίων*] Consentit Herodotus II. 149. Plinius vero V. H. N. 9. *Inter Arsinoiten autem ac Memphiten lacus fuit circuitu CCL M. passuum: aut, ut Mucianus tradit, CCCCL M. et altitudinis quinquaginta passuum, manu factus; a rege, qui fecerat, Moeridis appellatus.* Ubi bene Mucianus pro Herodoti et Diodori rationibus; aequant enim eius CCCCL M. passuum CIↃCIↃCIↃↃIC stadiorum, et L passus totidem *ὀργυιὰς*, sicuti posterius id ostendit Iac. Perizon. ad Aeliani XII. V. H. 22.; Mela I. 9. in vetustis editionibus XX M. in circuitu patere, in Vossii et Gronovii, *quingenta millia* prodit; quae ultima bene si habeant, modo stadia septem cum semisse unis passuum millibus contribueris, non longe ab Herodoto et

Diodoro aberunt. Atque ita inter eos haud male conveniet: sed lacum adeo fuisse capacem et inferioris Aegypti latitudine non minorem, vero non esse simile bene advertit Isaac. Vossius in Melae I. 9. Vid. Paul. Lucam Itin. Aegypt. L. V. p. 15. Wess.

61. 97. *Κοινωφέλειαν*] Huic Scholion de haereditaria sede litem nullam movet. Hic admonitus esto lector, me, quia multitudine glossematum in margine singulatim examinandorum commentarius excrescere videtur, marginalia, quae auctoris non esse iudicavero, silentio praeteriturum. Contrarium de his, quae in contextu asterisco et semilunula, parentheseos signis, notata sunt, intellectum volo. Quae enim aliena vel mendosa deprehendero, in haec animadvertam. Rhod.

61. 9. *Τρίπλεθρον δὲ τὸ πλάτος*] *Id est, ccc pedes latam*, bene Rhodom., cuius versionis auctorem habet Suidam, et eo locupletiores Polyb. V. 25. ac Heronem in Analect. Benedictin. p. 314. Latini saepe iugero *πλέθρον* aequant, iurene disquirit Iac. Perizon. in Aelian. III. V. H. 1. Wess.

62. 21. *Σταδιαίας τὸ ὕψος*] Utramque Herodot. II. 149. aqua eminere ait *πεντήκοντα ὀργυιὰς*, parique spatio infra eam esse depressas: qui centum passus conficiunt demum stadium 150 pedum. Bene ergo, ita si acceperis, *σταδιαῖαι τὸ ὕψος*. Wess.

62. 24. *Τὴν ἐπ' ἀγαθῷ μνήμην*] Vide cap. 2. Wess.

62. 26. *Πρὸς μύρα* etc.] Erat in more Aegypti regibus ad corporis ornatum uxoribus urbium regionumque reditus describere: Herodot. II. 98. de urbe Anthylla, *εἰς ὑποδήματα ἐξαίρετος δίδοται τοῦ αἰεὶ βασιλεύοντος Αἰγύπτου τῇ γυναικὶ*, *datur*, inquit, *peculiaris in calceamenta uxori eius, qui Aegypto imperat.* Idem Persis deinceps placuisse ex Platon. Alcibiad. I. p. 123. et Cicerone III. in Verr. 33. docuit Bar. Brisson. I. Regn. Persar. 108. Atque eo sine dubitatione referri oportuerat Philostrati II. Vit. Apollon. 31. *κώμας, ἃς ἐπέδωκε τῇ ἀδελφῇ ὁ βασιλεὺς εἰς ζώνην.* nam plane ita Xenophon I. Exp. Cyri p. 200. *αἱ δὲ κῶμαι Παρυσάτιδος ἦσαν, εἰς ζώνην δεδομέναι*· quae quin Muretus et Iungermannus recte ita refinxerint, nemini obscurum est. Wess.

62. 27. *Φερούσης ἀργυρίου τάλαντον*] Distinctius Herodot. II. 149. Sale vero conditi pisces seriore aetate magna copia ex Aegypto in Graeciam atque Italiam asportabantur, *τὰ Νειλῶα ταρίχη* Luciano in Navigio. Wess.

62. 33. *Σεσόωσιν*] Vitiosam esse hanc scripturam ut iudicem cum H. Stephano, Herodoti auctoritas l. II. me movet. Si quis tamen ex Iustino Martyre *τὸ Σεσόγχωσιν* cum Fr. Sylburgio, viro praeclare de literis eruditis merito, praeferat, assensum meum non difficulter habebit. Rhod. Faveret viris doctissimis Cod. Vatican., sibi si constaret. *Sesonchosi*, a Iustino Mart. Paraenes. ad Graec. p. 10. E. ex cap. 94. huius libri producto, auxilio

venit Dicaearchus in Schol. Apollon. Rhod. IV. 272. quod ego tamen nomen Diodoro invitis Codd. obtrudere non sustineo. Io. Tzetzes Σεσόωσιν *Sesoosin* sua aetate hoc loco invenit, ut ipse indicat Chiliad. II. 84. Estque in regibus Aegypti haud insolens, ut *διώνυμοι καὶ τριώνυμοι*, duplici triplicique nomine insignes reperiantur, teste Syncello p. 63. A., praecipueque in hoc *Sesostri*, qui et *Ramesses* et *Sethosis* vocatus fuit, Scaligero ad Euseb. num. IDXXXIV. docente. WESS.

62. 35. *Τάξεις ἐπιτελέσασθαι καὶ πράξεις*] Omnino *τάξεις* exterminandum cum *καὶ* suo post *ἐπιτελέσασθαι*. Quid enim *τάξεις*? Sed paronomasia seu rhythmus puerilis Glossatori tantopere arrisit. RHOD. *Ἐπιτελέσασθαι πράξεις*] Recte Rhodomannus; similem maculam eluimus cap. 4. WESS.

62. 38. *Οἱ διὰ τῆς ᾠδῆς ἐγκωμιάζοντες*] Haud scio an ad *ᾠδὸν cantorem* ea pertineant, cui praeter Deorum hymnos regum etiam acta, ut recitarentur, curae erant apud Clement. Alex. VI. Stromat. p. 757. Alioqui referri oportet ad cantilenas, quibus veteri aevo rerum egregie gestarum memoriam perpetuare solebant, erudite explicitas a Iac. Perizon. Animad. H. c. 6. WESS.

62. 51. *Καὶ πόνοις*] *Κακοπαθείαις* in contextum recipi malim. RHOD. *Καὶ κακοπαθείαις*] Non intercedo. Sunt Diodoro *κακοπάθειαι* aerumnae gravesque labores, quibus rustici et viri militares exercentur cap. 36. II. 1. et 25. III. 64. etc. WESS.

62. 53. *Ὑπῆρξαν ἀθληταὶ*] *Usu periti.* Solent Graeci omnes eos, qui multo usu confirmati in rebus gerendis excellunt, *ἀθλητὰς* vocare. *Ἔργων πολεμικῶν ἀθληταὶ* XII. 75. *ἀθληταὶ τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων* XVIII. 9. *ἀθληταὶ πολέμων* Philon. Iud. I. Vit. Mos. p. 642. D. sunt rei militaris peritissimi. Ad quem modum *ἀθληταὶ τῆς ἀληθινῆς λέξεως* Dionys. Halicar. T. II. 173.; *ἀθλητὴς τῶν κατὰ σοφίαν πραγμάτων* Philostr. Heroic. II. 11. p. 685. *ἀθληταὶ τῶν καλῶν ἔργων* Demostheni in Aristogit. I. p. 495. Adde Is. Casaub. in Polyb. I. 6. WESS.

63. 58. *Ἀραβίαν*] V. Iablonski Opusc. II. p. 100.

63. 60. *Τὸ γένος ἅπαν τὸ τῶν βαρβάρων*] Nimium hoc est. Puto scriptum fuisse *τῶν Ἀράβων*, quorum gentem domuit, non omne barbaricum genus. Simili vitio XV. 20. *βασιλεὺς βαρβάρων*, qui sine controversia *Arabum* rex dicendus erat. WESS. Qui *βαρβάρων* defendat, utatur illis c. 20. p. 23. 53. de Osiride *Λυκοῦργον τὸν βασιλέα τῶν βαρβάρων ἀποκτεῖναι*.

63. 61. *Ἀδούλωτον τὸν πρότου χρόνον*] Nini, Assyriorum regis, aetate, necdum domiti fuere II. 1.; neque postea aut Assyriorum, aut Persarum, aut Macedonum, tametsi omnes illi Arabum libertati acerbi fuerint, iugum subiere II. 48. XIX. 97. De Arabia tamen a Sesostri in ditionem redacta et Strabo XVI. p. 1114. A. WESS.

63. 72. *Καὶ τῆς ἐγκοιμήσεως* etc.] Tritissimum hoc de somniis, quae aut medicinae caussa, aut ut de futuris edocerentur, in templis captabantur. *Ἐγκοιμᾶσθαι ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων* saepe Strabo XIV. p. 961. A. XVI. p. 1104. B. XVII. p. 1152. C. unde *μαντεῖον ἐγκοιμωμένων*, quod illi iure restituit Is. Casaub. XI. p. 775. Rarius est hoc Aristidis T. I. p. 71. *πύκτῃ τινὶ τῶν ἐφ' ἡμῶν ἐγκαθεύδοντι προειπεῖν λέγεται τὸν θεόν.* Vid. Plutarch. T. II. p. 109. C. et supr. c. 25. Wess.

63. 74. *Διότι ὁ πατὴρ δόξαι*] Inpeditior paullo haec structura videtur, similis tamen Polybianae II. 68. *διότι τὸ μὲν μειράκιον ἡγεμόνος ἔργον ἀγαθοῦ ποιήσαι συνθεασάμενον τὸν καιρόν.* Conf. infra c. 65. Wess.

63. 78. *Τοὺς συνηλικιώτας ἀθροῖσαι*] Non damno *συνηλικιώτας*, quantumvis rarius obvios inque copiosissimis linguae Thesauris praeteritos; praeter enim Philoxeni Gloss. *Συνηλικιώτης aequalis*, Alciphron I. Epist. 12. *ἔναγχος δὲ Παμφίλου μετὰ τῶν συνηλικιωτῶν μισθουμένου τὸ σκαφείδιον.* Wess.

63. 80. *Εἰς τὴν τῶν ὅλων ἐπίθεσιν*] Usus est voce propria in summa re et imperio, quod *τὴν τῶν ὅλων δυναστείαν* paullo ante dixit. Quare et *κίνδυνος περὶ τῶν ὅλων* est periculum de summa re Appiano Mithrid. p. 326. et illud adire *κινδυνεύειν περὶ τῶν ὅλων* inf. XIII. 7. et *διακριθῆναι περὶ τῶν ὅλων* eiusdem libri cap. 10. pro quo deinceps c. 111. *κρίνεσθαι περὶ τῶν ὅλων.* Polybius paullo plenius *περὶ τῶν ὅλων πραγμάτων* I. 12. ubi Is. Casaubon. Wess.

63. 91. *Πάντας δὲ ταῖς ὁμιλίαις* etc.] Latius patet nec sola alloquia, sed et usum intimamque familiaritatem conplectitur: qua cum Philippus, Alexandri pater, Graecorum multos a recto tramite transversos ageret, *ταῖς πονηραῖς ὁμιλίαις διέφθειρε τὰ ἤθη τῶν ἀνθρώπων*, Noster ait, verbis, ad nobile Menandri dictum conformatis, XVI. 56. Plura Casaubon. in Theophrasti Charact. 3. p. 112. Wess.

64. 96. *Ἐξ καὶ τριάκοντα μέρη διελών*] Thebais et Delta, singulae in denas, quaeque inter utramque erant posita, in XVI praefecturas erant descripta: atque haec antiquissima Aegypti divisio, Straboni XVII. p. 1135. D. non praeterita. Serior aetas, ut fit, multa mutavit, pluribus Nomis, a Plinio V. 9. et Ptolemaeo IV. Geograph. 5. recensitis, ex regum arbitrio constitutis. Nomus ipse praefecturam indicat, seu urbem primae dignitatis et vicina illi oppida cum adiacente agro ac pagis, Eusebio in Esai. XIX. 3. et Epiphan. Haeres. XXIV. 1., testibus: qui vero illi praecerat *νομάρχης*, etiam sub Romanis, apud Strabon. ex certissima Paul. Leopardi et Is. Casaub. emendatione XVII. p. 1149., erat et dicebatur. Conf. infra c. 73. Nescio autem an accessurus sis Artapano, Mosi descriptionem hanc in XXXVI nomos tri-

buenti in Eusebii IX. P. E. 27.; mihi quidem certe commentum haud placet. Wess.

Ibid. Ἃ καλοῦσιν Αἰγύπτιοι νομοὺς] Quam hic vocem Aegyptiacam, p. 46. tradit esse Graecam. Eustathius Libycum vocabulum esse scribit. Plinius Lib. V. 9. *summa pars contermina Aethiopiae Thebais vocatur. Dividitur in praefecturas oppidorum, quas nomos vocant, duodecim.* Ego Graecam esse vocem vix mihi persuasero. Steph.

64. 3. *Ζεύγη δὲ πολεμιστήρια* etc.] Ex curribus pugnare vetustissimi moris fuit; quo pugnae genere Homerici Heroes et Afrorum plures usi sunt, Polluce I. 141. indice: Aegyptii quoque Exod. XIV. 7. 26. Currus erant nudi, *ἅρματα ψιλὰ* Arriano Tact. p. 10., nam *τὰ δρεπανηφόρα* sive falcati deinceps reperti, instructi viris duobus, uno propugnatore, altero auriga. *Ἔχοντος τοῦ ἅρματος ἡνίοχον καὶ παραβάτην* inquit infra V. 29. Vid. Io. Scheffer. II. R. Vehic.] 15. et Nostri V. 21. Wess.

64. 6. *τοῖς πολεμίοις*] Pro *πολεμίοις* repono *πολέμοις*. Steph. Mendum, pro *πολέμοις*, ut et H. St. notat. Rhod. Non subscribo virorum praestantium iudicio. Saepe enim *τὰ πολέμια* rem militarem exprimunt. Thucyd. I. 18. *εὖ παρεσκευάσαντο τὰ πολέμια, res bellicas praeclare instruxerunt.* et IV. 126. *ἀγαθοῖς γὰρ εἶναι ὑμῖν προσήκει τὰ πολέμια, vos enim in rebus bellicis strenuos esse decet.* Ad quem priorem locum H. Steph. multo aliter atque hic instituit, diligentissimeque cavit, ne qui temere isti vocabulo dicam inpingeret. Quare non omni culpa inmunis est doctissimus Hutchinson, quod Xenophonti I. Exped. Cyr. p. 203. obtruserit *τὰ πολεμικὰ λεγόμενος ἐν τοῖς ἀρίστοις Περσῶν* pro Codd. veterum *τὰ πολέμια*; quorum scripturam Aelian. IV. H. A. 1. et Philostrat. Heroic. 15. p. 724. satis superque firmant. Wess.

64. 10. *Κατεκληρούχησε τὴν ἀρίστην τῆς χώρας*] Herodot. II. 109. finita expeditione et Asia sub imperium et ditionem redacta Sesostrim agros divisisse suis refert. Ego Diodoro accesserim, cuius narratio ambitioni regis et prudentiae, militum favorem ita colligentis, melius respondet. Wess.

64. 13. *Ἐπὶ πρώτους Αἰθίοπας*] Non dissimilia de hoc rege Strabo XVI. p. 1114. A. et XVII. p. 1138. C. et Plinius VI. N. H. 29. Wess.

64. 17. *Τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν*] Vide cap. 19. Wess.

64. 26. *Καὶ γὰρ τὸν Γάγγην*] Eum Alexander militum contumacia prohibitus, ut reliquam Indiam domaret, transire haud potuit XVII. 94. Wess.

64. 30. *Αἰγυπτίων τινὰς καταλειφθέντας* etc.] Et a victo quidem Sesostri, si fides Valer. Flacco V. 420. *ut prima Sesostris Intulerit rex bella Getis: ut clade suorum Territus hos Thebas patriumque reducat ad amnem; Phasidis hos inponat*

agris Colchosque vocari Imperet. Quam in Colchis acceptam cladem Plinius XXXIII. 3. haud praeteriit. Id vero parum recte, quod Colchorum gentem Diodor. paludi Maeotidi adfinem fecit, longius ab ea remotam. Vide S. Bochart. IV. Phal. 31. Wess.

64. 32. *Ὅτι Αἰγυπτιακόν ἐστι*] Herodotum II. 104. sequitur, cui tu iunge Apollon. Rhod. IV. 275. et supr. c. 28. Wess. Adde qui hunc locum respicit Agathiam l. II. p. 55. C.

65. 44. *Τοῖς ἱεροῖς λεγομένοις*] Vid. infra c. 81. Wess.

Ibid. *Ὅπλοις κατεστρέψατο*] Herodot. II. 106. *ὤμοισι τοῖσιν ἐμοῖσι humeris meis*, quam scripturam hac longe deteriorem censet Th. Galaeus; haud scio an iniuria: columellarum enim inscriptiones huius fuisse persimiles cap. 103. docet; a quibus cum illa, quae in Ionia erat, paullo fuerit diversior, et *ὦμος humeri* robur ac vires egregie ex Artemidori I. 42. sententia expingant, cur tandem mutemus? Wess.

65. 47. *Ἔχουσαν αἰδοῖον*] Eadem Africanus et Euseb. in Syncelli Chronogr. p. 59. et 60. ex Manethone. Mox *χυριωτέρου* malui, quod *τὰ χυριώτατα τῶν μερῶν* eae sint corporis partes, sine quibus homini vita constare nequit, Philon. Iud. in Flacc. p. 974. D. Plutarcho T. II. p. 159. et Iamblicho Myster. Sect. III. 16. Wess.

65. 53. *Ἥλικος αὐτὸς ἐτύγχανεν*] Euseb. ex Manethone de Sesostri, *ὃς λέγεται γεγονέναι πηχῶν δ', παλαιστῶν γ', δακτύλων β', quem corporis proceritate cubitos IV, palmos III, digitos II, aequasse ferunt*, in Syncelli Chronogr. p. 60. Aliter Herodot. II. 106. Wess.

65. 56. *Ἐν ἔτεσιν ἐννέα*] Consentiunt African. et Euseb. apud Syncell. p. 59. Wess.

65. 60. *Τῶν πρὸ αὐτοῦ κατειργασμένος*] Iustum hoc est: non reges tantum, sed omnes, qui unquam cum imperio fuerunt, Sesostris multis partibus antecelluit c. 58. Wess.

65. 62. *Καὶ σκύλοις ἐκόσμησε*] Antiquissimum morem spolia hostium in templis dedicandi diligenter persequitur, Diodoro haud neglecto, Stanleius in Aeschyl. VII cont. Theb. 284. Facit et huc Davidis exemplum, qui prostrati a se Goliathi gladium et scuta exercitui Hadad Eseris erepta consecravit 1 Samuel. XXI. 10. Ioseph. VII. Antiq. I. 5. 3.; quod imitatus Herodes M. circum templi Hierosolymitani muros *σκῦλα βαρβαρικὰ* suspendit apud eundem Ioseph. XV. A. I. 11. 3. Wess.

65. 67. *Παντοίας ὠφελείας ἐμπλησθῆναι*] De *manubiis* accipio, quas Polybii II. 3. 22. III. 19. exemplo hac voce exprimere adsuevit, uti III. 49. XI. 21. XII. 50. Nec aliter Plutarch. in Eumene T. I. p. 588. E. *μὴ καταπλησθέντες ὠφελείας καὶ λαφύρων οἱ σὺν αὐτῷ* etc. ut perperam ea falce adhibita secare ac corrigere Mos. Solanus instituerit. Wess.

65. 69. *Ἀποστήσας ἀπὸ τῶν πολεμικῶν*] Praepositio, ut

ociosa, removeri potest, ac forte debet. Rhod. Potest profecto sine damno abesse, ut c. 80.; nec delevi tamen in eo Codd. dissensu ob XI. 27. ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων ἀπέστησεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς στρατηγίας. Wess.

65. 75. *Περιποιοῦντα*] *ἐμποιοῦντα* Vat. et Clar. 2. prave. Vid. V. 73. et sup. c. 1. Wess.

65. 76. *Εἰς ἅπαντα ἀσφάλειαν* etc.] Induxi, quam intempestive ingesserant librarii, interpretationem glossamque. Ἀσφάλεια μετὰ ῥᾳστώνης et securitatem et commoda, quae in sequentibus exsequitur, conplectitur. Wess.

66. 83. Ἐκ τῆς *Βαβυλῶνος*] Melius *Βαβυλωνίας*. Hoc enim totam provinciam, Babyloni subiectam, una cum urbe denotat: nisi *κατάχρησιν* synecdochicam esse dixeris. Rhod.

66. 86. *Καταλαβομένους χωρίον καρτερὸν*] In Heliopolite Nomo ad Bubasticum amnem. Strabo XVII. p. 1160. *φρούριον ἐρυμνόν*, castellum munitum, et a Babyloniis, qui desciverant, conditum perhibet: qua in re Diodoro adsentitur; non item Iosephus, qui II. Ant. I. 15. 1. Cambysi urbis initia tribuit. Dixi plura ad Itiner. Anton. p. 169. Wess.

66. 91. *Καὶ τὴν Τροίαν*] Accubabat monti Troico fluvioque Nilo supra Memphim, Strabonis aetate pagus, sed conditus tamen a captivis, quos Menelaus excisa Troia abduxerat, XVII. p. 1162. Urbem Stephan. in *Τροία* agnoscit; lapides Troici montis Ptolem. IV. Geogr. 5. p. 121. Wess. Addi potest in seriora tempora durasse id nomen. Certe Patrum Apophthegmata, quae Cotelerius T. I. Monum. Graec. inseruit, memorant p. 366. *πέτραν τῆς Τρώης* et p. 371. *Τρώην, τὴν ἄνω Βαβυλῶνος κατέναντι Μέμφεως*. Idem in Add.

66. 94. *Καταλαβεῖν τινὰ τόπον*] Qui *καταλαβέσθαι* legendum censet, eius censurae lubenter accedam. Rhod.

66. 99. *Παραβαλόντων εἰς Αἴγυπτον*] In omnibus nostris codicibus legitur *παραλαβόντων*, quum perspicuum sit legi debere *παραβαλόντων*, ut et reposui. Exempla multa ex praecedentibus afferre possem: sed uno contentus ero, quod est paulo ante, *παραβαλεῖν εἰς Αἴγυπτον*. Ita enim illic scriptum habent omnes, non *παραλαβεῖν*. Steph. *Παραβαλόντων*] Sine controversia verum hoc, et Diodoro frequentatum, ut antea cap. 12. exemplis est confirmatum. Id demiror, omnes Stephani Codd. in alteram eam scripturam coniurasse, nec ullam tamen in meis, quorum Clar. 2. et Reg. certe quidem Stephan. usus fuit, scripturae discrepantiam notari. De Semiramide, Aegyptum occupante. II. 14. Wess.

66. 7. *Τὰς πόλεις ταύτας*] Vulgo quod legebatur *τὰς πόλεις εἰς ταύτας*, tueri se non poterit, nisi si *ταῦτα* scripseris. Quod ex Vaticano restitui, multis partibus melius videtur. Wess.

66. 9. Ὅπως *κατὰ τὰς πληρώσεις*] Vide supra c. 36. Wess.

66. 12. *Διώρυγας*] *διώρυχας* Coisl., ut apud Herodot. II. 108. et Phrynich. Eclog. p. 38. Wess.

66. 13. *Ἵνα τὰς συγκομιδὰς* etc.] Aliam caussam, ne longius a fluvio in mediterranea reiecti sitirent, adfert Herodot. II. 108., sed haec Diodori vero similior. Wess.

66. 15. *Πᾶσι τοῖς τρόποις*] *Τόποις* absque dubitatione lego; nec quid *τρόποις* sibi velit assequor. Rhod. *Πᾶσι τοῖς τόποις*] Habebant quidem fossae *παντοίους τρόπους*, varia, ut sic dicam, divortia, apud Herodot. II. 108., eaque intelligenda forent, si vulgata scriptura bene haberet. Sed sequor Rhodom. Wess.

67. 18. *Τὸν γὰρ πρωτοῦ χρόνον*] Optimam et Diodoro saepe probatam non erat profecto cur lectionem mutarent: sic enim et c. 54. *ἀδούλωτον τὸν πρωτοῦ χρόνον*. et V. 69. *τὸν πρωτοῦ χρόνον οὐκ οὔσης ἐπιμελείας περὶ αὐτούς*. Utitur, ut alios nunc praeteream, et Polyb. I. 66., ex certa Iac. Gronov. emendatione. Aegyptum vero, postquam intercidi coepta est tot fossis, equorum et curruum agitationi minus fuisse habilem res ipsa et Herodot. II. 109. indicat. Wess.

67. 21. *Δυσεφοδεστάτη γέγονεν*] Utrum *δυσεφοδεντάτη*, quod ad scripturam propius accedit, an vero *δυσεφοδωτάτη*, quod concinnius est, reponendum sit, eruditus lector iudicet. Rhod. *Δυσεφοδωτάτη*] Amplector hoc, quantumvis *ἀκρατέστερον*, *ἀνιαρέστερον*, *ἀφθονέστερον*, aliaque insolentiora a Grammaticis atque Athen. X. 6. e veterum scriptis excerpta supersint. Cur enim ad *παρακεκινδυνευμένα*, ubi consueta sunt in promptu, decurramus? Wess.

67. 25. *Ἐπὶ σταδίους χιλίους καὶ πενταχοσίους*] Dubitat de hac longitudine, et fossa Aegypti orientale hoc latus, non muro, fuisse munitum pertendit Io. Marsham. Can. Chronol. p. 395. Neutrum bene. De fossa nihil Diodorus, cuius *τειχίζειν* murum aut vallum requirit: in spatio accuratissime consentit Herodot. II. 7. Wess.

67. 30. *Ἀνέθηκε τῷ θεῷ*] Videtur deesse verbum, quod iungatur cum *δὲ*, ut *ἀνέθηκε* iunctum est *τῷ μέν*. Steph. Controversiam huic loco ab H. Steph. motam, si paullo post *δύο τε λιθίνους ὀβελίσκους* scripseris, facili opera tolles. De Deo, qui Thebis praecipuo honore fuerit cultus, alia res est. Io. Marsham. Canon. Chronol. p. 374. Osirim esse arbitratur, idque pluribus aliis persuasit: ego vero Iovem, *ὃν μάλιστα τιμῶσιν*, *quem Thebani inprimis venerantur*, teste Strabon. XVII. p. 1171. C., a quo Diodor. c. 15. nihil discordat. Wess.

67. 31. *Δύο δὲ λιθίνους ὀβελίσκους*] Subiungendum videtur *κατεσκεύασεν*, vel simile; ne suspensa maneat sententia. Rhod.

Ibid. *Ἐκ τοῦ σκληροῦ λίθου*] Inter lapides Aegyptios duritie excellebat Basaltes, ferrei et nigrescentis coloris, obeliscis et

statuis excidendis aptus, et Syenites, e quo reges quodam certamine obeliscos, Soli sacratos, fecere apud Plinium XXXVI. H. N. 8. De utroque egregie Blas. Caryophilus de Marmor. Antiq. p. 106. et 116. Wess.

67. 33. *Καὶ τὸ πλῆθος τῶν προσόδων*] Firmantur haec mirifice a Tacit. II. Annal. 60.; eius enim Ramses sive Ramesses a Sesostride non est diversus, ut supra dictum. Wess.

67. 35. *Μονολίθους εἰκόνας*] Eadem Herodot. II. 110. Wess.

67. 37. *Πηχῶν*] *πηχέων* Mut. Reg., quod Atticorum est apud Phrynich. Eclog. p. 40. Wess.

67. 40. *Ἑστιῶν αὐτὸν ὁ ἀδελφὸς*] Armais, quem peregre abiens totius regni procuratorem reliquerat, Graecorum Danaus, si fides Manethoni in Ioseph. I. cont. Apion. 45. Facit enim is Troiano bello res Sesostris priores, sicuti cum Herodoto Diodorus; quos eiusdem opinionis auctores habuerunt viri literatissimi, tametsi de vera regis eius aetate parum concordes, qui superioribus annis in hanc disputationem sunt ingressi, Nicol. Abramus VIII. Phari V. T. 10. Iac. Perizon. Origin. Aegypt. 16. et Camp. Vitringa ad Esai. XIX. p. 550. Nec desunt tamen alia omnia probantes, Io. Marsham. Can. Chronol. p. 376. Guil. Iameson Spicil. Ant. Aegypt. 13., Sesostrim eundem ac Sisakum, Rhehabeami aequalem, arbitrati, et praeter ceteros Isaac. Newtonus Chronol. p. 233.; quorum quidem certe sententia si valeat, Aegyptiorum Graecorumque rationes conturbantur omnes, et ea coagmentantur, quae disiunctissima veteres prodidere. Sed ea latiorem campum requirunt, nec huius sunt loci. Wess.

67. 41. *ἀναπαυσαμένων* libri quattuor optimi nihilo deterius caeteris, qui *ἀναπαυομένων*. Xenophon Cyropaed. VII. 5. 47. *νῦν δ' ἐπειδὴ καὶ ὁ φιλοπονώτατος πόλεμος ἀναπέπαυται, δοκεῖ μοι καὶ ἡ ἐμὴ ψυχὴ ἀναπαύσεώς τινος ἀξιοῦν τυγχάνειν.*

67. 46. *Ὡς ἂν οἰνωμένοι*] Etsi usus *οἰνωμένον* et *μεθύοντα* ita distinguat, ut is adpotus, hic vino mersus habeatur, quemadmodum in Laertii Diogen. VII. 118. et Plutarchi Symp. III. 1. p. 645., non desunt loca, quae vino egregie depositum requirunt, ut hic et XVII. 72. Aristot. Probl. XXVIII. 4. Wess.

67. 49. *Διεξέπεσε διὰ τῆς φλογὸς*] Duobus e sex filiis super ignem porrectis et extensis, ut illis tanquam ponte uteretur, Herodot. II. 107., quem rei ita gestae ordinem Diodorus aut neglexisse, aut ab Aegyptiis sacerdotibus haud accepisse videtur. Wess.

67. 54. *Δοκεῖ μεγαλοπρεπέστατον* etc.] Imo vero omnium superbissimum: unde et Plinio Sesostris *tam superbus, ut prodatur annis quibusque sorte reges singulos e subiectis iungere ad currum solitus, sicque triumphare* XXXIII. N. H. 3. A. quo tamen fastu se deinceps semovit, vertentis se rotae vicissitudine a captivorum uno de versatili rerum humanarum orbe admonitus

apud Theophylact. VI. Hist. Maurit. 11. et Io. Tzetzen Chiliad. III. 84. Wess.

68. 65. *Καὶ δι' ἀρετὴν ἐπιφανεστάτους*] Hoc vulgato praetuli. Nimium est δι' ἁπάσης γῆς, quam universam Sesostris sub imperium et ditionem haud redegit. Wess.

68. 69. *Ὑπερβεβηκέναι ταῖς πράξεσι*] Nihil intererit hoccine malueris an *ὑπερβεβληκέναι*. Utrumque in eo genere, cum de praestantia agitur, frequens. Solon *σοφίᾳ καὶ παιδείᾳ πάντας τοὺς καθ' ἑαυτὸν ὑπερβεβηκὼς* est in Excerpt. Vales. p. 233., et Daedalus *φύσει δὲ πολὺ τοὺς ἄλλους πάντας ὑπερβαίνων* IV. 78. De altero XV. 88. Wess.

68. 72. *Τρία πρὸς τοῖς τριάκοντα* etc.] African. et Euseb. Sesostri ex Manethone annos XLVIII tribuunt in Syncello p. 59. 60., quibus ne plane adversus sit Diodorus, hos XXXIII regni annos a reditu ex Asiatica expeditione, etsi huic opinioni nullum hoc quidem loco sit fundamentum, Io. Marsham. Can. Chronol. p. 403. conputat. Wess.

68. 82. *Ὁ μὲν ἀρχιερεὺς ἀντεῖπε*] Blandiri posset Cois. et Mutin. *ἱερεύς*, quod Herodot. II. 110., sacerdoti Vulcani *τῷ ἱρεῖ τοῦ Ἡφαίστου* haec adscribat, nisi huius loci alia esset ratio, mentio sacerdotum, quae deinceps fit, hunc principe loco fuisse significat. Alioqui insolens non est, ut *ἱερεὺς* simpliciter dicatur, qui collegio sacerdotum est praepositus, sicuti exemplis firmavit Ezech. Spanhem. Diss. XII. de Usu et Pr. Numis. p. 423. Wess.

68. 85. *Οὐχ οὕτως ἠγανάκτησεν*] Pro *οὐχ οὕτως* repono *οὐχ ὅπως*, ut sit *οὐχ ὅπως ἠγανάκτησεν*, non solum non indignatus est, sed etiam contra etc. vel, tantum abest, ut indignatus sit, ut contra etc. Sic alibi post *οὐχ ὅσον*, sive *οὐχ οἷον* (nam duplex est lectio) subiungit *ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον* p. 59. initio. At p. 23. in fine post *οὐχ ὅπως* subiungit *ἀλλ' οὐδέ*. Caeterum quod in hac eadem linea habetur (in uno tantum codice inventum) *καὶ εὐφρανθείς*, per ineptam perissologiam videtur fuisse additum, nec dubito quin primum pro glossemate positum id fuerit, aut in margine aut inter lineas, deinde in contextum irrepserit. Sunt vero et alia hic eodem ex codice sumpta, de quibus idem plane suspicor. Steph. Qui mediocriter Graecae linguae intelligens est, *ὅπως* scribendum esse, primo intuitu animadvertit. Assumenta etiam quae sequuntur, *καὶ εὐφρανθείς*, *καὶ ἐναπομείνῃ*, quin prorsum rescindenda sint, quis dubitet? Rhod. *Οὐχ ὅπως ἠγανάκτησεν*] Praeter Steph. et Rhodom. Scaliger et Is. Vossius ad oram quisque libri sui hoc probarunt, quibus haud assentiri nefas hac quidem in re est. Convenit egregie hoc Musonii, Socrates, inquientis, *οὐχ ὅπως ἠγανάκτησεν, ἀλλὰ καὶ ἐντυχὼν ἠξίου αὐτὸν* in Stobaei Sermon. XIV. p. 170. et Nostri de regibus Aegypti, *οὐχ ὅπως ἠγανάκτουν ἀλλὰ τοὐναν-*

τίον ἤγοῦντο, infra c. 71. et de Dionysio οὐχ ὅπως ἠλέησε τοὺς ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον etc. XIV. 111. et XI. 46. XIII. 22. WESS.

68. 88. *Καὶ ἐναπομείνῃ βιώσας τὸν ἴσον χρόνον*] Sine his duobus verbis *καὶ ἐναπομείνῃ* (quae in omnibus exemplaribus non sunt) facilis esse videtur huius loci sententia. Nimirum haec: Rex autem tantum abest ut indignatus fuerit, ut contra illam loquendi libertatem amplexatus, daturum se operam dixerit, ne ulla in re inferior eo esset, si aeque longa illi vita contingeret. Sic autem interpretor ut si οὐχ ὅπως legeretur; de qua lectione vide proxime praecedentem annotationem. STEPH.

68. 89. *Τὰς ἡλικιώτιδας πράξεις*] Conf. supr. c. 9. WESS.

69. 92. *Τὴν τοῦ πατρὸς προσηγορίαν* etc.] Herodoto Φερῶν *Pherus*, voce appellativa et regem sua origine significante, dicitur: neque enim aliud videtur ac פרעה, *Pharao* sive *Pharo*, ut bene Camp. Vitringa in Esai. XIX. p. 549. Plinio *Nuncoreus* est XXXVI. N. H. 11. WESS.

69. 97. *Ἐτυφλώθη γὰρ καὶ ἐκεῖνος*] Quid repetitiuncula ista opus? cum de caecitate patris paullo ante dixerit. Ad sui generis ergo, id est, putida glossemata, remittendum. RHOD.

69. 98. *Τὸ γὰρ ῥεῦμα* etc.] Quod ex Coisl. et Mutin. excerpsi plenius est ad Herodoti sententiam compositum: suspectum tamen et propterea illis, quibus allubesceat, relictum. WESS.

69. 2. *Οὐδεμιᾶς ἐτύγχανε πολνωρίας*] Non temere *πολνωρίας* in contextum recepi; sic enim cum alibi, tum p. 57. in fine, *πάσης μὲν τιμῆς καὶ πολνωρίας ἀξιοῦντται*. STEPH. Recte Steph.; multo enim hoc elegantia ac vi praestat. Plutarch. T. II. p. 792. E. de patria, ut ait, non quidem a senectute inmuni, nec sibi sufficiente, *ἀλλ' ἀεὶ πολνωρίας δεομένη καὶ βοηθείας, sed semper diligenti cura et auxilio indiga*. Suidam adde in *πολνώρησον*, et infra XI. 85. Quod sequitur *τῷ δεκάτῳ ἔτει*, id Herodoto quodammodo contrarium, qui *anno* XI. II. 111.; sed non convenit omni ex parte inter eos, et potuit id discrimen nasci, quod fine anni X. rex oraculo sit monitus, propterea alii XI. alii X. anno id, quod evenit, tribuerint. WESS.

69. 4. *Νίζεσθαι καὶ πλύνεσθαι*] Resecato ut synonymiam longe ineptissimam: eodemque honore affice, quod sequitur, *καὶ τὴν μαντείαν*. RHOD.

69. 9. *Διὰ τὸ σύμπτωμα τοῦτο*] Phrynichus Eclog. p. 40. temere vocem proscribit, Thucydidis et Demosthenis calculo probatam. *Σύμπτωμα* Hesychio est 'συνάντημα, id quod accidit, casus, ut cap. 57. *διὰ σύμπτωμα τοιόνδε*, et c. 60. *ἀπὸ τοῦ συμπτώματος τῶν οἰκητόρων*. Id praetereundum non est, Herodoto auctore, vicum eum sive urbem potius, sic enim censet, *Ἐρυθρὴν βῶλον, Rubram glebam*, esse dictam, atque illi accedere

Ethnicograph. in Ἐρυθρὰ βῶλος. Wess. Diodoro ἱερὰ βῶλος et κώμη sive vicus, ipsiusne an librarii culpa in dubio est. Ioan ad Herod. II. 111.

69. 14. *Συγχοὶ τῶν διαδεξαμένων*] Longe hic a Diodoro abit Herodotus, qui Sesostris filio successorem dat Proteum II. 112. Longius Manetho apud Syncell. p. 60. Unde animum suspicio subit, aut alios annales sacerdotes Aegyptios, quos noster auctores habet, secutos esse, aut patriae studio, ut eius res multo antiquissimas facerent, multa deinceps commentos. Meeum sentit vir egregius Comp. Vitringa in Esai. XIX. p. 542. Wess.

69. 16. Ἄμασις] Si Ἄμασις hic scripsisset Diodorus, certe ad eum Amasin veniens quem cum Herodoto successorem Apriae facit, secundum hoc nomine esse admonuisset: sed nec alii quoque silentio id praeteriissent. Quid tamen pro Ἄμασις reponendum sit, ne suspicari quidem possum: nisi forte Ἄμμωσις reponi debet, ut et p. 41. pro Ἄμασιν aliam ex alio exemplari lectionem in margine tibi apposui Ἄμμωσιν. Steph. Lege cum H. Steph. Ἄμωσις. Sed quid agit in quarto versu ἀλυζονιχῶς; quod quinta, ut aiunt, rota in curru, vel asinus in unguento. Rhod. Ἄμασις γενόμενος βασιλεὺς] Vera si essent, quae de regibus huius nominis commentatus est Gottf. Olearius in Philostrati V. Vit. Apollon. 42., nulla opus foret correctione: sed miscet ille *Amasin*, Apriae successorem, quo de Philostr., et *Amosin*, quo rege Israelitae creduntur ex Aegypto excessisse. Vel sic tamen contra Codd. voluntatem nihil muto: nam et *Amosin* sive *Ammosin* primum dynastiae XVIII. regem Iustin. Mart. Paraenes. p. 10. A. atque alii *Amasin* appellitant. Wess.

69. 22. Ἐπεὶ δὲ Ἀχτισάνης] Regis huius et occupatae eius ductu et auspiciis Aegypti praeter Strabon. XVI. p. 1102., etsi et is obiter atque aliud agens, nusquam alii, quantum quidem recordor, meminerunt. Wess.

69. 26. Ἀνθρωπίνως ἐνέγκας τὴν εὐτυχίαν] Utitur dictione, quae civilem animum et vicissitudinis rerum humanarum memorem complectitur, saepeque adeo moderationem, qua omnia humana placate et moderate ferimus, indicat; ita Gelon τὴν εὐτυχίαν ἀνθρωπίνως ἤνεγκε XI. 26., contra Tantalus, rerum successu inflatior, τὴν εὐτυχίαν οὐ φέρων ἀνθρωπίνως IV. 76. saepe etiam clementiam, qua humaniter alios habemus, quod ἀνθρωπίνως χρήσασθαι XI. 26. et ἀνθρωπίνως μετα χειρίζεσθαι Dioni Cassio LVI. p. 683. C. Plura Des. Heraldus I. Animadv. in Ius Att. et Rom. c. 8. Wess.

70. 36. Ῥινοκουρούραν] Strabo Lib. XVI. p. 1102. Ῥινοκόλουραν vocat; quod ad etymologiam Graecam a κολούω magis quadrat. Stephanus tamen Ῥινοκούρουραν scribit. Sic autem a ῥὶν et κείρω seu κουρὰ et ὄρος deduceretur. Quod Grammaticis disceptandum tradimus. Graecam enim compositionem esse

quis ambigat? Rhod. *Ῥινοκολούραν*] In urbis huius nomine variant scriptores, ut ad Itiner. Antonini p. 151. abunde est patefactum. Quod restituimus, tritius et sermonis analogiae convenientius est. Seneca, haud scio quo auctore, III. de Ir. 20. *rex Persarum totius populi nares recidit in Syria: inde Rhinocolura loci nomen est.* Diodoro, ut dictum ante, adsentitur Strabo. Wess.

70. 37. *Οὐ μακρὰν τοῦ παρήκοντος αἰγιαλοῦ*] Mallem *a litore porrecto*, seu quod praeter urbem longissime porrigitur. Dicuntur enim regiones, insulae, litora *παρήκειν*, quae pertinent et extenduntur, ut diligenter monuit Celeb. C. A. Duker. in Thucyd. IV. 36.; Pausan. I. 44. *παρήκει δὲ παρὰ τὴν Νισαίαν νῆσος οὐ μεγάλη, ante Nisaeam insula haud magna porrigitur.* Et Noster infra II. 13. *τοῦτο δ' ἐπὶ πολλοὺς σταδίους παρῆκον*, clariusque sup. c. 31. *ταινία παρ' ὅλην σχεδὸν τὴν Αἴγυπτον παρήκει.* Wess.

70. 40. *Ἐντὸς δὲ τοῦ τείχους* etc.] His pugnarent, quae de *torrente* Aegypti in Esai. XXVII. et Amos. VI. Hieronymus memorat, urbem hanc alluente, modo certa forent; quod quidem ego non putem. *Torrens Aegypti* ille נחל מצרים, alius est, et a Nilo haud diversus. Tamen quae hic de Rhinocolura, ea fere de Ostracine, huic vicina, Ioseph. IV. B. Iud. 11. 14.; ut utraque pessimo fuerit situ. Wess.

70. 47. *Ἐκριφέντες εἰς χώραν*] Proprium hoc illis est, qui a civium commercio avulsi in ultimos fines seponuntur, ut Graeci, ab Alexandro *ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς βασιλείας ἐξερριμμένοι* XVIII. 7., et Aegyptii, qui vitiligine infecti *ἐξερρίφησαν εἰς τὴν Ἑλλάδα*, Eclog. Lib. XL. 1. Wess.

70. 54. *Φέρονται κατ' ἀγέλας*] Volare catervatim perhibentur, quare Delus Ortygia dicta, *παρ' ὃ τὰς ἀγέλας τῶν ζώων τούτων φερομένας ἐκ τοῦ πελάγους ἰζάνειν εἰς τὴν νῆσον, quod greges coturnicum e mari in insulam devolare ibique considere soleant*, in Athen. IX. 11. His autem Diodori diligenter viri doctissimi, qui eas aviculas, quibus Israëlitae in desertis Arabiae vescebantur, coturnices fuisse censent, ut adsolent, S. Bochartus Hierozoic. P. II. l. 15. p. 100. Io. Marsham. Canon. Chronol. p. 147. atque alii; a quibus ego, ut alias dicam, dissentio. Wess.

70. 59. *Μένδην*] Huius regis fit mentio a Diodoro non procul ab huius libri primi fine: ubi *Μάρου* genitivus habetur unico *ρ* scriptus, in iis exemplaribus quae hic accusativum *Μάῤῥον* duplici *ρ* scriptum habent. In eo autem in quo hic *Μάρον* legitur, ibi non itidem *Μάρου*, sed *Βάρωνος* legimus. Locus est hic, *τὸν δὲ Δαίδαλον λέγουσιν ἀπομιμήσασθαι τὴν τοῦ λαβυρίνθου πλοκὴν, τοῦ διαμένοντος μὲν μέχρι τοῦ νῦν, οἰκοδομηθέντος δὲ, ὡς μέν τινες φασὶν, ὑπὸ Μένδητος, ὡς δ'*

ἔνιοι λέγουσιν, ὑπὸ Βάρωνος τοῦ βασιλέως, πολλοῖς ἔτεσι πρότερον τῆς Μίνω βασιλείας. Diligenter vero consideranda est quae habetur hoc loco scriptura, propter vicinitatem, quam hoc nomen habet cum eo quo Herodotus unum ex regibus Aegypti nominat. Is enim *Φέρωνα* quendam appellat. Ac fieri potest ut eundem alii *Φέρωνα*, alii *Βάρωνα* nominarint. Sed quis fuerit et quo tempore regnaverit hic sive *Φέρων*, sive *Βάρων*, hac vero de re inter Herodotum et Diodorum nullo modo convenit. Ait enim Herodotus Sesostridi mortuo in regnum successisse filium Pheronem, qui nullam expeditionem susceperit, cuique luminibus orbari contigerit. At Diodorus Sesostrim quidem regni successorem habuisse scribit suum filium, nullis rebus gestis nobilitatum, et luminibus orbatum, sed Sesostrim et ipsum nuncupatum. patri enim fuisse cognominem tradit. Verum quocunque sit appellandus rex hic nomine, (si modo eundem regem non eodem nomine ab omnibus appellari putandum est) constat Diodorum Varonem suum inter Sesostridis filium et Proteum una cum aliis interiicere: quum Herodotus Sesostridis filium Pheronem nuncupet, cui Proteum successorem faciat. Iam vero hic alius mihi iniicitur scrupulus ex alio Diodori loco. Quum enim hunc eundem regem ab aliis *Μένδην*, ab aliis *Μάρρον* nominatum scribat, in eo ipso quem modo citavi loco (est autem pag. 61. huius editionis) *Μένδην* sive *Μένδητα* alium a Maro sive Varone facit. Nam quum hic *Μένδην*, quem alii *Μάρον* vocant, labyrinthum construxisse tradat, cui similem Daedalus Minoi Cretensium regi fabricatus sit: illic scribit Daedalum imitatum esse labyrinthum aedificatum, ut quidam aiunt, a Mendete, ut autem alii dicunt, a Maro rege. Nisi forte aliquis, ὡς μέν τινες φασὶν, et ὡς δ' ἔνιοι λέγουσιν, (id est, *ut quidem aiunt aliqui, ut vero nonnulli dicunt)* accipiat pro ὡς μέν τινες αὐτὸν ὀνομάζουσιν, id est, *ut eum quidam nuncupant.* Sed quis unquam ita loquutus est? Ego certe potius Diodorum, quum non eosdem utrobique authores sequeretur, non eadem scripsisse, credibile esse existimo. Steph. Nos *Μάρον* retinemus, cum de Pherone Herodoti atque hinc de Barone dubia sit H. Stephani coniectura: cuius notatio diligentissima consulatur. Rhod. Diodoro nihil certi constitit de labyrinthi auctore, ut haec et quae c. 89. et 97. leguntur, liquido ostendunt. De Mende sive Mendete non dissentit Strabo XVII. p. 1165., cuius nec *Imandes* sive *Maindes*, ut in Epitoma, non alius est, uti *Marres* Aelian. VI. Hist. An. 7. et *Smarres* Plinii XXXVI. 9. diversus ab hoc Marro seu Marno. Quam longe vero hinc abit Herodot. II. 148. et eum secutus Mela I. 9., qui XII regibus et Psammeticho inprimis, Plinius XXXVI. 13., qui Potesucco, African. et Euseb., qui Lachari Sesostris filio, labyrinthum tribuunt in Syncel. Chronogr. p. 60.? E qua scriptorum discordia id iusta conclusione confeceris, plures regum diverso tempore huic operi

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1892

curam atque impensam insumpsisse, nec certo posse finiri, quis ceteris praeiverit. Wess.

71. 69. *Ὅμοιον τῷ κατ' Αἴγυπτον*] Tametsi et Plinio hinc sumpsisse Daedalum exemplum eius labyrinthi, quem fecit in Creta, non est dubium, XXXVI. N. H. 13., incertissimis tamen suspicionibus motus Io. Marsham. p. 291. illi ac Diodoro obloquitur. Wess.

71. 70. *Τὸν λεγόμενον Μινώταυρον*] Conf. infr. IV. 79. Wess.

71. 71. *Ἠφανίσθη τελέως*] *Cretici nulla vestigia* suo tempore durare Plinius XXXVI. 13. indicat. Itaque alius est, qui nunc peregre in Cretam profectis ostendi solet, accurate descriptus in Itiner. Epist. 2. p. 26. a Pitt. Tournefort. Wess.

71. 74. *Μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου*] Immo in hanc usque aetatem, etsi non plane integer: rudera, quae supersunt, lustravit Paul. Lucas Itiner. Aegypt. V. p. 24., quem et viri docti Dissert. insertam T. III. Histor. Acad. Inscript. p. 368. adi. Wess.

71. 76. *Τῶν ἀδόξων τις*] Hoc malui; nam quae addantur, certo sunt argumento, non plane indignum fuisse eo honore; quod vulgo recepta scriptura indicabat. Wess.

71. 77. *Ἱερέθη καὶ προεχρίθη*] Glossema hoc esse quis non videt? Qui desumitur ad regni gubernacula, is certe prius fuit electus prae aliis. Ordinem igitur hunc Glossator invertit, ut scilicet additamentum eius eo facilius animadverti posset. Rhod.

Ibid. Κέννα] Praefero *Κέτην*, propter terminationem Graecam. Rhod. *Κέτην*] Convenit hoc nomen cum Sethose, primo dynastiae XIX. rege, qui ab Syncello p. 160. in serie regum videtur *Κῆρτος Certus* dictus, haud dubie pro *Κῆτος*. Appellatur autem Graecis *Πρωτεὺς Proteus*, quia primus fuerat post anarchiam aliquam rex, primus suae familiae, primus novae dynastiae. Sic fere Iac. Perizon. Origin. Aegypt. 15. Wess.

71. 81. *Ὁτὲ μὲν εἰς ζώων τύπους* etc.] Homer. Odyss. Δ. 418. Quam hominis versatilem naturam ridet urbanissimus scurra Lucian. Dial. Marin. IV. 1. Mox Rhodom. emendat *καὶ δένδρον*, haud sane gravi caussa. Wess.

71. 84. *Ἐμπειρίαν ἐσχηκέναι*] Fabulam hanc alii aliter interpretantur, ut Heraclides in Allegor. Homer. p. 488. Synes. in Dion. p. 44. Lucian. Salt. c. 18. et Io. Tzetzes Chiliad. II. Hist. 44. Wess.

71. 89. *Λεόντων προτομὰς*] Conf. infr. c. 96. Wess.

71. 96. *Ὁ υἱὸς Ῥέμφις*] Herodoto II. 121. *Rhampsinitus*, quem Io. Marsham. componit cum Sesostris apud Manethonem filio Rhampse, illique accepta refert, quae apud Tacit. II. Annal. 60. Canon. Chron. p. 416., satis profecto incommode. Melius congruit dynastiae XIX. rex secundus Rapses sive Rapsaces apud Syncellum p. 72. Wess.

72. 99. *Οὔτε εἰς ἀναθήματα*] Habet eius tamen donaria Herodot. II. 121. de immanibus regis divitiis Diodoro consentiens. Wess.

72. 10. *Πλὴν ἐνὸς Νειλέως*] Dicaearchus in Schol. Apollon. Rhod. IV. 272. hunc inter et Sesonchosin, qui Sesostris, annos interserit bis mille quingentos, quod, si numeri bene habeant, veri fidem exsuperat, ut recte Iac. Perizon. Orig. Aegypt. 18.; id melius, quamquam non satis accurate, quod a Nileo ad Olymp. 1. annos CCCCXXXIII computat: vixit enim ex utriusque sententia post bellum Troianum, a quo prima Olympias annis CCCCVIII abe. Wess.

72. 12. *Τὸ προτοῦ καλούμενον*] Prave Coislin. et Mutin. nec melius *τὸν προτοῦ* in Addend. Rhodom. *Τὸ προτοῦ* est antea, quomodo IV. 87. Siciliam *τὸ προτοῦ Σερρόνησον οὖσαν*, et Lesbum, *τὸ προτοῦ καλουμένην Ἴσσαν* V. 82. ait. Quod autem flumen ab hoc Nileo nomen sortitum perhibet, id parum illis respondet, quae de Nilo, Vulcani patre, Diogen. Praefat. seg. 1. et de alio Philostratus Heroic. 3. 4. memorant. Verius illi, qui Nilum *κατ' ἐξοχήν* dictum censent ex Hebraeorum נחל *Nachal* sive *Neel*, ut S. Bochartus Hieroz. P. II. V. 15. p. 764. Wess.

72. 13. *Καὶ τάφρους* dele. Rhod.

72. 16. *Χέμβης ὁ Μεμφίτης*] Proximum a Proteo Rampsinitum ponit Herodotus; cui Cheops, non multum a Chembae seu Chemmis nomine discrepans, successerit, et dehinc Chephren, II. 124. Rhod.

72. 18. *Τοῖς ἑπτὰ τοῖς ἐπιφανεστάτοις ἔργοις*]‖ Sic et II. 11. XVIII. 4. Strabo *ἐν τοῖς ἑπτὰ θεάμασι* XVII. p. 1161. C. et Philo Byzant., ad quem *περὶ τῶν ἑπτὰ θεαμάτων* plura L. Allatius. Wess.

72. 20. *Σταδίους ἑκατὸν καὶ εἴκοσι*] Collem eum, in quo pyramides, Strabo stadiis XL Memphi removet XVII. p. 1161. Plinius, *sitae sunt*, inquit, *in parte Africae, monte saxeo sterilique inter Memphin oppidum, et quod appellari diximus Delta, a Nilo minus quatuor millia passuum, a Memphi VII. M. P.*, XXXVI. Nat. Hist. 12., qui numeri etsi Diodori stadia non aequent, clarissime tamen ostendunt, non alias has esse pyramides, atque eas, quae nunc in Aegyptum profectis miraculo sunt. Vid. Prosp. Alpin. I. Rer. Aegypt. c. 6. Wess.

72. 25. *Πλευρὰν πλέθρων ἑπτὰ*] De pyramidis amplitudine scriptoribus haud bene convenit. Herodotus singula eius latera *octo plethra* sive IↃCCC pedes, Strabo stadio paullo amplius spatium, Plinius IↃCCCLXXXIII pedes, P. Belon. I. Oper. Antiq. Praest. 4. passus CCCXXV occupare prodit. Diodori *VII plethra* sive IↃCC pedes Io. Gravius, qui spatium diligentissime dimensus est, ad verum propius accedere comperit Pyramidogr. p. 68. Wess.

72. 26. *Συναγωγὴν δ' ἐκ τοῦ* etc.] Sic III. 40. *ἄρχεται συναγωγὴν λαμβάνειν ὁ κόλπος.* estque frequentissimum in omnibus illis, quae in artum coeunt. *Κλίμακες ἄνω συναγωγὴν λαμβάνουσαι* Apollodor. Poliorcet. p. 38. De Pyramo Strabo, *ἐπειδὰν συνάψῃ τῷ Ταύρῳ, παράδοξον λαμβάνει τὴν συναγωγήν,* XII. p. 810.; cuius et II. p. 177. A. VIII. p. 517. B. et Athenaeum de Machin. p. 4. vide. Wess.

72. 30. *Χιλίων ἐτῶν*] Conf. c. 44. Wess.

72. 35. *Ἐκ τῆς Ἀραβίας*] Habet lapicidinas Arabicas II. 48.; sed hae alius loci, quippe ea in Aegypti parte, quae ad sinum Arabicum vergit, Arabiaeque nomine nota fuit, apud Herodot. II. 8. 124. Strab. XVII. 1162. C. Wess.

73. 41. *Λίθων ξεστουργίας καὶ λαξεύσεως*] Per curiositatem alicuius *καὶ λαξεύσεως* huc irrepsit, ut et sequentia *καὶ μυθεύεσθαι*, itemque *λέγοντες.* Rhod. *Οὔτε τῆς τῶν λίθων ξεστουργίας* etc.] Negat Strabo XVII. p. 1162. *ἐκ γὰρ τῆς λατύπης σωροί τινες πρὸ τῶν πυραμίδων κεῖνται, acervi quidam*, inquit, *lapillis dolando detritis, ante pyramides iacent;* cui, quia se vidisse profitetur, prae Diodoro Is. Casaubon. adsentitur. Ego de lapillis istis variatum fuisse sententiis opinor, et spectatorum aliquos veteris structurae reliquias, ceteros arenam esse censuisse. Facit cum Diodoro Plinius XXXVI. 12. *vestigia aedificationum nulla exstant, arena late pura circum, lentis similitudine, qualis in maiori parte Africae;* neque invenit Strabonis illos lapillos Io. Gravius Pyramidogr. p. 119. Wess.

73. 45. *Τερατολογεῖν ἐπὲρ τούτων, ὡς ἐξ ἁλῶν* etc.] Hoc sequor, delectis librariorum, qui audacissime hoc in scriptore grassati sunt, commentis. Diceres Plinium haec Diodori excerpsisse *quaestionum*, inquientem, *summa est, quanam ratione in tantam altitudinem subvecta sint caementa: alii enim nitro ac sale adaggeratis cum crescente opere, ac peracto fluminis irrigatione dilutis; alii lateribus e luto factis, in privatas domos distributis.* Paullo post *ἔτηξεν*, quod Scalig. et Vossio probabatur, inducto, quod additum erat, glossemate, restitui. Wess.

73. 47. *Ἔπιξεν καὶ διέλυσεν*] Lege *ἔτηξεν* et tolle sequentem copulam una cum verbo: extrinsecus enim haec advenisse, terminatio *εν* in *ἔτηξεν* arguit, cui *αὐτὰ* fuit proximum. Rhod.

73. 51. *Τριάκοντα μὲν γὰρ καὶ ἓξ* etc.] Prope ab his numeris absunt haec Plinii, *trecenta LXVI hominum millia annis XX eam construxisse produntur.* Longius Herodot. II. 124. Wess.

73. 58. *Χαβρίου*] Videtur idem esse ac Cephrenis nomen, ac tantum diverso pronuntiantium sono discrepare. Herodot. II. 127. Cheopis frater est. Recte vero Steph. et Rhodom. *τὴν τοῦ προβασιλεύσαντος προαίρεσιν* maluerunt, quorum opinionem Mutin. codex firmat et scriptoris consuetudo, qua *προβασιλεύσαντες*,

qui ante aliquem regni curam administrarunt, ut extremo hoc capite et 94. Wess.

73. 60. *Τὴν τοῦ βασιλεύσαντος*] Aut *τοῦ προβασιλεύσαντος*, aut *τοῦ πρὸ αὐτοῦ βασιλεύσαντος* legendum puto. Steph. Praefigatur *πρὸ*, ut H. Stephan. monet, et mox *ὡς* ante *λάχανα* in *εἰς* mutetur. Rhod.

73. 63. *Πλευρᾶς σταδιαίας* etc.] Neque in huius amplitudine consentiunt: Plinius in singula latera centum fere pedibus altera minorem, Strabo priori aequalem facit; cui Io. Gravius Pyramidogr. p. 104., re diligenter explorata, accedit. Wess.

73. 65. *Ὡς εἰς λάχανα καὶ συρμαίαν*] Hoc placet, etsi *ὡς* nonnunquam potestatem praepositionis *εἰς* induat. Poterat quidem sine orationis detrimento ea hinc abesse particula, verum saepe eiusmodi locum sermonis quadam elegantia occupat, ut egregie monuit T. Hemsterh. in Luciani D. Mort. XIII. 6. Recte autem *συρμαίαν*, Plinii exemplo, *raphanos* vertunt. Erotian. *συρμαία λέγεται ἡ ἐπιμήκης ῥαφανὶς, ἣν τινες μεθ' ἅλμης ἐσθίοντες καθαίρονται, καὶ καλεῖται συρμαϊσμὸς ὁ τοιοῦτος τῆς καθάρσεως τρόπος.* Aegyptii raphanis vescebantur, eorumque succo alvum ciebant, quod *συρμαΐζειν* Aelian. V. H. An. 46.; quamobrem *συρμαΐη* de eiusmodi succo Herodot. II. 88. et Aristophan. Pac. 1253. et Aegyptii *μελανοσυρμαῖος λεὼς* Thesmophor. 864., ubi Scholia vide et Foesii Oeconomiam Hippocr. *Συρμαίη*. Wess.

73. 70. *Κατασκευασάντων. τάφους*] Haec verior opinio, probata Straboni XVII. p. 1161. Lucano VIII. 697. Servio in Aeneid. XI. 849. Falluntur enim, qui frumento asservando pyramides exstructas putarunt Stephanus et Etymologus; nam et ei rei aptae non sunt, et solium sive sandapila, in maiore residua, et regis corpus ab Arabibus, cum Calipha Almamon esset, inde erutum, et summa sepulturae, quam Aegyptii agebant, cura, sepulcra fuisse ostendunt: nec his obest Plinianum, factas videri, *ne pecuniam reges successoribus aut aemulis insidiantibus praeberent, aut ne plebs esset otiosa:* illae enim rationes principi ac praecipuae, ut regibus tumuli loco essent, accesserunt. Plura Io. Gravius Pyramidograph. p. 44. Wess.

74. 74. *Δι' ὀργῆς εἶχε*] Conf. Herodot. II. 128. Wess.

74. 79. *Ὃν τινες μὲν Χερῖνον*] Ex *μὲν Χερῖνον* faciendum puto *Μυχερῖνον*. *μὲν* certe nullo modo locum hic habet. Fuerit autem *μὲν Χερῖνον* pro *Μυχερῖνον* ita positum ut *μὲν Μέμφιν* pro *Μώμεμφιν*, de quo vide proxime sequentem annotationem. Ab Herodoto quidem certe *Μυκερῖνος* vocatur hic rex, Chephrenis secundum eum successor; secundum Diodorum autem, vel Chephrenis vel Chabriae. nam Chemmidi aut Chembeti (quem Herodotus Cheopa nuncupat) successeritne Chephren frater, an Chabryis seu Chabryas filius, in ambiguo relinquit. Herodoti

verba sunt, *βασιλεῦσαι δὲ τὸν Χέοπα τοῦτον Αἰγύπτιοι λέγουσι πεντήκοντα ἔτεα. τελευτήσαντος δὲ τούτου, ἐκδέξασθαι τὴν βασιληΐην τὸν ἀδελφεὸν αὐτοῦ Χεφρῆνα.* Ubi animadverte Chemmidis sive Cheopis fratrem ab Herodoto et Diodoro nomine eodem appellari, nisi quod hic aspiratam χ in tenuem κ vertit. Ab hoc enim *Κεφρὴν*, ab illo *Χεφρὴν* dicitur. Falsum est igitur, quod quidam scripserunt, quem Herodotus Chephrenem nuncupet, eum a Diodoro Cephum vocari. STEPH. Restitue *Μυχερῖνον*. RHOD. *Ὃν τινες Μεχερῖνον*] Dedi scriptis Codd., ut hoc in integrum restitueretur. Videntur *Mucherinum* et *Mecherinum* levi soni discrimine appellasse: vulgatum certe quidem propius hinc quam a Stephani coniectura abest. WESS.

74. 84. *Ἐπὶ πεντεκαίδεκα δόμους*] Ad XV lapidum ordinem sive conpagem: Herodot. II. 127. *ὑποδείμας δὲ τὸν πρῶτον δόμον λίθου Αἰθιοπικοῦ ποικίλου*, *cum primam conpagem ex Aethiopico versicolore lapide struxisset:* sic enim recte Iac. Gronov., quem vide in eiusdem I. 179. Rhodom. *contignatio* hic non quadrat. WESS.

74. 85. *Ἐκ μέλανος λίθου*] Minus distincte Plinius XXXVI. 12. *tertia minor quidem, sed multo spectatior, Aethiopicis lapidibus assurgit.* Neque enim tota ex eo lapide, sed *εἰς τὸ ἥμισυ*, ad medium usque Herodot. II. 134. et Strabo XVII. p. 1161., qui insuper addit, lapidem eum ex Aethiopiae montibus deferri, durum esse, et mortariis cavandis habilem: Plinio XXXVI. 7. *Basaltes* est, ferrei coloris et duritiae. Atque ita quidem paene his scriptoribus convenit, quos P. Belonius atque alii sequuntur: qui vero accuratiore diligentia pyramidem hanc examinavit, candido lapide exstructam animadvertit, Io. Gravius Pyramidogr. p. 112. WESS.

74. 89. *Ἐπιγέγραπται Μυκερῖνος*] Nomen id aëris temporumque iniuria plane defluxit; idem Gravius p. 113. WESS.

74. 93. *Καὶ πρῆον*] Haec exauctorato. RHOD.

74. 96. *Κατὰ δὲ τοὺς χρηματισμοὺς* etc.] Scholion *καὶ τὰς μαντείας* Rhodom. in fraudem induit, ut *in Deorum responsa et oracula* verteret, quibus nullus hic quidem locus, sicuti et ipse dein animadvertit. *Χρηματίζειν* praeter alia rex iudexve dicitur, quum de iure civibus respondet: Appian. III. B. C. IV. p. 882. *ἐπὶ τοῦ στρατηγικοῦ βήματος, ἔνθα ὁ Τρεβώνιος ἐχρημάτιζε, ubi Trebonius ius reddere solebat.* et *χρηματισμὸς* ipsa iurisdictio infr. c. 70. iudicisque sententia, quam qui adulterant *γραμματεῖς ψευδεῖς χρηματισμοὺς γράφοντες* c. 78. De iudiciis autem hic agi et ea quae proxime consequuntur et Herodot. II. 129. indicant. WESS.

74. 99. *Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι τριῆς*] Illae in haec tempora haud durant, nisi si inter eas locum occupent, quae in Africae

desertis, sed longius a tribus superioribus disparatae, superant, de quibus Io. Gravius Pyramidogr. p. 13. et 115. Wess.

74. 6. *Φιλοτεχνία τῶν ἐργασαμένων*] Diodori hoc est, cui *φιλοτεχνία* sollers quodvis artificium, ut cap. 61. *ὡς πρὸς φιλοτεχνίαν δυσμίμητον.* et 74. *καὶ φιλοτεχνία τῆς φυσικῆς ἐνεργείας οὐκ ἀπολείπονται.* et III. 37. *φιλοτεχνίᾳ τε καὶ δόλῳ τὸ τῇ βίᾳ δυσκαταγώνιστον ἐχειρώσαντο.* Vulgatum *πολυτεχνία* Grammatici commentum est. Wess.

75. 13. *Οὐδὲ παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις*] Bene Plinius, cum scriptores enumerasset, qui de pyramidibus egerant, *inter omnes eos non constat a quibus factae sint, iustissimo casu oblitera-tis tantae vanitatis auctoribus*, XXXVI. 12. Atque hac veterum discordia prudentissime in rem suam usi sunt viri doctissimi, ut vincerent, Israëlitas ad stupenda haec opera, cum gravissimis in Aegypto oneribus premerentur, manus paene invitos admovisse, Nicol. Abramus VIII. Phari V. T. 14. Iac. Perizon. Orig. Aegypt. 21. Wess.

75. 16. *Ἄρμαῖον — Ἄμασιν*] Hic *Ἄμμωσιν* et *Μάρωνα* non inviti recipimus. Amasi enim ultimo regum Aegyptiorum nec ab Herodoto nec a Diodoro pyramis assignatur. Cumque hunc solum inter Aegypti reges illos Amasidis nomen habuisse, ratione bona H. Stephanus doceat, *Ἄμμωσιν* hic interim ex mar-gine assumimus, dum certius quiddam offeratur. Quamquam nec in Ammosis supra adducti historia pyramidis mentio fiat. Porro an Maro hic idem sit, qui superior Marus vel Baro, aut etiam Phero, disquirendum restat. Rhod. *Armain* regem, sic enim scripti libri, non Amasin, in sphinge, quae prope pyramides, Plinius XXXVI. 12. conditum ait, estque *Armais*, *Armaeus*, Sesostris frater, ut ante dictum, ex Manethone apud Syncellum p. 155. Qui sequitur *Amasis*, eius ego nomen retineo, tum propter ea, quae ad cap. 60. disputavi, tum ob Lucanum IX. 155.

Non mihi pyramidum tumulis avulsus Amasis,
Atque alii reges Nilo torrente natabunt?

Neque enim haec ad eum Amasin, qui Apriae successit, referri possunt, alibi sepultum apud Herodot. III. 10. De *Inarone* viris doctis non obloquar, quamquam fieri potuit, ut in tanta regum Aegyptiorum multitudine, hoc quis nomine insignis fuerit. Ha-bemus alium infra XI. 71. Wess.

75. 17. *Ἰναρῶν*] Recte, quod ad accentum, libri meliores, qui *Ἰνδρῶν*. Choeroboscus in Bekkeri Anecd. p. 1197. *εἰσὶ δὲ καὶ Περσικὰ ὀνόματα καὶ Αἰγύπτια εἰς ως λήγοντα, ἅτινα τὴν αὐτὴν κλίσιν ἐπιδέχονται τοῖς εἰς ως Ἀττικοῖς· εἰ (l. οὐ) μέντοι προπαροξύνονται κατὰ τὴν εὐθεῖαν, ὥσπερ οὐδὲ ἐν ταῖς ἄλλαις πτώσεσιν. ἔστι γὰρ Ἰναρῶς ὄνομα βασιλέως — καὶ ἰστέον ὅτι τινὲς μὲν ὀξύνουσιν αὐτά, τινὲς δὲ περισπῶσιν.*

75. 18. *Ῥοδώπιδος τάφον*] Negat Herodotus II. 134. ipsoque opere et Rhodopidis aetate falsi coarguit: tamen Strabo XVII. p. 1161. et Plinius XXXVI. 12. pro vero putant: quam discordiam, duae si fuerint, sed diversae aetate, Rhodopides, quarum altera et vetustior ad reginae Aegypti fortunam escenderit, altera amatorem habuerit Charaxum, Sapphus fratrem, tolli fortasse posse, haud male in Aelian. XIII. V.H. 33. Iac. Perizon. censuit. Wess.

75. 22. *Μετὰ δὲ τοὺς προειρημένους*] Mycerino Herodot. II. 136. successorem dat Asychin, qui nisi sit Tnephachthus Bocchoridis pater, de quo c. 45., ipse Bocchoris est. Wess.

75. 24. *Ἀγχινοίᾳ καὶ φρονήσει* etc.] Suspicor voces *καὶ φρονήσει* ex Grammatici interpretatione hanc sedem occupasse; id suadent scripti Codd. et Diodori consuetudo, qua *ἀγχινοία* est sollertia et animi insignis prudentia, ut I. 8. II. 38. XV. 33. Nec sustuli tamen, quod alii binas has voces distinguant, quos inter principe loco Aristoteles Ethic. Nicomach. VI. 9. 10. Bocchoridem inf. 94. *σοφὸν καὶ πανουργίᾳ διαφέροντα* sapientia et versutia excelluisse ait, ubi plura. Wess.

75. 25. *Πολλοῖς δὲ ὕστερον* etc.] Male Aegyptii illi, qui Diodoro huius rei auctores fuerunt. Sabacon Bocchoridem victum cepit et vivum dein exussit. Vide Syncelli Chronogr. p. 74. et 184. Wess.

75. 29. *Προστίμων ἄραι τὸ μέγιστον*] Quod ex Mutinensi Cod. restitui, coniectura assecuti fuerunt Ios. Scaliger et Is. Vossius. Simili peccato XI. 65. ubi *πάλαι μὲν ἔσπευδον ἄραι τὴν πόλιν*, in Coislin. *ἀρετὴν* scripserunt. Sunt autem *τὰ πρόστιμα τῶν νομίμων* poenae legibus statutae, ut mox et cap. 92. XIII. 91.; quas inter maxima utique est capitalis, unde *τὸν θάνατον πρόστιμον τεθείκασι*, aut *θάνατος ἔσται πρόστιμον* V. 34. XI. 8. etc. Wess.

75. 32. *Χώματα κατεσκεύαζεν*] Uberius et distinctius haec Herodot. II. 137. Wess.

75. 40. *Τὸν ἐν Θήβαις θεὸν*] Vid. supr. 57. Wess.

75. 41. *Μακαρίως καὶ εὐτυχῶς*] Posterius Glossatoris est; qui adeo puer est et vere *νήπια εἰδὼς*, ut contra auxeseos rhetoricae normam, inverso naturae ordine, a summis ad infima, ab emphaticis ad minus significantia gradum faciat. Sed pueris forte minus usitata et specialia per communia et generalia explicare in margine voluit: quae per librariorum postea incuriam vel temeritatem in medium contextum translata fuerint. Quae animadversio in caeteris id genus *παρεμπλοκαῖς* ubique locum habeat. Rhod.

76. 43. *Μετὰ τῆς θεραπείας*] Bene de *satellitibus* Rhodom. accepit, ut infra XX. 11. 17. alioqui servitia indicat, unde *θεραπείας ὄχλος* Philon. Iud. I. Vit. M. p. 625. B. Herodot. V. 21. VII. 55. etc. Wess.

76. 48. *Ἀνπῶν τὸν κύριον*] Rarum hoc apud alios de Deo simpliciter positum, sed V. et N. T. scriptoribus frequentissimum. Atque haud scio, an Io. Spencerus, cum in caussas inquireret, cur Deus O. M. regis dominique titulos admiserit Dissert. de Theocrat. c. 5. p. 344. hoc, si in mundo illi fuisset, praeteriisset. WESS. Aliena haec ab hoc loco, ubi *τὸν κύριον* intelligendum *τὸν τοῦ ζῆν κύριον*.

76. 52. *Ἀναρχίας δὲ γενομένης*] Herodotus Anysin regem, Sabacone in Aethiopiam reverso, regnum reciperasse, tum Sethonem, Vulcani sacerdotem, regem fuisse, eo vero defuncto XII reges constitutos, et multo sane rectius tradit II. 140. 141. 147. WESS.

76. 57. *Ἐπ' ἔτη πεντεκαίδεκα*] Noli ita accipere, ac si finitis XV annis sepulcrum struere adgressi fuerint: falsum id foret. Regnarunt adfinitatibus iuncti communibus auspiciis sepulcrumque sibi excitarunt: sed cum XV fere annos regnando absumpserant, ut mox dicet, Aegyptus sub unius Psammetichi imperium et ditionem redacta est. WESS.

76. 64. *Ἑνταφέντων*] Hoc praefero ob Philon. Iud. migr. Abr. p. 390. E. et supr. c. 64. WESS.

76. 67. *Τὸν εἰς τὴν Μοίριδος*] Conf. supr. c. 52. WESS.

76. 68. *Τάφον ἐκ τῶν καλλίστων*] Herodotus labyrinthum, ipsis pyramidibus excellentius opus, his auctoribus tribuit II. 148., eiusque vestigia legens Mela, ut supra c. 61. ostendimus. WESS.

76. 74. *Φάτναις τισὶ διαγεγλυμμένη*] Hoc probo. *καὶ ξέσμασι* Scholion est ineptum: quid enim ad hunc locum *ramenta ξέσματα*? Sunt *φάτναι* lacunarium, ad praesepis formam fabricatorum, genus, *φατνώματα* Polybio X. 24. Iosepho VIII. A. I. 3. 2. Retulit et huc Is. Casaubon. *φάτνας ἀργυρᾶς* Turditanorum apud Strabon. III. p. 224., haud scio an iniuria: sed de illis ad V. 35. Vide interea Cl. Salmas. in Fl. Vopisci Aurelian. 46. et P. Horrei Miscellan. Critic. c. 19. WESS.

77. 86. *Ψαμμήτιχος*] Etsi Herodoto, quamquam non constanter, sit *Ψαμμίτιχος*, hoc praetuli ob scriptos Codd., et quod Mela, Plinius, Aelianus, cuius tamen manu exarati libri variant, Polyaenus et alii id probent. WESS.

77. 90. *Ἀνοτελῶς διατιθέμενος*] Proprie *διατίθεσθαι* merces est *venum exponere* atque ex consequenti ratione *vendere*: Herodot. I. 194. *ἐπεὰν καὶ διαθέωνται τὸν φόρτον*. Demosthen. c. Phaenip. p. 599. *καὶ τοῦτον τριπλασίας τιμῆς ἢ πρότερον διατιθέμενοι*. Appian. V. B. C. p. 1079. *κομίζουσι μὲν ἐκ Περσῶν τὰ Ἰνδικὰ ἢ Ἀράβια, διατίθενται δ' ἐν τῇ Ῥωμαίων*. Sed desino. Noli tamen negligere Schol. in Demosthen. Olynth. II. p. 14. et Is. Casaub. in Strabon. I. p. 17. WESS.

77. 94. *Ἔνιοι τῶν ἀρχαίων*] Herodotum signat II. 151., qui rectius tamen *ἕνδεκα φιάλας χρυσέας undecim aureas phialas* sacerdotem attulisse ait. Wess.

77. 2. *Ὑπειδομένους οὖν*] De suspicione, etsi negligentius vulgo habitum, hoc non infrequens est. Polyb. II. 7. *τὴν κοινὴν περὶ Γαλατῶν φήμην ὑπειδόμενος communem de Gallis famam suspectans.* Philo Iud. Quis Rer. D. Her. p. 527. C. *ὁ δὲ ὑπειδόμενος οὐδέν.* Et Ioseph. XIV. A. I. 11. 6. 13. 4. 15. 7. Wess. Scribendum ubique *ὑπιδόμενος.* Nam Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 167. 1. quod *προείδω* finxit, hoc eius de *αφήλω* verbo p. 171. et *εἰ* particula p. 144. praeceptis dignum est.

77. 4. *Ἐν τοῖς ἕλεσι*] *Elearchiam* ab his paludibus, de quibus ad Hieroclis Synecdem. p. 726. abunde, serior aetas appellavit. Wess.

77. 6. *Ἔκ τε τῆς Ἀραβίας*] Mallem cum Reg. et Coisl. *ἔκ τε τῆς Ἰωνίας καὶ Καρίας.* Ionum enim et Carum, quos sibi adiunxerat Herodot. II. 152. meminit: forte tamen alios habuit auctores Diodorus. Wess.

77. 8. *Μώμεμφιν*] Quaedam exemplaria non *Μώμεμφιν* habent, sed *μὲν Μέμφιν*, cuiusmodi error ostensus est proxime praecedente annotatione. Itidem vero apud Herodotum lib. II. *Μέμφις* perperam positum pro *Μώμεμφις.* Steph. Polyaen. VII. Stratag. 3. Psammetichum de rege Tementhe prope *Memphin* victoriam reportasse tradit; quae diversa et hac posterior fuisse videtur. *Momemphis* non longe aberat a lacu Maria, sedibusque illis, in quas conpulsus fuerat Psammetichus: saepe quoque a Memphi loco deiecta est in vetustis Codd., uti apud Herodot. II. 163. et 169., restituta tamen feliciter a Iac. Gronovio, quamquam observationis H. Stephani, paullo ante exscriptae, non recordato, ad Ethnicogr. *Μώμεμφις.* Wess.

77. 13. *Τῷ μὲν ἐν Μέμφει θεῷ*] Hic omnes nostri codices habent *προσπύλαιον*, non *προπύλαιον*, quanvis antea in quodam p. 33. loco scriptum habeant *προπύλαια*, et p. 61. *πρόπυλον.* Herodotus quoque tractans eandem historiam *προπύλαια* vocat. Ex quo etiam patet hunc Memphiticum deum non alium esse quam Vulcanum: adeo ut quod pag. 61. dicit Diodorus *πρόπυλον ἐν Μέμφει τοῦ Ἡφαίστου*, idem esse putandum sit quod hic ait *τῷ ἐν Μέμφει θεῷ προσπύλαιον.* Templi autem Vulcani meminit antea Diodorus p. 13. et 16. *τέμενος* appellans: p. autem 33. *ἱερόν.* Steph. et Rhod. *Προπύλαιον*] Restitui Diodoro, quod reliquerat. Herodot. paullo aliter II. 153. *ἐποίησε τῷ Ἡφαίστῳ προπύλαια ἐν Μέμφι, τὰ πρὸς νότον ἄνεμον τετραμμένα.* Wess.

77. 17. *Καὶ τοῖς καλουμένοις στρατοπέδοις*] Accusandi casum, quem margo habet, praeferendum existimavi, ut versio indicat. Rhod. *Καὶ τὰ καλούμενα στρατόπεδα*] Et haec suam

in sedem revocavi, Codd. veterum et Herodoti II. 154. auctoritate motus. Wess.

77. 21. *Κατώκισεν εἰς Μέμφιν*] Eadem Herodotus. Addit Polyaenus, a Caribus his partem civitatis Memphis *Καρομεμφῖται* appellari VII. Stratag. 3. Wess.

77. 24. *Στρατεύσαντος δ' εἰς Συρίαν*] Forte ea expeditione, qua Azotum obsidere ingressus est apud Herodot. II. 157.; quamquam is cap. 30. longe aliam huius discessionis caussam adfert, non multum dissentiente Plutarch. T. II. p. 601, E. Nec Diodori tamen narratio a vero prorsus abludit: Herodotus enim transfugas hos patrio sermone *Ascham* et Graece *τοὺς ἐξ ἀριστερῆς χειρὸς παριστα μένους βασιλεῖ* sive *a sinistra regi adsistentes* appellari auctor est; cuius appellationis ea videtur esse caussa, quam Diodorus praefert. Wess.

78. 39. *Τοῖς κοντοῖς τὰς ἀσπίδας πατάξαντες*] Ammian. XV, 8. *cum hastis clypei feriuntur, irae documentum est et doloris.* Quare de Macedonibus, quum ad eos parum grata Nearchus perorasset, *nulli placebat oratio; itaque suo more hastis scuta quatientes obstrepere perseverabant* in Curtii X. 6. cum Cellar. nota. Alioqui ut aut alacritatem suam aut hostibus formidinem ostentarent, hastis scuta quatere solebant, quod Aeliano VIII. H. A. 10. *πρὸς τὰς ἀσπίδας τὰ δοράτια ἀράττειν*, Arriano I. E. A. 6. *τοῖς δόραισι δουπῆσαι πρὸς τὰς ἀσπίδας*, ubi plura Iac. Gronov. Wess.

78. 46. *Τῆς Αἰθιοπίας τὴν κρατίστην*] Insulam supra Meroën Strabo XVII. p. 1134. B., Plinius VI. N. H. 30. et ante eum Herodot. II. 30. plura Aethiopiae loca insedisse adfirmat. Wess.

78. 52. *Τοὺς ἐθελοντέως ἀποδημοῦντας*] Hoc praefero. S. Lucas Evang. XV. 13. *καὶ ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακράν.* Novi *τοὺς ἐπιδημήσαντας τῶν Ἑλλήνων* ex Demosth. Midian. p. 378. et eius generis alios. Sed tum oportuerat *ἐν τῇ Αἰγύπτῳ*, nisi enallagen praepositionis admittas, ut XIII. 12. XIX. 117. Multum quoque haud absum ab *ἐθελοντὶ*, quod in Codd. quibusdam, probando ob XVI. 42. XVIII. 53. Wess.

78. 56. *Τὰ κατὰ τὴν ἄλλην* etc.] Si Herodotum audis, sola olim Naucratis Aegypti emporium erat, ad quod peregre advenientes adplicare debebant II. 179. Wess.

78. 60. *Ἡ περὶ τὸν Βούσιριν*] In Graecorum fabulis nihil eius crudelitate inmanius, quam Polycrates tamen, orator ineptus, in ipsa Busiridis Apologia haud parum adauxit, solitum *κατεσθίειν τοὺς ἀνθρώπους, homines devorare*, perhibens, merito propterea notatus ab Isocrate in Busir. p. 325. Natas autem has esse fabulas inter Graecos, quod Aegyptii olim suam in regionem delatos aut non admitterent aut durius haberent, et Strabo

agnoscit XVII. p. 1142. A., nullum unquam hoc nomine regem fuisse p. 1154. B. adfirmans. Conf. infra c. 88. Wess.

78. 65. *Ὕστερον τέτταρσι γενεαῖς*] Inter Psammetichum et Aprien reges sunt Necus et Psammis apud Herodot. II. 158. 159. et Syncellum p. 75.; quare ut quatuor hae generationes expleantur, in censum Psammetichus et Apries venire debent; quod genus loquendi haud insolens est: Aeschyl. Prometh. Vinct. 852. de Epapho et Danai filiabus, *πέμπτη δ' ἀπ' αὐτοῦ γέννα πεντηκοντόπαις Πάλιν πρὸς Ἄργος οὐχ' ἑκοῦσ' ἐλεύσεται Θηλύσπορος*. quo loco praeter Libyen, Belum et Danaum ipse Epaphus et Danaides, ut quinque generationum ratio constet, in summam addendi sunt. Wess.

78. 66. *Ἔτη δυοὶ πλείω τῶν εἴκοσι*] XXV annos ex Herodoti sententia Aegyptum summa felicitate administravit II. 161.; Syncellum si audias Chronogr. p. 75. annos XIX, at p. 210. annos XXXIV; ut adeo vix certi aliquid in hoc dissensu constitui possit. Id quidem certe mihi liquet, etsi in alia omnia abeat Io. Marsham. Chron. Can. p. 581., Aprien hunc non alium esse ac Pharaonem Hophram, ex sacris nostris notissimum. Vid. Iac. Perizon. Orig. Aegypt. c. 24. Wess.

79. 73. *Ἐπὶ Κυρήνην*] Cyrenensium res providentia regis Batti, cui Felici nomen, erant prosperrimae, multique adeo Graeci in Africam commeabant, quo fiebat, ut finitimi Afri, magna agrorum parte spoliati, ultro se in fidem et clientelam Apriae traderent; quae belli huius origo apud Herodotum IV. 159. Wess.

79. 78. *Ἀπὸ ἐμφανὴς*] Hellanico *ἰδιώτης καὶ τῶν τυχόντων κατὰ τὸ πρῶτον* in Athen. XV. p. 680.; quae his Diodori, quantumvis et Herodot. II. 172. plebeium et obscura ortum familia tradat, nihil pugnabunt; modo Partamidis, sic Aprien Hellanicus appellat, favore et rerum gestarum gloria deinceps illustrem esse factum observes. Wess.

79. 86. *Περὶ τὴν Μαρίαν κώμην*] Herodotus ad Momemphin pugnatum fuisse ait II. 163. 169.; quae haud longe lacu *Maria*, ut dictum supra est, distabat. *Μαρία* palus est in Aelian. VI. H. A. 32. et Aristid. T. III. p. 591., cui quod urbs accubaret, idem sortita nomen est, postea increscentis Alexandriae vicinia in vicum conversa apud Athen. I. 25. Wess.

79. 88. *Καὶ στραγγαληθεὶς*] Longe alia de Apriae seu Pharaonis Hophrae interitu Ieremias XLIV. 30. XLVI. 26. et Ezechiel XXIX. 4. 5.; quorum certissimis vaticiniis haec Diodori et haud dissimilia Herodoti II. 169. quo modo consentire queant, egregie docuit Iac. Perizon. Or. Aegypt. c. 24. Wess.

79. 93. *Ἔτη πέντε πρὸς τοῖς* etc.] Amasidi Herodotus III. 10. annos XLIV dat, nec plures Africanus in Syncelli Chronogr. p. 75.; quos et veriores arbitratur idem Iac. Perizon., res gestas

eius cum S. Prophetarum vaticiniis diligenter conponens. Aegyptiorum certe quidem sacerdotes nimio patriae suae studio multa in his rebus dissimularunt, praecipue eas calamitates, quibus post Apriae necem a victore Nabuchodonosore fuerant gravissime pressi. Conf. et Camp. Vitringae comment. in Esai. XIX. p. 533. Wess.

79. 96. *Ἡ δὲ Ὀλυμπιὰς*] Omnia parenthesi inclusa, quia suppositicia sint, vix dubitare fas est. Steph. Tota haec parenthesis, ut aliena ineptaque, posteriore etiam sui parte falsa, ad caeteras Glossatoris nugas remittatur: nos versione indignam iudicavimus. Rhod. *Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα*] Sic, inducta grammatici notatione, quae Illustri Scaligero nullo suo merito se probaverat in Eusebii Chron. ɔɔcccclxvii., Diodori orationem refingere placuit. Wess.

79. 4. *Νῦν διέξιμεν*] Conf. supra c. 42. Wess.

79. 7. *Ἀποδοχῆς ἔτυχεν*] Hoc quidem genere, cum de laude atque approbatione agitur, nihil his in libris frequentius est: nam et cap. superiore *μεγάλης ἐτύγχανεν ἀποδοχῆς* et III. 63. IV. 3. V. 60. etc. eius usus est, Polybii fortasse studio et aemulatione, cui longe tritissimum esse egregie docuit Georg. Raphelius 1. Timoth. I. 15.; habet et Iosephus, sed prave nunc VIII. A. I. 2. 8. *ἀλλὰ μηδεμιᾶς ὑποδοχῆς τυγχάνειν παραιτούμενος*, melius scripti Codd. *ἀποδοχῆς*. Wess.

79. 9. *Εἰς Αἴγυπτον παραβαλεῖν*] Si quid scriptoris consuetudini et veterum Codd. auctoritati, ut multum profecto debet, tribuendum est, hoc maluit. Vid. supra c. 12. Nec alia de caussa paullo post *δυσεπιβάτου* recepi; non quod alterum pravum et orationi parum concinens videretur; tuetur enim sedem suam c. 67., sed quod libri antiquae fidei addicerent atque id praeferrent, sicuti et XVII. 82. Wess.

80. 14. *Ὁμήρου*] Conf. sup. c. 23. et c. 12. de Homero. De Solone et Pythagora infra c. 98. Wess.

80. 18. *Τῶν γραμμάτων εὑρέσεων*] Vide cap. 16. et 50. Wess.

80. 22. *Πλείω τῶν ἑπτακοσίων* etc.] Haec illis pugnant, quae cap. 44. de regni Aegyptii continuata in plures saeculorum decursus serie commentatus est; nimisque angustus annorum est numerus regibus plusquam ccccLxx et toti Aegyptiorum Chronologiae. Bene Iac. Perizonius, *Videtur*, inquit, *locus hic esse corruptus, et certe adiecta versio ab Graecis verbis recedit. Verba sunt, τὸ τῆς Αἰγύπτου πλείω τῶν ἑπτακοσίων καὶ τετρακισχιλίων βασιλεῦσαι τοὺς πλείους ἐγγενεῖς. Vertitur*, quod ultra quater mille et septingentos reges indigenae Aegyptum gubernarint, *ubi vocem ἐτῶν*, annorum, *plane neglectam et omissam videmus. Mallem et ego eam in Graecis omittere, ac porro legere, τὸ τῆς Αἰγύπτου πλείους τῶν ἑβδομήκοντα καὶ*

τετρακοσίων, καὶ τούτους ἐγγενεῖς, gubernasse Aegyptum plusquam CCCCLXX reges, eosque indigenas. *Sic certe cum altero Diodori loco cap.* 44. *hic ipse sic satis congrueret. Sed tamen, quum tam incerta sit et dissona Aegyptiorum Chronologia, mutare nihil absque MStorum ope ausim*, Origin. Aegypti. cap. 11. p. 206. Wess. Nulla hic repugnantia. Dixerat Diodorus l. c. 44. homines usque ad Ol. 180. Aegypto imperasse ἔτη βραχὺ λείποντα τῶν πεντακισχιλίων, quorum annorum 36 annos Aethiopes, 130 Persas, 276 Macedones regnum occupasse. Hoc autem loco quum Αἰγύπτου πλείω τῶν ἑπτακοσίων καὶ τετρακισχιλίων ἐτῶν βασιλεῦσαι τοὺς πλείους ἐγγενεῖς dicit, tempus illud ex quo Macedones continuum imperium tenebant detraxit. Exinde enim indigenae reges, qui sub Persis Aethiopibusque imperium nonnunquam recuperaverant, penitus sunt aboliti. Infra c. 95. ἐν δὲ τοῖς ὕστερον χρόνοις πολλὰ τῶν καλῶς ἔχειν δοκούντων νομίμων φασὶ κινηθῆναι, Μακεδόνων ἐπικρατησάντων καὶ καταλυσάντων εἰς τέλος τὴν βασιλείαν τῶν ἐγχωρίων.

80. 29. *Καὶ συνεγράψαντο*] In quibusdam tantum exemplaribus sunt haec verba καὶ συνεγράψαντο, ut apposita illis nota declarat. In nullo certe esse deberent, utpote suppositicia. Nam quorsum Diodorus post ἐσχεδιάκασι verba illa subiunxisset? perinde est enim ac si dixisset ἐψεύσαντο καὶ συνεγράψαντο. Nam σχεδιάζειν, ut ab aliis, sic et ab eo accipitur interdum pro ψεύδεσθαι, *mentiri*, *confingere*, *comminisci*, verbi gratia, pag. 25. περιφανῶς ὁ συγγραφεὺς σχεδιάζων εὑρίσκεται. ubi ὁ συγγραφεὺς est itidem Herodotus. Sic et in extrema pag. 13. τοὺς δὲ λέγοντας ἐν Θήβαις τῆς Βοιωτίας γεγονέναι τὸν θεὸν ἐκ Σεμέλης καὶ Διὸς, φασὶ σχεδιάζειν. Sed his in locis absolute ponitur et ἀμεταβάτως verbum σχεδιάζειν: at in loco de quo agitur accusativum habet. Fortasse autem haec verba e scholio manarunt, sed depravato; siquidem credibile est aliquem ἐσχεδιάκασι exposuisse, ψευδῶς συνεγράψαντο: quorum deinde verborum unum in contextum irrepserit, altero per incuriam omisso. Steph. Ἐσχεδιάκασι καὶ συνεγράψαντο] Scholiastes per posterius explicare voluit prius; sed quam recte, iudicent illi, qui quo significatu auctor τὸ σχεδιάζειν usurpet, recte intellexerint. Mendi igitur huius labes eluatur. Rhod. Ἐσχεδιάκασιν, ἐκουσίως etc.] Vid. supra c. 23. Haud praeter verum de hoc hominum genere Seneca, *quidam incredibilium relatu commendationem parant, et lectorem aliud aeturum, si per quotidiana duceretur, miraculo excitant: quidam creduli, quidam negligentes sunt, quibusdam mendacium obrepit, quibusdam placet. Illi non evitant, hi appetunt. Et hoc commune de tota natione, quae approbari opus suum, et fieri populare non putet posse, nisi illud mendacio adspersit.* Q. Natur. VII. 16. Wess.

80. 32. Ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς] Conf. supra c. 44. Wess.

80. 36. *Καὶ πάντα πράττουσι* etc.] Sic quidem Diodori aetate plerisque in regnis, et olim apud Persas, quorum *αὐτοκρατὴς βασιλεία καὶ ἀνυπεύθυνος* in Plutarchi T. II. p. 826. F. Secus olim inter Graecos, ubi reges *ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι certis honoribus et conditionibus* constituebantur, ut est in Thucydide I. 13., nec omnia ex arbitrii voluntate poterant. Quamobrem et Demophon in Euripid. Heraclid. 424. *Οὐ γὰρ τυραννίδ' ὥστε βαρβάρων ἔχω, Ἀλλ' ἢν δίκαια δρῶ, δίκαια πείσομαι. Non enim*, inquit, *tyrannidem ut barbarorum obtineo; sed iusta si fecero, iusta patiar;* quod et reapse expertus est, caussam caedis dicere coactus in foro, quod Palladium, *ἐπὶ παλλαδίῳ*, vocant apud Pausan. I. 28. p. 69. Neque Athenis id tantum valebat, sed et Argivorum, quorum in Graecia antiquissimum regnum, moribus: quo spectant quae rex eius populi in Aeschyli Supplic. 383. et 404. ait, et quae Pausan. II. 19. Immo *βασιλεὺς* praecipuo quodam usu rex est legitimus liberaeque civitatis, seu qui secundum patriae leges et constituitur et imperat, ut erudite docuit Iac. Perizon. in Aelian. II. V. H. 20. Wess.

80. 37. *Ἀλλ' ἦν ἅπαντα τεταγμένα* etc.] Perstringit has leges et ab inpostoribus Aegyptiis Diodoro obtrusas arbitratur Iac. Capellus Hist. Exot. A. M. 1931.; neque enim Chembem, Cephren et ceteros ingenii violentioris reges illis paruisse videri; esse praeterea vero parum similes. Contra quem tametsi aperte venire nolim, ea tamen, quae olim in Hispania a regibus et in Germania ab Imperatoribus sponte observata novimus, talia videntur, ut plerisque harum legum patrocinium parent. Tu vide Ioach. Frid. Felleri Monum. inedita p. 227. Sunt praeterea in his legibus, quae gentis superstitioni originem debent; eo certe pertinere videntur, quae de regis cum uxore consuetudine brevi post memorantur, et a Schol. Ptolemaei in Tetrabibl. p. 88. explicita sunt. Wess.

80. 41. *Ἀλλὰ τῶν ἐπιφανεστάτων ἱερέων υἱοὶ*] *Mos* etiam *erat principibus Macedonum adultos liberos regibus tradere, ad munia haud multum servilibus ministeriis abhorrentia*, Curtio VIII. 6. teste; qui tamen mos a Philippo demum institutus est, si Aelian. XIV. V. H. 49. audimus. Id negligi haud oportet, Aegyptios sibi reges constituisse aut ex bellicosis, *ἐκ τῶν μαχίμων*, aut sacerdotibus; et illos quidem statim disciplinae sacerdotum se tradidisse, ut sacrorum et omnis philosophiae notitia inbuerentur, Plutarcho Isid. et Osir. T. II. p. 354. B. auctore: nefas enim principi erat sine sacrorum scientia regni gubernaculum tractare, *περὶ μὲν Αἴγυπτον οὐδ' ἔξεστι βασιλέα χωρὶς ἱερατικῆς ἄρχειν*, Plato Politic. p. 290. D. Wess.

81. 50. *Ἐκ τῶν νόμων*] Rectius *ἐν τοῖς νόμοις*, quod in margine extensum fuit. Rhod. Non subscribo viri docti sententiae; paullo quidem planius alterum illud est, nec melius propterea.

Ἡ ἐκ τῶν νόμων ταλαιπωρία Aeliano XIII. V. H. 38. aerumnae sunt, quas ex legum praescriptis Spartani sustinebant. *Τάξις ἡ ἐκ τῶν νόμων ὡρισμένη* legibus definita inf. c. 74. *Τὸ ποιηθὲν ἐκ Ψαμμητίχου* factum Psammetichi Herodot. II. 151.; quo modo saepe ille. Conf. Georg. Raphelium in Ioan. III. 25. Wess.

81. 54. *Χρηματίζειν καὶ πράττειν*] Haud iniuria metuo, ne non *καὶ πράττειν* ex Scholio hanc sedem occuparit; iuvat suspicionem Cod. Reg., et scriptoris mos, quo *χρηματίζειν* de responsis rerumque actu usurpat, ut c. 69. XVII. 113. Athen. XII. p. 539. *ἐφ' οὗ καθήμενος ἐχρημάτιζεν ὁ Ἀλέξανδρος.* et p. 542. *ἐν ᾧ χρηματίζειν Ἴερωνα τὸν βασιλέα.* Passus tamen sum, ut locum tueretur, ne calumniandi foret occasio. Wess. *Καὶ πράττειν* Ursinus ex Scholio venisse censet, meam suspicionem adfirmans. Idem in Add.

81. 58. *Πλησίον τοῦ ἱερείου*] Marginalis nota offert duo *ἱερέως* et *ἡγεμόνος*, posterius eligo. Nec parum ad rem conferre arbitror, si ante *περιεστῶτος τὸ μετά* restituatur, ut populus solennes pontificis sui preces secutus voce sua intelligatur. Rhod. *Πλησίον τοῦ βασιλέως*] Sine controversia in editis vitium est: quod sequor e melioribus Codd. depromptum est. Diceres omnia haec ad *cantorem τὸν ᾠδὸν* pertinere, qui in sollemni Aegyptiorum pompa duos gestabat libros, quorum alter *ὕμνους τῶν θεῶν* Deorum hymnos, alter *ἐκλογισμὸν βασιλικοῦ βίου* ordinem et rationem regiae vitae complectebatur, apud Clement. Alex. VI. Stromat. p. 757., nisi Diodori auctoritas summum sacerdotem postularet: praecerat is sacris et sacerdotum collegio, Herodot. II. 37., idemque erat ac *Propheta*, summae in Aegypto dignitatis. Vid. H. Vales. in Euseb. IV. H. E. 8. Wess.

81. 67. *Μεταδοτικὸς τῶν ἀγαθῶν*] In principe *τὸ εὐποιητικὸν καὶ τὸ εὐμετάδοτον* maxime commendabile est, quod propterea laudi sibi tribuit Imp. Antoninus I. 4. et 14.; nec minus in Christianis, in quibus, lautiore si conditione sint, S. Paullus eandem virtutem desiderat 1. Timoth. VI. 18.; ubi Io. Pricaeus Diodori non quidem oblitus est, sed nimis anguste de *commeatu ventris* interpretatur. Wess.

81. 75. *Τὴν τιμωρίαν ἀποσκήπτων*] Valde quidem blanditur scriptura Codd. eorum, qui *ἀξιῶν ἀποσκῆψαι.* nec muto tamen. Sacerdos poenam precibus in scelerum administros et doctores derivabat: haud multo aliter XIII. 102. *τὴν ὀργὴν ἀπέσκηψεν εἰς ἄνδρας οὐ τιμωρίας ἀλλ' ἐπαίνων ἀξίους.* et Dionys. VI. A. R. p. 383. *εἰς αὐτοὺς μόνους ἀποσκήψαντες τοὺς αἰτίους τὴν ὀργήν.* Wess.

81. 80. *Ἱεροσκοπησαμένου μόσχῳ*] Exterminandus ad corvos abortivus et putris ille vitulus. Rhod. Adsentirer viro doctissimo, si Codd. plerique omnes delerent; nunc, etsi suspectum,

servare malo. Aegyptii *μόσχοις vitulis* in sacris utebantur, eratque pars haud postrema scientiae sacerdotalis *μοσχοσφραγιστικὴ*, de qua Herodot. II. 38. *Μοσχοσφραγιστὰς*, sive sacerdotes signandis certo ritu vitulis destinatos, habet Porphyr. IV. Abstin. c. 7., scripta quoque *μοσχοσφραγιστικὰ*, sic enim recte corrigit Io. Marsham. Canon. Chronol. p. 242. Clemens Alexandr. VI. Strom. p. 758. Wess.

82. 81. *Ὁ μὲν ἱερογραμματεὺς*] Conf. supr. c. 16. Wess.

82. 91. *Κρέα μόσχεια καὶ χηνῶν*] Mirum videri possit *κρέα χηνῶν* inter *ἁπλᾶς τροφὰς* hic a Diodoro censeri, quum pag. 53. inter *πολυτελεστάτας* enumeret: atque adeo Xenophon Cyrum iuniorem anseres semesos amicis e mensa sua solitum missitare memoriae prodiderit. Unde et prima fronte lectio altera *ἁπαλαῖς*, (quae tamen in uno duntaxat habetur exemplari) non immerito alicui magis placuerit. Sedenim si *ἁπαλαῖς* scribamus, quorum Diodorus *λιτότητα* vult describere, iis contra *τρυφὴν* tribuere comperietur. Quomodo igitur ipsum sibi Diodorum constare dicemus? Respondebo quod mihi occurrit in praesentia, idque *ἐπέχων*. Existimo Diodorum hic, ubi anserinas carnes inter *ἁπλᾶς τροφὰς* enumerat, loqui de anseribus *ἁπλῶς* (ut ita dicam) nutritis. at quum numero *τροφῶν πολυτελεστάτων* adscribit, anseres altiles intelligere, id est *χῆνας σιτευτούς*. Athenaeus lib. 9. c. 8. *Θεόπομπος μὲν ἔφη Ἀγησιλάῳ τῷ Λάκωνι εἰς Αἴγυπτον ἀφικομένῳ πέμψαι τοὺς Αἰγυπτίους χῆνας καὶ μόσχους σιτευτούς*. Ac ne quis dubitet an adiectivum *σιτευτοὺς* tam cum *χῆνας* quam cum *μόσχους* Athenaeus iungere voluerit, ipse ibidem aliorum authorum *περὶ χηνὸς σιτευτοῦ* verba profert. Sed et Polyaenus lib. *στρατηγημάτων* quarto c. 3. 32. apparatum coenae pariter ac prandii regis Persarum describens, inter caetera ponit *χῆνες σιτευτοὶ τετρακόσιοι, τρυγόνες τριακόσιαι, ὀρνίθια παντοδαπὰ μικρὰ ἑξακόσια*. Apud eundem vero Athenaeum et *χηνίων* fit mentio lib. 14. cap. ult. ibi enim haec Menippi Cynici verba citantur, *καὶ εὐθέως περιεφέρετο περδίκια ὀλίγα καὶ χηνία ὀπτὰ, καὶ τρυφὴ πλακούντων*. Polyaenus autem *νεοσσοὺς χηνῶν* appellat. Nam post ea quae modo ex illo protuli verba subiungit, *ἔριφοι τριακόσιοι, νεοσσοὶ χηνῶν ἑκατὸν, δορκάδες τριάκοντα*. Meminit autem Athenaeus et iecoris anserini, de quo et Plinius lib. 10. cap. 22. scribit. Ubi quod ait fartilibus in magnam amplitudinem crescere, verum esse comperi quum Venetiis agerem. Vidi enim ibi iecora saginatorum a Iudaeis anserum (hanc enim illi praecipue et callent et factitant ibi artem) tam ampla, ut quod unius anseris iecur esset, trium minimum esse videretur; id est, tria esse iecora in unum (si hoc fieri posset) conflata. Caeterum notandum est, ut in illo Athenaei qui prior citatus est loco *μόσχοι* et *χῆνες σιτευτοὶ* coniunguntur, ubi ab Aegyptiis dono missi dicuntur Agesilao, quum in Aegyptum advenisset: (missos autem fuisse ut

delicatos cibos verosimile est) ita hic a Diodoro *κρέα μόσχεια* et *κρέα χηνῶν* copulari (sed non *σιτευτῶν*) et inter *τροφὰς ἁπλᾶς* annumerari. Fit autem et in Evang. mentio vituli saginati Luc. XV. 23. *καὶ ἐνέγκαντες τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν.* et paulo post, *καὶ ἔθυσεν ὁ πατήρ σου τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν.* STEPH. Nimis aestuare mihi videtur H. Steph.; neque enim pugnat simplicem aliquem esse victum et tamen pretiosum: quamquam pretio ingenti anseres in Aegypto venum ivisse nondum mihi liquet; nam quae infra cap. 84. id non requirunt. In sacris et communi victu anserum usus in hac gente erat frequens, vescebanturque sacerdotes *χηνέων καὶ βοέων*, aeque ut reges, carne, Herodot. II. 37.; quare et multi illis alendis operam insumebant, a quibus et *Chenoboscia* sive *Chenoboscion* urbs eius regionis dicta in Anton. Itiner. p. 166., ubi plura dixi. WESS.

82. 92. *Οἴνου δὲ τακτόν τι μέτρον*] Regum plerique e sacerdotibus, ut supra indicatum, cooptabantur: horum autem *δίαιτα λιτὴ καὶ ἀφελής. οἴνου γὰρ οἱ μὲν οὐδ' ὅλως, οἱ δὲ ὀλίγιστα ἐγεύοντο, victus erat tenuis et simplex: vinum enim alii omnino non bibebant; alii parcissime*, quae Chaeremonis in IV. Abstin. 6. Porphyrii verba. WESS.

82. 1. *Μηδὲ τιμωρήσασθαι*] Non plectere tantum haud poterant, sed et *τοὺς δικαστὰς ἐξώρκιζον, ὅτι κἂν βασιλεύς τι προστάξῃ κρῖναι τῶν μὴ δικαίων, οὐ κρινοῦσι, iudices iurisiurandi religione obstringebant, ne, tametsi rex ipse iniqui quiddam imperaret, decernerent*, Plutarch. T. II. p. 174. C. WESS.

82. 4. *Ἢ προσέκοπτον ταῖς ψυχαῖς*] Si qui liber *δικασταῖς* aut *κριταῖς* ederet, ego fidenter arriperem: solet enim casum tertium huic verbo ita connectere, ut eam rem notet, qua quis offenditur. Collegit exemplorum ex Diodoro abunde P. Leopard. V. Emend. 7.; quare paucis perfungar. Cap. 89. *προσκόπτοντας ταῖς εἰς τὰ προειρημένα παρανομίαις, succensentes flagitiis in dicta animalia admissis.* III. 4. *Διόνυσον προσκόψαντα ταῖς τοιαύταις περιστάσεσι.* IV. 63. *καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς λύπης προσκόψαντα τῷ ζῆν.* quae quod dixi satis firmant. Addo ex Polybio I. 31. *καὶ προσκόψαντες τῇ βαρύτητι τοῦ Μάρκου.* Nihil tamen, vetantibus Codd., decerno. WESS. Wesselingii non magis quam Dorvillii (ad Char. IV. 7.) et Schaeferi (Melet. p. 117.) coniectura *τύχαις* opus esse ostendunt illa XI. 31. *ἀνατραπέντες ταῖς ψυχαῖς.* IV. 11. *τῇ ψυχῇ δυσφορεῖν.* XIII. 70. *ταῖς ψυχαῖς οὐκ ἐνέδωκαν.* XVII. 21. *ταῖς ψυχαῖς ἐνδόντες.*

82. 10. *Κατισχνομένους* etc.] Perperam haec e Reg. exulant. Vitia ea plerosque a recto tramite transversos auferunt, et victos gravissime premunt; quod est *κατισχύειν*. Strabo VII. p. 468. B. *τῶν δ' ἐκ θατέρου μέρους ὑπ' Ἰλλυριῶν μάλιστα κατισχνομένων.* et Noster cap. 24. et 86. XV. 87. Philo Iud. de similis

generis hominibus eleganter ὑπ' ὀργῆς οἷα χαλεπῆς δεσποίνης ἐκβιασθέντες de Spec. Leg. p. 771. E. Wess.

82. 14. *Εἰς τοὺς ἡγουμένους εὐνοίαις*] Aegyptii reges suos uti Deos praesentes colebant; unde nihil profecto mirum, adeo de eorum incolumitate fuisse sollicitos. Conf. c. 90. Wess.

83. 22. *Ἕως ἔμεινεν* etc.] Herodotum II. 124. vide. Wess.

83. 31. *Μαρτυρίαν ἀπερίγραπτον περιεῖχε*] Ad verbum, *non circumscriptum veritatis testimonium continebat.* Sed quam facile restitueris *ἀπαράγραπτον*, *non perperam scriptum*, *non supposititium*, *non adulterinum*, *aut fucatum.* Rhod. Variantes antiquorum librorum scripturae faciunt, ut incertus haeream; habent enim singulae, quod laudes. *Ἀνερίθευτον rixae et controversiae haud obnoxium* si malueris, etsi Graeci sermonis Thesauri te destituent, succurret Philo Iud. L. ad Cai. p. 1001. E. *εἰρήνη*, inquiens, *ἐξ ἡγεμονίας ὀρθῆς φύεται. ἡγεμονία δ' ἀφιλόνεικος καὶ ἀνερίθευτος, ὀρθὴ μόνη.* Sin *ἀνόθευτον*, Suidas *γνήσιον*, *ἀπαραποίητον*, *καθαρὸν* explicans, auxilio erit. Neque pravum censebitur *ἀπερίγραπτον*, si de *infinito*, ob ea quae cap. 41. disputavimus, acceperis. Tibi itaque, quamquam pronior in *ἀνερίθευτον*, optionem permitto. Wess.

83. 36. *Ἐφ' ἡμέρας ἑβδομήκοντα καὶ δύο*] Tot fere dies in apparandis funeribus et sollemni corporum conditura absumi solebant, Herodot. II. 86. Wess.

83. 37. *Καταπεπασμένοι δὲ τὰς κεφαλὰς*] Potest libri Mutin. scriptura defendi hoc Herodoteo II. 85. *καὶ ἂν ἐπλάσαντο τὴν κεφαλὴν πηλῷ.* Nec sequor tamen; nam et infra c. 91., *οἱ μὲν συγγενεῖς*, Diodorus ait, *καὶ φίλοι πάντες καταπασάμενοι πηλῷ τὰς κεφαλάς.* et Iosephus II. B. I. 21. 3. *καταπασάμενος δὲ τῆς κεφαλῆς κόνιν.* quo tamen loco Mss. et Suidas *καταμησάμενος*, quod et eodem libro c. 15. 4. in parili re Ioseph. adhibet. Solitos autem in luctu veteres caput multo pulvere deformare, nemo est qui ignoret. Wess. Quam Wesselingius reiecit scripturam, et hic et infra c. 91. praefert Valckenarius ad locum Herodoti, ut mirer eum non Longo quoque Past. I. p. 15. Sch. *χώματος καὶ πηλοῦ πέπαστο καὶ τὰς κόμας καὶ τὸ ἄλλο σῶμα*, restitutum ivisse *πέπλαστο.*

83. 38. *Ὁμοίως ἄνδρες* etc.] Non reges tantum, sed quosvis fato functos hoc habitu cognati lugebant, Herodotus II. 85. Wess.

83. 40. *Ἐν ῥυθμῷ* Cl. Co. M. R. Steph. m., satis bene, sicuti in Athen. XIV. 4. p. 622. Wess.

83. 43. *Τὴν ἀπὸ τοῦ πυροῦ*] Haec omni gravfore in luctu Aegyptiis sollemnia erant: conf. c. 91. Qui quoque si in castro essent, vino paneque abstinebant, ut Chaeremon docet in Porphyr. IV. Abstin. 6. Quod autem in antiquis quibusdam schedis reperitur *ἀπὸ τοῦ πυρὸς*, coctum cibi genus indicat, neque reiectaneum esset, nisi has voces miscere librariis perpetua foret consuetudo.

exemplo sit hoc Libanii de Tisameno T. II. p. 451. *πράττε τὸ σὸν, ἐμοὶ δὲ, ἐφ' ᾧπερ ἐτύχθην, μελήσει τοῦ πυρός.* quod ignis curam, si bene haberet, homini inpositam indicaret, sicuti censuit et loco adscripsit F. Morellus: atqui id dixit Tisamenus, cum ad Euphratem pergeret, quorsum *ἐπ' ὠνῇ σίτου, ut frumentum redimeret*, p. 443. D. missus erat; pravum ergo vulgatum, et in *τοῦ πυροῦ* convertendum. Wess. Conf. Heyn. Opusc. Acad. vol. I. p. 144.

83. 53. *Ἀκροατήριον τῶν ἐν τῷ βίῳ*] Si quis *κριτήριον* praeferendum putaverit, *recitationem* in *examinationem* seu *diiudicationem* mutet. Rhod. *Κριτήριον τῶν ἐν τῷ βίῳ*] Hoc praefero. Prius enim quam mortuus tumulo inferebatur, de toto vitae eius ordine iudicium instituebatur, permissa omnibus accusandi facultate. Conf. infra cap. 92. Wess.

84. 58. *Τοὐναντίον ἐθορύβουν*] Fremitu et clamore sibi displicere significabant: infra XIII. 28. *πολλοὶ οὖν τῶν καθημένων ἐθορύβησαν.* Demosthen. Legat. Falsat. p. 223. de Atheniensibus *καὶ θορυβούντων ὑμῶν καὶ οὐκ ἐθελόντων ἀκούειν.* Paullo diversiore usu S. Lucas A. A. XVII. 5. et Dionys. IX. A. R. p. 624. Wess.

84. 59. *Ἀπεστερήθησαν ταφῆς*] Exempla dedit c. 64. Wess.

84. 68. *Ὀνομάζεται νομὸς*] Proclus in Timaeum p. 30. *ὃ μὲν οὖν νομὸς ἀπὸ τοῦ νενεμῆσθαι τὴν γῆν αὐτοὺς ἔσχε τὴν ἐπωνυμίαν, οὕτω γὰρ ἐκάλουν Αἰγύπτιοι τὰς διαιρέσεις, τὰς κατὰ τὰ μεγάλα τῆς Αἰγύπτου μέρη.* quibus gemina Diodorus cap. 54.; unde prave illi loco adscripsit H. Stephan., vocem Aegyptiae originis illi visam; tantum enim Aegyptios suae regionis partes ita vocitare adseverat, quod et *περὶ τῶν μαχίμων*, qui sine controversia Graeciae nomen suum debent, paullo post profitetur. Ego cum Diodoro et Proclo facio, quibus etiam subscribunt viri egregii Is. Casaub. in Strabon. XVII. p. 1135. et P. Leopard. VII. Emend. 17. Wess.

84. 71. *Εἰς τρία μέρη*] Confer Strabon. XVII. p. 1136. B. Wess.

84. 73. *Εἰς θεοὺς εὐσέβειαν*] Nullam ego huic lectioni controversiam moveo, sed veteres libri, qui magno consensu *ἐπιμέλειαν* praeferunt. Erant hi sacerdotes praeter ceteros omnes pietatis in Deos studiosissimi, *θεοσεβέες περισσῶς μάλιστα πάντων ἀνθρώπων*, Herodot. II. 37.; eaque ex caussa assidui ad Deorum imagines aut eas gestabant, aut ordine concinno et decoro collocabant. *Ἐφαίνοντο δὲ ἀεὶ θεῶν ἢ ἀγαλμάτων ἐγγὺς, ἤτοι φέροντες, ἢ προηγούμενοι καὶ τάσσοντες μετὰ κόσμου τε καὶ σεμνότητος*, Chaeremon in Porphyr. IV. Abst. 6.; atque haec credo ea *ἐπιμέλεια* est, quam Mss. malunt, quamque his de sacerdotibus agens *τὴν περὶ τοὺς θεοὺς θεραπείαν* Isocrat. Busir. p. 332. appellat. Wess.

84. 82. *Συνδιατρίβουσι τῷ βασιλεῖ*] Vid. supra cap. 70. Wess.

84. 87. *Ὥσπερ παρὰ τοῖς Ἕλλησι*] Moribus quidem Graecis ita fuit receptum; nec illis tamen sacerdotia deerant, quae a parentibus ad liberos transibant, nec familiae, e quibus sacrorum praefecti cooptabantur, ut Athenis *Eumolpidae*, *Eupatridae*, supr. c. 28. 29., *Eteobutadae* in Aeschin. Fals. Legat. p. 47., Rhodi sacerdotes Neptuni infr. V. 58. Colophone Clarii Apollinis antistes apud Tacit. II. Annal. 54. Propius tamen ab Aegyptiorum consuetudine abest ingens illa multitudo Ἱεροδούλων, quae Comanis Cappadociis et Ponticis Dianae sacris operabatur in Strabon. XII. p. 809. et 836., ne de Levitis Iudaeorum quid addam. Wess.

84. 91. *Εἰσὶ δὲ οὗτοι πάντων ἀτελεῖς*] Multo uberius de sacerdotibus his, et vitae instituto, quod sectabantur, Herodotus II. 37. et ex Chaeremone Porphyrius IV. A. A. 6. etc. Wess.

85. 98. *Οὐ βαπτίζονσι ταῖς εἰσφοραῖς*] Non multum dissimile hoc Iosephi II. B. I. 14. 1. *οὐδὲ τὸ πᾶν ἔθνος ἐβάρει ταῖς εἰσφοραῖς*. nec eiusdem tamen elegantiae, qua nulla parte minus splendet hoc IV. B. I. 3. 3. *οἳ δὴ καὶ δίχα τῆς στάσεως ὕστερον ἐβάπτισαν τὴν πόλιν*. nedum his inferius, quod in Libanii vita T. II. p. 64. C. *ᾧ ἂν εὐθὺς ἐβαπτίζετο τὸ ἄστυ, καθάπερ ναῦς ἐκλιπόντων τῶν ναυτῶν*. Patet enim late hoc translationis genus. *Τῇ συμφορᾷ βεβαπτισμένον* Heliodor. II. p. 63. cum ait, qui calamitatibus paene mersus atque obrutus iacet. Statius II. Silv. 1. 209. *Quin tu iam vulnera sedas, Et tollis mersum luctu caput.* Tetigit Diodori quoque locum Cl. Salmas. in Solin. p. 709. Wess.

85. 99. *Οἱ μάχιμοι*] Vid. infr. XVI. 47. et Herodotum, cui nomen, quo gentis sermone noti erant, debemus II. 164. Wess.

85. 4. *Ἄτοπον γὰρ ἦν* etc.] Prudenter Aegyptii. Miles mercenarius pecuniae studio trahitur; quae si deficiat aut non repraesentetur, murmura, seditiones et defectiones consequuntur. Carthaginienses, qui undique militem aere conducebant, suo saepe malo id experti sunt; nonnunquam quoque Romani, quos bene propterea Livius XXV. 33. admonet, *id quidem cavendum semper*, inquiens, *Romanis ducibus erit, exemplaque haec vere pro documentis habenda, ne ita externis credant auxiliis, ut non plus sui roboris suarumque proprie virium in castris habeant.* Vid. infr. V. 11. et quae in Conringium pro Aegyptiis O. Borrichius Hermet. c. 8. disputat. Wess.

85. 6. *Τὸ δὲ μέγιστον* etc.] Accedebat et aliud commodum; suo enim miles contentus ab alieno manus abstinebat, secus atque in Graecia. De utrisque Isocrates, *οὗτοι μὲν* (Graeci milites) *ἅπαντες στρατιῶται καταστάντες, βίᾳ τὰ ἄλλων λαμβάνειν ἀξιοῦσι· ἐκεῖνοι δὲ* (Aegyptiorum viri militares) *οὕτως οἰκοῦσιν, ὥσπερ χρὴ τοὺς μήτε τῶν ἰδίων ἀμελοῦντας, μήτε τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπι-*

βουλεύοντας, Laudat. Busir. p. 329. Quod autem paullo post haec H. Stephanus κατασκευάσειν corrigit, id ego reiectaneum non arbitror. Wess.

85. 9. Ὅμως δ' οὗτοι] Rectius forte ὁμῶς vel ὁμοίως. Rhod.

85. 13. Ἀνίκητοι ταῖς τόλμαις] Verum fortasse antiquissima id fuit aetate; non Diodori et Strabonis, qui οὐκ εἶναι πολεμιστὰς, non admodum bellicosos perhibet et exemplis firmat XVII. p. 1175. A. Wess.

85. 14. Συντάγματα τρία] Herodot. II. 163. praeter sacerdotes et bellatores genera subulcorum, babulcorum, institorum, interpretum et gubernatorum navalium in Aegypto habet. Plato vero sacerdotibus et pugnatoribus artifices, pastores, venatores et agricolas adiungit in Timaeo p. 24., quorum bubulcos, subulcos et venatores nomine pastorum, institores, interpretes et navium gubernatores uno artificum titulo Diodorus videtur conplexus, sicuti Isocrat. Busirid. p. 328. solo τεχνιτῶν vocabulo omnes, qui nec sacerdotes nec milites in Aegypto erant, descripsit. Wess.

85. 19. Συντρεφόμενοι ταῖς γεωργικαῖς ἐπιμελείαις] Sic II. 29. εὐθὺς ἐκ παίδων συντρεφόμενοι τοῖς μαθήμασι. et cap. 60. ἐκβληθῆναι ὡς κακούργους καὶ πονηροῖς ἔθισμοῖς συντεθραμμένους. quod genus in illis tritissimum est, qui longo usu atque a prima iuventute aut cuidam disciplinae, aut vitae instituto, aut vitiis adsueverunt. Lucian. Nigrin. 12. οἱ φιλοσοφίᾳ καὶ πενίᾳ σύντροφοι εἰσι. et Merced. cond. 23. καὶ ἅτε δὴ μὴ ἐκ παίδων τῇ δουλείᾳ ξυντραφείς. atque ita ille saepissime. Id opportunum huic loco, quod Glaucus uxori perscribit in Alciphron. I. 3. se, damnato navigandi et piscandi studio id saltem effecturum, ut liberis eveniat, γεωργίᾳ συντραφῆναι καὶ τὸν ἀσφαλῆ καὶ ἀδεᾶ βίον ἀσπάσασθαι, *in agricolatione educari et securam metuque carentem vitam amplecti.* Wess.

85. 24. Καρπῶν συγκομιδῆς] Conf. supr. c. 8. Wess.

85. 29. Ἐν βίῳ κτηνοτρόφῳ] Erit fortasse, qui κτηνοτροφοῦντες probaverit, uteturque Philon. Iud. I. V. M. p. 610. D. κτηνοτροφοῦσιν Ἄραβες καὶ νέμουσι τὰ θρέμματα οὐκ ἄνδρες μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες. cui non suffragor: id enim Diodorus si voluisset, haud sane ἐν βίῳ scripsisset. Wess.

85. 38. Οὐ γὰρ ἐπωάζουσι διὰ τῶν ὀρνίθων] In sterquilinio ova obruebant, si fides Aristoteli VI. H. A. 2.; atque eo pertinet Imp. Hadriani dictum in Saturnino Fl. Vopisci c. 9. *Nihil illis opto, nisi ut suis pullis alantur, quos quemadmodum fecundant, pudet dicere.* Sed modum excludendorum ovorum, quem in Aegypto sectantur, multo diligentius persecutus est P. Lucas IV. Itiner. Aegypt. p. 279. Wess.

86. 42. *Καὶ πρὸς τὸ καθῆκον* etc.] His plane similia Isocrates Laud. Busir. p. 330. Mox glossam *καὶ τεχνίτας*, obsecutus Mss., induxi. *Δημιουργοὺς* autem exemplo Platonis in Timaeo p. 24. et supr. c. 24. vocavit, quos paullo ante *τεχνίτας*. Wess.

86. 46. *Ἐκ τῶν νόμων ὡρισμένης*] Sesostris leges has rogavit, multitudinemque in diversa genera descripsit, quod praeter Aristotelem VII. Polit. 10. Dicaearchus in Schol. Apollon. Rhod. IV. 273. tradidit; habet et Plato II. Leg. p. 656. E., quae Aegyptiorum has leges spectant. Wess.

86. 48. *Μήτ' ἄλλο μηδὲν ἐμποδίζειν*] Bene profecto. *Ἐν γὰρ ὑφ' ἑνὸς ἔργον ἄριστ' ἀποτελεῖται*, ut ait Philosophus II. Politic. 9., qui et addit, legislatorem oportere id diligenter studere, ne uni diversi generis artes exercendae imponantur. Wess.

86. 54. *Πλεῖστοι δ' ἐν ταῖς δημοκρατουμέναις*] Praecipue Athenis, cuius urbis cives ex Solonis legibus ea libertate gaudebant, quae communi reipublicae haud raro acerba et perniciosa erat: vid. Aristotel. II. Polit. 10. Id tamen pro Aegyptiorum moribus haud male, quod lege lata vetuerint, ne plures artes ab uno eodemque exercerentur, sicuti Demosth. in Timocrat. p. 465. eiusque Scholiastes Ulpianus innuunt. Wess.

86. 74. *Δέκα δικαστὰς ἐξ ἑκάστης προέκρινον*] Deficientem vocem ex M. et Co. revocavi; quae, XXX iudices cum fuerint et singulae harum civitatium parem eorum numerum ad consessum ablegarint, abesse non debuit. Wess.

86. 76. *Παρὰ Λακεδαιμονίοις γερόντων*] Vid. inf. XVII. 104. Wess.

86. 78. *Τοῦτον μὲν ἀρχιδικαστὴν καθίσταντο*] Non bene his consentit atque concinit Aelian. XIV. V. H. 34., cui iudices veteri aevo apud Aegyptios sacerdotes, eorumque princeps, qui natu maximus: *ἦν δὲ τούτων ἄρχων ὁ πρεσβύτατος, καὶ ἐδίκαζεν ἅπαντας*. De iudicibus sacerdotibus certe quidem Diodorus non obloquetur, a republica eiusque cura et opifices et milites et ceteros, qui inter sacerdotes non censebantur, removens: secus est in iudicii praefecto et praeside, nisi si lectus semper is sit, qui ceteris aetate praestabat. Wess.

87. 83. *Ἐκ χρυσῆς ἁλύσεως ἠρτημένον ζῴδιον*] Distinctius paullo describitur haec imago c. 48. diciturque *ἀλήθεια ἐπιμύουσα τοὺς ὀφθαλμούς*. Aelianus *ἐκ σαπφείρου λίθου* fuisse ait: unde colligas, veritatis hanc icunculam humana fuisse specie, sed clausis oculis, ex sapphiro gemma et aliis pretiosis lapidibus consertam. Qua cum iudicii praeses inter Aegyptios insigniretur, conveniebat quodammodo et congruebat cum Iudaeorum pontifice, qui *pectorali iuris*, quod vocant, in quo *Urim* et *Thummim*, *δήλωσις καὶ ἀλήθεια*, ut verterunt Alexandrini interpretes, sollemnibus diebus conspicuus erat: nam *Thummim* ad formam huius imaginis fuisse effictam, sumpto ex Aegypto more etsi

vehementer pertendat post Io. Marsham. Canon. Chron. p. 316. Io. Spencer. Dissert. de Urim et Thum. c. 4. p. 1337., nondum adduci possum, ut eredam: discrepabant certe in haud paucis, quae diligenter explanata atque exposita dedit H. Witsius III. Aegypt. 11. Wess.

87. 3. *Πολλὰ τοῖς δικαίοις ἐπισκοτήσειν*] Locutio in hac sententia scriptorum consensu quasi propria est. Antiphanes in Serm. XVI. Stobaei *ἐπισκοτεῖ γὰρ τῷ φρονεῖν τὸ λαμβάνειν*, quod Ill. Grotius vertebat, *cupiendi aviditas vim sapiendi obnubilat.* Isocrates Orat. de Pace p. 235. *τὸ γὰρ πρὸς χάριν ῥηθὲν, ἐπισκοτεῖ τῷ καθορᾶν ὑμᾶς τὸ βέλτιστον· quae enim dicuntur, ut vos oblectent, ea vobis tenebras offundunt, ne, quod utilissimum est, perspiciatis.* Polyb. III. 31. *ὥστε καὶ λίαν ἐν πολλοῖς τὴν ἀλήθειαν ἐπισκοτεῖσθαι*, qui et paullo diversiore figura IX. 32. Gregorius Nazianz. Orat. III. p. 81. A. *τοῦ δὲ ἡ πονηρία τοῖς λογισμοῖς ἐπεσκότησε.* Wess.

87. 4. *Τὴν τῆς ὑποκρίσεως γοητείαν*] In simili re *λόγων γοητεία* apud Dionysium XI. A. R. p. 707.; a quibus verborum et actionis praestigiis sophistas *γόητας* et artem *γοητείαν* appellatam L. Cresollius I. Th. Rhet. 13. ostendit. Wess.

87. 7. *Τοὺς ἀγωνιζομένους ἐν τῷ κρίνειν*] Rhodom. vertit *reos conflictantes in iudicio*, secutus Graecorum consuetudinem, qua *ἀγωνιζόμενοι* aut oratores, qui aliorum caussam agunt, aut rei, qui caussam dicunt, uti in Demosth. pro Coron. p. 132., in Midian. p. 319. Androt. p. 382. Macart. p. 600.; cui versioni et sententiae verborum ordo validissime puguat, qui iudices *τοὺς δικαστὰς*, quod Ill. Scaliger et Is. Vossius suo quisque libro adscripserat, requirit, inprimis *τὸ συνεκφέρεσθαι τῇ δυνάμει τῶν λεγόντων.* Neque enim id est *dicentis facultate elabi*, uti idem Rhodom. censuit, sed *auferri*, *abripi*, quemadmodum *συνεκφερόμενοι τοῖς θυμοῖς* XVII. 70., quos ira aufert et a recto tramite transversos agit, et *συνεκφερόμενοι τοῖς ἁποπίπτουσιν ἀπὸ τοῦ πρὸς ἀρετὴν σκοποῦ*, qui cum illis abripiuntur, qui exciderunt virtutis scopo, in Hieroclis Comment. in Aur. Carm. p. 50. Quare si inprobes *τοὺς ἀγωνιζομένους ἐν τῷ κρίνειν* et iudices dici posse neges, quod mihi quidem certe nondum liquet, recipi oportebit *τοὺς ἐπαινουμένους, qui laudem in iudicando consecuti sunt*, e Codd. Co. et Mut. Wess. *Ἐπαινουμένους* est interpretatio vulgati. *ἀγωνιζόμενοι ἐν τῷ κρίνειν* sunt *homines in rebus iudicandis exercitati et periti:* de quo hoc minus dubitare debebat V. C. cum ipse ostenderit in his notis (I. p. 63. 53.) *ἀθλητὰς* Graecis dici, qui in quocunque genere exercitati et periti sint. Censor ed. Wessel. Act. Erud. a. 1747. p. 9. Qui magis e re sua comparasset *ἀγωνιστής.*

87. 13. *Τοὺς εὐφυεῖς τῶν βραδυτέρων πλεονεκτήσειν*] Ingenii praestantiam *εὐφυΐαν* infr. c. 97., et versatili ingenio

praeditos εὐφυεῖς appellitant. *Ζῶον εὐφυὲς* ob ingenium, quo animalibus ceteris praestat, homo supr. c. 8. Adde Platon. Phaedr. p. 270. Lucian. Saltat. 74. et Luc. Holsten. in Vit. Pythag. Porphyrii c. 1. Wess.

87. 22. *Ὅσοι παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις* etc.] Aegyptiorum has leges diligenti, nec semper tamen felici, opera explicuit Io. Nicolaus de Synedr. Aegypt. c. 7. etc. Wess.

87. 27. *Θεούς τε ἀσεβούντων*] Aut nove aut corrupte hic legitur in omnibus nostris codicibus *θεούς τε ἀσεβούντων* pro *εἰς θεούς τε* vel *περὶ θεούς τε ἀσεβούντων*. Sic alicubi *παρανομεῖν* habetur apud hunc scriptorem cum accusativo sine praepositione. Steph. Praeposit. *περὶ* vel *εἰς* ipse quoque praemittendam arbitror. Rhod. Non male viri doctissimi: poterit tamen Diodorus se tueri exemplo Aeschyli Eumenid. 270. *Ὄψει δ' ἐκεῖ τίς ἢ θεὸν, ἢ ξένον τιν' ἀσεβῶν, ἢ τοκέας φίλους.* est enim persimile. Recte vero Aegyptii: iusiurandum enim aliud nihil est, quam Dei in re ambigua ad testimonium invitatio: Deum autem nisi veri caussa testari, flagitiorum ultimum est. *Ὅρκος γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ μαρτυρία θεοῦ περὶ πράγματος ἀμφισβητουμένου· θεὸν δὲ μὴ ἐπ' ἀληθείᾳ καλεῖν πάντων ἀνοσιώτατον*, Philo Iud. de Leg. Special. p. 770. C. Wess.

88. 30. *Μὴ ῥύσαιτο δυνατὸς ὤν*] *Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non potest*, ait Paullus L. 109. de Reg. Iur. Contra ea, *qui non defendit, nec obsistit, si potest, iniuriae, tam est in vitio, quam si parentes, aut amicos, aut patriam deserat*, Cicero I. Offic. 7. Atque hinc legibus municipalibus multifariam constitutum novimus, ut illatum a praetereuntibus alteri damnum furtumve factum a vicinis sarciretur, de quibus Radulf. Forner. V. Rer. Quotid. 28. et Ever. Otto II. Tut. Viar. 10. p. 554. Wess.

88. 37. *Ὃ τοῖς συκοφαντηθεῖσιν ἐτέταχτο*] Calumniantes etiam ex constitutione Imp. Honorii et Theodosii L. ult. C. de Calumn. ad vindictam poscit similitudo supplicii, atque inprimis ex lege Divina Deuteron. XIX. 16. Wess.

88. 39. *Ἀπογράφεσθαι πρὸς τοὺς ἄρχοντας*] Amasi lex haec debetur, si fides Herodoto II. 177., quae et apud Sardos, Lucanos et alios, de quibus ad Aelian. IV. H. V. 1. Iac. Perizon., viguit. Delevi autem voces inutiles *πόρων καὶ τρόπων*, obsecutus vetustis Codd. Wess.

88. 40. *Πόρων καὶ τρόπων*] Haec, ut superflua et subditicia, eradi facile patior; tametsi in versione praetermissa non fuere. Rhod.

88. 43. *Ὑπὸ Σόλωνος*] Sic et Herodotus. Rectius tamen Draconi adscribunt Lysias in Diogen. I. 55. et Plut. Solon. T. I. p. 87. Solon enim poenam, quae capitalis fuerat, lenivit substi-

tuta infamia, ut Io. Marsham. Can. Chronol. p. 640. et ante eum S. Petitus Leg. Attic. p. 424. admonuerunt. Wess.

88. 47. *Μὴ ταῖς διαφοραῖς τῆς τύχης* etc.] Bellissime haec concinit ac convenit legi Divinae Exod. XXI. 20., in quam bene quoque Philo Iud. Leg. Special. p. 798. D. *θεράποντες*, inquit, *τύχῃ μὲν ἐλάττονι κέχρηνται, φύσεως δὲ τῆς αὐτῆς μεταποιοῦνται τοῖς δεσπόταις· τῷ δὲ θείῳ νόμῳ κανὼν τῶν δικαίων ἐστὶν, οὐ τὸ τύχης, ἀλλὰ τὸ τῆς φύσεως ἐναρμόνιον.* Wess.

88. 50. *Μηδὲν ὅλως ἐξαμαρτάνειν*] Hoc placitum est propter veterum Codd. auctoritatem. Sic c. 78. *ἵνα τὸ μέγιστον τῶν κακῶν ἐθίσῃ πάντας κρίνειν τὴν αἰσχύνην.* Wess.

88. 53. *Περιειληφότας τὸν νεκρὸν*] Verum si est, uti profecto est, hoc Euripidis Supplic. 1120. *τί γὰρ ἂν μεῖζον τοῦδ' ἔτι θνατοῖς Πάθος ἐξεύροις, Ἢ τέκνα θανόντ' ἐσιδέσθαι,* ecquae gravior poena parentibus potuit irrogari? Parum certe abest a Mezentii scelere, quo *Mortua quin etiam iungebat corpora vivis Conponens manibusque manus atque oribus ora, Tormenti genus! et sanie taboque fluentis Conplexu in misero longa sic morte necabat.* Virg. Aeneid. VIII. 485. Wess.

88. 60. *Καλάμοις ὀξέσι* etc.] Barbaricum supplicii genus, cui non multum dissimile in Theodoreto V. H. E. 39. Spinis autem inpositos adurebant, ut illis conpunctos non tam igne quam fumo enecarent, quoque diutius et miserius mori se sentirent, sicuti Aegyptii illi Iudaeos in Philon. Iud. in Flacc. 975. A.; neque enim adsentior viro docto, *virgas sanguineas* huc referenti, quibus parricidas, antequam culeo insuebantur, obiurgatos L. 9. de Leg. Pomp. docet. Wess.

88. 63. *Τὸ βιαίως τὸ ζῆν ἀφαιρεῖσθαι*] Graviter et ex vero Cicero pro Rosc. Amerin. c. 22. *Portentum atque monstrum certissimum est esse aliquem humana specie et figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, ut, propter quos hanc suavissimam lucem adspexerit, eos indignissime luce privarit.* Wess.

88. 65. *Τὰς ἐγκύους μὴ θανατοῦσθαι*] Laudat Aegyptiam hanc legem Plutarch. T. II. p. 552., qua pro sua usi sunt Atheniensis, Romani atque alii, de quibus viri docti ad Aelian. V. H. V. 18. et Aeg. Menag. Amoenit. Iur. c. 21. Wess.

88. 68. *Τὸ μηδὲν ἀδικῆσαν* etc.] Probe hoc; neque enim apud Aegyptios delicta parentum liberi luebant, uti Isocrat. Laudat. Busir. p. 332. innuit, cui P. Fabrum III. Semestr. 8. p. 103. adiunge. Wess.

89. 78. *Φοινικῶν*] Repone *φονικῶν*. Rhod. *Φόνικῶν νόμων*] Bene Rhodom.; Demosthen. in Aristocrat. p. 410. *καὶ ἄλλοι, ὅσους ἐκ τῶν φονικῶν νόμων παρεγραψάμην·* et p. 406. *ἐκ τῶν φονικῶν νόμων τῶν ἐξ Ἀρείου πάγου.* et saepe

alias. Itaque illud, etsi Mss. sileant, restitui. Vid. inf. XVIII. 33. XIX. 71. Wess.

89. 83. *Ἀλλὰ τὴν ἐσχάτην ἀτιμίαν*] Idem valebat Athenis apud Andocid. de Myster. p. 10. et Lacedaemone, sed haud paullo tamen asperius, in Plut. Agesil. T. I. p. 612. E. Wess.

89. 92. *Ἐκτέμνεσθαι τὴν γλῶτταν*] Ut ea parte mutilarentur, qua peccarant; quod genus poenae simili in casu saepe frequentatum fuisse ostendit Guiliel. Forner. III. Select. 27., alioqui proditoribus aut manus praecidebantur et ultima infligebatur poena. Wess.

89. 93. *Νόμισμα παρακοπτόντων* etc.] Ne longum faciam, dubitari non debet, quin haec scriptura multis partibus vulgata sit melior. *Παρακόπτειν* in adulterandis numis et sumptis inde figuris Philoni Iud. tritissimum est; nam et vulgi nimiam potestatem esse ait *ὡς τὸ παράσημον καὶ παρακεκομμένον ἐν νομίσμασι*, de Confus. Ling. p. 335. E., et *τὸ δόκιμον αἰδοῦς νόμισμα παρακόπτειν* de Leg. Special. 804. D., *παρακόπτειν ὡς καὶ νόμισμα δόκιμον τὴν ἄσκησιν* de Vit. Contempl. p. 895. D., *παρακόπτειν τὸ τῆς εὐγενείας νόμισμα* de Exsecrat. p. 934. E., quibus plura, quae mihi in mundo sunt, non addo. Par ratio est verbi *παραποιεῖν*, quod de ponderibus, mensuris, et illis omnibus, quae fraude aut fuco adhibito mutantur, non minus elegans videtur; Synesio certe Or. de Regn. p. 17. A. *τὰ πρόσωπα τέχνῃ παραποιήσαντες* illi sunt, qui vultum artificio quodam infucarunt, et Porphyrio Herodotus, scripta Hecataei Milesii compilans et leviter mutatis pro suis utens, *βραχέα παραποιήσας* in Euseb. X. P. E. 2. p. 466. B. Basilio M. praeterea *σφραγὶς παραποιηθεῖσα* sigillum sculptura adulteratum Homil. in Divit. T. II. p. 61. A. Restat *παραγλύφειν*, cuius etsi mihi exemplum desit, nemo, qui sermonis Graeci genium perspectum exploratumque habet, usum inprobabit. De poena, quae falsariis his erat statuta, nihil adiungam: habent plura viri egregii Cuiac. VII. Obs. 16. et P. Faber III. Semestr. 9. Wess.

89. 94. *Παραγραφόντων*] Minus generale est *τὸ παραγλυφόντων*, in margine assignatum. Rhod. *Παραγλυφόντων* in margine rectius *sigilla falsantes, adulterantes.* Idem Indice v. *παραγράφειν.*

89. 4. *Βιασαμένου γυναῖκα ἐλευθέραν*] Noli cum viro docto de sola virgine intelligere; quae de criminis atrocitate adduntur et *τέκνων συγχύσει*, quaeque optime conveniunt Imp. Leonis Novell. XXXII., ea marito iunctam quoque postulant. Iam quod lege hac erat sancitum, id et alias *Accidit, ut cuidam testes caudamque salacem Demeterent ferro* in Horatii I. Sat. 2. 45. Wess.

90. 10. *Τῆς δὲ γυναικὸς τὴν ῥῖνα κολοβοῦσθαι*] Idem in utriusque sexus adulteris placitum esse principibus post Iustinia-

num docet P. Faber III. Semestr. 19. p. 292. Difficulter vero ea, quae Diodor. de feminis Aegyptiis prodit, cum illis concinent, quae de iisdem Sextus Empir. III. Hypotyp. Pyrrhon. p. 177. Wess.

90. 15. *Ὀμόσαντας ἀπολύεσθαι τοῦ δανείου*] Contraria omnia Plato sua in republica, ne quam periurio fenestram patefaceret, observari iubet XII. Leg. p. 949. A.; qui metus in Aegypto fortasse non ita gravis, praesertim si sanctior inibi iurisiurandi fuerit religio, quod Isocrates adfirmat Laud. Bus. p. 332. Wess.

90. 27. *Τὸ κεφάλαιον πλεῖον ἢ διπλάσιον*] Usuras supra duplum nec deberi, nec exigi posse et solutas repeti, Romae quoque iuris erat ex L. 26. D. de Condict. Indeb.; quo de Cuiacius V. Obser. 38. et Sirmond. in Sidon. IV. Ep. 24. Wess.

90. 29. *Τὸ σῶμα ὑπάρχειν ἀγώγιμον*] Hoc quidem satis humane. De nexu debitorum Hebraei, Athenienses ante Solonem, Romani etiam post Decemviros in alia omnia abierunt, quamquam horum legem, verbis asperam, interpretando multi acerbiorem fecerunt, dextre confutati ab Ampl. Corn. van Binkershoek I. Obser. c. 1. Wess.

90. 32. *Ἐν δωρεαῖς λαβόντων*] Conf. inf. IV. 48. Wess.

90. 39. *Ὃν ὠνόμασε σεισάχθειαν*] Atticorum consuetudine lenius erat vocabulum, re ipsa *χρεῶν ἀποκοπὴ*, seu tabulae novae. Rem explicat Plut. in Solon. T. I. p. 86. D. atque ex eo S. Petitus L. Att. p. 412. et Io. Marsham. Can. Chron. p. 648. Wess.

90. 43. *Οἵτινες ὅπλα μὲν* etc.] Athenis ne quis arma pignori opponeret, vetitum fuisse, Schol. Aristophan. in Plut. 451. significat; neque Romae licebat servos aratores, aut boves aratorios, aut instrumentum aratorium pignoris caussa de possessionibus abstrahere L. 7. C. *Quae res pignori oblig.* Adde leges Mosaicas Exod. XXII. 26. Deuteron. XXIV. 6. Wess.

90. 48. *Ἔχειν ταύτην τὴν ἐργασίαν*] Hoc lucri et quaestus genus. Lycurg. in Leocrat. p. 154. *ὡς ἔμπορος ἐξέπλευσε, καὶ κατὰ ταύτην τὴν ἐργασίαν ἀπεδήμησεν εἰς Ῥόδον.* qua potestate et ille et alii saepe terunt. Vid. infr. XI. 56. Wess.

91. 53. *Καθ' ἣν ἀπέβαλε*] Legendum videtur *ἀπέβαλον*, nisi forte suo more a numero uno ad alterum transire voluit. Steph. Citra dubitationem legendum est *ἀπέβαλον*. Rhod.

91. 57. *Ἀποστῆσαι τῆς κλοπῆς*] A. Gellius ex libro Aristonis iureconsulti furta omnia apud veteres Aegyptios fuisse licita et impunita scribit XI. N. A. c. 18.; cui opinioni in hac lege nullum est fundamentum: certa tantummodo conditione, in quam ceteri consenserant, ex singulari dominii iure, de quo Io. Seldenus VI. Iur. N. et Gent. 2. permittuntur: alioqui furta in Ae-

gypto fuisse illicita, facile ex Rampsiniti rebus et ingeniosissimo fure apud Herodot. II. 121. colligas. Wess.

91. 59. *Γαμοῦσιν ἱερεῖς μίαν*] Similes aliarum gentium consuetudines Hieronym. de Monogam. ad Gerontiam et Ez. Spanh. in Callimach. p. 566. exsequitur. Hebraeorum pontificem unam eamque virginem sibi iunxisse ex Levit. XXI. 13. Philo Iud. de Monarch. p. 826. D. pertendit. Quod vero additur de ceteris Aegyptiis, id Herodotus negat, singulas uxores illis iungens II. 92. Wess.

91. 61. *Τὰ γεννώμενα πάντα τρέφουσι*] Mos idem, et meritissimo, genti Hebraeae. Tacit. V. Histor. 5. *Augendae tamen*, de Iudaeis agit, *multitudini consulitur: nam et necare quemquam ex agnatis nefas.* Philo, cui inhumanum hoc exponendorum infantium flagitium, *χειροηθὲς ἀσέβημα* propter frequentem in ipsa Aegypto, sua aetate, usum, de patrio ritu et more liberorum omnium alendorum egregie disputat de Leg. Special. p. 794. Wess.

91. 69. *Ἐναντίως τοῖς Ἕλλησι*] Graecis, sicuti Theophrastus auctor est III. Hist. Plant. 6., *σχεδὸν ὅσα καλοῦσιν ἄῤῥενα τῶν ὁμογενῶν ἄκαρπα.* Nec dissentit Plinius, Aegyptiorum tamen hunc morem non praetermittens, *Fit haec differentia et ex sexu; in iisque mares non ferunt. Aliqui hoc permutantes, mares esse quae ferant, tradunt* XVI. H. N. 26. Wess.

91. 72. *Ἐκ τῆς βύβλου πνθμένων*] Medullas Rhodom., ego imum papyri thyrsum malim: sic *ἀμπέλου πνθμένα* Strabo II. p. 125. et XI. p. 785. C., *πνθμένα τοῦ φοίνικος* Plutarch. T. II. p. 166. A. et *πνθμένα τοῦ πυροῦ* Theophrast. II. H. Pl. 3. vitis, palmae culmique triticei partem infimam vocant. Mandi vero in Aegypto eam papyri particulam, quae radici paene cohaeret, ex Herodot. II. 92. novimus, et Melchiore Guilandino, qui se id saepe vidisse asseverat in Comment. de Papyr. p. 80. Wess.

91. 74. *Καὶ τῶν καυλῶν τῶν ἑλείων*] Arundinem, *τὸν κάλαμον τὸν ἐν τοῖς ἕλεσι*, qui et suavitate et alimenti copia praestabat, Theophrasto VI. Causs. Plant. 16. indice. Vide supr. c. 10. et quae de his Aegyptiorum plantis copiose et cum cura disputavit O. Borrichius Hermet. c. 4. Wess.

91. 75. *Ἀννποδέτων* etc.] Phrynichus, Moeris, Suidas et Thomas Magister vocem damnant, substituta *ἀννποδήτων*. quorum decretum Lysias in Dionysii T. II. p. 90. Aelian. VII. V. H. 13. et X. H. A. 24. Longus II. Pastor. p. 67. Lucian. in Icaromenip. et Asin. et Noster etiam III. 34. repudiant. Wess.

91. 80. *Πολνανθρωπία διαφέρειν*] Conf. supr. c. 31. Wess.

91. 83. *Τά τε ἱερὰ καλούμενα*] Literarum Aegyptiarum tria potissimum erant genera, *τὰ ἐπιστολογραφικὰ*, *ἱερατικὰ* et *ἱερογλνφικὰ*, quorum priora *δημώδη* erant et dicebantur, quod omnes e vulgo ea edocerentur, reliqua, quae uno *ἱερῶν* nomine

continentur, soli sacerdotes liberis tradebant: haec Clemens Alex. V. Stromat. p. 657. Porphyr. Vit. Pyth. p. 15. et Diodor. III. 4., ubi plura. Wess.

91. 84. *Γεωμετρίαν δὲ καὶ τὴν ἀριθμητικὴν*] Utramque statim cum ipsis literis iuventutem studiose docebant, Platone VII. Leg. p. 819. A. auctore: Arithmeticam inprimis, quam cum in Aegypto accuratius esset edoctus, *κατὰ τὸ Αἰγυπτιακὸν ἀρέσκον* ex gentis eius placitis *σύστημα τῶν μονάδων unitatum collectionem* definiit Thales apud Iamblich. in Nicomach. Arithmet. p. 11. Quare et Moses utramque puer admodum, si verum assecutus est Philo Iud. I. Vit. Mos. p. 606. A. inbibit. Wess.

91. 87. *Ταύτας δ' οὐ ῥᾴδιον* etc.] Hanc eandem Geometriae originem Hero in Geometria sua, cuius partem excerpserunt Benedictini Analect. Graec. p. 311., Servius Eclog. Virgil. III. 41., Iamblich. Vit. Pythag. c. 29. et plures alii profitentur. Wess.

91. 94. *Παρατηρήσεως τῶν ἄστρων*] Confer supr. c. 50. Wess.

92. 96. *Ἐξ ἐτῶν ἀπίστων τῷ πλήθει*] Si Platonem Epinomid. p. 987. A. audis, *χρόνῳ μυριετεῖ καὶ ἀπείρῳ* decem millium annorum, (confer II. Leg. p. 656. E.) et paene infinito tempore, in sideribus observandis assidui fuere; qua in re gentis, a qua haud pauca acceperat, ambitioni multum dedisse videtur. Habuisse tamen astrorum observationes, multis ante Diodorum aetatibus diligentissime collectas, negari non potest. Vide Proclum in Plat. Timaeum p. 31. et 45. Wess.

92. 99. *Καὶ στηριγμούς*] *Στηριγμούς* appellant quasdam astrorum quasi *consistiones*, ut Gelliano verbo dicam, cum ea nec progredi, nec recedere videntur. Basilius M. Homil. I. in Hexaëmer. p. 5. A. *καὶ ἐπαναφορὰς ἄστρων, καὶ στηριγμούς, καὶ ἀποκλίσεις δι' ἀκριβείας τηρήσαντες.* Conf. Arati Schol. Phaen. 460. Wess.

92. 1. *Τῶν ζώων γενέσεις*] Sectabantur hoc genus Astrologiae Aegyptii diligentissime, Herodoto II. 82. et Galeno III. Dier. Decret. p. 447. et Porphyrio in Eclog. Eth. Stobaei p. 203. auctoribus, opinati ex astrorum vi et lunae tactu vitae valetudinisque habitum pendere. Quare et medicinam Astrologiae et utrique *τὴν τελεστικὴν*, seu mysticam quandam sacrorum et initiandi rationem, iungebant, si fides Scholiastae Ptolem. in Tetrabibl. p. 15. et XXXVI Decanos totidem corporis humani partibus praeficiebant apud Origen. VIII. C. Cels. 58. p. 785., inque legendis herbis multa superstitione ex Hermetis quodam libro utebantur. Atque hanc medicinae eorum partem amplexus est Pamphilus Alexandrinus, qui herbarum imagines et vires *κατὰ στοιχεῖον*, sive ordine alphabetico, digessit, docente ex Galeno V. simpl. Medic. Fac. p. 68. Lambecio II. Bib. Vindob. p. 535. Non equidem ignoro, multa L. Kusterum ad Suidae *Πάμφιλος* Lambecio rescripsisse,

interque alia, Galenum *nec de herbarum iconibus nec de ordine alphabetico ullam mentionem fecisse:* quod equidem factum nollem: nam et *ἰδέας τῶν βοτανῶν* illi tribuit Galenus, et ita describit, ut imagines esse debeant, et praeterea se *κατὰ στοιχεῖον* suum opus concinnasse, uti olim Pamphilus. *Οὕτω δὲ*, inquit, *καὶ Πάμφιλος ἐποιήσατο τὴν περὶ τῶν βοτανῶν πραγματείαν.* quod et ipso herbarum ordine, quem probaverat, firmatur: primo enim loco *Ἀβρότονον*, tum *ἄγνον*, *ἄγρωστιν*, *ἄγχουσαν*, *ἀδίαντον* posuerat. Verum hoc obiter; nunc ad institutum. Wess.

92. 7. *Καὶ κομήτων ἀστέρων ἐπιτολὰς*] An et hinc, ut alia, Pythagoreorum illi acceperunt, qui cometen *τῶν οὐκ ἀεὶ φαινομένων, διά τινος δὲ ὡρισμένου χρόνου περιοδικῶς ἀνατελλόντων* ex earum stellarum numero perhibebant, quae non semper videntur, sed stato tempore certaque revolutione oriuntur apud Plutarchum III. Placit. Philosoph. T. II. p. 893. B. Utut id fuerit, oportet in siderali scientia nostrae aetatis astronomos longe praeterierint, quibus adeo felicibus necdum esse licuit, ut crinitarum stellarum ortus et reditus liquida ratione finirent. Wess.

92. 10. *Τοὺς ἐν Βαβυλῶνι Χαλδαίους*] Conf. supr. cap. 28. et II. 29. Wess.

92. 17. *Καὶ μουσικὴν μανθάνειν*] De musica districte obloquitur Plato II. Leg. p. 656. et 657., Isidis quaedam poëmata, certis modis cantari solita, Aegyptiis tribuens. Iam cum inter sacrorum administros fuerit *ᾠδὸς*, qui sollemni in pompa *σύμβολον τῆς μουσικῆς* gestabat apud Clement. Alex. VI. Stromat. p. 757., et Herodot. II. 79. cantilenae eorum meminerit, haud profecto male inter artes, quas Moses in Aegypto edoctus est, Philo Iud. I. Vit. Mos. p. 606. A. *μουσικὴν σύμπασαν* omnem musicam, quae et instrumentis et assa voce peragitur, enumerat. Wess.

92. 20. *Ἀλλὰ ῥώμην ὀλιγοχρόνιον*] His paria disputat Galenus eo libro, quo ad Thrasybulum inquirit, utrum musica an gymnastice ad valetudinem plus conferat, p. 300. Quod autem brevi post M. et Co. *τῶν ἀκουόντων ψυχὰς* praeferunt, etsi blandiri possit, ex Grammatici Scholio venisse suspicor. Wess.

92. 25. *Κλυσμοῖς καὶ νηστείαις*] Hoc sequor; nam vulgo quod *κλυσμοῖς* additur *καὶ ποτίμοις τισὶ καθαρτηρίοις*, id librario deberi, vetusti Codd. resque ipsa indicant. Probabant Aegyptii medicinam *οὐ διακεκινδυνευμένοις φαρμάκοις χρωμένην*, quaeque periculosa medicamenta vitabat, apud Isocrat. Laud. Busir. p. 330. hinc vomitu et clysteribus praecipue purgabantur, ut hic Diodor. et ante eum Herodot. II. 77., tum etiam Diogenes Laert. III. 6. admonent: neque ad ea tamen citius, quam per leges licebat, decurrebant, secus suo periculo faciebant ex veteri constitutione in Aristot. III. Polit. 11. Quae mox sequuntur *καθ' ἑκάστην ἡμέραν* etc., ea Conringio melius accepisse videtur O. Borrichius Hermet. c. 6. p. 160. Wess.

92. 31. *Καὶ τὰς ἐπὶ τῆς* etc.] *Ἐπὶ* supposititicm videtur. Rhod. *Ἀπὸ τῆς χώρας* malebat Ursinus. Ego Claroin. auctoritate praepositionem induxi. Wess. in Add.

93. 36. *Τοῖς ἐκ τῆς ἱερᾶς βίβλου νόμοις*] Sex libros, qui ad medicinam Aegyptiorum pertinerent, habet Clemens Alex. VI. Strom. p. 758. *περὶ τῆς τοῦ σώματος κατασκευῆς, περὶ νόσων, περὶ ὀργάνων, περὶ φαρμάκων, περὶ ὀφθαλμῶν, περὶ γυναικείων.* qui unone volumine fuerint conprehensi, an alium intellexerit Diodorus, non habeo dicere. Wess.

93. 40. *Θανάτου κρίσιν ὑπομένουσι*] Non licuisse Aegyptiis in artium, quas profitebantur, studio quicquam *καινοτομεῖν* et Plato II. Leg. p. 56. D. indicat; acerbior tamen haec lex. Alioqui ut *medicō inputari eventus mortalitatis non debet, ita quod per imperitiam commisit inputari ei debere* recte sciscit Ulpian. L. 6. §. 7. D. de Offic. Praes. nam, ut Persius V. 97.

Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo,
Publica lex hominum, naturaque continet hoc fas,
Ut teneat vetitos inscitia debilis actus.
Diluit helleborum certo conpescere puncto
Nescius examen. Vetat hoc natura medendi. Wess.

93. 48. *Τοὺς ἰχνεύμονας καὶ νυφίτζας*] Quid hoc sit, non in Graeciae antiquitate, sed barbarie Scythica, inquiratur. Rhod. *Ἰχνεύμονας καὶ κύνας*] Barbaram et serioris Graecitatis vocem, qua Scholiastes *ἰχνεύμονας* explicuerat, induxi. *Νυμφίτζας* et *νυφίτζας* mustelas, feles, mures marinos vocitant. Suidas in *Ἀσκαλαβώτης*, *Ἔστι δὲ*, inquit, *ζωΰφιον ἐοικὸς σαύρᾳ, ἐν τοῖς τοίχοις τῶν οἰκημάτων ἀνέρπον. ἢ καὶ ὁ ποντικὸς, καὶ ἡ κοινῶς λεγομένη νυμφίτζα.* ubi et doctissimus L. Kusterus haec Diodori tetigit, et Graeco-barbaram vocem delendam esse monuit. Adde Du Cange Glossar. *Νυμφίτζα*, et de ichneumone supr. c. 35. Wess.

93. 57. *Ξυρήσαντες γὰρ τὰς τρίχας*] Paullo distinctius Herodot. II. 65. Nec solis is mos Aegyptiis; nam et alibi terrarum ex morbis pristinae sanitati restituti caput tondebant. *Ἐκ μεγάλης νόσου σωθέντες ξυρῶνται οἱ ἄνθρωποι*, inquit Artemidor. II. 23. Wess.

93. 60. *Οἱ δὲ τοῖς μὲν ἱέραξι* etc.] Haec cura erat eorum, quos *ἱεροκοβοσκοὺς* a pastu earum avium vocabant, de quorum studio in accipitribus alendis plura Aelian. VII. H. A. 9. Wess.

93. 64. *Καὶ ποππύζοντες*] Non male Schol. Cod. R. *καὶ διὰ κολακείας τινὸς προσκαλούμενοι.* Solet in equis ceterisque animalibus, cum alliciuntur aut placantur, esse frequens. Plutarch. VII. Sympos. T. II. p. 713. B. *σιγμοῖς δὲ καὶ ποππυσμοῖς ἀμελέσιν τὰ θρέμματα ἐγείρουσι καὶ κατεννάζουσι.* quo loco cur Xylander *συριγμοῖς* malit, non perspicio. *Σιγμοῦ* ex sono fictum est vocabulum, eademque in re tritum Plutarcho: nam et de Socrat.

Gen. p. 593. B. de equis *εὐθὺς ἀπὸ σιγμοῦ τοῦ τυχόντος, ἢ ποππυσμῷ τὸ προσταττόμενον αἰσθανόμενοι* ait, et VIII. Sympos. 3. p. 722. A. *σίζειν καὶ ψοφεῖν.* et dein *τὸν σωμάτων σιγμὸν* habet, vocemque egregie firmat. Hinc *ποππύζειν* transiit ad blanditias verborum, quibus homines conciliantur. Aeschin. Socrat. Dial. III. 12. *τίς γὰρ ἂν εὐδαιμονήσειε πρὸς ὄχλον ζῶν, εἰ ποππυσθείη καὶ κροτηθείη δήμου παίγνιον, ἐκβαλλόμενον, συριττόμενον.* sic posteriora lego ex Stobaeo: sunt enim translata de histrionibus; qui stare cum non possunt, eiiciuntur et exsibilantur. Et *ποππυσμὸς* Plutarchus T. II. p. 545. C. *οὐ γάρ ἐστι δημαγωγοῦντος οὐδὲ κρότον οὐδὲ ποππυσμὸν αἰτοῦντος.* Wess.

Ibid. Τῶν ἰχθύων κατατέμνοντες] Omissum *τινὰς*, quod Atticis reliquisque frequens. Ioseph. I. B. I. 13. 5. Diogen. II. 133. S. Luc. A. A. XXI. 16. et infr. XI. 53. Vide supr. c. 13. Atque haud scio, an defectum hunc sarcire librarius M. suo *ὠμῶς* sive *ὠμοὺς* voluerit: quo tamen sine damno carebimus. Wess. Recte hanc vocem ab melioribus libris addi ostendit c. 84. *τοῖς δ' ὠμοφάγοις πολλὰ τῶν ὀρνέων θηρεύοντες παραβάλλουσι.*

93. 69. *Ἐπαισχύνονται*] Iubent scripti Codd. hoc et *γινόμενοι* suum in locum recipi. *Γίνεσθαι εἰς* et *περὶ* saepe idem est ac re aliqua distineri, illique intentum esse. Vide XI. 8. XIII. 107. XIV. 26. Wess.

94. 73. *Ὑπὸ τῶν ἀπάντων*] Requirit rei ordo *ἀπαντώντων, ab illis, qui obviam veniunt:* in vulgato, quod scripturae quodam compendio hinc natum arbitror, non acquievisse librarios, Codd. discordia testificatur. Quae sequuntur, Eusebius excerpsit II. Praep. Evan. p. 50. D. Wess.

94. 76. *Εἰς τὰς ταριχείας*] Sacris animalibus eundem paene honorem deferebant, quem hominibus fato suo functis; quare et suos sibi *ταριχευτῆρας* habebant, quos Aelian. X. H. Animal. 20. *τοὺς ταῖς ταριχείαις τῶν ζώων ἐφεστῶτας καὶ δεινοὺς τήνδε τὴν σοφίαν* appellat. De *κεδρίᾳ*, sive oleo cedrino c. 91. Wess.

94. 79. *Ἐν ἱεραῖς θήκαις*] Vid. Herodot. II. 67. Superant in nostram usque aetatem aves Aegyptiorum more modoque conditae; cuiusmodi se vidisse et in Galliam asportari curasse P. Lucas IV. Itin. Aegypt. p. 347., et multis ante eum annis Io. Gravius Pyramidogr. p. 48., memorat. Wess.

94. 80. *Θανάτῳ περιπίπτει*] Videtur his deesse *ἄκων δ' οὐ·* quod si excidisse neges, ad pleniorem sensum requiri non negabis, ubi Herodot. II. 65. in consilium adhibueris. Adde Ciceron. V. Disp. Tuscul. 27. Wess.

94. 87. *Τὸ τετελευτηκὸς*] Malim *τοῦτο τετελευτηκός.* Steph.

94. 92. *Οὔπω προσηγορεύετο φίλος*] Ptolemaeus Auletes socius atque amicus P. R. consule Iulio Caesare appellatus est. Sueton Caes. 54. *In primo consulatu societates et regna pretio*

dedit; ut qui uni Ptolemaeo prope VI. millia talentorum suo Pompeiique nomine abstulerit. Quare, quod hic gestum narratur, contigit anno 1. Olymp. CLXXX. quo Aegyptum Diodorus se invisisse ait c. 44. WESS.

94. 99. *Ἀπὸ τῆς Ῥώμης φόβος*] Metus populi Romani, quem *τὸν ἀπὸ Ῥωμαίων φόβον* in Excerpt. Vales. p. 337., sicuti eorundem p. 382. metum, quem Carthaginienses ostentabant, *τὸν ἀπὸ Καρχηδόνος φόβον* appellat. Conf. infr. IV. 47. WESS.

94. 11. *Ξυρῶνται ὅλον τὸ σῶμα*] Et caput et reliquas eius partes, secus atque in fele mortua, quando sola duntaxat supercilia radebant, Herodot. II. 66. Adde Synesii Encom. Calv. p. 70. D. WESS. *Οἱ κατ' οἶκον* sine *ὄντες* scribi iubet, nec male, Ursinus. IDEM in Add.

94. 13. *Ἐὰν οἶνος ἢ σῖτος* etc.] Non multum hinc discrepat lex Mosaica Levit. XI. 32. etc. WESS.

95. 17. *Ανπούμενοι τοὺς αἰλούρους*] Concinne Anaxandrides Aegyptio militum conductori in Athen. VII. 13. p. 300. A. *σὺ μὲν τὸν αἴλουρον*, inquit, *κακὸν ἔχοντ' ἦν ἴδῃς Κλαίης· ἐγὼ δ' ἤδιστ' ἀποκτείνας δέρω.* quae egregie gentis superstitionem illustrant. Iam quae mox consequuntur ea Euseb. II. Pr. Ev. p. 50. excerpsit. WESS.

95. 21. *Ἐν Μένδητι*] Hanc verissimam esse lectionem, Stephanus cum Strabone docet. RHOD. Bene Rhodom. De eodem hirco Plut. T. II. p. 380. E. *οἷόν ἐστιν Ἶβις καὶ ἱέραξ καὶ κυνοκέφαλος, αὐτὸς ὁ Ἆπις· οὕτω δὴ γὰρ τὸν ἐν Μένδητι τράγον καλοῦσι·* quo loco id mihi per sane mirum accidit, hircum eum *Apin* dici. Atqui *Μένδης* Aegyptiorum sermone Pan et hircus, unde nomo et urbi id nomen apud Herodot. II. 42. 46., non Apis, quippe bos sacer. Itaque aut excidit huic loco *καὶ Μένδης*, aut scripsit *ὁ Θμοῦις*, quo nomine Aegyptii idem animal designabant, teste Hieronymo in Esai. XLVI. WESS.

95. 23. *Ἐν τῇ Λεόντων πόλει*] Sic malunt scripti Codd.; alterum auctoritate Strabonis et Ptolemaei se tueri potest. Vide ad Hieroclem Synecdem. p. 728. Non longe autem Mendetem et Leonum hanc urbem disiunctas fuisse ex Strab. XVII. p. 1154. videbis. WESS.

95. 29. *Ἐψῶντες ἐν γάλακτι*] Mallem *ἕψοντες*, quod mox in R. et Cl. 2., aut certe *ἑψοῦντες*, ut cap. 80., quod paullo quidem rarius, nec insolens tamen, uti Eustath. in Homer. p. 1482. docebit. Habet *ἑψῶντες* Etymolog. in *Ἕλνμος*, sed inprobatum a viro, in his literis plurimum callente, F. Sylburgio. WESS.

95. 33. *Μεγάλην εἰσφέρονται σπουδήν*] *Omne studium conferunt:* quod genus frequens admodum. Basil. M. T. II. p. 181. D. *τὸ γὰρ πᾶσαν σπουδὴν εἰσφέρεσθαι, ὅπως* etc. atque ita supr. c. 83. *οἱ δ' ὄχλοι πᾶσαν εἰσεφέροντο σπουδήν·* et XIV. 108. XV. 34. WESS.

95. 40. *Ὁμοφύλους θηλείας*] De Apidis apud Memphitas commodis, sunt illi, inquit Aelian. XI. H. A. 10. p. 648., *καὶ θηλειῶν βοῶν ὡραίων οἶκοι, οἱονεὶ θάλαμοι, ὅτε ἐθέλοι καὶ ἦν ἐρᾷ θυμὸς ἀναβαίνειν.* Aliter Plinius VIII. N. H. c. 46. et ex eo Ammian. XXII. 14. Wess.

95. 43. *Ποιοῦσι μὲν ἴσα τοῖς στερουμένοις*] Erit fortasse, cui *πενθοῦσι* Codd. M. Co. non displicebit; nec caussa tamen gravis est. *Ἴσα* saepe eum locum capessit, qui *τῷ ἴσως* debebatur, ut c. 89. *ἐνομοθετήθη τιμᾶν ἴσα θεοῖς.* Oppian. Halieut. II. 326. *Ἴσά γ' ἀριστῆϊ προμάχῳ στρατοῦ* etc. Pausan. II. 2. p. 116. *ἡ Πυθία χρᾷ τὸ δένδρον ἐκεῖνο ἴσα θεῷ σέβειν.* Conf. Exc. Vales. p. 246. Wess.

95. 53. *Εἰς τὰς ταφὰς αὐτῶν*] Hoc rerum series postulat, non *τροφάς*; quare et confidenter mutavi, tantoque magis, quod commutare librariis haec vocabula moris sit. Narrat Plut. Isid. et Osir. T. II. p. 359. D. omnes Aegyptios ad funeranda animalia, quae sacra censebantur, sumptus contulisse, praeter Thebanos, nullum Deum mortalem arbitratos. Graeca, ut mendum eluam, adscribo: *εἰς δὲ τὰς γραφὰς τῶν τιμωμένων ζώων, τοὺς μὲν ἄλλους συντεταγμένα τελεῖν, μόνους μὴ διδόναι τοὺς Θηβαΐδα κατοικοῦντας, ὡς θνητὸν θεὸν οὐδένα νομίζοντας.* Vertit interpres, *cum autem ad alenda animalia* etc., ac si *τροφὰς* legisset, aut scribi oportere decrevisset. Tu mecum *ταφὰς* praecopta, quod res ipsa et quae Plutarchus prioribus adstruit, requirunt manifesto. Wess.

95. 59. *Παράσημα τὰ παραπλήσια*] Haec numero XXIX fuisse Aeliano Aegyptii persuaserunt XI. H. A. 10., atque hinc puto factum, ut inter scriptores de Apidis ingenuis notis haud bene conveniat. Vide viros doctos in Strabon. XVII. p. 1160. et Ammian. XXII. 14. p. 360. Id tantummodo addam, Schol. Ptolemaei in Tetrabibl. p. 2. auctorem esse, caudam eius bovis cum luna augeri et minui solitam. Wess.

96. 62. *Εἰς Νείλου πόλιν*] Promiscue *Νειλόπολιν* et *Νείλου πόλιν* appellant, sitam in insula Heracleotica: Ptolemaeus IV. 5. prius, posterius Euseb. VI. H. E. 42. probat, quod post L. Holsten. in Steph. *Νεῖλος* monere haud neglexit Ch. Cellar. IV. Geogr. I. p. 63. Illud autem *οἷς ἐστιν ἐπιμελὲς* respicit *τοὺς γραμματέας ἱεροὺς καὶ προφήτας*, horum enim ea cura apud Aelian. XI. H. A. 10., et elegans est. Herodot. II. 150. *ἐπιμελὲς γάρ δή μοι ἦν.* Conf. Ezech. Spanhem. Diss. IX. de Usu et Praest. Num. p. 714. Wess.

96. 63. *Εἰς θαλαμηγὸν ναῦν*] Hanc Suetonius (Caesar. 52.) *navem thalamegum*, terminatione ad foemininum non inflexa, vocat. Seneca (VII. Benef. 20.) vero Graecum nomen quodam modo interpretatus, id genus naves *cubiculatas* appellat. Nos utrumque interpretatione hac complecti voluimus. Discrimen inter *τέ-*

μενος, σηκὸς, ναὸς hoc est. Τέμενος agrum Deo consecratum, et quasi resectum a caeteris, significat. Ναὸς in genere templum est: σηκὸς autem locus in templo, ubi statuae Deorum collocantur, quasi στηκὸς ab ἵστημι. RHOD.

96. 68. Ἀνασυράμεναι] Ἀνασύρεσθαι eorum esse, qui vestem consulto consilio adducunt, Is. Casaub. in Sueton. Aug. 82. et Theoph. Charact. II. admonuit. Honeste philosophus Teles de Lacaena, quae filiis cum dedecore ex proelio fugientibus, ποῦ φησιν οἱ καταφεύγοντες, ἢ δεῦρο καταδυσόμενοι ὅθεν ἐξεδύετε; ἀνασυραμένη καὶ δείξασα αὐτοῖς, in Stobaei Serm. CVI. p. 576. Adde Diogen. II. 116., nec ausculta tamen Aeg. Menagio. WESS.

96. 72. Εἰς τοῦτον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ μετέστη] Profitebantur Aegyptii Apin esse εἴδωλον τῆς ἐκείνου ψυχῆς sive animae Osiridis simulacrum in Plut. Isid. et Os. T. II. p. 359. B. et 362. D., rati animam eius per quandam μετεμψύχωσιν in bovem, quoties novus appareret, transfundi. Vide Io. Marsham. Can. Chron. p. 60. WESS.

96. 76. Τὰ μέλη συναγαγοῦσαν] Conf. supr. c. 21. Mox βύσσινα non muto. Ioan. Apocalyp. XVIII. 16. ἡ πόλις ἡ μεγάλη ἡ περιβεβλημένη βύσσινον. WESS.

96. 78. Ὀνομασθῆναι Βούσιριν] Diceres haec excerpsisse Stephanum in Βούσιρις, qui nominis caussas exponens, ἐκεῖ λέγεται θάψαι τὸν Ὄσιριν Ἶσις, ἐμβαλοῦσα εἰς ξυλίνην βοῦν, ὥστε Βουσόσιριν εἶναι τὴν πόλιν. Sic lego: neque enim Nostri locus patitur, ut de emendatione, quae in Stephano felicissime S. Bocharto Hieroz. P. I. Lib. II. 34. p. 345. cessit, vel tantillum addubites. Sita urbs erat medio in Delta, Herodot. II. 59. teste, nobilitata tumulo, qui Osiridis reliquias conplectebatur, si verum accepit Eudoxus in Plut. Isid. et Osir. p. 359. D. Conf. inf. c. 88. WESS.

96. 85. Ὃ προειρήκαμεν] Vide cap. 21. WESS.

96. 87. Τῆς ἀρχαϊκῆς ἁπλότητος etc.] Priscae stolidaeque, quo modo saepe Aristophanes atque alii. Παιδάριον εἰ καὶ φρονεῖς ἀρχαϊκὰ Nubib. 817.; hinc ἄνοια καὶ τρόπου ἀρχαιότης Alciphr. III. Epist. 64., et ἀρχαίους ἀποδεῖξαι Aelian. I. H. A. 25. Vid. Ezech. Spanhem. in Comici Plut. 323. Recte vero Plut. Isid. et Osir. p. 379. E. de eorum opinione, qui Deos, metu perculsos, in animalium corporibus se abdidisse nugabantur, πᾶσαν, inquit, ὑπερπέπαικε τερατείαν καὶ μυθολογίαν. Haec autem omnia Euseb. II. Pr. Ev. p. 49. exscripsit. WESS.

96. 91. Ὁμοιωθῆναι τισὶ τῶν ζώων] Fabulam explicat Ovid. V. M. 327., *Duxque gregis, dixit, fit Iuppiter: unde recurvis Nunc quoque formatus Libys est cum cornibus Ammon. Delius in corvo; proles Semeleïa capro. Fele soror Phoebi, nivea Saturnia vacca, Pisce Venus latuit, Cyllenius ibidos alis.*

A quo in paucis abit Lucian. Sacrif. c. 14., concinit autem Hygin. II. Poet. Astron. 28., modo *Dianam aeluro simulatam* cum viris doctissimis Flavio et Munkero probes. Praecivit in hoc genere Graecis Latinisque Pindarus, qui ἐν προσῳδίοις Deos finxit, cum a Typhone premerentur, *οὐκ ἀνθρώποις ὁμοιωθέντας, ἀλλὰ τοῖς ἀλόγοις ζώοις*, Porphyr. III. Abst. 16. Wess.

96. 96. *Πολυτελῶς ζῶντα* etc.] Tueri se potuerat *ἐπιμελῶς*, nisi contra id starent scripti Codd., quorum singularis in *πολυτελῶς* consensus firmatur c. 84. Conf. XIV. 13. Wess. Vtroque coniuncto Eichstadius edidit *τρέφειν μὲν ἐπιμελῶς ζῶντα, θάπτειν δὲ πολυτελῶς τελευτήσαντα*. Quam coniecturam subvertit Gemistus l. II. c. 9. scribens *πεφιλοτεχνημένης ἐπιμελῶς*, ubi *πολυτελῶς* est in libris. Vnde intelligitur hic quoque interpretis esse *ἐπιμελῶς*, Diodori autem unum *πολυτελῶς*. Neque vero tali additamento opus est illi *θάπτειν*, quo *τρέφειν* sane carere non potuit. Nutriendorum enim animalium non more, nam et aliae gentes bestias nutriunt, sed studio excellunt Aegyptii: sepultura vero non sumptuosa tantum sed omnis omnino aliis gentibus inusitata est.

97. 3. *Ἐπὶ σαυνίων φορεῖν*] *Saunium* pili genus barbaricum erat. Hesych. *Σαυνίον, ἀκόντιον βαρβαρικόν.* quare et Lusitanos V. 35. Persasque XIV. 27. XVII. 20. eo instruxit, ac Galli *σαυνιάζουσι τοὺς ἐναντίους* V. 29. Strabo quoque Persis et Indis attribuit XV. p. 1044. cum Casaub. nota. Moris, quo de *Diodor.*, auctorem perhibent Osirin, cum nobilem eam expeditionem, superius c. 18. descriptam, ingrederetur, Plut. Is. et Osir. p. 379. F. Wess.

97. 11. *Τρίτην δ' αἰτίαν* etc.] Tertiam hanc animalium apud Aegyptios cultus caussam tetigit et Cicero I. N. D. 36. *ipsi*, inquiens, *qui irridentur, Aegyptii nullam beluam, nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, consecraverunt*, quique ibi a Cl. Davis. sunt excitati. Wess.

97. 14. *Ἐργάτας τίκτειν*] Bovis, arietis, hircique cultum, etsi perridiculum, excusari quodam modo posse, *ταῦτα μὲν ἴσως*, ait, *ἔχει τινὰ λόγον· ἡμερώτατα γὰρ καὶ ὠφελιμώτατα βίῳ· ἀροτῆρ ὁ βοῦς, αὔλακας ἀνατέμνειν εἰς τὰς σπορὰς δυνατώτατος. ὁ κριὸς τῶν σκεπασμάτων τὸ κάλλιστον ἐσθῆτα παρέχει*, Philo Iud. Decal. p. 755. C., satis concinne ad mentem opinionemque Aegyptiorum. Wess.

97. 20. *Κυνὸς ἔχοντα κεφαλήν*] Virgilii VIII. Aen. 698. *latrator Anubis* in Aegypto *κυνὶ τὸ εἶδος ἀπεικάζεται* canino capite fingebatur, Plut. Is. et Osir. p. 368. E., idque ob custodiendi asservandique studium, quo canem aequiparabat; quam formae huius caussam ita exsequitur Proclus in Platon. Polit. p. 417. *καὶ εἰκασαν ἄρα διὰ ταῦτα καὶ οἱ τὰ θεῖα σοφοὶ ταύτην κατι-*

δόντες τῶν κυνῶν τὴν ἰδιότητα τὴν φυλακτικην, τοῖς φρουρητικοῖς αὐτοὺς οἰκείους θεοῖς ὑπολαβεῖν, καὶ ΚΥΝΟΠΡΟΣΩΠΟΝ αὐτὸν ἐν τοῖς εἴδεσι ποιεῖν· ὡς τὸν ΑΝΟΥΒΙΝ Αἰγύπτιοι, τὸν τοῦ Ὀσίριδος ΦΡΟΥΡΟΝ. Quae sequuntur de canibus, qui Isidi, Osirin laceratum investiganti, duces se praebuerint, ea et Aelian. X. H. A. 45. iisdem paene verbis explicat; id tamen male, nisi si vitium eius orationem occuparit, quod Osiridem Isidis filium facit. Wess.

97. 25. *Τοῖς Ἰσείοις προπορεύεσθαι τοὺς κύνας*] Conf. supr. c. 14. In Isidis sollemni pompa non canes tantum, sed et canino capite insignes aliqui procedebant; quo habitu Volusius, a Triumviris proscriptus, felicissime se periculis expedivit et ad Pompeium in Siciliam tramisit: Appian. IV. B. C. 4. p. 990. ἥτησε (Isiacum, quo amico utebatur) *τὴν στολὴν καὶ τὰς ὀθόνας ἐνέδυ τὰς ποδήρεις καὶ τὴν τοῦ ΚΥΝΟΣ ΚΕΦΑΛΗΝ ἐπέθετο, καὶ διῆλθεν οὕτως ὀργιάζων αὐτῷ σχήματι εἰς Πομπήϊον.* Quam quidem personam qui gestabant, Anubidem exhibebant, ut in ea sollemnitate, de qua Apuleius XI. Metam. p. 262., *nec mora, cum Dei, dignati pedibus humanis incedere, prodeunt; hic horrendum attollens canis cervices arduas Anubis, ille superum commeator et inferum:* neque enim dubium mihi est, quin Madaurensis philosophus ita scripserit; et favent *Anubidi* praeter Beroaldi editionem Mss. Florent. et Bertin. Wess.

97. 29. *Θανάσιμα δακνούσας* etc.] Morsum earum certa et cita mors sequebatur: Philo Iud. I. V. M. p. 619. A. *ὧν τὰ δήγματα πέφυκεν ἀνυπερθέτως ἀναιρεῖν.* Notaque in vulgus sunt, quae reginae Cleopatrae et ancillis evenerunt, quaeque Galen. Theriac. ad Pison. p. 460. se Alexandriae vidisse memorat. Wess.

97. 30. *Τὸν δὲ ἰχνεύμονα*] Vide cap. 35. Mox *καταληφθέντα* probavi; omnia enim ichneumon, quae nancisci potest, crocodili ova conterit. Conf. Aelian. X. H. A. 47. Wess.

97. 35. *Ἄβατον ἂν γενέσθαι τὸν ποταμὸν*] Sic de fundo maris Aelian. IX. H. A. 35. *ἢ καὶ τούτοις μὲν ἄβατά ἐστι.* De insidiis, quas ichneumon aspidibus et crocodilo tendit, Strabo XVII. p. 1166. Wess.

98. 43. *Τῶν δ' ὀρνέων τὴν μὲν ἶβιν*] Cicero I. N. D. 36. *Velut ibes, quae maximam vim serpentium conficiunt, cum sint aves excelsae, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro; avertunt pestem ab Aegypto, cum volucris anguis ex vastitate Libyae vento Africo invectas interficiunt atque consumunt.* Duum erant genera, aliae ciconiarum in morem variae, aliae nigrae: *διττὴ τὴν χρόαν. ἡ μὲν πελαργώδης, ἡ δὲ ὅλη μέλαινα,* Strabo ait XVII. p. 1179. B., cui iungendus, qui Herodoteam descriptionem taxavit, Theon Progymn. c. 11. p. 122. Serpentes autem conficere praeter eos, quos Ciceroni adscripsit Davis., et

plura de benefica hac ave habent Aelian. X. H. A. 29. Plutarch. Isid. et Os. p. 381. C. et Euseb. IX. Pr. Ev. p. 432. Wess.

98. 46. *Καὶ τὰ μικρὰ τῶν δακέτων*] Diceres haec Aelian. X. H. A. 14. ob oculos habuisse, ὄφεών τε, ait, καὶ δακέτων θηρίων ὃ αὐτός ἐστιν ἔχθιστος· οὐκ ἄν γοῦν αὐτὸν διαλάθοι οὔτε ὄφις, οὔτε σκορπίος. Vim fatidicam, quam avi tribuebant alii, mire illi auxerunt, qui mortuam divinatricem et futurorum scientissimam asseverabant in Porphyr. IV. A. A. 9. p. 154. Wess.

98. 52. *Φοινικοῦν ῥάμμα*] Nisi superiora officerent, φοινικοῦν ῥάμφος blandiri posset: solebant enim eiusmodi rostro et homines, ῥάμφεσι τῶν ἱεράκων ait Synes. Calv. Encom. p. 73. A. et templorum vestibula ornari, Porphyr. IV. A. A. 9. Hinc vero lucem accipit Clem. Alex. VI. Strom. p. 757. cum de scriba sacrorum, ὃ ἱερογραμματεὺς προέρχεται, ἔχων πτερὰ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. liquet enim accipitris fuisse pennam. Wess.

98. 56. *Διὰ τὸ βασιλικὸν εἶναι*] De cygno et aquila Synesius Dion. p. 54., βασιλειοί τε εἰσὶν ἐκεῖνοι καὶ διαιτῶνται παρὰ τὰ τοῦ Διὸς σκῆπτρα: neque enim assentiri possum G. Io. Vossio IX. Theol. Gent. 14. non aquilam, sed accipitrem fuisse censenti, qui laxius accepta voce aquila vocetur: distinguit enim manifeste utramque avem Diodorus. Conf. Serv. IX. Aeneid. 564. Wess.

98. 59. *Τὸν Πρίαπον*] Vid. inf. III. 6. et Lucian. Dea Syr. c. 16. Wess.

98. 64. *Οὐκ Αἰγυπτίους μόνον* etc.] Diximus supr. c. 22. Wess.

98. 66. *Παραλαβόντας πατρικὰς ἱερωσύνας*] Plato eiusmodi sacerdotia, quae a parentibus ad liberos transeunt, πατρίας ἱερωσύνας appellat VI. Leg. p. 759. B. Ex eo autem genere Aegyptiorum fuisse sacra docuit supr. c. 73. Adde Ez. Spanhem. in Callimachi Hymn. in Pallad. 43. Wess.

98. 71. *Ἐντεταμένας*] Veram esse hanc lectionem ostendit idem verbum infra in historia Priapi III. 6. bis eodem sensu repetitum: quamvis marginalis etiam lectio admitti queat. Rhod. Recte Rhodom. ἄγαλμα ἐξορθιάζον τῷ αἰδοίῳ Plut. Is. et Osir. p. 371. F. Plura doctissimus Kuhn. in Pausan. VI. 26. p. 518. et Langbaen. ad Longin. 4. p. 30. Mox concinnius visum est παραπλησίας. Wess.

99. 82. *Τοιοῦτον τῷ χρώματι* etc.] Consentit Plut. Isid. et Os. p. 363. A. *Αἰγύπτιοι δὲ πυῤῥόχρουν γεγονέναι τὸν Τυφῶνα νομίζοντες, καὶ τῶν βοῶν τοὺς πυῤῥοὺς καθιερεύουσιν, οὕτως ἀκριβῆ ποιούμενοι τὴν παρατήρησιν, ὥστε κἂν μίαν ἔχῃ τρίχα μέλαιναν ἢ λευκὴν, ἄθυτον ἡγεῖσθαι. Aegyptii, quia Typhonem colore rufo fuisse censent, boum quoque non nisi rufos immolant; tamque accuratam adhibent observationem, ut si vel pilum habeat album aut nigrum, mactari non posse arbitrentur.* Quae boum ruforum descriptio cum egregie congruat ac concinat

constitutioni Mosaicae de *iuvenca prorsus rufa* פרת אדמת תמימת Numer. XIX. 2., recte viri docti boves hos Aegyptios et iunicem Hebraeam inter se compararunt et contenderunt: quamquam Iudaeos Aegyptiorum aemulatione vaccam hoc colore immolasse, tametsi in hanc partem Io. Spencerus II. Leg. Hebr. XV. p. 557. inclinet, impelli, ut credam, necdum possum: differunt certe quidem in multis, de quibus haud male II. Aegypt. 8. Herm. Witsius, sed in Plutarcho coarguendo nimius. WESS.

99. 86. *Φασὶ θύεσθαι*] Negat quidem Herodot. II. 45. Aegyptios victimas humanas immolasse; sed contra eum veniunt cum Diodoro Porphyr. II. A. A. 55., qui Amosin homines mactandi morem, Heliopoli olim probatum, sustulisse refert. Plut. Isid. et Osir. p. 380. D. teste Manethone, vivos homines, qui Typhonii, forte ob colorem, dicebantur, conbustos asseverat: verba adscribam, ut emendem: *καὶ γὰρ ἐν Ἑλληθυίας πόλει ζῶντας ἀνθρώπους κατεπίμπρασαν, ὡς Μανέθων ἱστόρηκε, Τυφωνίους καλοῦντες*: sic lego: *Ἰδιθύας πόλει*, uti editur, nihili est, iureque optimo Abr. Ortelio displicuit. Habuit Aegyptus *Lucinae oppidum Ἑλληθυίας πόλιν*, supr. c. 12. signatum, at distinctius a Strabone XVII. p. 1171. D. et Porphyrio in III. Pr. Evang. 12. Eusebii. WESS.

99. 88. *Ὀλίγους εὑρίσκεσθαι πυῤῥοὺς*] Crine ruber Aegyptiis olim *δυσάντητον θέαμα* erat, nec nisi ingratiis hoc hominum genere utebantur, Plut. Is. et Osir. p. 361. B. Nunc, ut mobile hominum est ingenium, aliud obtinet; operam enim plerique omnes dant, ut capillos rufo colore inficiant, Prosp. Alpino II. R. Aegypt. 10. auctore. WESS.

99. 90. *Οὐ τοῦ βασιλέως* etc.] Conf. Strabon. XVII. p. 1154. B. et supra c. 67. et 85. WESS.

99. 95. *Ταῖς ἐπιμιξίαις ζωογονεῖν*] Idem docet Aristoteles VIII. H. A. 28., praetereaque lupos Aegyptios ceteris longe esse minores: duplo Europaeis minores Prosp. Alpin. IV. R. Aegypt. 9. ait. WESS.

99. 2. *Λύκῳ τὴν ὄψιν ὁμοιωθέντα*] Hinc explanatur oraculum, quo Aegyptiis, a Typhone oppressis, rerum conversio promittitur, *ὅταν Ὥρῳ τῷ παιδὶ γνώμη γένηται, συμμαχίαν ἑλέσθαι πρὸ τοῦ λέοντος λύκον· ὁ δὲ λύκος ὅστις ἐστὶν, ἱερὸς λόγος ἐστὶν, ὃν οὐχ ὅσιον ἐξαγορεύειν, οὐδὲ ἐν μύθου σχήματι*, *cum Horus filius lupum potius, quam leonem belli socium sibi adsciverit. Quis vero lupus ille sit, arcani sermonis est, quem ne in fabulae quidem specie fas est in vulgus efferre*, apud Synes. I. Provid. p. 115. Osiridem enim indicat, filio opem contra Typhonem laturum. Dion. Petavius, si horum Diodori recordatus esset, facile ex oraculi eius tenebris se expedivisset. WESS.

99. 7. *Διὸ καὶ τόν τε νομὸν ἐκεῖνον*] Nisi haec interpretatione iuves, aut *ἐκεῖνον* elimines, non satis commoda videbuntur:

neque enim Elephantine, contra Syenem in ultimis Aegypti finibus posita, in Nomo Lycopolitano fuit. Vult, puto, Nomum in memoriam Aethiopum ultra Elephantinem a lupis compulsorum nomen accepisse inque Luporum urbe, *Λύκων πόλει*, quae in Thebaidis, si Memphi ad superiora pergeres, principio, lupos coli coeptos. Vid. Strab. XVII. p. 1167. B. et ad Anton. Itiner. p. 158. Wess.

99. 13. *Τὰ δεινότατα διατιθέντας*] Sic supr. c. 83. *τῶν ὄχλων τὸν πράξαντα δεινότατα διατιθέντων.* quae verbi potestas in vexationibus afflictionibusque domicilium quoddam tenet. Ioseph. XX. A. I. 1. 1. de Tholomaeo, latronum principe, *διατεθεικὼς μέγιστα κακὰ τὴν Ἰδουμαίαν καὶ τοὺς Ἄραβας.* et cap. 11. 2. *τίνα τε Πέρσαι καὶ Μακεδόνες διατεθείκασιν ἡμᾶς·* ubi ego quidem malim cum Cod. Busb. *δεινὰ διατεθείκασι.* Plutarchus de Exsul. T. II. p. 606. B. *οὕτως ἐγὼ διατίθημι τοὺς κακῶς με ποιοῦντας·* quibus, plura si desideres, adde ex Nostri XIII. 112. XIV. 27. XX. 52., et quae viri doctissimi Steph. Bergler. in Alciphron. II. Ep. 1. p. 20. et T. Hemsterh. in Nigrin. Luciani c. 38. summa diligentia conduxerunt. De crocodili autem cultu supr. c. 35. et Aelian. X. H. A. 21. Wess.

99. 16. *τοὺς λῃστὰς τούς τε ἀπὸ τῆς Ἀραβίας καὶ Λιβύης*] Eusebium qui τε omittit sequutus est Wesselingius. Quod, nisi gravior accedat auctoritas, non imiter. Ita p. 175. 12. *ἥ τε Σεμιράμιδος γένεσις καὶ αὔξησις.* p. 233. 30. *συλλύοντα τά τε νεῖκη τῶν ἐθνῶν καὶ πόλεων.* p. 48. 73. *ῥαγάδας τε μεγάλας καὶ διηνεκεῖς ἔχειν.* p. 65. 73. *κατεσκεύασεν ἔργα τε μεγάλα καὶ θαυμαστὰ ταῖς ἐπινοίαις καὶ ταῖς χορηγίαις,* ubi non deleam τε, etsi *ἔργα μεγάλα καὶ θαυμαστὰ* sic est p. 37. 34. Porro p. 23. 44. *ἐν ἐκείνῳ μόνῳ τῷ τόπῳ τῶν τε κατὰ τὴν Ἰνδικὴν καὶ τὴν ὁμορον χώραν.* Quibus non dissimilia sunt p. 60. 98. *τοὺς ἐπιμελησομένους τῶν τε προσόδων τῶν βασιλικῶν καὶ διοικήσοντας ἅπαντα τὰ κατὰ τὰς ἰδίας μερίδας.* p. 366. 86. *διάφορα ταῖς τε προσόψεσι καὶ ταῖς ἀλκαῖς θαυμαστά.* p. 385. 40. *μεταδοῦναι τῆς τε δωρεᾶς καὶ τὰ περὶ τὴν ἐργασίαν τοῦ σπόρου διδάξαι.* p. 24. 66. *συναποκομίσαι δῶρά τε πανταχόθεν τὰ κράτιστα καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν συμπεφωνημένην λαβεῖν παρὰ πᾶσι τὴν ἀθανασίαν.* Haec si omnia non sunt librariis imputanda, ne in illis quidem p. 175. 55. *Σεμίραμιν δὲ τῷ τε μεγέθει τῶν ἐπιβολῶν καὶ πράξεων διωνομασμένην*, p. 372. 6. *ἐπὶ ζήτησίν τε τῆς γυναικὸς καὶ τῆς θυγατρὸς*, continuo sequendus erit liber unus vel alter qui particulam aut omittit aut transponit.

100. 22. *Προσαγορευόμενον Μηνᾶν*] Conf. supr. 45.; qui rex cum ex hominibus Aegypto primus praefuerit, et Moeris aliquot eo aetatibus sit posterior, fortasse is hic intelligitur, quem cap. 61. *Mendem* vocat, labyrinthi conditorem. Scio quid viri egregii Holsten. et Berkel. ad Stephani *Κροκοδείλων πόλις* tenta-

rint; neque conatum inprobo: sunt enim eius verba his Diodori paene gemina; quem nisi auctorem habuerit, posses ex corruptis eius ὁ *Μαν** ὑπὸ τῶν ἰδίων etc. facili opera ὅτι ὁ *Μένδης* aut *Μάρος* effingere. *Menan* enim ab hippopotamo interfectum raptumque, African. et Euseb. tradunt in Syncelli Chronogr. p. 54. Wess.

100. 27. *Ὀνομάσαντα Κροκοδείλων*] Non dubium est, quin vulgato multis hoc partibus praestet. Herodotus II. 148. *ὀλίγον ὑπὲρ τῆς λίμνης τῆς Μοίριος, κατὰ Κροκοδείλων καλεομένην πόλιν.* Aelian. VI. H. A. 7. *περὶ τὴν λίμνην τὴν καλουμένην Μύριδος, ὅπου Κροκοδείλων πόλις.* Nec aliter Strabo, Ptolem. Stephan. atque alii. Neque morari quemquam debet absentia vocis *πόλιν*, quae paene sollemnis in Aegyptiorum urbibus: sic ἡ *Λύκων* apud Suidam, ἡ *Κύνων*, ἡ *Λάτων*, unde deinceps ἡ *Λυκὼ*, *Κυνὼ*, *Λατὼ* formatae sunt. Vid. ad Itin. Anton. p. 153. et 160. Wess.

100. 32. *Λαβύρινθον οἰκοδομῆσαι*] Dixi supr. c. 61. Wess.

100. 35. *Οὕτως ἑαυτοὺς εἰθίκασι*] Quod vulgo legebatur *οὕτως αὐτοὺς τεθείκασι*, id ad hanc formam, morem Mss. gerens, inmutavi, neque iniuria, ut opinor: nam et *οὕτως τιθέναι* de cultu, quo adfecta animalia, insolens. Non quidem ignoro Libanii illud T. I. p. 90. D. *ναυτιλίαν δ' ὅστις μάλιστα τίθεται, navigandi quisquis studium magni facit;* sed alius id modi et formae est; neque convenit Demosth. in Aristocrat. p. 426., *οὐ τίθημι ἐν ἀδικήματος μέρει.* Et hoc si Diodorus voluisset, *αὐτὰ*, ut *τὰ τιμώμενα ζῶα* statim intelligerentur, dedisset. Quae his adstruit, argumento sunt, spectare consuetudinem, quam sponte sua Aegyptii susceperant, et iustum esse, quod secutus sum. Wess.

100. 37. *Τινὰς μὲν γὰρ φαγῶν* etc.] Aegyptiis *Porrum et caepe nefas violare et frangere morsu* olim fuisse, ex Iuven. XV. 9., nemo est, qui nesciat. Adde Herod. II. 37. Plut. Isid. et Osir. p. 353. E. Plin. XIX. N. H. 6. Wess.

100. 47. *Διελέσθαι μὲν τὴν χώραν* etc.] Adfert eandem cultus animalium caussam Plut. Isid. et Osir. p. 380. A.; nec negligendam censuit Artapan. in Euseb. IX. Pr. Ev. p. 432., quamquam Mosi satis absurde adscribens. Paullo ante *βασιλέων τινὰ διαφέροντα* iustius visum: *τῶνδε τῶν δεινῶν τινα καὶ πανούργων βασιλέων* Plut. eo, quo dixi, loco. Wess.

100. 53. *Πάντας γὰρ τοὺς πλησιοχώρους* etc.] *Summus utrinque Inde furor vulgo, quod numina vicinorum Odit uterque locus, cum solos credat habendos Esse Deos, quos ipse colit*, de Ombitis et Tentyritis Iuven. XV. 35. et Aelian. X. H. A. 21., quibus similia admiserunt Oxyrynchitae et Lycopolitae in Plutarchi Isid. et Osir. p. 380. B. Atque hinc, uti multa alia, venit ad Christianos, ut ob diversas de religione sententias non mutuis tantum odiis, detestabili exemplo, se lacerarent, sed et quovis modo sibi incommodarent. Cuius facinoris Ariani Aegyptii

primum cum exemplum praebuissent, mox, contagio quasi, pestis eadem ad ceteros pervasit, ut bene M. V. la Croze I. Hist. Christian. Indor. p. 5. Wess.

100. 58. *Ἀλλήλους κατεσθίειν*] Conf. supra c. 14. Wess.

101. 68. *Τιμῶν τυχεῖν ἰσοθέων*] Sollemne hoc de *consecratis* et hominibus et animalibus. Castor et Pollux intra templa recepti *τιμὰς ἰσοθέους ἔσχον* inquit Plut. in Thes. p. 16. A., et de Aleta Polyb. X. 10. *δοκεῖ δ' οὗτος εὑρετὴς γενόμενος τῶν ἀργυρείων μετάλλων, ἰσοθέων τετευχέναι τιμῶν.* Habet et Artapanus in Euseb. X. Pr. Evang. p. 432. C. Mosem enim *ὑπὸ τῶν ἱερέων ἰσοθέου τιμῆς καταξιωθέντα προσαγορευθῆναι Ἑρμῆν* asseverat, et Gregor. Nazianz. Orat. III. p. 106. A. et saepe Diodor. Vid. IV. 1. Wess.

101. 78. *Τοὺς ἑαυτῶν βασιλεῖς* etc.] Vide supra cap. 72. Wess.

101. 80. *Οὐκ ἄνευ δαιμονίου τινὸς προνοίας*] Pausaniae quae divinitus et ex providentiae ordine contingunt pari elegantia *οὐκ ἄνευ θεοῦ* cadere dicuntur IV. 29. VII. 8. X. 14. et Appian. V. B. C. p. 1154. *πειθόμενος οὐκ ἄνευ θεοῦ δὶς οὕτω θέρους πταῖσαι τοὺς πολεμίους.* Wess.

101. 83. *Περὶ μὲν οὖν τῶν ἀφιερωμένων* etc.] Hactenus caussas animalium cultus, ut vulgo dabantur, recensuit; e quibus id liquido cognoscimus, non ea Aegyptios fuisse stultitia, ut in animum inducerent, animalia ea Deos esse: putabant, imagines esse rerum divinarum, et in illis sese bonitatis et potentiae divinae argumenta venerari debere. Olim enim *τῶν ἀγαλμάτων οὐχ εἷς νόμος, οὐδὲ εἷς τρόπος, οὐδὲ τέχνη μία, οὐδὲ ὕλη μία.* Graecorum erat numen auro, argento, ceterisque, quae terra pretiosa fert, et forma humana colere; cum in Aegypto alia omnia probarentur, cultusque varii generis animalibus deferretur, ut Maximus Tyr. Dissert. 38. p. 222. observat. Male haud dubie utrique, neque adeo tamen absurdi posteriores, ut quidem Graeci opinabantur: nam et tantum ex animalibus utilitatis percipiebant, unde ea dona Deorum inmortalium esse colligerent: et praeterea in iis esse quaedam miranda, quibus adumbrarent potentiam divinam, longeque manifestius exprimerent, quam tabulis ac statuis suis possent Graecique Romanique pictores ac statuarii, uti Ger. Io. Vossius IX. Theol. Gent. 14. commentatur; cui iunge Dissertat. Abbatis Banerii in Comment. Acad. Inscript. T. IV. p. 116. et Thom. Galaeum in Iamblich. Myst. Aegypt. V. 8. p. 265. Wess.

101. 90. *Κατατασάμενοι*] Morem tangit Lucian. de Luctu c. 12., *καὶ ἐσθὴς*, inquiens, *καταῤῥήγνυται, καὶ κόνις ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πάσσεται.* et nos c. 72. Wess.

101. 94. *Οὔτε ἐσθῆτας λαμπρὰς περιβάλλονται*] Atrati mortuos lugebant: quare *ἐσθὴς λαμπρὰ* candida est, ut *ἱμάτιον*

λαμπρὸν XX. 7., et Theophrast. Charact. 21. cum Casaub. nota, et S. Lucae A. A. X. 30. Ceteroqui λαμπρὸν subinde de cocco et purpura, monente Cl. Salmas. in Tertull. Pall. p. 182. Wess.

101. 95. *Τρεῖς ὑπάρχουσι τάξεις*] Sic et Herodot. II. 86. Wess.

101. 2. *Οὗτοι δὲ γραφὴν ἑκάστου* etc.] Haud scio an picturam intelligat, qua singula expressa erant: Herodotus quidem certe id voluit, *δεικνύασι τοῖσι κομίσασι (τὸν νεκρὸν) παραδείγματα νεκρῶν ξύλινα, τῇ γραφῇ μεμιμημένα.* Wess.

102. 10. *Παρασχίστης*] Ex re ipsa hoc nomen videtur sortitus, quod et Polyb. XIII. 4. usurpavit, sed longe alia sententia. De lapide Aethiopico, cuius et apud Herodotum hoc in negotio mentio, Blas. Caryophilus Dissert. de Marmor. Antiq. p. 108. Wess.

102. 14. *Τὸ μῦσος εἰς ἐκεῖνον τρεπόντων*] Sic et in Graecia atque alibi moris erat, ut male ominata a se inprecationibus quibusdam in alterius caput averterent: unde *ἐς κεφαλήν σοι* in Aristoph. Plut. 526. cum L. Kusteri et Des. Heraldi Animadv. in XI. Martial. 50. Demosth. de Coron. p. 187. *ἃ σοὶ καὶ τοῖς σοῖς οἱ θεοὶ τρέψειαν εἰς κεφαλήν.* et Leg. Fals. p. 228., sed paullo diversiore modo. Philo, Iud. de Exsecrat. p. 937. D. *τρέψει γὰρ ὁ θεὸς τὰς ἀρὰς ἐπὶ τοὺς μετανενοηκότων ἐχθρούς* sic enim legi ea oportet. In Aegypto, ut huc redeam, sollemne et id erat, ut victimae capiti dira omnia inprecarentur, malaque a se in illud omnia derivarent, Herodot. II. 39. Paullo ante *λίθοις βαλλόντων*, etsi alterum non omnino pravum, praeoptavi. Wess.

102. 17. *Οἱ ταριχευταὶ δὲ καλούμενοι*] Quoddam quasi domicilium in corporum apud Aegyptios conditione tenet *τὸ ταριχεύειν*. Unde *νεκρὸς ἐν θήκῃ τεταριχευμένος* in Exc. Vales. p. 249., et *ἡ τῶν νεκρῶν ταριχεία* XX. 99. et Strab. XVII. p. 1145. A.; indidem et *ταριχευταί*, sive *νεκρῶν ταριχευτῆρες ἀπηνεῖς*, ut in Maneth. Apotelesm. IV. 267., de quibus concinne satisque culte VI. 460.

Ἤτοι γὰρ νέκυας μαλερῇ πυρὶ κήδοντας ὑπ' ὀδμῇ
Γαστέρας ἀμπτύξαντες, ἰδ' ἔγκατα πάντ' ἀφύσαντες,
Χρίουσι κέδρου κυανανγέος ἔνδοθι πίσσῃ.

Ostendit enim illis versibus morem modumque, quem in corporibus condiendis sectabantur. Wess.

102. 24. *Οἴνῳ φοινικείῳ*] Meminit et Herodot. II. 85., cuius scripturam *φοινικήῳ* exprimere librarius Cod. M. voluisse videtur. Philostrato hoc vini genus *οἶνος ἀπὸ τῶν φοινίκων* II. Vit. Apoll. 6. Wess.

102. 26. *Κεδρίᾳ καί τισιν ἄλλοις*] Galen. VII. Simpl. Medic. Fac. p. 89. *κεδρέαν*, nisi vitium sit, ter quaterque vocat, vimque illi siccandi et mortuorum sine labe corpora servandi attribuit: *ἡ μέντοι κεδρέα ξηραίνει τε καὶ ἄσηπτα διαφυλάττει τὰ τεθνεῶτα σώματα.* quod et prodidit Dioscorid. I. 105., praeter-

eaque *νεκροῦ ζωὴν mortui vitam* a quibusdam nuncupatam: forte Aegyptios designans, quorum cadavera, oleo hoc perfricta, diutissime perennabant. Addebant pollinctores sive *ταριχευταὶ* et bitumen, inf. XX. 99., et Strab. XVI. p. 1109. A.; quod cum aliis aromatum generibus in secto eiuscemodi corporis capite reperisse se auctor est Io. Gravius Pyramidogr. p. 49. Wess.

102. 27. *Πλείους τῶν τριάκοντα*] Haeccine an Clarom. Cod. scriptura verior sit, decernere certo non possum; XL dies in mortuorum corporibus condiendis fuisse absumtos, Genes. L. 3. legimus. Herodot. II. 86. LXX quidem dierum meminit; sed qui omne luctus tempus videntur complecti. Mox *πολυχρόνιον τήρησιν* ex vestigiis Codd. Co. et M. capiteque 83. ubi eadem dictio, et *θεραπεύσαντες* restituere placitum est. Wess.

102. 33. *Τὴν πρόσοψιν ἀπαράλλακτον εἶναι*] *Prorsus similem*: sic de struthocamelis II. 50. *ἀπαραλλάκτους κατὰ τὸν τύπον καὶ τὸ χρῶμα τοῖς τῶν καμήλων.* quod vocabulum in Stoicorum disciplina frequentissimi erat usus: docebant enim statis rerum conversionibus redituros, qui persimiles essent illis, quos prior rerum conditio habuerat: *ἀπαραλλάκτους ἔσεσθαι κατὰ περίοδον τοῖς ἀπὸ τῶν προτέρων περιόδων πάντας· ἵνα μὴ Σωκράτης πάλιν γένηται, ἀλλ' ἀπαράλλακτός τις τῷ Σωκράτει, γαμήσων ἀπαράλλακτον τὴν Ξανθίππην, καὶ κατηγορηθησόμενος ὑπὸ ἀπαραλλάκτων Ἀνύτῳ καὶ Μελίτῳ*, ut Origen. IV. C. Cels. c. 68. p. 555. ait; quem et Lib. V. 20. p. 592. et Plut. T. II. p. 1077. C. consule. Wess.

102. 37. *Κατ' ὄψιν ὁρῶσι τοὺς* etc.] Sext. Empir. III. Pyrrhon. Hypotypos. 24. p. 184. *Αἰγύπτιοι δὲ τὰ ἔντερα ἐξελόντες, ταριχεύουσι αὐτοὺς (νεκροὺς) καὶ σὺν ἑαυτοῖς ὑπὲρ γῆς ἔχουσι.* Nimirum *τὸ πολυαρκὲς τῆς ταριχείας*, sive conditurae durabilitas, sicuti Luciano Necyomant. c. 15. dicitur, efficiebat, ut in aedibus sine damno haberi maiorum corpora possent: quamobrem sollemnibus diebus convivio inferebantur, atque in lectulis et sellis, *ἐπὶ κλινῶν καὶ σκιμποδίων*, quemadmodum Io. Damascen. Orat. I. Imagin. p. 714. refert, collocabantur, ut *συμποτῶν καὶ συνδείπνων* loco essent, quod se vidisse idem Lucianus in libro de Luctu c. 21. prodidit: atque huc spectat Silius XIII. 475.

——— ——— *Aegyptia tellus*
Claudit odorato post funus stantia saxo
Corpora, et a mensis exsanguem haud separat umbram.

quo quidem loco *saxum odoratum* non temere damnem, quandoquidem constat, saepe cellulis, in lapide excavatis, corpora, et recta quidem, fuisse recondita. Vide Prosp. Alpin. I. Rer. Aegypt. 7. Mox, si per libros liceret, *καθάπερ συμβεβιωκότων* mallem. Wess.

102. 46. *Καὶ διαβεβαιοῦνται*] Hyperbaton est, si *λέγοντες* ad *τοὔνομα* referas. Alioqui talis interpretatio exsistit: *et nomen mortui paludem traiecturum asseverant.* At quae haec nominis traiectio? Levi autem transpositione naturalis ordo restitueretur, si verba sic collocares: *καὶ λέγοντες τοὔνομα τοῦ τετελευτηκότος, ὅτι τὴν λίμνην διαβαίνειν μέλλει, διαβεβαιοῦνται.* At iudicium penes lectorem esto. Rhod. Cum *λέγοντες τοὔνομα τοῦ τετελευτηκότος* apte confert Strothius Livii I. 32. *Legatus ubi ad fines eorum venit unde res repetuntur, Audi Iuppiter, inquit, audite fines, cuiuscunque gentis sunt nominat, audiat fas.* Ibidemque, *Bellum ita indicit, Audi Iuppiter et tu Iuno — ego vos testor populum illum, quicunque est nominat, iniustum esse.*

103. 47. *Τὴν λίμνην τοῦ νομοῦ τοῦ τετελευτηκότος*] Hoc si probes, uti probandum ego censeo, nulla traiectione opus erit. Aegyptii in Nomos erant descripti, quorum singulae erant paludes, a mortuis tramittendae: quare funere indicto, addebatur quo in Nomo palus esset. Nam tota Aegypto unam duntaxat fuisse paludem, ad quam fato functi deportarentur, verum esse non potest, et res pro se ipsa loquitur. Wess.

103. 48. *Πλείω τῶν τετταράκοντα*] Rarior aliis hic usus vocis *πλείω*, Nostro tritissimus, qui passim adverbii potestate instruxit. Vide modo XIV. 20. XVII. 115. XX. 63. et H. Stephan. ad XIII. 94. De iudicum in hemicyclo consessu supr. c. 48. Wess. De *πλείω* et similibus sic dictis licebat multo plura exempla apponi: nam frequens librariis hic soloecismus, ipsis scriptoribus non imputandus.

103. 52. *Ἐφέστηκε δὲ ταύτῃ πρωρεὺς*] Rectum si hoc loco *πρωρεὺς*, oportet idem sit ac *πορθμεὺς*, quod in Co. et M.; cap. enim 96. *Charontem* Aegyptiorum *πορθμέα* Graecis, sive *portitorem* esse ait: qui titulus cum inferorum illi nautae, uti in Lucian. D. Mor. IV. 1., paene sit perpetuus, non refragabor, si cui potior videatur: praesertim quod navis suae gubernator esset Charon et propterea proreta, de quo Io. Scheffer. IV. Mil. Nav. c. 6., et infr. XIV. 43., excellentior. Wess.

103. 53. *Ὀρφέα τὸ παλαιὸν εἰς* etc.] Defendi posset auctore Plutarcho, quod ex Coisl. et Clarom. schedis erutum dedi, *τὸν παλαιόν* sic enim ille in VII. Sap. Conviv. T. II. p. 159. C. *ὥσπερ Ὀρφέα τὸν παλαιὸν ἱστοροῦσι* nisi Diodoro *τὸ παλαιὸν* idem foret, atque *olim*, apud seculum prius, ut cap. 95. et IV. 12. V. 47. etc. Wess.

103. 57. *Μικρὸν ὕστερον ἀναγράψομεν*] Infra cap. 96. Wess.

103. 60. *Ὁ νόμος ἐξουσίαν δίδωσιν*] Omnia eadem in regum funeribus cap. 72. Wess.

103. 65. *Μεγάλοις περιπίπτει προστίμοις*] Cur *περιπίπτει* sperneretur, caussa non erat. Sic II. 55. *τιμωρίας περιπεσεῖται ταῖς μεγίσταις* supr. c. 77. *θανάτῳ περιπίπτειν ἦν ἀναγκαῖον*. c. 83. *πάντως θανάτῳ περιπίπτει*, et frequentissime *συμφοραῖς περιπίπτειν*, etsi id paullo diversius. Isocrat. Areopag. p. 212. *κακῶς διοικήσαντας ταῖς μεγίσταις ζημίαις περιπίπτειν*. Wess.

103. 69. *Ὥσπερ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν*] Isocrat. Laud. Busir. p. 328. Dionys. Halicarnas. T. II. p. 39. Theon Progymn. c. 8. hoc de Graecorum more plura. Wess.

103. 74. *Παρακαλοῦσι τοὺς κάτω θεούς*] Nec genere tantum proximi, sed et defuncti nomine pollinctorum unus Deos sollempi formula rogabat, cuius partem, quod argumentum laudationis, de qua Diodor. conplectatur, exscribere operae erit ex Porphyr. IV. A. A. 10. *Ὦ δέσποτα ἥλιε καὶ θεοὶ πάντες, οἳ τὴν ζωὴν τοῖς ἀνθρώποις δόντες, προσδέξασθέ με καὶ παράδοτε τοῖς ἀϊδίοις θεοῖς σύνοικον· ἐγὼ γὰρ τοὺς θεοὺς, οὓς οἱ γονεῖς μοι παρέδειξαν, εὐσεβῶν διετέλουν· τούς τε τὸ σῶμά μου γεννήσαντας ἐτίμων ἀεί· τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων οὔτε ἀπέκτεινα, οὔτε παρακαταθήκην ἀπεστέρησα, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἀνήκεστον διεπραξάμην*. De *diis inferis* κάτω θεοῖς conf. c. 49. Wess.

103. 79. *Ἐν ταῖς ἀποδεδειγμέναις θήκαις*] Recte Rhodom. *in designatis ad hoc conditoriis*. Quaevis enim ad certos usus accommodata et destinata *ἀποδεδειγμένα* appellitant, uti *βιβλία ἀποδεδειγμένα* 1. Maccab. XIV. 33. *θαλάμους ἀποδεδειγμένους* Sext. Empiric. I. in Grammat. 13. p. 280., quem elegantiorem vocis usum erudite, ut solet, T. Hemsterh. ad Xenophont. IV. Ephes. p. 59. explanavit Vol. VI. Miscell. p. 301. Wess.

103. 80. *Τάφων κτίσεις*] Melius *κτήσεις*. Si quis tamen retinendum censuerit *κτίσεις*, ita vertat: *qui propria sepulcra non habet exstructa*. Rhod.

103. 81. *Πρὸς τὸν ἀσφαλέστατον τῶν τοίχων*] Non aliter Herodot. II. 86. Paullo ante *κτήσεις* ob scriptos libros et ipsam rem, quodque voces eas librarii confundere soleant, restitui. Vide Gisb. Cuper. III. Obs. 9. et Scherpezel. in Strabon. XIII. p. 881. Wess.

104. 90. *Εἰς τὴν αἰώνιον οἴκησιν*] Dixi supr. c. 51., et in caussam inquisivi eius curae, quam diligentissimam mortuis inpendebant. Id vero praeterire nefas est, fortasse nec alibi proditum, censuisse Aegyptios, redituros aliquando se in vitam, et propterea tanto opere conservandis corporibus studuisse: cuius rei auctorem do Augustinum Serm. CXX. de Diversis: *Aegyptii vero soli*, inquit, *credunt resurrectionem, quia diligenter curant cadavera mortuorum; morem enim habent siccare corpora et quasi aenea reddere, Gabbaras ea vocantes*. Quem virum etsi

merito magni faciam, parum abest, quin suspicer, magis conclusione quadam id collegisse ex diligenti corporum conditura, quam certa tradentium fide accepisse. Veteres quidem certe scriptores hac parte ab eo dissentiunt. Immo Io. Cassianus Collat. XV. 3. *morem* condiendorum corporum *Aegyptiis Nili fluminis invexisse alveum* asseverat; *ut quoniam universa illius latitudo terrae instar immensi pelagi, non parvo anni tempore solita aquarum eruptione contegitur, ita nulla tunc cuiquam humandi copia humani corporis tribuatur, nisi post transvectionem decursam, corpora mortuorum, pigmentis condita redolentibus, in editioribus cellulis recondantur.* Quae ratio ut movere Aegyptios potuit, ita praecipua non fuisse videtur. Wess.

104. 91. *Διδόναι εἰς ὑποθήκην δανείου*] Huc pertinent Teletis philosophi verba in Stobaei Serm. 38. p. 234. *οἱ δὲ σκελετεύσαντες ἔνδον ἔχουσιν ὡς καλόν τι, καὶ ἐνέχυρα τοὺς νεκροὺς λαμβάνουσι· hi vero desiccata cadavera ceu quippiam pulcrum domi asservant, et pignoris loco mortuos accipiunt:* tametsi enim Aegyptios nominatim haud designet, eorum tamen praecipua haec consuetudo: Lucian. de Luctu c. 21. similia prodidit, et praeter ceteros Herodot. II. 136.; e quo Asyche rege morem hunc in usum venisse, sancitumque, ne sepulcro inferretur, qui patris aes alienum expungere et corpus redimere recusaret, novimus: qua in re humanitati melius consultum fuisse Romae, L. 38. D. *de Religios.* et 6. C. *de Sepulcro viol.* liquido testantur. Wess.

104. 1. *Καὶ ποιηταῖς διαβεβλημένοις*] Qui male audiunt: sic XIX. 7. *πολλοὶ δ' οὖν, καὶ τῶν μηδ' ὁτιοῦν διαβεβλημένων, ἀνῃροῦντο.* Plato Criton. p. 44. D. *ἐάν τις ἐν αὐτοῖς διαβεβλημένος ᾖ.* Ceteroqui *διαβάλλεσθαι* significat *ἀπεχθάνεσθαι* odisse, uti in eiusdem Phaedon. p. 67. E. Dion. Chrysost. Orat. LXXIV. p. 642. B. et Strabon. XVII. p. 1142. A. cum Casaub. nota. Male vero audisse poëtas ac propterea famosos fuisse, cum paullo asperius videretur dictum, maluerunt Codd. Co. et M. auctores, eiectis poëtis, locum *φήμαις* relinquere: neque enim aliam lectionis eius caussam exputare possum. Wess.

104. 4. *Ὑπὸ τῶν φαύλων χλευαζόμενοι*] Multo concinnius et expeditius libri Mutin. *χλευαζόμενα* videri posset ob *ταῦτα*, quae praecesserant: neque valde obesset numerus multitudinis in verbo, quod proxime consequitur: saepe enim Grammaticorum decretum scriptores aspernantur, Nosterque ipse XV. 48. *ἐγένοντο πάθη τοιαῦτα.* Strabo V. p. 330. C. *ὅσην ἐγκυκλοῦνται τὰ Ἀπέννινα ὄρη.* Heliodor. IV. p. 174. *ἃ δὴ τοῖς Αἰγυπτίων ἱερατικοῖς καλουμένοις ὁμοίωνται.* quae exempla nunc abunde erunt; plura fortasse ad V. 8. Vel sic tamen passus sum, ut sedem, quam vulgata occuparat scriptura, tueretur, respiceretque Graecos, quos taxat. Wess.

105. 19. *Ἐπί τε τῶν θεῶν*] Vide cap. 44. Wess.

105. 20. *Ἀγράπτοις νόμοις χρήσασθαι*] Hic oppositum *τὸ ἐγγράφοις* restituendum esse sententia evincebat. Sed id ipsum locus hic a Iustino Martyre non procul ab initio protreptici p. 8. ed. Commelinianae citatus demonstrat, ubi ante *βιοῦν* copulativa habetur. Cur vero pro *Μνεύην Μωϋσῆν* ponat, cuius tamen infra inter aliarum gentium legislatores mentionem facit, vir exquisitae diligentiae plurimaeque lectionis, Fr. Sylburgius, in Commentario Notarum in Iustinum M. lectori studioso planum faciet. Ego utrum *βιοῦν* Diodori vel *καὶ βιοῦν* in *κατὰ βίον* mutandum sit, doctis considerandum permitto. Rhod. *Ἐγγράπτοις νόμοις χρήσασθαι*] Sincerum hoc esse, etsi Graeci sermonis Thesauri taceant, et scripti libri et aliorum exempla confirmant. *Ἔγγραπτον* enim quod scripto consignatum est, saepe Polybio, veluti III. 24. *πρὸς οὓς εἰρήνη μὲν ἐστὶν ἔγγραπτος Ῥωμαίοις· cum quibus foedere scripto iuncti sint Romani.* et c. 29. *καὶ μὴν ἐν ταῖς περὶ Σικελίας συνθήκαις ἦν ἔγγραπτον.* tum IX. 29. *ὅσιόν ἐστι τὸ τὰς ἐγγράπτους πίστεις βεβαιοῦν, pia res est leges pactorum scriptas servare.* Quae optimi scriptoris vocem abunde asserunt, at omnium clarissime Strabo VI. p. 397. D. cum de Locrensibus *πρῶτοι δὲ*, inquit, *νόμοις ἐγγράπτοις χρήσασθαι πεπιστευμένοι εἰσί.* Wess.

105. 21. *Καὶ βιοῦν τὸν Μνεύην*] Copulam, ut sententia melius constaret, addidi ex Iustini Mart. Protrept. p. 10. D., qui pro *Mneue* cum Mosen legit, aut in vitiosos incidit libros, cuiusmodi hoc loco Clar. 1., aut malis artibus usus est, quod et illi exprobravit Ger. Langbaenius in Longin. *περὶ Ὕψους* c. 9. p. 61.; potuisset certe quidem, modo sequentia in consilium adhibuisset, ab hac labe sibi cavere. Mneues, primus Aegyptiorum legislator, qui sit, non temere finivero: Aelianus, citra controversiam si esset scriptura L. XI. H. A. 10., eius patrocinium profiteretur: sed dubito. De *Mena*, modo Poggius ingenii coniecturam non sit amplexus, nihil obloquerer: eum enim leges scripsisse, et Heroibus regibus successisse, antea c. 45. vidimus. Wess.

105. 22. *Τὸν Ἑρμῆν* etc.] Hunc Aegyptiis leges et literas tradidisse Cicer. N. D. III. 22. et quos praeter Io. Alb. Fabric. VI. Bibl. Gr. 12. p. 127. O. Borrich. Hermet. c. 1. conduxit, Nosterque c. 16. auctores sunt. Solitos autem veteri aevo legum latores ad Deos ea referre, quorum ipsi architecti erant, simili disputatione Strabo XVI. p. 1105. exsequitur. Wess.

105. 26. *Τὸν μὲν παρὰ Διὸς* etc.] De utroque eadem Plato I. de LL. p. 632. D. et infra V. 79. Mox *φοιτήσαντα* Codd. Clarom., si *παρὰ Δία* et *Ἀπόλλωνα* esset, non aspernarer. Lycurgum enim *φοιτῶντα ὡς τὸν θεὸν τὸν ἐν Δελφοῖς* Strabo X. p. 739. Minoëm vero *φοιτῶντα πρὸς τὴν τοῦ πατρὸς συνουσίαν* Plato I.

de LL. princip. leges accepisse aiunt: neque fortasse reiectaneum videbitur, si εἰληφέναι παρὰ Διὸς etc. artissime iunxeris. WESS.

105. 30. *Παρὰ τοῖς Ἀριμασποῖς*] Utra verior sit scriptura, haec an Ἀριανοῖς, non decerno: de Zathrauste enim omnia mihi obscura sunt, nec scio qui genus et unde domo fuerit. Nam *Zoroasterem*, *Zoroadum*, *Zaradam*, qui Persis legum et religionis auctor, eundem ac Zathraustem videri non possum doctissimo P. D. Huetio Demonst. Evang. Propos. IV. c. 5. p. 152. assentiri. *Arimaspos* et *Arianos* alias habebimus XVII. 81. WESS.

105. 32. *Γέται, τοῖς ἀπαθανατίζουσι*] Nisi fucum fecerint vetustiores schedae, hoc profecto Diodor. voluit. Getarum aliqui ἀθανατίζοντες et ἀπαθανατίζοντες dicebantur, atque apud hos Zamolxis praecipua gloria florebat. Plato Charmid. p. 156. D. ἤμαθον δ' αὐτὴν ἐγὼ ἐκεῖ ἐπὶ στρατιᾶς παρά τινος τῶν Θρᾳκῶν, τῶν Ζαμόλξιδος ἰατρῶν, οἱ λέγονται καὶ ἀπαθανατίζειν. cuius verba aemulatur Lucian. Scyth. 1. οἱ Σκύθαις μόνον ἐπιχώριον ὂν ἀπαθανατίζειν καὶ πέμπειν παρὰ Ζάμολξιν etc., nollemque adeo ἀθανατίζειν in eo doctissimus Gesner. probasset: utrumque enim ea in re iustum est; nam Olearius ἀθανατίζειν in numerum inusitatorum transcribens ad Philostr. VIII. Vit. Ap. 7. p. 337. audiendus non est. Id dubium est, cur Getae ἀπαθανατίζοντες sint vocati: si Cl. Iac. Gronov. sequeris, non poterit commodius exprimi neque alio sensu titulus accipi, quam pro inmortalibus consecrantes, in Arrian. Exp. Al. I. 3. p. 8.; quam potestatem uti verbo adstruam infra II. 20., ita vereor, ne cum Getis datur non admodum opportuna sit. Quae Herodot. IV. 94. de iisdem prodidit, id postulare videntur, ut ex opinione, quam de animae inmortalitate susceperant, ita sint appellati; qua vi citra dubium est in his Iosephi XVIII. A. I. 1. 5. de Essenis, ἀθανατίζουσι δὲ τὰς ψυχάς. Mecum sentit L. Kuster. in *Ζάμολξις* Suidae. WESS.

105. 34 *Τὸν Ἰαῶ ἐπικαλούμενον θεὸν*] Vetus haec nominis יהוה pronuntiatio. *Θεὸν ὕπατον Ἰαῶ* Macrob. I. Satur. 18. et *Ἰσχὺν Ἰαῶ* Hesychius habet in *Ὀζείας* quibus adde, quae viri docti ad Clement. Alex. V. Stromat. p. 666. in unum conduxerunt: neque enim consilium est, in eam nunc ingredi controversiam. Id monendum restat, Iustin. Mart. neglecta voce Ἰαῶ legisse *Μωσῆν τὸν καλούμενον θεόν.* quod consultone an vitio libri factum sit, non habeo dicere: Cyrillum profecto excusare nequeo, qui cum eadem haec ex Iustino, Diodorum enim haud inspexit, exscriberet L. I. c. Iulian. p. 15. D., ea, quae Iustin. probe distinxerat, ita, ut Iulianum fortius urgeret, connectenda censuit, *χρήσασθαι τὰ πλήθη καὶ βιοῦν ἄνδρα καὶ τῇ ψυχῇ μέγαν καὶ τῷ βίῳ καινότατον τῶν μνημονευομένων παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις Μωσῆν, τὸν καλούμενον θεόν.* quae si fraus non est, amisimus vera rerum vocabula. Vide et P. D. Huetium De-

monst. Evang. Prop. IV. 2. p. 104. Iam quod calumniam spectat, qua Mosen Dei *Iao* numini leges suas acceptas retulisse, ut multitudinem dicto audientiorem redderet, Diodor. et Strabo XVI. p. 1106. sparserunt, ea toties et accuratissime a viris egregiis est infracta et confutata, ut otium mihi sit. Vide Io. Alb. Fabricii VI. Bibl. Gr. 12. p. 130. Wess.

105. 40. *Σασύχην*] Iustini contextus *Sauchnim* habet, additumque in parenthesi *Sasochim*. Rhod. et Palm. *Σασύχην*] Convenit regis huius nomen cum *Asyche* Herodoti II. 136., qui et leges quasdam rogavit: sed obest aetas, quae Sesoosi sive Sesostride plurimis annis est posterior. Wess.

105. 46. *Σεσόωσιν τὸν βασιλέα* etc.] Vid. supr. c. 53.; et de legibus, ab eo latis, Dicaearchum in Schol. Apollon. Rhod. IV. 272. et Nymphodorum apud Schol. Sophoclis Oedip. Colon. 328. Wess.

106. 51. *Βόχχορίν σοφόν τινα*] Sapientiae et versatilis ingenii cultum eidem tribuit c. 45. et 65.; ceteri scriptores hanc laudem non prorsus illi auferunt, sed aut *φύσει χαλεπὸν natura asperum*, ut Plutarch. T. II. p. 529. E., aut habitum quidem *δίκαιόν τε ἐν ταῖς κρίσεσι καὶ πρὸς τὸ θεῖον τὴν ψυχὴν κεκοσμημένον*, in iudiciis iustum et animo in Deum pio, verum ex falsi pravique tenace rumore, *κατὰ κλέος ψευδὲς καὶ φήμην οὐδὲν λέγουσαν ὑγιές*, quemadmodum Aelian. XI. H. A. 11. produnt: quae fama fortasse differri coepta est, tum quod in Mnevim, sacrum bovem, visus esset iniquior, tum quod ad rem attentior. De legibus eius supra c. 79. et Io. Marsham. Can. Chron. p. 482. Wess.

106. 61. *Περὶ τοὺς νομάρχας*] Haec, refutata Poggii versione, P. Leopardus VII. Emend. 17. diligenter examinavit. Legem Amasis de civium artiumque, unde alerentur, professione supra Diodor. memoravit c. 77. et Herodot. II. 177. Wess.

106. 66. *Οὐκ ὄντι γένους βασιλικοῦ*] Conf. supra cap. 68. Wess.

106. 67. *Περὶ τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα*] Thomas Mag. *Ὀλυμπικὸν* Atticorum esse ait, *Ὀλυμπιακὸν* commune et in ceterorum usu. Diodor. modo *Ὀλυμπικὸν ἀγῶνα* III. 74. IV. 14., variantibus tamen Mss., modo *Ὀλυμπιακὴν πανήγυριν*, *Ὀλυμπιακὸν λόγον* XIV. 109. XV. 78. appellat; quod sequar: neque enim Atticos, de quorum more L. Kuster. in Aristoph. Plut. 583., aemulari solet. De Eleis haud dissimilia Herodot. II. 160., sed Psammi tribuens. Wess.

106. 75. *Εἰς ἐπιστολὴν γράψαι*] Inserto accusativo *τέλος* inter *εἰς* et *ἐπιστολὴν*, puto locum hunc restitutum iri: ut sit *εἰς τέλος* pro *τὸ τελευταῖον*, id est *tandem*. pro quo tamen saepius dicitur *τέλος* sine *εἰς*. Potest etiam *εἰς τέλος* hic verti *postea tandem*, quia praecessit *τὸ μὲν πρῶτον*. Hesiodus dixit *εἰς τε-*

λευτὴν itidem pro *tandem:* Plato πρὸς τὸ τέλος. STEPH. Commode monet H. Steph. inter praepositionem et nomen τέλος inserendum esse, id est, *ad extremum.* RHOD.

106. 77. Λυπηθῆναι συντόμως] Habet συντόμως hanc vim, ut id, quod subito accidit, indicet; ita συντόμως ἀποθανεῖν Plut. Bruto T. I. p. 1009. B. et συντόμως ἀποστρέφειν καὶ ἀλύπως in eiusdem Demosth. p. 860. B.; haud tamen scio an συντόνως, quod saepe ab altero possessione deiectum ostendit L. Kuster. in Aristoph. Plut. 257., reliquerit, acremque et intentum dolorem indicarit: cui suspicioni favet Herodoti III. 43. Ἵνα μὴ — αὐτὸς ἀλγήσεις τὴν ψυχήν, et rei eventus; neque enim actutum ea incommoda Polycrati acciderunt, sed interposita non brevis temporis mora, Amasideque dudum fatis functo, eodem Herodot. III. 125. teste: quae si cui Diodori verbis contraria videbuntur, non intercedam, ut in vulgata acquiescat. Iam quod viri doctissimi Steph. et Rhodom. supra commentantur, haud plane inprobo; quamquam lenior mihi medicina videtur, si εἰς, ex praecedentis vocis clausula natum, plane eliminetur. WESS.

106. 86. Ὁμιλῆσαι τοῖς ἱερεῦσι] Darius in Aegyptios, Oryandri satrapae crudelitatem exosos, et ob eam caussam deficientes, exercitum duxerat: quo tempore cum in Apin pius esset visus, eorum et favorem collegit, et cum sacerdotibus familiariter egit, Polyaen. VII. Stratag. 10. 7. et supr. c. 58. WESS.

107. 91. Θεὸν προσαγορευθῆναι] Atqui reges suos Aegyptii non aliter ac si Dii reapse essent, adorabant, supr. cap. 90., et in numis Ptolemaeus ΘΕΟΣ ΦΙΛΟΜΗΤΩΡ vivus vidensque appellatur: quare nisi haec de Dei titulo, a veteribus Aegyptiis, ante Macedonum imperium, uni Dario delato intellexeris, fallet observatio, uti visum quoque Ezech. Spanhem. Dissert. VII. de Usu et Praest. Numism. p. 421. WESS.

107. 93. Νομιμώτατα βασιλεύσασι] Hoc movendum non censeo: sic enim et c. 22. et 27. etc. WESS.

107. 98. Κινηθῆναι] Verius μετακινηθῆναι. Simplici tamen utitur libro XL. in narratione de Iudaeis. RHOD. Aeque adpositum κινηθῆναι atque alterum illud. Κινεῖν νόμους, ἐπιτηδεύματα, πάτρια, πάτριον ἔθος, saepe ea in re obvia sunt. Vid. infr. XX. 111. et Synes. Encom. Calv. p. 72. D. Plut. Lycurg. T. I. p. 42. B. WESS.

107. 1. Τούτων δ' ἡμῖν διευκρινημένων] Eusebius haec exscripsit et X. Pr. Evang. 8. inseruit. WESS.

107. 8. Ἔτι δὲ Σόλωνα etc.] Praeter hos veteris Graeciae eruditissimos viros in Aegyptum scientiae caussa profectos memorat Theodorus Meliteniotes Prooem. in Astronom. c. 12. Pherecydem Syrium, Thaletem Milesium et Anaxagoram Clazomenium, cuius rei auctores quos habuerit, non addit. De Thalete satis id quidem exploratum est; de Pherecyde et Anaxagora

non item, ut ex Clement. Alexand. I. Stromat. p. 352. videbis. WESS.

107. 12. *Τῶν δὲ τόπων ἢ κατασκευασμάτων* etc.] Rhodom. haec obscurius vertit; clarius Fr. Vigerus, *partim loca, partim opera quaedam, ipsorum cognominiis insignia.* Cum enim in Aegypto et perdiu versati fuerint et nonnulla industriae suae monumenta reliquerint, facile loca quaedam et opera, ipsorum cognomentis illustria, ostendi potuerunt. Strabo haec firmat XVII. p. 1159. *ἐκεῖ οὖν*, Heliopoli, *ἐδείκνυντο οἵ τε τῶν ἱερέων οἶκοι, καὶ Πλάτωνος καὶ Εὐδόξου διατριβαί.* WESS.

107. 17. *Καὶ τὰ περὶ τὴν ἑαυτοῦ πλάνην*] In his vitium inesse suspicor, nec liquido, etsi multa mihi in mentem venerint, elui qui possit, perspicio. Fr. Viger. malle se ad Euseb. ait *τὴν αὐτοῦ πλάνην*, idque esse *τὴν ὑπ' αὐτοῦ πεποιημένην.* quod aeque mihi obscurum. Id videor mihi ex illis, quae consequuntur animadvertisse, Orphea in Graeciam intulisse et Bacchi orgia et Cereris initia et inferorum fabulas; si itaque esset *τὰ περὶ τὴν Δήμητρος πλάνην*, cetera haud male congruerent; ex illius enim erroribus Eleusinia mysteria originem acceperunt; quapropter et personatus Orpheus praeter alia se cecinisse ait Argonaut. vers. 26.

Δήμητρός τε πλάνην καὶ Φερσεφόνης μέγα πένθος.

Quod tamen nomen cum longius a vestigiis scripturae veteris recedat, magis ut considerandi copia esset, quam ut pro vero putaretur, adposui. WESS.

107. 19. *Ὀσίριδος τελετὴν*] Antea haec tetigimus cap. 14. 22. 23. etc. WESS.

107. 22. *Ἐν ᾅδου τιμωρίας*] Fortasse haec aut argumentum aut eius operis pars, quod *Εἰς ᾅδου κατάβασιν* inscriptum Orpheo attribuerunt, de quo plura And. Christ. Eschenbach. Epigen. p. 187. WESS.

107. 25. *Ψυχοπομπὸν Ἑρμῆν*] Mercurii hunc et similes ex inposito umbrarum deducendarum munere titulos explanavit T. Hemsterh. in Lucian. Contempl. c. 1.; habet eundem Plut. T. II. p. 566. B. et Eustath. in Homer. p. 1951.; alioqui ex caussa non dissimili *ψυχοπομποὶ* praestigiatores illi, qui defunctorum animas ciebant, ut in Synes. de Insomn. p. 148. C. et eius Schol. Nicephoro p. 412. sicuti et *ψυχαγωγοὶ* Euripidi Alcest. 1128. Pausan. III. 18. Maximo Tyr. Dissert. XXVI. p. 151. Bene ergo Phrynichus in Biblioth. Coislin. p. 469. *οἱ δ' ἀρχαῖοι (ψυχαγωγοὺς) τοὺς τὰς ψυχὰς τῶν τεθνηκότων γοητείαις τισὶν ἄγοντας, τῆς αὐτῆς ἐννοίας καὶ τοῦ Αἰσχύλου τὸ δρᾶμα Ψυχαγωγός.* Sic enim ea distingui oportuerat. WESS.

108. 28. *Τὴν τοῦ Κερβέρου προτομὴν*] Pravam Eusebii *περιτομὴν* recte explosit diligentissimus Paull. Leopard. V. Emend. 8. similiaque Diodori loca congessit, quae non exscribo. *Προτομὰς μόσχων* auctor l. Reg. 10. 19. ex Alexandrinorum versione,

θηρίων προτομὰς Plut. Isid. p. 380. A. *κάπρον χρύσεον, εἰς προτομὴν ἀνθρώπου ἠσκημένον* scriptor de Flumin. inter eiusdem Plut. opera T. II. p. 1161. E. dabit. Vide et supra c. 18. WESS.

108. 30. *Θεῖναι κατὰ τὴν ποίησιν*] Initio lib. XXIV. de Ulysse. RHOD.

108. 33. *Ἀνδρῶν μνηστήρων*] Amplector hanc schedarum Coisl. scripturam, in poëtae editis carminibus obviam: alteram quidem Euseb. probavit, cuius iudicium veriorem haud facit, praesertim poëta et alibi Odyss. *X*. 369. *Ψ*. 363. consentiente. WESS.

108. 39. *Ὠκεανὸν καλεῖν*] Puto *Ὠκεάνην* propter cap. 12. et 19. scripsisse. De prato inferorum amoenissime consito Lucian. Necyom. c. 11. et ibid. Cl. T. Hemsterh. WESS.

108. 48. *Τὰς τῶν Αἰγυπτίων ταφάς* etc.] Haud longe ab urbe Memphi Aegyptiorum plures fuisse contumulatos, condita accuratissime cadavera, quae magno illic numero eruuntur, confirmant. Vid. Prosp. Alpin. I. Rer. Aegypt. 7. et Paul. Lucam IV. Itin. Aegypt. p. 346. WESS.

108. 54. *Βάριν καλεῖσθαι*] Aegyptium navis nomen esse, tametsi Grammatici in alia abeunt, abunde declarat Herodot. II. 96. et Aeschyl. Supplic. 880. *Αἰγυπτίαν γὰρ βάριν οὐχ ὑπερθορῇ*. Quamobrem in gentis eius rebus gestis frequens vocabuli usus, ut in Plut. Isid. T. II. p. 358. A. Synes. I. Provid. p. 96. A. Propert. III. 9. 44.; quod etsi de aliis navibus usurpetur, quoddam quasi domicilium in cymba, qua Acherusiam paludem mortui tramittebant, tenuit, sicuti cap. 92. et eo in epigrammate, quo Diogenes Charonti III. Anthol. 33. p. 420.

Δέξαι μ', εἰ καί σοι μέγα βρίθεται ὀκρυόεσσα
Βάρις ἀποφθιμένων, τὸν κύνα Διογένην. WESS.

108. 55. *Τὸ ἐπίβαθρον νόμισμα*] Naulum, quod portitori pro conscensa navi persolvitur, *μισθὸς ὑπὲρ τοῦ ἐπιβῆναι τῆς νεώς*, Apollon. Rhod. I. 421. *Ἦν τοι τῆσδ' ἐπίβαθρα χάριν προτεθείμεθα νηὸς Πρωτίστην*. — Paullo diversiore usu Plut. T. II. p. 727. F. de Ciconia, quae infesta hominibus animalia necando, *ἐπίβαθρόν τι γῆς δίδωσι*, mercedem quandam loci, quem occupavit, praestat. Vid. P. Leopard. X. Emendat. 25. Diodori verba a perversa Poggii versione vindicantem, et de obolo, unone an pluribus, T. Hemsterh. in Lucian. D. Mort. XXII. 1., qui plura illic accuratissime, nec prave hoc loco *τὸ δ' ἐπιβάθρου νόμισμα*. WESS.

108. 56. *Καλουμένῳ Χάρωνι*] Grammaticorum originationes, quas haud sane lepidas Charonti inpingunt, ut cum Diodoro sentiam, faciunt; accedit in nostram aetatem perennans Aegyptiis persuasio et plurimae de portitore hoc fabellae, de quibus P. Lucas V. Itin. Aegypt. p. 22. WESS.

108. 58. *Σκοτίας Ἑκάτης ἱερὸν*] Hoc fanum in Aegypto reperire haud memini, sed Veneris *Σκοτίας* in Hesych. *Σκοτία*. Haud dubie tamen ea est, quae Orpheo Argonaut. 972., *αἰολόμορφος, τρισσοκέφαλος, ὁλοὸν τέρας οὔτι δαητὸν, Ταρταρόπαις Ἑκάτη*, quaeque pars haud postrema inferorum, quorsum et ea spectant, quae sequuntur, varie, ut in fabulis, exponi solita. Conf. Aeschin. Socrat. D. III. 19. Wess.

108. 64. *Ἀκανθῶν πόλει*] Mallem *Ἀκάνθῳ πόλει*, vel *Ἀκανθίων πόλει*, secundum alios: quinetiam secundum ipsum Diodorum, cum alibi, tum p. 320., *τὴν Ἀκανθίων πόλιν*. Steph. Lege cum H. Steph. *Ἀκανθίων*. Rhod. Non accedo viris doctissimis. A spinis, quarum ibi lucus, ut *κυνῶν πόλις* a canibus et a lupis *λύκων πόλις*, primum *Ἀκανθῶν πόλις*, quod Ptolemaeo IV. Geogr. 5. p. 120., addicente Ms. Coislin., Cl. Salmas. ad Solin. p. 376. restituit, deinde *Ἄκανθος* dici coepta est. Aberat Memphi in Libyam versus stadiis CXX aut CL, si quid tribuendum discordantibus Diodori libris, aut CCCXX, si Stephano in *Ἄκανθος*: qua dubia in re equidem nihil constituo. Wess.

109. 66. *Πίθον τετρημένον*] Notissima est Danaidum *ἡ περὶ τὸν τετρημένον πίθον διὰ κοσκίνου λατρεία*, sicuti dicitur Porphyr. III. A. A. c. ult. p. 140.; nec raro tamen illi dolio accidit, ut *τετριμμένον* vocetur, veluti in Cod. Coislin. et Basil. M. T. II. p. 181. C., correcto tamen a Iuliano Garnerio, et Phrynicho in Biblioth. Coislin. p. 469. De sacerdotibus CCCLX vide cap. 22.; potuisset autem commode, cum *εἰς ὃν* praemisisset, praeterire *εἰς αὐτόν*. quae, nisi pleonasmo quodam, ut XVII. 35. et XVIII. 9. scripta velis, supervacanea erunt. Wess.

109. 69. *Περὶ τὸν ὄνον*] *Ὄκνον* etiam legi posset, et fortasse melius. Vide proverbium *Ocnus funem contorquens*. Steph. Lege cum H. Steph. *Ὄκνον*. De quo Pausanias in Phocicis. Rhod. Asini in ea fabula post Ocnum *σχοινοστρόφον* partes haud postremae, ut vel ex Propertio IV. 3. 21. notum:

Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno,
Aeternusque tuam pascat, aselle, famem.

et Pausan. X. 29. Aegyptiorum tamen alia fuisse ratio videtur; neque enim asinus, quod plexum erat, consumebat, sed tortum funiculum eorum in sollemnitate alii dissolvebant; quare et ego *Ὄκνον* praeferrem. Adde P. Leopard. IX. Emend. 11. Wess.

109. 72. *Μελάμποδα — ἐξ Αἰγύπτου* etc.] His gemina Clemens Alex. Protrept. p. 12., et Nicephor. in Synes. p. 421., qui tamen difficulter tenebit, fuisse eum *Αἰγύπτιον ἱερογραμματέα καὶ ἱεροφάντην*. Wess.

109. 78. *Οἰκοδομηθέντος ὑπὸ Μένδητος*] Vide supra c. 61. et de Daedali statuis IV. 78. Wess.

109. 84. *Τὸ κάλλιστον πρόπυλον*] Plut. Isid. p. 363. F.

ἐν τῷ προπύλῳ τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀθηνᾶς. Diodoro tamen tritius est προπύλαιον, ut cap. 67. Wess.

109. 91. *Τῆς δ' Ὁμήρου παρουσίας*] Conf. supra c. 12. et Ptolemaeum Hephaest. in Biblioth. Photii p. 486. Wess.

109. 93. *Ἑλένης φαρμακείαν*] Odysseae IV. v. 221. Rhod.

109. 94. *Κακῶν*] Nihil adimit sententiae, etiamsi omittatur. Rhod.

109. 96. *Πολυδάμνης τῆς Θῶνος*] Reddo Thonis uxori suum nomen ex Euseb. et Iustin. M., qui et haec excerpsit Protrept. p. 26. et Clar. 2. cuius *Πολύμνης* ex scribendi compendio natum videtur. Nec aliter poëta Odyss. Δ. 228. Aelian. IX. H. A. 21. Philostr. VII. V. A. 22. p. 302. Wess.

109. 99. *Μόναις ταῖς Διοσπολίτισιν*] Sic oportuerat. Ex *Διόσπολις* fit *Διοσπολίτης*, unde ΔΙΟΣΠΟΛΙΤΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ numi; neque enim mihi dubium quin prave Goltzius exscripserit ΔΙΠΟΛΙΤΩΝ. *Nepenthes* autem fueritne *opium*, quod vocant, an blandi inter pocula sermones, ut Plut. T. II. p. 614. C. visum, an aliud, post anxiam virorum doctorum, et praeter ceteros Pet. La Seine et P. Petiti, disquisitionem, in ambiguo est. Wess.

109. 2. *Τὰς Θήβας* etc.] Vide supra cap. 45. Wess.

109. 3. *Καὶ πεδίον χρυσῆς* etc.] Homerus Venerem Iliad. Γ. 64. *χρυσέην* cum appellasset, quaesivere tituli eius caussam Grammatici; quorum alii a formae pulcritudine, suffragante Diodoro IV. 26., alii a campo quodam, aureo dicto, in quo ea templum habuerit et praecipuo honore sit culta, derivarunt: in his Aegyptii nomen sunt professi, et, eos fortasse secuta, Histiaea Grammatica, ut scholiorum auctor ad Iliad. Γ. 64. et Eustath. p. 384. docuerunt. Wess.

110. 4. *Ὀνομαζομένην Μώμεμφιν*] Bene sit Eusebio, qui iustum urbis nomen servavit; quod et confidenter Diodoro restitui: cur enim is Memphim, toties totiesque memoratam, *τὴν ὀνομαζομένην* appellasset? notior ea est, ut bene Fr. Viger., quam ut illam *προσθήκην* desideret: quin ipse huc ducit cap. 66. ubi Psammetichum adversarios superasse tradit, *περὶ πόλιν τὴν ὀνομαζομένην Μώμεμφιν*, firmatque egregie Strabo XVII. p. 1155. B., Venerem a Momemphitis diligenter cultam referens. Wess.

110. 6. *Περὶ τῆς συνουσίας* etc.] De hac Iliad. Ξ. 346., de itinere in Aethiopiam Iovis Iliad. Α. 424. Wess.

110. 14. *Πολλὰ τῶν ἐξ Αἰγύπτου* etc.] Solonis tralatas ex Aegypto leges supr. c. 77. et 79. indicavit. De Lycurgo adsentiuntur Isocrat. Laud. Busir. p. 329., Strabo X. p. 738. D. et Plutarch. Lycurg. T. I. p. 41. F.; de Platone vero Diogen. III. 6. et quos illi adscripsit Aeg. Menag. Wess.

110. 16. *Τὰ κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον*] Eius argumentum Dii resque divinae, unde et *περὶ θεῶν* inscribebatur; quem tamen

auctor libri non ab Aegyptiis, sed in Thraciae monte Libethris, Aglaophamo initia tradente, se accepisse profitetur apud Iamblich. Vit. Pythag. c. 28. p. 123. ubi L. Kuster. vide et Io. Alb. Fabr. I. Biblioth. Graec. 19. 2. Wess.

110. 18. *Ψυχῆς μεταβολὴν μαθεῖν*] Conf. Herodot. II. 123. Iamblich. Vit. Pyth. c. 4. p. 15. et L. Holsten. in Porphyr. Vit. Pyth. p. 9. Wess.

110. 19. *Καὶ Δημόκριτον* etc.] Ipse de se, ut dubitare nefas sit, profitetur apud Clement. Alexandr. I. Strom. p. 357.; cui adde Diogen. IX. 35. cum Menagii nota. Wess.

110. 21. *Τόν τε Οἰνοπίδην*] De eo c. 41. Wess.

110. 25. *Καὶ τὸν Εὔδοξον*] Eudoxus Platoni in Aegyptum abeunti comitem se addidit, Strabon. XVII. p. 1159. auctore, Chrysippo vero medico, si Diogen. VIII. 87. sequaris: qui scientiarum et astronomiae cupidine in hoc iter coniectum perhibent, solus Philostr. I. Vit. Apoll. 3. habendi et opum amore. Wess.

110. 30. *Τηλεκλέα καὶ Θεόδωρον*] Pausan. VIII. 14. p. 629. et X. 38. p. 896. Theodorum Teleclis filium facit; Diodoro accedit Diogen. II. 103. Bene ergo Athenagor. Legat. pro Christ. c. 14. *ὁ δὲ Πύθιος, ἔργον Θεοδώρου καὶ Τηλεκλέους.* quem optimi scriptoris locum memini eum mendi suspectum haberem; sed non insolens veteribus, ut inter se dissentiant, quod de Telecle et Theodoro admonere non neglexerunt Paul. Leopard. X. Emend. 25. et Menag. in Laert. Mox *ἱστορεῖσθαι* iustius *censui*: pendet enim oratio. Wess.

110. 41. *Καθάπερ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν*] Rudi et aevo et arte fortasse id verum fuit: non item labentibus annis; quando Graeci ea parte aut superarunt aut certe veteres Aegyptios aequipararunt. Vide quae diligenter disputavit III. Pict. Vet. 2. Francis. Iunius. Wess.

110. 43. *Τὸ τηνικαῦτα*] Articulus reiiciatur. Rhod. Noli Rhodom. praecepto obedire: vetat Diodorus XI. 56. *τὸ τηνικαῦτα ὁ βασιλεὺς φοβηθείς.* et c. 83. eiusdem libri *τὸ τηνικαῦτα ἀπογνοὺς τὰ κατὰ τὴν Θετταλίαν.* et supr. c. 77. etc. Wess.

111. 53. *Κατὰ τὴν ὀροφὴν* etc.] Quid si *κορυφήν*? et pro *ζώου*, *θεοῦ*. Nam de Apollinis effigie mentio supra inchoata, nunc concluditur. Rhod. *Κατὰ τὴν κορυφὴν*] Mihi tam certa prior visa est Rhodomanni coniectura, ut eam receperim; praesertim cum Pogg. eam vocem legisse videatur, et *κατὰ τὴν ὀροφὴν* sententiae non conveniat. De altera amplio: durior enim est, tametsi Graeculis sollemne fuerit, Deorum simulacra *θεοὺς* appellare, teste Plut. Isid. p. 379. C. Forte ex *ξοάνου* vocabulo, sed contractius scripto, quod nunc legitur, natales suos accepit. Wess. *Ζῷον statuam* dici nunc nemo nescit: vide, si tanti, Schweigh. ad Athen. vol. VII. p. 289. Atque ita capiendum *ζῴδια* supra p. 56. 9. De Teleclis et Theodori artificio dixit praeter alios

Schneiderus ad Vitruv. p. 161., probans, uti par erat, certissimam Rhodomanni emendationem. Cui qui leniorem, ut sibi videbatur, opposuit Winkelmannus hist. art. p. 97. *κατὰ τὴν ὀσφύν*, Lessingio iure ineptam visam, ubi *ὀσφύν* et *ὀροφήν* permutata repererit nescio: inter *κορυφήν* et *ὀροφήν* fluctuat scriptura Plutarchi Vita Periclis p. 160. *τῇ δ' ἐρέψει περικλινὲς καὶ κάταντες ἐκ μιᾶς κορυφῆς πεποιημένον*, ubi Vulcob. *ὀροφῆς*: ne Hesychium commemorem v. *ἐγκουράδες*, cui *ὀροφή* pro *κορυφή* restituit Schneiderus Supplem. lex. Gr. v. *κουράς*.

111. 57. *Τὰ δὲ σκέλη διαβεβηκότα*] Atqui *τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν Αἰγύπτιοι τῷ πόδε ζευγνύντες καὶ ὥσπερ ἑνοῦντες ἱστᾶσιν*, ***Deorum simulacra Aegyptii iunctis pedibus et quasi unitis ponunt***, apud Heliodor. III. p. 148., et Memnonis signum utroque pede coniuncto *συμβεβηκὸς τῷ πόδε ἄμφω*, ut ferebat ratio artis statuariae circa Daedali tempora, in Aegypti finibus, Philostr. VI. Vit. Apoll. 4. indice: superant praeterea gentis statuae, quarum pedes cohaerent, et manus lateri adglutinatae conspiciuntur. Quapropter aut haec de serioris aevi Aegyptiorum statuariis accipienda sunt, aut nimia sibi, ut gens erat gloriosa, attribuerunt. *Σκέλη* autem *διαβεβηκότα* sunt divaricata diductaque, sicuti II. 9. Iovis signum *ἑστηκὸς καὶ διαβεβηκός*· et Apollo *διαβεβηκὼς τοῖς ποσὶν, ὥσπερ θέων* Dissert. XXVI. p. 153. Maxim. Tyr.; *ἀνδριάντες διαβεβηκότες μὲν εὖ καὶ καλῶς* Orat. XXXVII. p. 457. B. Dion. Chrysost. Vide et infra IV. 78. Wess.

111. 59. *Κατὰ τὴν ἐν ἀρχῇ* etc.] Bene scripti Codd.; vulgatum manifesto claudicabat. Similia invenies II. c. 60. III. 74. IV. 87. etc. Wess.

111. 62. *Ἀσσυρίοις πραχθέντα*] Unde ea venerint, utrum ex correctione scriptoris, an Grammatici ingenio, quae Co. et M. his adstruunt, non facile dixero: nos quidem certe sine damno illis carebimus. Wess.

ANNOTATIONES

IN

LIBRUM SECUNDUM.

112. 17. *Καὶ τῆς κατ' αὐτοὺς*] Rectum hoc esse ex II. 23. videbis. WESS.

112. 21. *Περὶ τῶν Χαλδαίων*] Haec, secutus sched. Coislin., hunc locum occupare iussi; prave enim primum de regibus Medis, tum Chaldaeis summarium erat. Vide II. 29. et 32. WESS.

113. 21. *Τὸ παλαιὸν τοίνυν* etc.] Usus his est Georg. Syncellus Chronographiae suae p. 166. A. Euseb. Can. Chron. p. 29. et alter Georgius, cui Gemisto cognomen, qui omnia de Assyriis et Medis usque in c. 35., Epitomae suae, quam manu scriptam habeo, de Assyriorum et Medorum imperio inseruit. WESS.

113. 30. *Συμμαχίαν ἐποιήσατο*] Paullo cultius ob praecedens *συστησάμενος* hoc visum est: ceteroqui ab utriusque usu Diodor. non abhorret. De Psammeticho supr. I. 67. *πρὸς Ἀθηναίους συμμαχίαν ἐποιήσατο*. Vid. IV. 62. XII. 65. WESS.

113. 31. *Πρὸς Ἀριαῖον τὸν βασιλέα τῆς Ἀραβίας*] Steph. Morinus Dissert. de Paradiso p. 18. eundem hunc esse ait ac Chavilam, Nimrodi fratrem; nam חויל Arabibus *egregium administratorem* significare, idque Graecos per *Ἀριαῖον bellicosum* exposuisse: quae, ut lenissime dicam, nauci non sunt; perperam etiam Nimrodum et Ninum confundunt, et *Ariaei* nomen ex media Graecia arcessunt, quod in Arabum sermone, si id agerem, suos natales habere potuisse, levi opera ostenderem. Verum hoc genus non sector, dubium nimis et fallax. WESS.

113. 33. *Ἔστι ἔθνος φιλελεύθερον*] Paria his scribit XIX. 95. sed et multo accuratius de Arabum cisternis. Adde Is. Vossium in Pomp. Melam III. 8. 32. WESS.

114. 45. *Βαβυλὼν οὐκ ἦν ἐκτισμένη*] Ctesias, quem Diodorus auctorem habet, Babylonem opus Semiramidis fecit, multisque aliis eam opinionem probavit; sed praeter rei veritatem, quod iam olim Berosus Graecis, Ctesiam secutis, exprobravit in Ioseph. I. c. Apion. 20.; verum haec alias. WESS.

114. 49. *Τὸν δὲ βασιλέα ἀπέκτεινε*] *Nabonnabus* fuit, si catalogo regum Babylonis ex *Africano* certa fides in Syncelli Chronogr. p. 9. 92. A. quem quidem a multis sperni scio, sed Ctesiae admiratoribus. Wess.

114. 59. *Τῷ σφετέρῳ στρατοπέδῳ*] *Σφέτερον* idem hic est atque *ἴδιον*. quem usum etsi Grammatici damnent, saepe et solutae et ligatae orationis scriptores probant: exempla dabunt Is. Casaub. in Athen. IX. 4. et Ezech. Spanh. in Callim. Hymn. in Del. 233. Addo ex III. 64. ubi Bacchus *διαπλεύσας πρὸς τὸ σφέτερον στρατόπεδον*, et XIV. 22. Cyrus *εἰς τάξεις κατέστησε τὸ σφέτερον στρατόπεδον*. Polyb. de Ariarathe *τί πράξας, δύναιτ' ἂν παραιτήσασθαι τὴν σφετέραν ἀγνοίαν* Excerpt. Legat. XXXV. p. 1165. et CIV. p. 1293. Wess.

114. 67. *Ὡς ἐπίπαν* etc.] Mallem, *plerumque enim rerum successus* etc.; neque enim semper et ubique verum est: bene Dio Cass. in Suidae *Ὡς ἐπίπαν. Πέφυκε γὰρ καὶ ἄλλως ὡς πλήθει τὸ μὲν εὐτυχοῦν θρασύνεσθαι, τὸ δὲ κακοπραγοῦν μετριάζειν, nam et plerumque res prosperae homines insolentes, adversae autem moderatos efficiunt.* Atque ita *ὡς ἐπίπαν* infra XIX. 48. Theophrasto IX. H. P. 22. et I. Causs. Pl. 9. Epicteto Enchirid. 27. cum nota Meibom. Wess.

115. 81. *Τήν τε Καρίαν*] Cariam a Nino subactam negat R. Reineccius in Tract. de Orig. et Imperio Carum: ubi Lelegibus primum Cariae regnum attribuit. Rhod.

115. 85. *Καδουσίων*] Hoc reposuimus, una extrita litera, quo modo XV. 8. XVI. 6. *Καδδουσίους* tamen Polyb. V. 44. et 79. Wess.

115. 86. *Δραγκῶν*] *Δράγγαι* gens Persidis Straboni et Stephano. *Δραγγῶν* itaque scribendum. Idem vero auctor Dacos ad Borysthenem collocat, quos tamen e Persia ut et Germanos in Europam transiisse, verisimillima hominum doctissimorum, inter quos non ultimas tenet Reineccius ille polyhistor, coniectura est. Nam Daos, qui a Dacis nihil differunt, cum Germanis inter Persicas gentes Herodotus lib. I. 125. recenset. De his aliisque Persiae populis Strabo lib. XV. legatur. Rhod. *Δραγγῶν*] Invitis libris ita scripsi: solet regionem *Δραγγίνην*, incolas *Δράγγας* appellare inf. XVII. 78. XVIII. 3. Wess.

115. 87. *Καὶ Ῥόμνων*] Mutilatum est e *Χωραμναίων*, ut Stephanus e Ctesia annotat. Rhod. *Καὶ Χωρομναίων*] Nolui a scriptis libris dissentire, praesertim cum ipsi veteres in gentis scriptura discordent. Ctesias in Persic. Biblioth. Photii p. 110. Cyrus, inquit, filium Tanyoxarcen dominum constituit *καὶ Χοραμνίων καὶ Παρθίων καὶ Καρμανίων*. Stephan. ex Ctesia *Χωραμναίους* habet. Wess.

115. 88. *Ἔτι δὲ Βοσχανίων*] Habitabant in Hyrcaniae finibus, *ἔθνος τοῖς Ὑρκανοῖς ὅμορον*, inquit Stephan., sed *Βαρ-*

χανίους appellans; nec aliter Ctesias in Excerpt. Photii p. 110. Wess.

115. 89. *Κασπίαι πύλαι*] Duae erant Caspiae gentes, altera occidentalior nec longe a cognomine mari, altera Parthis vicina, cuius *Κασπίαι πύλαι*, teste Dionys. Perieg. 1039. et Strabon. XI. p. 796. et Epitom. p. 1276. C. Wess.

115. 93. *Οὔσης δυσεισβόλου*] Nihil intererit, hoccine an Gemisti *δυσεμβόλου* elegeris: Spartanorum regionem *δυσείσβολον* XV. 63. et Bactrianam *δυσείσβολον* XVII. 74. habebis: at Aegyptum *δυσέμβολον* I. 57.; quo modo et Aristotel. VII. Polit. 5. Polyb. III. 49. etc. Wess.

115. 97. *Εἰς τὴν Συρίαν*] Melior videri posset *Ἀσσυρία* Gemisti et Coisl. nisi usu quodam valuisset, ut Syriae nomen longissime protenderetur. *Λοχεῖ δὲ τὸ τῶν Σύρων ὄνομα διατεῖναι ἀπὸ μὲν τῆς Βαβυλωνίας μέχρι τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου*, inquit Strabo princ. lib. XVII., insuper addens, historicos *ὅταν φῶσι Μήδους μὲν ὑπὸ Περσῶν καταλυθῆναι, Σύρους δὲ ὑπὸ Μήδων*, nullos alios Syros intelligere, quam eos, qui Babylone et Nini regiam constituerunt. Wess.

115. 6. *Εἰς τὴν οἰκίαν*] Restitue *οἰκείαν*, scilicet *χώραν* seu *πατρίδα*, phrasin auctori familiarem. Rhod. *Εἰς τὴν οἰκείαν*] Sic II. 46. *ἀναχάμψασαν δὲ μετὰ πολλῶν λαφύρων εἰς τὴν οἰκείαν.* et c. 47. *μόλις εἰς τὴν οἰκείαν σώζονται.* Paullo aliter Appian. Mithridat. p. 313. *οὓς πάντας Μιθριδάτης ἀπέλυσεν εἰς τὰ οἰκεῖα ἀπιέναι.* Wess. *Εἰς τὴν οἰκείαν* scribi oportere monuit et Ursinus. Idem in Add.

115. 7. *Παρασκευὰς πάντων τῶν ἐπιτηδείων*] Et hoc refinxi, obsecutus scriptis libris. *Ἐπιτήδεια* ea conplectuntur, quae ad victum quaeque tanto operi necessaria erant, ut I. 45. Wess.

115. 8. *Ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν*] Ad Euphratem, secutus Ctesiam, eandem locat c. 7. sed turpi errore; adposita enim ad Tigrim fuit: Herodot. I. 193. *ἐς τὸν Τίγριν, παρ' ὃν Νῖνος πόλις οἰκέαται.* et II. 150. ut de Strabone, Plinio et Ptolemaeo taceam: nam quod N. Fuller. III. Miscell. 6., eos omnes erroris arguens, urbem ad Lycum amnem transtulit, id iniuria fieri, alias ad Simson. Chron. A. M. 3187. patefeci. Non quidem ignoro quid de Hierapoli *vetere Nino* Ammian. XIV. 8. et de *Nino* prope Zeugma Philostrat. I. Vit. Apol. 19. memorarint; quae incertae cum sint fidei, ut lenissime dicam, Ctesiae et Diodoro, praesertim quod uterque de Nino, Nini regis amplissima urbe, agat, auxilii nihil ferunt; nedum quae Th. Pinedo ad Stephani *Νῖνος* commentatur: Adiabenen enim Tigrim inter et Euphratem locant; quam ultra Tigrim fuisse positam in Assyria nemo dubitare poterit. Wess.

115. 14. *Τηλικαύτην γὰρ πόλιν*] Atqui Babylonis ambitus stadiorum fuit CCCCLXXX, omnique adeo ex parte par Nino, si

Herodotus I. 178. verum tradidit; de quo quidem certe vehementer dubito: Straboni Ninus *πολὺ μείζων ἐστὶ τῆς Βαβυλῶνος* XVI. p. 1071. C., quippe quae stadiorum duntaxat CCCLXXXV ambitum fuit complexa, uti ibidem docet, et Diodor. infra c. 7. Wess.

116. 22. *Ἐκάλεσεν ἀφ' ἑαυτοῦ Νῖνον*] In sacris nostris *Ninive*, et Ptolem. VIII. Geogr. p. 240. *Νῖνος ἡ καὶ Νινευΐ* quod nomen si conflatum sit, uti S. Bocharto IV. Phaleg. 20. placitum est, ex נין בית *Nin-nave*, id est, *Nini habitatione*, oportet per prolepsin quandam a Mose sit usurpatum Genes. X. 11. Wess.

116. 30. *Οὐκ ἄποθεν λίμνη*] Prope Ascalonem profundum eiuscemodi lacum difficulter invenies: quare Claris. H. Relandus III. Palaest. p. 592., Sirbonidem lacum, de quo nos I. 30., non alium atque hunc esse censet; cuius profecto coniectura multo est plausibilior Io. Tzetzae commento, quo Chiliad. IX. 509. hanc de Derceto et Semiramide fabulam ex Diodoro excerpens, in *Moeridem*, Aegypti lacum, Dercetum sese abiecisse perhibet. Conf. Ger. Io. Vossium I. Idolol. 23. Perinde vero erit sive tu *ἄποθεν* an *ἄπωθεν* probaveris; neque enim in vocis scriptura concors consensus est, ut Steph. Bergler. in Alciph. I. Ep. 1. docet. Wess.

116. 32. *Τέμενος θεᾶς ἐπιφανοῦς*] *Illustris*, quod in versione Rhodom., non exhaurit vim vocabuli. Tu de Dea manifesta et praesens auxilium ferente si acceperis, Diodoro satisfacies. Conf. III. 40. et ad I. 25. praetereaque de Derceto, quae *Δερκητὼ* Eratosth. Catasteris. c. 38. multa Salmas. in Solin. p. 405. et N. Heins. in Ovid. IV. Metamorph. 45. congerentes. Wess.

116. 33. *Τὸ μὲν πρόσωπον ἔχει γυναικὸς* etc.] Cum his consentanea est Luciani, qui se eam in Phoenice vidisse asseverat, descriptio Lib. de Dea Syr. c. 14. *Δερκετοῦς δὲ εἶδος ἐν Φοινίκῃ ἐθεησάμην, θέημα ξένον· ἡμισέη μὲν, γυνή· τὸ δὲ ὀκόσον ἐκ μηρῶν ἐς ἄκρους πόδας, ἰχθύος οὐρὴ ἀποτείνεται.* Fecit enim credula superstitio, ut Derceto

—— *turpiter atrum*
Desinat in piscem mulier formosa superne. Wess.

116. 35. *Οἱ λογιώτατοι τῶν ἐγχωρίων*] Non tam *disertissimos*, quam quidem doctissimos et patriae antiquitatis egregie peritos *λογιωτάτων* vocabulo designat: sunt enim *λόγιοι* saepenumero *οἱ τὰ κατὰ τὰς πατρίδας διηγούμενοι*, ut est in Schol. Pindari Nemeon. Od. I. 52.; unde *οἱ λογιώτατοι τῶν ἀρχαίων συγγραφέων* Polyb. VI. 43. sunt eruditissimi, sicuti bene Casaub., et *λογιώτατοι τῶν Ἰουδαίων* Ioseph. XVII. A. I. 6. 2. *λογιώτατοι τῶν ἱερέων* Aegyptiorum Plut. T. I. p. 92. E. et *οἱ παρ' Ἕλλησι λόγιοι* Philon. Iud. V. M. I. p. 603. A. *οἱ τῶν*

Ἰνδῶν λόγιοι Aelian. XVI. H. A. c. 20. Quae exempla si abunde non videbuntur, addi in cumulum poterunt, quae Iac. Gronov. in Herodoti II. 3. coacervavit. Wess.

116. 42. *Ἐν οἷς πολλοῦ πλήθους περιστερῶν* etc.] Parenthesin hanc pro sua Diodorus non agnoscit: nam idem iisdem prope verbis mox infra dicitur. Facessat igitur suppositicius iste foetus ad obscuros generis sui auctores. Rhod. Assentior viro doctissimo, nec sustuli tamen, ne contra omnes scriptos codices venisse videar. Unus Io. Tzetz. Chiliad. IX. 506., incertum coniectura an libro suo motus, neglectui habuit. Wess.

116. 47. *Τιμᾶν τοὺς ἰχθῦς ὡς θεούς*] Lucian. Dea Syr. c. 14. *ἰχθύας χρῆμα ἱρὸν νομίζουσι, καὶ οὐκότε ἰχθύων ψαύουσι* quicum Menander consentit in Porphyr. IV. A. A. 15. Athen. VIII. 8. cum Casaub. animadversione, aliique plures, etsi caussam superstitionis aliunde derivent, ut Hygin. II. Poët. Astron. 30. Wess.

116. 53. *Καὶ τοὺς νομεῖς λιπόντας*] Non placet mihi participium *λιπόντας*. Puto scripsisse *ἀπόντας*, quod ab illo proxime abest; longius enim recedit Gemisti *ἀποκεχωρηκότας*. Afuisse vero pastores ea, quae sequuntur, liquido adfirmant. Wess. Ursinus *ἴσως* adscripserat *ἀπόντας*, de cuius ego consensu mihi gratulor. Idem in Add.

117. 67. *Παρωνομασμένον ἀπὸ τῶν περιστερῶν*] Hesychius *Σεμίραμις, περιστερὰ ὄρειος Ἑλληνιστί* quod eius Grammatici sicut et Diodori hoc suspectum quodammodo Ios. fuit Scaligero in Chron. Euseb. DLXXXIII., ingenue fasso, sibi non satis liquere, quid hoc nomen significet. Melius S. Bochartus, qui ex vocibus Arabicis שרי *sera*, *montanus* et חמאם *hemam*, *columba*, conflatum arbitratur, primoque Semiramim gentis eius sermone *Serimamim*, a Graecis vero, barbarum vocabulum suo more emollientibus, Semiramim appellari coeptam esse 11. Chan. II. p. 740. Alia vir egregius Ger. Io. Vossius I. Idololat. c. 23. Wess.

117. 68. *Ὡς θεὰς τιμῶντες*] Conf. infra c. 20. Wess.

117. 72. *Τῷ κάλλει τὰς παρθένους διαφερούσης*] Notabilis haec constructio Rhodom. visa est in Indice, forte propter Zarinam *τόλμῃ πολὺ διαφέρουσαν τῶν ἄλλων γυναικῶν* infr. c. 34. similiaque eius generis alia. At illa nihil haec est deterior: nam et Gelon, Dinomenis filius, *ἀρετῇ καὶ στρατηγίᾳ πολὺ τοὺς ἄλλους διενέγκας* memoratur XI. 67. et Timaeus Agathoclem *δειλίᾳ φησὶ διενηνοχέναι ἅπαντας ἀνθρώπους*, Exc. Vales. p. 261. Neque uni ea placuit Diodoro. Dio Chrysost. enim Orat. XXXI. p. 339. D. *οὗτος ἐδόκει ῥώμῃ διενεγκεῖν τοὺς καθ' ἑαυτόν.* et quod bellum Polyb. I. 88. *πολύ τι τῶν ἄλλων ὠμότητι καὶ παρανομίᾳ διενηνοχότα*, id manu exaratus liber, quo usus est Io. Henr. Boecler., *πολύ τι τοὺς ἄλλους* etc. appellat.

Posses etiam Dionys. Halicar. T. II. p. 148. verba, ᾧ περὶ τοὺς ἄλλους διήνεγκεν facili medicina refingere ᾧπερ τοὺς ἄλλους διήνεγκεν, nisi ipse p. 133., quod nec Sylburg. latuit, ᾧ παρὰ τοὺς ἄλλους. id enim praestat, et quid in hoc genere explendum sit, patefacit. Wess.

117. 75. *Μενόνης*] Haud scio an Ὄννης verum homini nomen fuerit: suadent quidem certe scripti libri et hic et cap. seq. praetereaque barbarica vocabuli forma. Wess. Ὄννης confirmat Anonymus de mulieribus bello claris in Bibliothek der alten Litt. u. Kunst VI. p. 10., qui *γαμηθεῖσα δὲ Ὀννέῳ*, ad quae v. Heeren.

117. 79. *Δοῦναι εἰς γάμον ἔννομον*] Ultimam vocem concors omnium Codd. consensus flagitat; Semiramidem Onnes sive Menones non concubinam, sed iustae uxoris loco sibi petit. *Γάμος ἔννομος* nuptiae sunt legitimae, ut *ἔννομος πολιτεία* Aeschin. princ. Orat. in Timarch., et *ἔννομος πατὴρ* in Suidae *Γάϊος*. Wess.

117. 91. *Κατὰ τὴν πρότερον στρατείαν ἀποτετευχὼς ἦν*] Tametsi color addi posset scripturae Coislin. et Mutin. ex XII. 33. XIII. 6., acquiesco in vulgata. Illud autem *ἀποτετευχὼς ἦν* Nostro atque aliis perquam familiare est, uti *Πέρσαι ἦσαν ἀπεστυλκότες* XII. 28. et c. 19. Charondas *νενομοθετηκὼς ἦν*. Arrian. IV. Exp. Alex. 30. p. 195. *ὅτε οἱ Ἰνδοὶ ἀποπεφευγότες εἶεν*. et paullo post *ἦν ἐξῳκοδομηκότες ἦσαν*. Dionys. Halicar. I. A. R. p. 66. *ἐπεὶ δὲ ἀμφὶ τὰ ὀκτωκαίδεκα ἔτη γεγονότες ἦσαν*. Sophocles Philoct. 435. *χ' οὗτος τεθνηκὼς ἦν*. Placuit et Latinis. Plaut. Asinar. III. 3. 30. *Quia oculi tibi sunt lacrimantes, eo rogavi.* Cato R. R. princ. *minimeque male cogitantes sunt, qui eo in studio occupati sunt.* Wess.

117. 95. *Πεζῶν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα* etc.] Haec fabularum quam veri similiora videntur, tametsi Nini et imperii ab eo conditi initia ad seriora temporum, quam quidem vulgo fit, intervalla demittas. Dionys. Petavius IX. D. Temp. 14. Ctesiae et Diodori qualecunque patrocinium professus quid fieri potuerit, non quid reapse factum sit, docuit. Wess.

117. 98. *Τοῖς αὐτόθεν ἀκούουσι*] Fortasse *qui primum audiunt* melius erit. Dionys. Halicarn. T. II. p. 71. *καὶ ἡδὺς μὲν αὐτόθεν εὐτυχόντι, σφοδρὸς δὲ, ἐξεταζθείς.* Sic quoque supra I. 37. Wess.

117. 4. *Μετὰ ὀγδοήκοντα μυριάδων*] Sequitur Ctesiam, qui totidem millia Dario dedit in Excerpt. Photii p. 115.; Herodot. IV. 8., quem Iustin. II. 5. et P. Orosius II. 8. auctorem habent, septingenta millia. Wess.

118. 4. *Τοῖς ἀναριθμήτοις πλ.*] Conf. infra XI. 3. Wess.

Ibid. Τὰς χθὲς καὶ πρώην] Exulantem operarum culpa copulam, quae fraudi Iac. Gronov. fuit ad Herodot. II. 53., restitui suam in sedem. *Χθὲς μὲν οὖν καὶ πρώην* Demosth. Orat. de

Coron. p. 161. et ἐχθὲς καὶ πρώην de Legat. Fals. p. 256., atque ita infra XIV. 67. Wess.

118. 8. *Πεζῶν μὲν δώδεκα μυριάδας*] Vide infra XIV. 67. Wess.

118. 10. *Ὧν ἔνιαι τριήρεις καὶ πεντήρεις*] Puto verum esse *τετρήρεις* Cod. Clarom. 1., quod et alii libri, sed levi macula obsiti, firmant. *Quadriremes* egregie respondent magnificentiae Dionysii et studio, quo in rem nauticam ferebatur. Obstare quidem coniecturae videntur verba L. XIV. 41. *πρὸς δὲ τούτοις, ναῦς τε τριήρεις καὶ πεντήρεις, οὐδέπω κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους σκάφους πεντηρικοῦ νενανπηγημένου.* et cap. seq. *ἤρξατο* (Dionysius) *ναυπηγεῖσθαί τε τριήρεις καὶ σκάφη* (lege *πεντηρικὰ σκάφη*) *πρῶτος ταύτην τὴν κατασκευὴν τῶν νεῶν ἐπινοήσας.* Sed et ea ad hunc modum instauranda esse, haud ambigo: moveor et particula τε voci *τριήρεις* utrobique parum commode praeposita, et inprimis addita ratione: neque enim Dionysius *triremem* primus invenit, sed diu ante eum natum Corinthii, ut ibidem addit Diodor. sed haec alias. Wess.

118. 12. *Πρὸ τῶν Ἀννιβιακῶν καιρῶν*] Alii dicere solent Ἀννιβαϊκῶν, non Ἀννιβιακῶν. Steph. *Ἀννιβαϊκῶν καιρῶν*] Citra controversiam iustum id verumque est. Ἀννίβας enim dat Ἀννιβαϊκὸν, non Ἀννιβιακόν. Vide H. Steph. in Appian. Annib. p. 541. Wess.

118. 15. *Τῶν ἑκατὸν μυριάδων*] Conf. Eclog. 3. Lib. XXV. et Polyb. II. 24. Wess.

118. 18. *Ἐκ τῆς νῦν περὶ τὰς πόλεις* etc.] Bella, seditiones atque aliae id genus calamitates magnam Diodori aetate vastitatem effecerant, numerusque hominum inmanem in modum per Romanum orbem decreverat; quam iacturam praeter ceteras Graecia passa adeo erat, ut Plutarchi aetate difficulter tria gravis armaturae millia in bellum praestaret. Digna sunt optimi scriptoris verba, quae ex Lib. de Orac. Defect. T. II. p. 415. F. addantur. *Τῆς κοινῆς*, ait, *ὀλιγανδρίας, ἣν αἱ πρότεραι στάσεις καὶ οἱ πόλεμοι περὶ πᾶσαν ὁμοῦ τε τὴν οἰκουμένην ἀπειργάσαντο, πλεῖστον μέρος ἡ Ἑλλὰς μετέσχηκε, καὶ μόλις ἂν νῦν ὅλη παρόσχοι τρισχιλίους ὁπλίτας, ὅσους ἡ Μεγαρέων μία ἐξέπεμψεν εἰς Πλαταιέας.* Bene ergo Diodor. animadvertit, ex suae aetatis solitudine et hominum infrequentia conclusione iusta colligi non posse, falsa omnia esse, quae de ingenti veteris aevi militum numero prodita sunt: nec ea tamen vincere possunt, de Nini exercitu Ctesiam nihil esse ementitum. Wess.

118. 22. *Δυσκόλων τῶν τόπων*] Nihil hinc demuto: quae Codd. aliqui et Gemist., ea scholion redolent. *Δύσκολος* saepe quidem morosi ingenii homo est, uti *δύστροπος καὶ δύσκολος δεσπότης* Philon. Iud. de Somn. p. 566. D. et *δύσκολος καὶ δύστροπος ἄνθρωπος* Demosth. Philip. II. p. 47., sed facilis

inde transitus ad loca difficilia et iniqua indicanda. *Ῥεῖθρου δυσκολίαν* habet XVIII. 35. *δυστραπελείαν ἐν τοῖς καταγείοις* V. 15. *τοπικὴν δυστραπέλειαν* XVII. 82. Wess.

118. 26. *Ἐκαλεῖτο μὲν Βάκτρα*] Nomen illi venisse videtur a vicino fluvio: nunc *Balchum* appellant, ut bene Iac. Golius in Alferg. p. 175. et Theoph. Sigefr. Bayer. Hist. Regn. Bactrian. c. 6. Wess.

118. 28. *Ὀξυάρτης*] Oxyartes Bactrianus, Roxanes pater, in gestis Darii et Alexandri rebus celeberrimae famae apud Arrian. IV. Exp. Alex. c. 19. et infr. XVIII. 3. hoc nomen ea in gente haud insolens fuisse ostendit. Id demiror, Oxyartem omnibus aliis esse Zoroasterem; cuius rei caussam magnum et memorabile huius apud Graecos nomen fuisse arbitror. Nam Ctesiam Bactrianorum regem Zoroasterem appellasse et Graecis Latinisque probasse, adduci non possum ut censeam. Arnobius quidem I. Adv. Gent. p. 39. significare videtur, Bactriani Zoroasteris in primo historiarum res gestas exposuisse Cnidium scriptorem: nec certa tamen eius fides; cum verba misere sint adfecta et variis modis doctissimorum hominum cura et explicita et tentata. De Zoroastere, quo nomine plures fuere insignes, H. Vales. in Ammian. XXIII. 6. et Io. Alb. Fabric. I. Bibl. Gr. 36. Wess. V. Mai. ad Euseb. p. 41.

118. 33. *Ἀποβεβηκέναι εἰς τὸ πεδίον*] Is. Vossius verbo *ἀποβεβληκέναι*, quod editos occuparat libros, offensus orae codicis sui adscripserat *εἰσβεβληκέναι*, bene quidem ad Diodori sententiam, nec eo tamen praestantius, quod, distinctione mutata, secutus sum. Wess.

119. 46. *Ἡ δὲ — καιρὸν ἔλαβε*] Prae vulgato hoc placitum est, et propterea receptum. Wess.

119. 47. *Καὶ τοῖς ἄλλοις κεχορηγημένη*] Vid. I. 15. Wess.

119. 55. *Καὶ νεανικὴ*] Intelligo de stola, qua iuvenes amiciuntur; muliebrem enim Semiramis virilem fecit, ut bene Octav. Ferrar. Anal. R. Vest. c. 24.; quamquam fortasse non deerunt, qui magnam validamque malint, ut *πνεῦμα νεανικὸν* Plut. T. II. p. 569. A. et *πληγὰς νεανικὰς* Longi I. Pastor. p. 31.; praesertim quod stola Medica, quae ab illa Semiramidis nomine tantum distat, fuerit talaris, propterea et si quid corpori deesset, occultarit, et eos, qui gestarent, quam pulcherrimos et maximos exhibuerit. Xenophon VIII. Cyropaed. p. 163. *Αὐτὴ (στολὴ Μηδικὴ) αὐτῷ συγκρύπτειν ἐδόκει εἴ τις τι ἐν τῷ σώματι ἐνδεὲς ἔχοι, καὶ καλλίστους καὶ μεγίστους ἐπιδεικνύναι τοὺς φοροῦντας.* Wess.

119. 58. *Μετὰ ταῦθ' ὁμοίως Πέρσας*] Persae Medorum habitum et mores sunt aemulati, Cyro exemplum praebente. Vid. Strabon. XI. p. 797. C. et B. Brisson. Regn. Pers. I. 56. Wess.

119. 67. *Κατέλαβε τὸ μέρος τῆς ἀκροπόλεως*] Ob occupatam ea arte arcem Semiramis *κρείττων τοῦ Βακτρίου Ζοροάστρου* in Theon. Progymn. c. 9. pag. 112.; huc enim ea referri oportere arbitror. Wess.

119. 76. *Συνοικεῖν τὴν ἰδίαν θυγατέρα*] Sine dubio *συνοικιεῖν* scripsit; id enim est nuptui collocare, non alterum: infra IV. 10. *ὁ βασιλεὺς Κρέων τὴν θυγατέρα Μεγάραν συνῴκισεν αὐτῷ.* et c. 30. *τὴν μὲν ἑαυτοῦ γυναῖκα συνῴκισεν Ἰολάῳ·* plura ad eiusdem libri c. 27. Io. autem Tzetzes videtur *Sosannam* praetulisse ex eius feminae historia, quae vulgo Danielis vaticinio adnecti solet: forte tamen utrumque eiusdem originis nomen est. Wess.

119. 83. *Εἰς βασιλικὸν ἦλθε πρόσχημα*] Decus maiestatemque regiam, ut in Strabon. XI. p. 798. A. et *δόξα καὶ τοῦνομα καὶ τὸ πρόσχημα τῆς Ἐπαμινώνδου στρατηγίας* in Pelopida Plut. p. 293. F. Hinc *ἐπὶ προσχήματός τινος οὖσα* quae aliquo loco esse incipit Demosth. in Neaer. p. 732. Eleganter vero *πρόσχημα* de urbe, quae inter ceteras cultu et dignitate excellit. Herodot. V. 28. *τῆς Ἰωνίης ἦν πρόσχημα* de Mileto, etsi male interpres. Sophocl. Elect. 683. Aristid. T. I. p. 170. et 293. Plut. T. II. p. 794. B. Wess.

120. 95. *Κατεσκαμμένης ὑπὸ Μήδων*] Vid. infra c. 28. Wess.

120. 97. *Οὖσα φύσει μεγαλεπίβολος*] Sic praestat, quantumvis *φύσει μεγαλεπήβολος καὶ τολμηρὰ* eadem Semiramis c. 20.; haeret enim illud eodem in luto. *Μεγαλεπήβολος* qui in magnis rebus prospero successu utitur, ut I. 19. abunde declaratum; *μεγαλεπίβολος* qui magna molitur, quo ingenio Semiramis excelluit. Vid. V. 48. XIII. 68. et XVIII. 7. cum Steph. nota. Wess.

120. 99. *Πόλιν κτίζειν ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ*] Babylonem Semiramide, secus ac censuit Ctesias, multis annis priorem esse, atque a Belo conditam, plerique veterum agnovere. Ammian. XXIII. 6. *Babylon, cuius moenia bitumine Semiramis struxit; arcem enim antiquissimus rex condidit Belus.* Curtius V. 1. *Semiramis eam* (Babylonem) *condiderat, vel, ut plerique credidere, Belus, cuius regia ostenditur.* Atque hi sufficiunt: alios dabit Iac. Perizon. Orig. Babylon. c. 7., merito eorum patrocinium professus. Wess.

120. 5. *Σταδίων τριακοσίων ἑξήκοντα*] Herodot. I. 178. stad. CCCCLXXX, et eum secutus Philostrat. I. Vit. Apoll. 25., ubi doctissimus Olear. discordes veterum opiniones utcunque in ordinem redigere conatur. Adde Barn. Brisson. I. R. Pers. 82. et Io. Tzetz. Chiliad. IX. 570. Wess.

120. 11. *Τριακοσίων ἑξήκοντα καὶ πέντε*] Genitivum *ποδῶν* legit Latinus interpres ante *τριακοσίων*, aut certe putavit

legendum; quae tamen sequuntur, videntur *σταδίων* poscere, ac tunc fuerit revera *ὕψος ἄπιστον τοῖς ἀκούουσιν*, sicuti modo dixit. Utut sit, genitivum hic desiderari nemo negaverit. STEPH. Hic post *ἀνέγραψαν* interiiciendae videntur quaedam voces, ut fuerint *γενέσθαι τὸν περίβολον τριακοσ.* Quae stadia si in milliaria Teutonica per triginta et duo redegeris, XI mill. cum XIII stadiis prodibunt. Herodotus tamen I. 178. CCCCLXXX stadiis ambitum includit: quae Plinius VI. 26. in IX M. P. per CXXV, quot passus stadio continentur, resolvit; quo pacto XV milliaria Germanica efficiuntur. Strabo XVI. p. 1072. moenia Babylonis CCCLXXXV stadia complexa fuisse tradit: quae XII mill. Teutonica stadiumque unum constituunt. RHOD. *Τριακοσίων — καὶ πέντε σταδίων*] Sic oportet; vocem quam addidi praeter scriptos Codd. agnoscit Io. Tzetzes, haec Diodori Chiliad. IX. 572. exscribens. Cave vero Stephan. sequaris, ac de murorum altitudine accipias. Ambitum urbis stadiorum CCCLXV, quot dies annum absolvunt, Clitarchus, de quo rerum Alexandri scriptore Io. Gerh. Voss. I. H. Gr. 10., fuisse tradiderat; nam quod Iac. Capellus vocem *πέντε* inducit, id equidem factum nollem: vetant scripti libri, Tzetzes, et ea, quae Diodorus addit, WESS. Admovit et huic loco manus Iul. Caes. Bulengerus in Eclog. ad Arnobium p. 239., quem si adieris, negabis, credo, Diodori librum, cum ea commentaretur, ab illo fuisse inspectum. IDEM in Add.

120. 14. *Ὀπτὰς δὲ πλίνθους — ἐνδησαμένη*] Et huic locum dedi: *murus* enim *laterculo coctili* erat *instructus*, ut Curtii verbis V. 1. dicam; non item *τῷ ἐνδυσαμένῃ*, quod ex recepta voce scribentium errore natum suspicor: prorsus uti in Ioseph. I. B. I. 26. 2., *καὶ ταῖς κατὰ τοῦ πατρὸς μέμψεσιν ἐνδυσάμενος ἀμφοτέρους.* et c. 29. 2. *καὶ τὸν ἀδελφὸν — ἐνδυσαμένη φαρμάκοις.* quibus locis meliores Mss. *ἐνδησάμενοι*, et rectius, si quid ego in his video; solent enim id verbi haud raro usurpare, cum quomodocunque in societatem alium illigant et quasi implicant. Ioseph. XX. A. I. 4. 1. *καὶ ὅρκοις τὴν πρὸς ἀλλήλους ἐνδησάμενοι πίστιν.* Polyb. X. 31. *τοὺς Ἴβηρας εἰς τὴν αὑτῶν φιλίαν καὶ πίστιν ἐνεδήσατο.* Unde *ταῖς ἀρχαίαις φήμαις ἀχμὴν ἐνδεδεμένος*, qui antiquitus traditis opinionibus quasi constrictus tenetur in eiusdem Polyb. XII. 1. sed hoc obiter. WESS.

120. 17. *Πηχῶν πεντήκοντα*] Ingens inter hos et Ctesiam discrimen Io. Tzetz. Chiliad. IX. 590., tolli posse censuit, si per bella et terrae tremorem de muro multum detritum concedas; quod quidem commentum haud placet. Aliter instituit Cl. Salmasius in Solin. p. 871. Puto eos, quibus *πήχεις πεντήκοντα* arrisere, Ctesiae *ὀργυιαῖς*, ut veri fidem excedentibus, fuisse offensos, et propterea cubitos praeoptasse; quod et Gottfr. Olear. in Philostr. I. V. Apol. 25. in mentem venit. WESS.

120. 23. *Ἕλεσι περιεχομένης*] Conf. Herodot. I. 183. et Arrian. VII. Exp. Alex. 20. Wess.

121. 26. *Τὴν ὀχυρότητα*] Articulus redundat. Rhod.

121. 27. *Ὁδὸς — δίπλεθρος*] *Aedificia non sunt admota muris; sed fere spatium unius iugeris absunt* inquit V. 1. Curtius, cum Diodoro hac quidem in re parum consentaneus. Wess.

121. 34. *Γέφυραν — κατεσκεύασεν*] *Pons lapideus, flumini impositus, iungit urbem: hic quoque inter mirabilia Orientis opera numeratus est; quippe Euphrates altum limum vehit, quo penitus ad fundamenta iacienda egesto, vix sufficiendo operi firmum reperiunt solum*, idem Curtius, cui iunge Herodotum I. 186. pontis huius structuram Nitocri attribuentem. Mox *καθίσασα τοὺς λίθους* significantissimum est, nec quicquam concedit eorum librorum auctoritati, quibus *καθεῖσα* placuit. Wess. Iul. Caes. Bulengerus Eclog. p. 248. *κατιόνσα τοὺς λίθους* habet, et mox *τόρμας*: neutro, ne quid inclementius dicam, indigemus. Idem in Add.

121. 37. *Τόρμοις σιδηροῖς διελάμβανε*] Hesychio *Τόρμος, ἡ πλήμη τοῦ τροχοῦ, εἰς ἣν ὁ ἄξων ἐμβάλλεται.* quae modioli significatio ab hoc loco aliena est. Apollodorus Poliorcet. p. 34. *τόρμους καὶ περόνας* clavos et fibulas, in trabem firmissime destitutas, ne scalae loco moveantur, appellat: Hero vero Belopoeic. p. 126. *τόρμους* eminentias parastatarum catapultae, quae Vitruvio X. Architect. 15. *cardines*, ut ad Heron. ostendit Bernardin. Baldus. Quae quidem exempla satis adfirmant, architectis vocabuli usum fuisse varium, fierique potuisse, ut ad retinacula ferrea, quibus saxa colligantur, transiret. Si cui tamen *κορμοὶ* Clar. 2. probentur, tum a contis, quos Euripid. Helen. 1617. *κορμοὺς ναυτικοὺς*, aut a truncis, *ξύλων κορμοῖς* Appian. I. B. Civ. p. 699. et Strabon. XV. p. 1065. C., dicendum erit, repetitum hunc esse significatum; quod mihi tamen difficulter persuadeo: mallem quidem certe, si *τόρμοι* sint reiectanei, cum Reg. et Vatic. *τόρνοις* ob Suidae haec verba: *Τόρνος, ξύλον στρογγύλον. ἢ τὸ τρῆμα, καὶ τὸ ἐνιέμενον εἰς αὐτό.* Wess.

121. 45. *Καὶ κυπαριττίναις δοκοῖς*] Cypressorum laetissimus in hac vicinia proventus, ut ex Strabon. XVI. p. 1076. et Arrian. VII. Exp. Alex. c. 19. ostendit S. Bochart. I. Phaleg. 4. Mox *καὶ κλάδοις* induxi, obsecutus Codd. vetustis, et arboris naturae: palma enim, quae in Babylonia uberrima, Strab. XVI. p. 1073. D., recto caudice in altum se submittit, foliis comarum in modum superbiens. Theophrastus II. H. Plant. 8. *ἔστι δὲ ὁ φοῖνιξ, ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν, μονοστελέχης καὶ μονοφυής.* cui gemina praeter alios Prosp. Alpin. I. Plant. Aegypt. c. 7. Wess.

121. 49. *Κρηπῖδα πολυτελῆ*] Conf. infr. XIV. 7. Wess.

121. 60. *Πρῶτον περίβολον τῆς αὐλῆς*] Vocem postremam cum articulo abiicito. Rhod.

121. 63. *Διετύπωτο θηρία*] Pro *διετύπωτο* scribendum *διετετύπωτο θηρία*. RHOD. *Διετετύπωτο*] Hoc malui ob scriptos Codd. Solent alioqui, spretis Grammaticae regulis, multa veteres hoc in genere sibi indulgere, ut Eustath. in Homer. p. 759. et Is. Casaub. ad Athen. II. 15. docuerunt. Tale est *παρασκεύαστο* Heliodori II. p. 124. *συνέλεκτο* Pausaniae IX. 37. p. 785. *κατεχώνυντο* Ioseph. IV. B. I. 1. 4. *κατακεκρέμαστο* infr. XVIII. 26. *συγκεχώρητο*] Libanii T. II. p. 125. E. *πεπλήρωτο* Ioseph. IV. B. I. 1. 2. et *κεκάρωτο* I. 30. 5. *μεμέριστο* Appiani Mithrid. p. 403. *πέπρακτο* III. Bell. Civ. p. 858. *γεγένητο* V. B. C. p. 1120. et 1137. *κεκοίμητο* Arrian. V. Exp. A. 12. et *κεκόσμητο* c. 20. Sed desino; longum enim foret omnia persequi. Vid. Iungerman. in Longi Pastor. p. 214. Duker. ad Thucydid. p. 474. WESS.

122. 71. *Σταδίων τριακοσίων*] Id est CCC stadiorum. Qui quaeso fieri potest, ut castellum, cuius extremus murus sexaginta tantum stadia in circuitu habens, CCC stadia suo ambitu complectatur? Necessario igitur mutandum est *τριακοσίων* in *τριάκοντα*. RHOD. Lege *τριάκοντα*, ut ex praecedentibus patet: non enim interior circuitus potuit esse maior exterioribus. PALM. *Σταδίων εἴκοσι*] Etsi viris doctissimis patrocinio veniat sua cum versione Poggius, satius duxi scriptos libros sequi: fieri enim potest, ut Poggius, coniectura ductus, XXX stadia expresserit. *Εἴκοσι στάδια* quin optime conveniant, dubium nullum est. WESS.

122. 79. *Ἀφ' ἵππου πάρδαλιν ἀκοντίζουσα*] In hac scriptura cupide acquiesco. Hippocrat. de Aër. Aq. et Loc. p. 291. *τουτέων αἱ γυναῖκες ἱππάζονταί τε καὶ τοξεύουσι, καὶ ἀκοντίζουσιν ἀπὸ τῶν ἵππων*· et Diodor. ipse V. 33. *ἐπειδὰν ἀπὸ τῶν ἵππων ἀγωνισάμενοι νικήσωσι.* atque hinc *ἀφιππότοξόται* sagittarii, qui equis vecti pugnant XIX. 30., quamquam et ibi eadem quae hoc loco scribendi varietas, et *ἀφ' ἵππων μάχη* Herodot. I. 79. quo loco vir clarissimus Iac. Gronovius nimium mihi schedis Medic. tribuisse semper visus est. De venatrice et leones pardalesque necante Semiramide Aelian. XII. V. H. 39. WESS.

122. 88. *Ὃν καλοῦσι Βαβυλώνιοι Βῆλον*] Sic cap. seq. *ἱερὸν Διὸς, ὃν καλοῦσι Βαβυλώνιοι Βῆλον.* Deflexum est ex Hebraeorum בעל, quo titulo pleraeque per orientem gentes, non enim unis id proprium fuit Babyloniis, Deum appellarunt, ut pluribus declaravit Celeb. Iacob. Perizon. Orig. Babylon. c. 5. et 7. WESS.

122. 93. *Δίξαμενὴν τετράγωνον*] Huc spectant, quae Philostr. I. Vit. Apollon. 25.; sed qui *γυναῖκα Μήδειαν* auctorem perhibet; haud scio an aliam ac Semiramidem intelligens: pugnat quidem pro Semiramide Gottfr. Olearius, sed eam e Medis fuisse haud probans. Forsan ea est, de qua Herodot. I. 185., aut certe de qua Berosus in Ioseph. X. A. I. 11. 1. WESS.

122. 4. *Χωρὶς τῆς καμφθείσης ψαλίδος*] *Forficem incurvatam* interpretis non bene intelligo. *Ψαλὶς fornix* seu *arcuatum opus* est. Strabo XVI. p. 1073. A. *ἐξ ὀπτῆς πλίνθου — καὶ αἱ ψαλίδες καὶ τὰ καμαρώματα.* et XVII. p. 1167. C. *ὥστε καταβαίνειν εἰς αὐτὴν κατὰ καμφθεισῶν ψαλίδων διὰ μονολίθων ὑπερβαλλόντων τῷ μεγέθει.* sic enim distracta voce *κατακαμφθεισῶν* locus iste legendus et vertendus: *ut ad fontem descendant ex arcuato opere per cochleas ex uno lapide ingentis molis sectas.* Ioseph. XV. A. I. 9. 6. *ψαλίδες δὲ ἐνεπεποίηντο συνεχεῖς, καταγωγαὶ τοῖς ναυτίλοις.* Philo Belopoeic. p. 80. *τινὰ δὲ καθάπερ ἐν Ῥόδῳ εἰς ψαλίδας συγκλειόμενα* etc. WESS.

122. 5. *Ἐν ἡμέραις δὲ ἑπτὰ*] Non potui contra consensum plerorumque omnium Codd., exiguum hunc dierum numerum probantium; qui quidem si de cuniculo (*διώρυγι*) solo, ut videtur, accipiatur, nihil habebit quod fidem exsuperet; alter dierum CCLX, ubi feminae studium consideres et operarum multitudinem, nimius est. WESS.

123. 8. *Δύνασθαι τὴν Σεμίραμιν ἐκ τῶν πέραν* etc.] Idem, puto, voluit Philostrat. I. Vit. Apoll. 25., qui fluvium in paludes derivatum cum descripsisset, *ξηρόν τε ἤδη τὸν ποταμὸν*, inquit, *ὤρυττεν, σήραγγα ἐργαζομένη κοίλην, ἵν' εἰς τὰ βασίλεια, τὰ παρὰ ταῖς ὄχθαις, ὥσπερ ἐκ γῆς ἀναφαίνοιτο, tum iam exsiccato fluminis alveo terram egessit cavernamque fecit, qua in arces, utraque in ripa positas, tanquam ex terra emergeret et se conspiciendam praeberet.* Cl. Olearius aliter instituit, sed minus, ut arbitror, dextre. WESS.

123. 15. *Τοῦ κατασκευάσματος — καταπεπτωκότος*] Herodoti aetate adhuc durabat, ut significat II. 181.; Persae vero destruxerunt, nec potuit Alexander, etsi vellet, instaurare. Vide Arrian. VII. Ex. A. 17. et Io. Freinsh. in Curtii V. 1. 24. WESS.

123. 18. *Καὶ τοὺς Χαλδαίους* etc.] Conf. infra c. 29. WESS.

123. 21. *Ἐξ ἀσφάλτου καὶ πλίνθου*] Non vana suspicio est, Babylonicam turrim, cuius structae occasione Noachidae quaquaversum per orbis terrae plagas spargi sunt coepti, bitumine et coctili latere altissime eductam, ab hoc templo non nisi nomine discrepasse: locus, situs, altitudo et cetera bene congruunt; Belo consecrata quod est, id factum deinceps, cum Babylonii urbis suae conditorem Deorum in numerum referrent; multa hanc in rem disputavit S. Bochart. I. Phal. 9. et 13., quem consule. WESS.

123. 25. *Καὶ διαβεβηκὸς*] Vide I. 98. WESS.

123. 26. *Ταλάντων Βαβυλωνίων*] Talentum Babylonicum aequabat LXX minas Euboicas sive Atticas, ut ex Herodoto III. 126. et Polluc. IX. Onomast. 86. cognovimus; qua quidem in re ab utroque dissentit Aelian. I. V. H. 22., Babylonico minas LXXII tribuens; sed eo loco parum sanus, sicuti docuit Wilebord. Snellius de Re Numar. p. 41. WESS.

123. 29. *Λέοντες δύο, καὶ πλησίον ὄφεις*] Inter animalia Deum matri serpentes et leones prae ceteris placuere; quare

Et iuncti currum dominae subiere leones

in ara marmorea apud Boissard. T. III. Antiq. p. 47. Caussam eius rei disquirit Imp. Iulianus Orat. V. p. 167. et Servius ad Aeneid. III. 113. Wess.

123. 35. *Τράπεζα χρυσῆ*] Auream hanc mensam, in haud paucis alioqui a Diodoro dissentiens, non praeteriit Herodot. II. 181. Wess.

123. 43. *Οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς*] Praeter ceteros Darius et Xerxes. Vid. Herodot. II. 183. Strabon. XVI. p. 1073. Arrian. VII. Exp. Al. 17. Wess.

123. 46. *Καὶ γὰρ αὐτῆς τῆς Βαβυλῶνος* etc.] Bene Strabo XVI. p. 1073. C. postquam de Alexandri in urbem et Beli templum studio exsecutus erat, *τῶν δ' ὕστερον οὐδεὶς*, inquit, *ἐφρόντισε. ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ ὠλιγωρήθη, καὶ κατήρειψαν τῆς πόλεως τὰ μὲν οἱ Πέρσαι, τὰ δ' ὁ χρόνος, καὶ ἡ τῶν Μακεδόνων ὀλιγωρία περὶ τοιαῦτα. καὶ μάλιστα ἐπειδὴ τὴν Σελεύκειαν — ἐτείχισε Σέλευκος ὁ Νικάτωρ.* complectitur enim egregie caussas urbis, maximae olim et florentissimae, in ruinas abeuntis: adde summam Himeri, Phraatis Parthorum regis satrapae, acerbitatem, qua *τῆς Βαβυλῶνος τὴν ἀγορὰν καί τινα τῶν ἱερῶν ἐνέπρησε, καὶ τὸ κράτιστον τῆς πόλεως διέφθειρε, forum eius urbis et fana quaedam igni corrupit, et pulcherrima quaeque eius loca evertit*, ut Noster ait in Excerpt. Vales. p. 377. Quibus omnibus factum paullatim est, ut de Babylone, quod eleganter olim de Arcadiae Megalopoli comicus, adfirmare Strabo potuerit,

Ἐρημία μεγάλη ἐστὶν ἡ Μεγάλη πόλις.

Nugae ergo nugacissimae sunt, quae in Philostrat. I. Vit. Apollon. 27. de Babylone, Apollonii Tyanensis aetate, culta satis et florente: sed haec uberius et magna cum cura declaravit Camp. Vitringa in Esai. XIII. p. 420. Wess.

124. 51. *Σύρου βασιλέως*] Plinius lib. XIX. 4. *Κύρου* legit. Rhod. *Cyrus* ille Plinii admodum mihi suspectus est; nec video, qui regi, Babyloniorum domitori et tot rebus distracto, horti pensiles conveniant. Melius Curtius V. 1. 35. *Syriae regem, Babylone regnantem, hoc opus esse molitum, memoriae proditum est, amore coniugis victum: quae desiderio nemorum silvarumque in campestribus locis, virum compulit amoenitatem naturae genere huius operis imitari.* Qui quidem Syriae, sive Assyriae, vid. supr. c. 2., rex non alius est ac Nabuchodonosor, quemadmodum ex Berosi apud Ioseph. X. A. I. 11. 1. et I. c. Apion. 19. fragmento constat. Wess.

Ibid. Γυναικὸς παλλακῆς] Loccenii errorem, *Pallacam* vero nomine feminam eam fuisse censentis, ex merito castigavit

Io. Freinshem. ad Curtii V. 1. 35. *Γυνὴ* additur per appositionem, ut saepe. Demosth. Leg. Falsat. p. 260. *οὐδὲ ἐλεεῖν ὑμᾶς οὔτε τὴν μητέρα δεῖν, τὴν Τιμάρχου, γραῦν γυναῖκα, οὔτε παιδία.* Euripid. Troas. 490.

Δούλη γυνὴ γραῦς εἰς δόμους ἀφίξομαι.

Atque ita *ἄνθρωπος* in his Longi IV. Pastor. p. 178. *καὶ ἀνθρώπους γεωργοὺς συνηλόησε πληγαῖς.* et in Latinis *rete iaculum, ancile scutum, ventus turbo*, et plura de hoc genere, a Frid. Taubman. conducta in Plaut. Asin. I. 1. p. 82. Iam quod Gemistus non Persicam, sed e Medis foeminam fuisse ait, id ego ex Berosi apud Iosephum verbis depromtum arbitror. Wess.

124. 56. *Εἰς τέτταρα πλέθρα*] Nihil dissentit Strabo XVI. p. 1073. Wess.

124. 60. *Ὠικοδόμηντο σύριγγες*] Praeter alia *σύριγγες* sunt cavernae. Ammian. XVII. 7. *Aut in cavernis minutis terrarum, quas Graece syringas appellamus.* Unde *σύριγγες Αἰγύπτιαι καὶ Κρητικοὶ λαβύρινθοι* in Aelian. VI. H. A. 43., pro quibus prave *σήραγγες* L. XVI. 15.; atque ea vocis significatione Rhodom. adductum puto, ut *fornices* verteret; quam tamen in Indice deseruit, *σύριγγες*, inquiens, fornices *reddidi*: *forte columnas, fistularum instar rotundas, quae fornices sustinerent, intelligit*; incertum an Strabonis his motus, *συνέχεται ψαλιδώμασι καμαρωτοῖς, ἐπὶ πεττῶν ἱδρυμένοις κυβοειδῶν. οἱ δὲ πεττοὶ κοῖλοι, πλήρεις γῆς.* Videntur enim eius *κοῖλοι πεττοὶ* non alii ac *σύριγγες*: utrique certe sustinent pensilem hortum. Obstant tamen quae sequuntur plura, et in primis *αἱ σύριγγες τὰ φῶτα δεχόμεναι*, quae *πολλὰς καὶ παντοδαπὰς εἶχον διαίτας βασιλικάς.* haec enim fornices requirunt, et columnis nullo modo conveniunt. Wess.

124. 64. *Τὴν ἀνωτάτην*] *Τὴν ἀνωτάτω* Gemistus, non male, ut in Strab. XVI. p. 1073. A. Wess.

124. 74. *Ἐπεδέχετο μολιβᾶς στέγας*] Ut *μόλιβος* et *μόλυβος* pro *μόλιβδος* et *μόλυβδος* usurpatur, Iliad. XI. 236., ita etiam *μολίβεος μολιβοῦς* pro *μολίβδεος μολιβδοῦς* invenitur; sed in carmine, ubi necessitas metri sic cogit, ut citato Homeri loco, usitatius, quam in oratione pedestri. Videtur autem deesse hic aut subintelligi praepositio *κατά*. Hic descriptionem hortorum Semiramidis, ex Gallico in Latinum obiter conversam, ut quidem H. Stephanus icona illorum in postrema Herodoti sui editione illustrandam curavit, apponemus interim, dum lector typum ipsum contueatur: *In uno latere civitatis erant horti suspensi, fere coniuncti fluvio Euphrati; qui numerabantur inter septem miracula mundi. Situs eorum erat figurae quadratae, quadringentorum pedum, per quemlibet angulum, quibus corresponderent secundus et tertius. Intus erant quatuor atria vel areae, quadringentorum pedum longitudinis, et centum latitudinis, ita ut una supra aliam emineret. Prima elevabatur a terra duodecim*

cubitos cum dimidio. Secunda, viginti cubitos. Tertia, triginta septem cubitos cum dimidio. Quarta, proxima Euphrati, quinquaginta cubitos. Illic extrahebatur aqua ab Euphrate certis quibusdam machinis, ad irrigandos hortos. Tota haec structura sustinebatur fornicibus latericiis, sibi cohaerentibus lato interstitio secundum proportionem arearum; quorum quilibet habebat duodecim pedes diametri: distabat itaque unus ab altero fornix pedes viginti duos; et hoc quidem tam pro firmatione intermedia, quam pro commoditate mansiuncularum quarundam, ibi exstructarum. Superiora harum tabernarum, primo erant instrata magnis lapidibus, longitudinis sedecim pedum, et quatuor latitudinis. Deinde totum illud erat coopertum multis arundinibus. Tertio, omnes illae arundines erant obtectae magnis laminis plumbeis, quae defenderent fornices ab humiditate terrae. Tandem erat super omnia haec, optima terra, exculta exquisitis floribus et plantis etc. Rhod. Ex superioribus si repetas ad explendam sententiam τὸ ὀρόφωμα, sine ullo defectu decurret oratio, neque opus erit, ut κατὰ addas. De voce μόλιβος et μόλυβος Rhodom. accedit Eustathius: Moeris vero, Μόλυβδος, Ἀττικῶς· μόλυβος, Ἑλληνικῶς. et bene profecto; nam quod ex coniectura ediderunt, Μόλυβος, Ἀττικῶς· μόλυβδος, Ἑλληνικῶς, id quidem probari non poterit. Liquido Eustath. in Homer. p. 1340. ἐπεὶ καὶ Ἴωνες ὁμοίως Ἀττικοῖς μόλυβδον λέγουσιν. Hinc venit μολυβὶς de lamina plumbea Basilii M. T. II. p. 145 E., χρόα μολίβῳ προσεοικυῖα Aelian. XV. H. A. 28., et, quae magis huic loco opportuna, βάρος μολιβοῦν et λεῖα μολιβῆ Heronis Spirital. p. 192. et Automat. p. 245. Wess.

124. 79. *Κατά τε τὸ μέγεθος*] Distinctius, modo ex vero, Curtius V. 1. 34. *Adeoque validas arbores sustinent, ut stipites earum octo cubitorum spatium crassitudine aequent, in L. pedum altitudinem emineant, et frugiferae sint, ut si terra sua alerentur.* Wess.

125. 83. *Πρὸς τὰς ἐπαντλήσεις ὄργανα*] Hoc placuit ob scriptorum Codd. auctoritatem. Vid. supra l. 33. Intelligit autem cochleas, quibus aquam e fluvio in paradisum derivabant, ut apud Strabonem XVII. p. 1073. Wess.

125. 88. *Παρὰ τὸν Τίγριν*] Et *Τίγριν* et *Τίγρητα* flumen appellari nemo nescit. Herodoto I. 189. *Τίγρις*, at VI. 20. *Τίγρης*. quae varietas et in aliis monente Eustath. in Dionys. Perieg. vers. 976. Sequor prius. Wess.

125. 95. *Διςχιλίους καὶ πεντακοσίους*] Strabo XI. p. 792. B. *διέχουσι δὲ ἀλλήλων αἱ πηγαὶ τοῦ τε Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγριδος περὶ διςχιλίους καὶ πεντακοσίους σταδίους*· quae his cum sint simillima, cupide id, quod Coislin. et Mut. schedae praeferebant, arripui. Ne quid tamen dissimulem, Eustath. stadiorum CIↃIↃ patrocinium profitetur ad Dionys. Perieg. vers. 976. *τὰς δὲ*

δύο τούτων ποταμῶν, inquiens, πηγὰς διέχειν ἀλλήλων φασὶ περὶ μρ΄ στάδια. quae cum ex Strabone sint sumpta, ut ordo et verba pro se ipsa loquuntur, indidem instauranda puto. Atque haec si viri docti considerassent, nullam profecto litem duobus millibus et quingentis stadiis, quae Curtius V. 1. 13. Euphratem et Tigrim disiungere memorat, movissent. Wess.

125. 96. *Διὰ Μηδίας καὶ Παραταχηνῆς*] Est in his manifestum peccatum, cuius culpam viri doctissimi Christoph. Cellarius et Io. Clericus in scriptorem Diodorum, Franc. vero Camusatus in quadam ad I. Wasse epistola in librarios conferunt: qui quidem Abbas cum in Coisl. reperisset *παρ' Ἐταχίνης* scribi oportere censuit *διὰ Μηδίας παρὰ Σιτταχηνῆς*, quod illa regio, ad orientem Babylonis posita, ferme ea loca attingat, e quibus iuncti fluere incipiunt Tigris et Euphrates; estque sane non longum iter Babylone in Sittacenen, neque remota ea provincia a Tigride fluvio, ut infr. XVII. 65. et a Strabone XV. p. 1064. B. docemur. Nec prosunt tamen Diodoro viri eius conatus; imo vero errorem adaugent, Sittacenen Mediae paene connectentes: mitto sine caussa mutatam scripturam, et Paraetacenen, paullo ante Mediae coniunctam, et Euphrati Tigridique non obscure adpositam, hoc se loco facile tueri: nec iuvat suppetias qui ferre iubetur, Curtius V. 1. 14. *iidem*, Euphrates et Tigris, *quum Mediae et Gordianorum terras secare coeperunt, paullatim in artius coeunt:* haeret enim eodem in luto, a Diodoro in fraudem inductus. Mediam et Paraetacenen Euphrates et Tigris nunquam radunt, nedum sectis utriusque terris in Mesopotamiam influunt. Bene ergo Christoph. Cellar. ad Curtii ea verba et Io. Cleric. Art. Critic. P. III. sect. 3. c. 2., Diodori hunc errorem notarunt. Wess.

125. 1. *Εἰς τὴν ἐρυθρὰν ἐξερεύγονται θάλασσαν*] Aliter Strabo, vel, ut quidam volunt, Strato XI. p. 799. qui Euphratem cum Tigri, infra Babylonem ad aras Herculis eum ingresso, in mare Persicum exonerari, docet. *Περσικὴν* ergo scribendum erat. Idem tamen Herodotus etiam affirmat I. 189.; quod nescio an non per catachresin synecdochicam excusari queat, ut *ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα* etiam *τὴν Περσικὴν* comprehendat. Etsi enim inter utrumque mare Arabia felix ducentorum circiter milliarium spacio interiacet; veteres tamen totum illud pelagus, quod Persiam, Arabiam et Africam alluit, rubrum mare, non quidem a colore, qui a caeteris maribus nihil differt, sed quacunque alia de caussa appellasse, coniectamus. Rhod. Optime corrigendi inpetum conpescuit Rhodom.; Persicum enim sinum saepe *ἐρυθρὰν θάλασσαν* optimus quisque appellavit. Strabo XI. p. 801. B. *εἰς δὲ τὴν ἐρυθρὰν ὅ, τε Εὐφράτης καὶ ὁ Τίγρις.* et infra XIX. 100. Diodorus. Plures conduxerunt in unum Gisb. Cuper., qui et Rhodom. taxavit, IV. Obs. 18. et H. Reland. Diss. II. 6. Wess.

125. 2. *Ἔχοντες καὶ διαπορευόμενοι*] Prioris participii cum sua copula nullus hic usus apparet. Rhod.

125. 5. *Πρὸς τὴν τῆς Βαβυλῶνος*] Prae vulgato hoc sese mihi probavit; spectant enim haec urbem, non regionem, illi adiacentem. Simile vitium paullo post elui. Iustini I. 2. *haec Babyloniam condidit*, non ignoro; nec moveor tamen. Wess.

125. 8. *Πλήθεσι ζευγῶν ὁρικῶν*] Etsi asinus *non minimo pondere vehicula trahat* in Columellae VII. R. R. 1., aptiores tamen currui et oneribus devehendis censebantur et crebrius iungebantur muli, ut vel exemplo eius, cui aetate et viribus defecto publice Athenienses alimenta decreverunt apud Plut. de Solert. Anim. T. II. p. 970. A., constat. Quare dubium mihi non est, quin iustum id sit, quod restitui. *Ὁρικὰ ζεύγη* de mulorum paribus Plato Lysid. p. 208. B. Isaeus de Philoctemon. Hered. p. 59. Aeschin. Legat. fals. p. 42., quae Xenoph. VII. Exp. Cyr. p. 320. *ἡμιονικὰ ζεύγη*, illis, uti hic et XVII. 69., *βοεικὰ ζεύγη* addens, vocat, invitis Grammaticis. Vid. Thom. Magist. *Ὁρικὸν ζεῦγος*. Wess.

126. 14. *Τοῖς ἑπτὰ — ἔργοις*] Conf. supra I. 63. Wess.

126. 17. *Πλῆθος — γεννωμένης ἀσφάλτου*] Fontem, ex quo Babylonii bituminis ingentem vim hauriebant, Eratosthenes et Posidonius in Strabon. XVI. p. 1078. B. C., Vitruvius, qui *Limne Asphaltitis*, VIII. Architect. 3. et Theodoret. Quaest. 58. in Genes. describunt. Wess.

126. 26. *Προσβάλλει γὰρ ἀτμὸν*] De odore et sapore, qui rebus inest, *προβάλλειν* et *προσβάλλειν* multo tritissimum esse, loca, ab Is. Casaub. in Strab. XV. p. 1050. congesta, liquido firmant, et infra II. 19. Scripsi autem *βαρὺν* ob veteres Codd., tametsi vulgatum non plane inprobem; habet Dioscorides I. 99. *ἄσφαλτον εὔτονον τῇ ὀσμῇ καὶ βαρεῖαν*. Wess.

126. 27. *Ζῶον ἅπαν ἀποθνήσκει*] Xiphilin. in Traiano p. 255. *καὶ τὸ στόμιον ἐθεάσατο, ἐξ οὗ πνεῦμα δεινὸν ἀναδίδοται, ὥστε πᾶν μὲν ἐπίγειον ζῶον, πᾶν δὲ πετεινὸν, ἀποφθείρειν, εἰ καὶ ἐφ' ὁπόσον οὖν ὀσφραίνοιτό τι αὐτοῦ. Ostium quoque id lustravit, unde tam gravis halitus surgit, ut omnia terrestria et volatilia animantia, quae vel brevissimo tempore olfecerint, enecet.* Adde Tzetz. ad Lycophron. 704., sed qui, secus ac Dio et Xiphilin., in Adiabene prope Ninum fuisse perhibet. Wess.

126. 31. *Εὐθὺς δὲ διοιδεῖ*] Vera si est Phrynichi p. 24. observatio, pravum vulgatum est: *εὐθὺ μὲν γὰρ τόπου ἐστὶν, εὐθὺς δὲ χρόνου*. Bene ergo IV. 36. Nessus *εὐθὺς ἀποθνήσκων*, at prave IV. 44. XI. 73. XVIII. 20. et in Luciani Hermot. c. 74. et Amorib. c. 8. Dubium quidem certe non est, quin perperam in Aelian. I. H. A. 2. legatur *εὐθὺς τοῦ κύρτου τοὺς ἰρασιὰς ἄγειν*, pro *εὐθὺ*, ut II. 44. V. 7. VII. 7. eiusdem Aeliani, et *εὐθὺ Ἐφέσου* Platon. Theag. p. 129. Conf. Kuhn. in Pausan. VIII. 12. et Hemsterh. ad Lucian. Dial. Mort. XXVII. 1. Wess.

126. 37. *Ἀντέχεται μὲν τῆς ἐκβάσεως*] Summo studio exire connititur. Lysias Orat. XXXII. 2. *ὥστε ἄξιον τὸν μὲν πόλεμον καταθέσθαι, — τῆς σωτηρίας ἀντέχεσθαι.* Plato Alcib. II. p. 146. *δεῖ ταύτης τῆς ἐπιστήμης ἀντέχεσθαι.* quo modo saepissime Diodorus inf. c. 24. XI. 71. XIV. 4. 97. etc. Fontem lacumque non dissimilis ingenii habet ex Ctesia Histor. Mirab. c. 161. et 165. Antigonus Caryst. Wess.

126. 46. *Τὸ καλούμενον Βαγίστανον*] Optime Codd. Stephani Byzant. scripti: *Βαγίστανα, πόλις τῆς Μηδίας· καὶ ὄρος Βαγίστανον. τὸ ἐθνικὸν Βαγίστανος.* absque illis enim fuisset, Mediae hic mons et verum eius nomen in obscuro mansissent. *Βαγιστάνη*, sic enim scribendum arbitror infr. XVII. 110., regio urbi montique adiacens, firmat postrema Stephani, quae Abr. Berkelio suspecta dubiaque erant. Wess.

127. 52. *Ἀποτομάδας ἔχει πέτρας*] Sic IV. 80. *πέτρας οὔσης ἀποτομάδος εἰς ὕψος ἐξαίσιον.* et III. 20. *ἐπεχούσης πέτρας ὑψηλῆς καὶ πανταχόθεν ἀποτόμου.* Paullo post *παραστήσασα* edito verius meliusque censui. Poggium vero, qui *δωροφόρους* legerat et cetera prave verterat, coarguit P. Leopard. I. Emend. 4. Wess.

127. 56. *Συρίοις γράμμασιν*] Assyrias intelligit, quae et *Σύρια γράμματα* XIX. 23.; *Ἀσσύρια* Philon. I. Vit. M. p. 606. B. Maxim. Tyr. Dissert. XXXIX. p. 222. Synesio Insomn. p. 132. A. et personato Themistocli Epist. 20., formamque et figuram habuerunt, proxime ab hodiernis Hebraeis recedentem, si fides Iudaeis ipsis, qui genus hoc כתב אשוריות, *scripturam Assyriam* vocitant Gemar. Sanhedr. II. 13. Wess.

127. 60. *Πρὸς Χαύνα*] Ctesias 1. Persic. apud Steph. *Χαύων. Ἡ δὲ Σεμίραμις ἐντεῦθεν ἐξελαύνει, αὐτή τε καὶ ἡ στρατιὰ, καὶ ἀφικνεῖται εἰς Χαύνα τῆς Μηδίας.* *Semiramis vero hinc profecta, ipsa atque exercitus in Chauona Mediae pervenit.* Quae quidem Ctesiae id, quod amplexus sum, mirifice firmant, et Diodorum presse eius vestigia legisse docent. Ab urbe autem vicina regio *Χαυωνῖτις*, quae, si Zagrus mons idem atque Zarcaeus sit, ut mihi quidem placet, reddenda videtur Polyb. V. 54. Scio Is. Casaub. ad Strab. XVI. p. 1070. et Salmas. in Solin. 488. *Χαλωνῖτιν* maluisse, et eam regionem ad Zagrum usque pertinuisse, sed in Assyria: quae vero Polybius eo loco, ea interiore in Media, ubi Chauonitis, administrata fuerunt. Wess.

127. 63. *Ἐν μέσῳ τὴν πέτραν*] Hoc verius. Paradiso enim montem inclusit; nec solet Diodorus aliter, ut c. 7. et XIV. 80. 117. Wess.

127. 74. *Πρὸς ὄρος τὸ Ζαρκαῖον*] Straboni XI. p. 793. Polyb. V. 44. et 54. Ptolemaeo VI. 2. p. 170. *Zagrus* est longissime protensus et Mediam ab Assyria disterminans. Wess.

127. 82. *Παραγενομένη δ' εἰς Ἐκβάτανα*] Herodotum I. 98. si audis, falsa haec sunt: Deioces enim Medis persuasit hanc urbem ut conderent. Sed quid si urbem is instaurari ac diligentius muniri iusserit? ita quidem certe censuit auctor historiae, cuius Iuditha praecipuum argumentum, c. 1. 2. Urbs erat ampla ambituque extimi muri, plures enim erant, Athenarum, ut Herodot. refert, aequabat ferme magnitudinem; quae cc stad. cum confecerit, teste Dione Chrysost. Or. VI. p. 87. C., haud profecto male de Ecbatanis infra XVII. 110. Interior murus regiam incingebat, superbam orientis spoliis, eiusque *tecta fulgebant eboris nive*, agnoscis Apulei c. 6. de Mund. verba, *argenti luce, flammis ex auro vel electri claritate.* Coeli habitus in hac vicinia erat frigidior, unde mos regibus Persarum, aestatem in ea urbis regia absumere. *Θερίζουσι ἐνταῦθα οἱ βασιλεῖς. ψυχρὰ γὰρ ἡ Μηδία. τὸ δὲ χειμάδιον ἐστὶν αὐτοῖς ἐν Σελευκείᾳ*, Strabo XI. p. 794. A. ait, sed qui sibi plane contrarius est, modo ne locus sit defectus, quod etiam atque etiam suspicor, cum p. 795. B. *καὶ ἦν τὰ Ἐκβάτανα χειμάδιον τοῖς Πέρσαις.* Conf. B. Brisson. R. Pers. I. 69. Wess.

127. 90. *Ὃ καλεῖται μὲν Ὀρόντης*] Mediae hunc montem haud neglexerunt Ptolem. VI. 2. p. 170. et Ammian. XXIII. 6. Opportune vero Polyb. X. 24. de Ecbatanis, *κεῖται μὲν οὖν ὑπὸ τὴν παρωρείαν τὴν παρὰ τὸν Ὀρόντην, ἀτείχιστος οὖσα, sita est in montana regione, quae radicibus Orontis subiacet;* ita enim optime vertit Is. Casaub., et, quod vulgo in Polybio legitur Ὄρον, ad eum modum instaurandum significavit. Minus commode Ammian. *et Ecbatana, sub Iasonio monte in terris Syro-Medorum*, nisi si inter utrumque montem, propius tamen Orontem, fuerint. Wess.

128. 3. *Καὶ τὰς ἀποῤῥῶγας πέτρας*] Vocem ultimam e Mss. addidi, probante Diodoro III. 15. Polyb. V. 59. Philon. Iud. I. Vit. Mos. p. 632. C. Wess.

128. 5. *Πόλεις ἐν τοῖς ἀναστήμασι* etc.] Strabon. XII. p. 811. C. vide et inscriptionem, quam cippo eius insculptam habet Polyaen. VIII. Strat. 26. Wess.

128. 13. *Παρῆλθεν εἰς Ἄμμωνα*] Tuetur hoc Diodor. XVIII. 3. et 28., nec tamen reiectaneum εἰς Ἄμμωνος, quod et habet XVII. 49. Wess.

128. 18. *Ἀπὸ δὲ τούτων γενομένη*] Saepe Diodor., Plutarch., Herodot., Iosephus hoc genere utuntur, sicuti exempla, a P. Leopardo VII. Emend. 1. coacervata, docent. Addo ex Polybio, ut illi subveniam I. 7. *ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τούτων ἐγένοντο, cum vero his essent perfuncti.* et c. 24., *ἀπὸ δὲ τούτων γενόμενοι.* haec bene. non item III. 100. *γενόμενος δ' ἐπὶ τούτων.* quod oportuerat *ἀπὸ τούτων*, praeferuntque schedae, quibus usus est

Boeclerus. Idem vitium occupavit Aelian. XVII. H. A. 5., qui tamen recte XII. 34. XIII. 19. Wess.

128. 20. *Λίμνην τετράγωνον*] Habet ex Ctesia, sicuti et Antigonus Caryst. Hist. Mirab. c. 160. Ovid. XV. M. 319.

Cui non audita est obscoenae Salmacis undae?
Aethiopesque lacus? quos si quis faucibus hausit,
Aut furit, aut mirum patitur gravitate soporem.

Adde Plinium XXXI. N. H. 1. cum nota Harduini. Wess.

128. 31. *Πολλὴν ὕλην*] *Ὕαλον* seu *ὕελον* reponendum esse contextus sequens arguit. Rhod. *Περιχεύσαντες πολλὴν ὕελον*] Diodor. ita scripsisse, dubitari haud potest: repetit eadem III. 9., consentitque Strabo XVII. p. 1178. B. Animadvertit et mendum, quod libros editos insederat, Thom. Gataker. in Anton. IV. p. 133. Wess.

128. 34. *Ἀποφαινόμενος τοῦτον σχεδιάζειν*] Confer I. 23. Vereor autem vehementer, ne iusto iniquior Ctesias sit historiarum parenti Herodoto; neque enim is III. 24. nudis corporibus vitrum circumfundi scribit, sed posteaquam mortuum arefecerint gypsoque obduxerint, tum demum cippum e vitro cavum ei circumdare: *ἔπειτα δέ οἱ περιϊστᾶσι στήλην ἐξ ὑέλου πεποιημένην κοίλην*. quae profecto multum distant. Wess.

129. 41. *Τεθέντος ἐπὶ τὸν τάφον*] *Στήλην* cum paullo ante dixerit, hoc praetuli; praesertim quod *τόπος* nimis laxum esset: quod tamen sepulchrum in ipsis aedibus fuisse censendum est ob III. 9. et Strabon. XVII. p. 1178. B. Wess.

129. 45. *Τὴν δὲ ὕελον πᾶσιν ἐξαρκεῖν*] Ex his verbis colligitur, *ὕελον* et nostrate vitrum non idem esse. Vitrum apud Europaeos non nascitur, sed multo labore coquitur ex herbarum et lapidum cineribus. Herodotus, quem hoc loco citat Diodorus, illud vitrum fossile esse ait his verbis lib. III. 24. de Aethiopico vitro, *ἡ δέ σφι πολλὴ καὶ εὐεργὸς ὀρύσσεται*, id est, *id autem copiosum et facile laboratu effoditur*. De crystallo an intelligendum sit, dubito, quod non videtur eius natura ferre, ut in calidissimis regionibus nascatur; ad quod tamen responderi potest, in calidissimis etiam regionibus, si sint montes altissimi, nivem et gelu ibi durare. Sed crystallum non est facile laboratu, *εὐεργὸν*, nam multo cum labore in vasa formatur, nec, ut audio, fundi potest sine eius pernicie. Fuit proculdubio metallica quaedam species, quam ignorare me fateor. Stibium certe, quod et Antimonium dicitur, videtur esse quaedam vitri species. Videant de ea re, qui metallicam exercent. Palm. De *electro* sive succino, vitri instar pellucido, suspicatus est Th. Gataker. in Anton. IV. p. 133.; mihi in mentem venerat *sal fossilis*, qui ingenti copia provenit in quibusdam Aethiopiae partibus, et ex nativis montibus secatur; quique mollis primo est, candentisque coloris, in lucem autem prolatus durescit, atque ab inperitis pro vitro cen-

seri potuit. Conf. Iob. Ludolf. I. Hist. Aethiop. 7. Haud tamen scio, an operam sit perditurus, qui multum in his laborem posuerit: Ctesiae fides nota omnibus; Herodotus, quae de Aethiopibus memoriae mandavit, pleraque omnia ex auditione, saepe numero fallace fictique tenace, accepit. Wess.

129. 50. *Μικρὸν ὕστερον ἀναγράψομεν*] Lib. III. 5. etc. Wess.

129. 59. *Σταβροβάτης*] Loco propter Tzetzen hoc non moveo; eius enim *Ταυροβάτης* ex *Σταυροβάτης*, quod in Clar. 2. legitur c. 19., natum est, idque ex vulgato, ut *καλάβρωψ*, *καλαύρωψ*, *Εὖρος*, *Ἔβρος* in Orat. Himerii apud Io. Alb. Fabric. V. Bibl. Graec. c. 38. p. 427., quod non animadversum fraudi fuit doctissimo Io. H. Maio Biblioth. Uffenbachian. p. 638. Wess.

129. 62. *Τοῖς εἰς τὸν — καταπληκτικοῖς*] Spernere hoc nolui; praeit ipse c. 17. *ἐκόσμησεν ἅπαντας τοῖς εἰς τὸν πόλεμον καταπληκτικοῖς λαμπρῶς*. Wess.

129. 63. *Ἡ γὰρ Ἰνδικὴ χώρα* etc.] Vide infr. cap. 35. 36. etc. Wess.

129. 73. *Προέχουσι τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ γινομένων*] Livius XXXVII. 39. *Nam praeterquam quod multitudinem regiorum elephantorum sustinere non videbantur posse; ne pari quidem numero Indicis Afri resistunt; sive quia magnitudine, longe enim illi praestant, sive robore animorum vincuntur.* quibus gemina Polyb. V. 84. atque alii in Exercit. II. c. 5. de Elephant. Gisb. Cuperi. Wess.

129. 78. *Τὸν πρὸς Ἰνδοὺς ἐξενεγκεῖν πόλεμον*] Indica haec Semiramidis expeditio, ut pleraque huius feminae, ipsis veteribus suspecta fuit. Strabo XV. p. 1007. haud multum illi tribuit, neque admodum Megasthenes, quem auctorem Strabo habet. Arrianus animo quidem agitasse id bellum, sed in ipso apparatu mortem eius consilia disiecisse, Indicor. c. 5. adfirmat. Wess.

129. 81. *Διακελευσαμένη τοῖς ἐπάρχοις*] Habet Suidas in *Σεμίραμις* mandata, quae regina Dercetaeo dederit de copiis cogendis et ceteris, quae bello usui forent; quae quidem mandata cum bene respondeant his Diodori, ex Ctesia deprompta suspicor. Wess.

130. 86. *Μετὰ τρίτον ἔτος*] Tertio abhinc anno, *εἰς τρίτον ἔτος*, ut in Suida et cap. seq., quod genus frequentissimum. Iosepho I. B. I. 13. 1. *μετὰ δὲ δύο ἔτη* idem est quod *δευτέρῳ ἔτει* XIV. A. I. 13. 3., et *μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας* I. B. I. 16. 2., quod *εἰς τεσσαρακοστὴν ἡμέραν* XIV. A. I. 15. 4. Vid. Aldrich. ad penult. locum et XIV. A. I. 15. 4. et Georg. Raphel. Observ. Xenoph. ad Matth. XXVI. 63. Wess.

130. 90. *Πλοῖα διαιρετὰ*] Navium hoc genus *πλοῖα διάλυτα* Straboni XVI. p. 1076. B. Curtius VIII. 10. 3. *Iussitque* Alexander *ad flumen Indum procedere et navigia facere, quis in*

ulteriora transportari posset exercitus. Illi quia plura flumina superanda erant, sic iunxere naves, ut solutae plaustris vehi possent, rursusque coniungi. quae Strabonis et Curtii loca Io. Scheffer. I. Milit. Nav. 4., ubi navium solutilium formam exsequitur, non latuerunt. Mox mallem *περὶ τούτους τοὺς* etc. WESS.

130. 2. *Βοῶν μελάνων*] Ut videlicet color pellium speciem elephantorum prae se ferret. RHOD. *Βοῶν μελάνων τριάκοντα μυριάδας*] Suidas, *βύρσας δὲ βοῶν ὠμοδεψητῶν εἰς τριάκοντα μυριάδας.* De colore eadem ac Diodorus Chiliad. XIII. 928. Tzetzes, et recte; elephanti enim, quos exprimere voluit, plerique omnes nigerrimi sunt, *χροιὴν μέλανος κατακορέος καὶ δι' ὅλου τοῦ σκήνεος*, ut Aretaeus II. de Causs. Morb. Diut. c. 13. ait. WESS.

130. 12. *Μήτε τῶν ἔσωθεν τεχνιτῶν*] Postremam vocem non dubito, quin Grammatici nimis officiosae diligentiae debeamus. Equidem induxissem, si vel unus Codex addixisset. WESS.

130. 16. *Αἵ τε ναῦς*] Districte Phrynich. p. 28. hoc ut soloecum damnat: *αἱ νῆες ἐρεῖς, οὐχ αἱ ναῦς, σόλοικον γάρ.* Lenius paullo Moeris, *νῆες, ὡς Θουκυδίδης, Ἀττικῶς. ναῦς, Ἑλληνικῶς·* quae nullo suo merito suspecta visa sunt Illust. Spanhem. in Aristoph. Ran. 49. Id enim dicit, Atticis primo casu *αἱ νῆες*, ceteris *ναῦς* dici. Videntur quoque librarii Coislin. et Mutin., ut Atticorum consuetudini haec congruerent, *νῆες* praeoptasse; quos et ego sequerer, ni Diodor. aliud vellet: nam *αἱ ναῦς* XIII. 13. *μακραὶ ναῦς* XVII. 97. *κατηρτισμέναι ναῦς* XIX. 62. neque soli haec forma, etsi et *νῆες* haud raro occurrant, placuit. Philo Iud. enim de Cherub. p. 114. *αἱ ναῦς καταίρουσιν.* Pausan. VI. 3. p. 460. *αἱ ναῦς αἱ Ἀττικαί.* Aelian. X. H. A. 17. XIII. 28. XIV. 26. XV. 5. etc. WESS.

130. 20. *Ἱππέων δὲ πεντήκοντα*] In Suida, *ἱππικοῦ δὲ ἑκατὸν μυριάδας.* Itaque incertus sum, quem numerum sequar, retineoque adeo vulgatum. WESS.

130. 22. *Ὑπῆρχον δὲ* etc.] Haec cum voce praecedenti potuerant abesse; sed ut obscurum vitaret, videtur ea addidisse. Mox *ἴσοι* haud dubie iustum est. Suidas, *δρεπανηφόρων δὲ ἁρμάτων μυριάδας δέκα. ἀνδρῶν ἐπὶ καμήλων μαχομένων τὸ ἴσον πλῆθος.* De camelis autem, quos olim in aciem varii, et inprimis per orientis plagas, duxerunt, plura Stewich. in Veget. III. R. M. 23. WESS.

130. 23. *Τὸν ἀριθμὸν ἴσον*] Lege *ἴσοι*. RHOD.

131. 29. *Τοῦ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἀγριότητα* etc.] Horrent elephantos stridoremque eorum et odorem difficulter ferunt equi. Livius XXX. 18. *ad quorum* (elephantorum) *stridorem odoremque et adspectum territi equi, vanum equestre auxilium fecerunt.* et XLIV. 5. *qui, ubi ad invia venerant, deiectis rectoribus, cum horrendo stridore pavorem ingentem equis maxime incutiebant.*

vide Africani Cestos c. 24. p. 298. et Io. Freinshem. in Curtii VIII. 14. 23. Wess.

131. 30. *Περσεὺς ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς*] Non praeteriit hoc eius stratagema Polyaen. IV. 20. Wess.

131. 40. *Πλοῖα ποτάμια*] Puto naves ex uno arundinis trunco cavatas innuere, quae *μονόξυλα* Hippocrati de Aëre, Aq. Loc. p. 290. Polyb. III. 42. Heliodoro vero I. p. 57. *τὰ λιμναῖα σκάφη, ἀπὸ μόνου ξύλου καὶ πρέμνου παχέος ἑνὸς ἀγροικότερον κοιλαινόμενα.* cuius et L. IX. p. 460. vide. Wess.

131. 42. *Οὗ τὸ πάχος οὐκ ἂν — περιλάβοι*] Conf. infra XVII. 90. et Strabon. XV. p. 1037. C. Wess.

131. 50. *Καὶ πολλαπλασιώσας τοὺς προϋπάρχοντας*] Quae ex Ctesia de Indorum rege, cum is bellum movet, exscripsit Aelian. XVII. H. A. 29., elephantorum hunc numerum immanem fuisse indicant. Wess.

131. 53. *Τὴν ἐπὶ τῶν θωρακίων κατασκευὴν*] An loricatos et turribus instructos fuisse significat? utroque enim genere armabantur, tum ne quid damni belluae sagittis telisque inferretur, tum ut ex turribus tela in hostes vibrarentur: *μάχονται γὰρ ἐπεσκευασμένοι πύργους* inquit Philostrat. II. Vit Apollon. 12. et *τὸ θηρίον πέφρακται μὲν καὶ σιδήρῳ παραγινόμενον εἰς μάχην* Heliodor. IX. p. 437. Fortasse tamen turres duntaxat innuit *τῶν θωρακίων* vocabulo; cuius suspicionis auctorem do Aelianum XIII. H. A. 9., qui de elephanto Indorum bellatore, *ὁ δὲ στρατιώτης ἐλέφας ἐπὶ τοῦ καλουμένου ΘΩΡΑΚΙΟΥ, ᾧ καὶ νὴ Δία τοῦ νώτου γυμνοῦ καὶ ἐλευθέρου πολεμιστὰς μὲν τρεῖς παρ' ἑκάτερα βάλλοντας καὶ τὸν τρίτον κατόπιν φέρει·* neque enim commode loricam eo loco intellexeris. Wess.

131. 69. *Τῶν παρεμβεβληκότων*] Legitimum hoc est, et de illis, qui castra metati sunt, Diodoro probatum XIII. 87. *καὶ ταύτῃ παρενέβαλεν.* et II. 13. *καὶ πᾶσαν στρατιὰν παρεμβεβληκυῖαν ἐν τῷ πεδίῳ.* Idem et Alexandrinis interpretibus frequens Exod. XVIII. 5. Numer. I. 50., I. Samuel. IV. 1. etc. Wess.

132. 74. *Ἐπαρθεῖσα τῇ νίκῃ τὰς ἐν τῷ ποταμῷ* etc.] Copulam, quae orationem conturbabat, secutus veteres Codd. sustuli. Hoc vero tempore, modo res fidem capiat, accidisse suspicor, quod de Semiramide Suidas prodidit in *Σεμίραμις*, et L. Kustero pravum adeo visum est, ut aliis illustrandum et emendandum reliquerit: verba sunt: *ἡ αὐτὴ ἐκνεύσασα τὸν ποταμὸν Ἰνδὸν, καὶ τῆς ἐντὸς κρίτης κτίσασα παλάτια ἐπὶ ὑψωμάτων ἐγχορήγων ἠσφαλτωμένων, αὖθις ἀπέλυσεν εἰς τὴν κοίτην.* quae mihi, pracfiscine dixerim, obscuri nihil admodum habere videntur, modo futile vocabulum *ἐγχορήγων* inmutes, ac *ἐγχώστων* levi discrimine esse iubeas. Sententia erit: *Semiramidem Indum flumen alio derivasse, conditisque intra eius alveum palatiis et in aggeres aggestos bitumine impositis, idem in suum alveum inmisisse.*

Κοίτη de fluminis alveo Procop. V. Aedif. Inst. 5. Wess. De lapidibus *ἐγχορήγοις* Ducang. Gloss. Lat. v. *Encores* citat Reiskius, qui infeliciter tractat locum Suidae, transposito uno *τῆς* post *ἐντὸς* sanandum.

132. 81. *Κατὰ νοῦν χωρούντων πραγμάτων*] Haud referet hoccine probaveris an *προχωρούντων*; quod tametsi in prospero rerum successu magis obvium, uti *προχωρούντων τῶν κατορθωμάτων* Ioseph. I. B. I. 2. 7., et *κατὰ νοῦν τοῖς Αἰτωλοῖς τῶν πραγμάτων προκεχωρηκότων* Polyb. IV. 36. et infra XI. 16. XIV. 18. XVIII. 20., non deest alteri patrocinium in Dionys. Halicar. T. II. p. 130., ubi de Thucydide *τῶν δὲ κατὰ νοῦν κεχωρηκότων καθάπαξ οὐ μέμνηται*. Wess.

132. 92. *Ἅπαντες διηπόρουν τὸ πόθεν* etc.] Lego *διηπορροῦντο πόθεν* etc. ut sit *διαπορεῖσθαι* pro *διαπορεῖν*. Steph. et Rhod.

132. 3. *Ὡς ἤγγισαν ἀλλήλοις τὰ στρατόπεδα*] Negligit Grammaticorum decreta, ut saepe alii. Vid. I. 93. Malui vero Codd. Coisl. et Mut. sequi, quod ita fere soleant. Iacob. IV. 8. *ἐγγίσατε τῷ θεῷ, καὶ ἐγγιεῖ ὑμῖν*. Vid. infra XIV. 23. Wess.

132. 12. *Οἱ τῶν Ἰνδῶν ἵπποι — προσήρχοντο*] Nisi ingratum quodam modo esset *ἵπποι προσίππευον*, ut plures Codd., id amplecterer: videtur enim plus impetus habere, sicuti in Dionys. IX. A. R. p. 564., *προσιππεύοντες οἱ τολμηρότατοι*. similique Nostri XIII. 112. Et sunt Indorum equi ingenio ferociore, si vera de *illis* prodidit Aelian. XIII. H. A. 9. Wess.

132. 17. *Ὡς ἐτύγχανεν*] Ut casus ferebat, quomodo *ὡς ἔτυχε* I. 14. Haud tamen scio an *ὡς ἐτύγχανον* scriptorum librorum potius sit, indicetque eos, sicuti erant armati, ab equis, frena recusantibus, fuisse ablatos. Solent simili in re *ὡς εἶχε* et *ὡς εἶχον* frequentissime terere. Herodot. I. 24. de Arione *ῥίψαί μιν ἐς τὴν θάλασσαν ἐωϋτὸν, ὡς εἶχε, σὺν τῇ σκευῇ πάσῃ*· quae Dio Chrysost. aemulatur Orat. XXXVII. p. 455. C. Sophocles Antigone vers. 1221. *εἶθ' ὁ δύσμορος Αὐτῷ χολωθεὶς, ὥσπερ εἶχ', ἐπενθεὶς Ὥρεισε πλευραῖς μέσσον ἔγχος*. Appian. III. B. C. p. 938. *ὁ μὲν δὴ Λέπιδος, ὡς εἶχεν, ἐκ τῆς εὐνῆς ἄζωστος εἰς αὐτοὺς ἐξέθορε*. quae si tibi non suffecerint exempla, confer Cel. Duker. in Thucyd. III. 30. Wess.

133. 21. *Ὁ βασιλεὺς οὐ καταπλαγεὶς*] Sic scripsit Diodorus: perculsum non fuisse suorum fuga Stabrobatem, impressio, quam strenue fecit, satis arguit. Wess.

133. 26. *Τὸ δ' αὐτὸ καὶ τῶν ἄλλων* etc.] Rhodom. haec Semiramidis elephantos spectare ratus, verterat: *id licet factitii elephantes etiam in exercitu Semiramidis facerent, verorum tamen impetum ad exiguum tempus sustinuerunt.* Sed *factitiorum* in his quidem mentio nulla. Stabrobatae reliqui elephanti, cum ipse in hostem esset invectus, itidem urgere reginae copias coeperunt;

quorum illae incursum cum non sustinerent, in fugam abierunt. Bene ergo Ms. Mutin. ἡ μετὰ τῆς Σεμ. δύναμις βραχὺν ὑπέστη χρόνον. Wess.

133. 32. *Τῶν δὲ τοῖς ὀδοῦσιν ἀνασχιζομένων*] Diodoro sollemne est, ut ebur dentes esse putet, I. 55. XVII. 88. Aliis res ambigua videtur; unde Aelian. VII. H. A. 2. *διὰ τὸ κάλλος τῶν ὀδόντων ἢ κεράτων μέγεθος* Afrorum regem elephantos venari et occidere constituisse ait. Pausan. pro cornibus etiam atque etiam pugnat V. 12. Tu vide Pet. Petitum in Aretaeum II. de Causs. morb. Diutur. c. 13. p. 213. edit. Boerh. Wess.

133. 34. *Πλήθους νεκρῶν σωρευομένου*] Non de nihilo est consensus Codd. in voce *σωρευομένων*. Forte numeri enallagen probarunt, qua Thucydides V. 60. 80. *τὸ μὲν οὖν στρατόπεδον οὕτως ἐν αἰτίᾳ ἔχοντες τὸν Ἄγιν*. et S. Lucas Evang. II. 13. *πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου, αἰνούντων τὸν θεόν*. et Ioseph. I. A. I. 19. 1. *τὸ δὲ πλῆθος αὐτῶν ἀριθμοῦ κρεῖττον ἔσται, μείζοσιν υἱοῖς καταλιμπάνοντες*. quae Iosephi a Cel. Cocceio tentata nollem: sequitur enim, ut optimus quisque, hoc genus et I. B. I. 4. 7. et c. 7. 1. passimque aliis in locis. Ego vero vulgatam Diodori scripturam hic retineo, opinatus prioris vocis inflexionem huius mutandae occasionem dedisse. Wess.

133. 42. *Ταχέως ἀφίππευσε*] Celeriter equo vecta aufugit; qua potestate et infra XIII. 112. XIV. 8. XVII. 59. XVIII. 12. Parthen. Erotic. c. 24. *ἀφίππευσεν εἰς τὰς Συρακούσας*. Conf. Is. Casaub. in Strabon. VII. p. 450. Wess.

133. 48. *Διωγμὸς ἐγίνετο βίαιος*] Non videtur prorsus reiectaneum *ὠσμὸς*, quod Hesychio haud aliud est atque *ὠθισμὸς*, *ὤθησις*. His enim utuntur in conferta multitudine, sese urgente et trudente, uti Polyb. IV. 58. Nec sequor tamen ob haec Xenophontis III. Cyropaed. p. 69. *ἔνθα δὴ καὶ ἵππων διωγμὸς ἦν καὶ ἀνδρῶν, καὶ φόνος ἐξ ἀμφοτέρων*. Wess.

133. 60. *Διὸς σημασιῶν αὐτῷ γεγονυιῶν*] Suspicor scripsisse Diodorum *Διὸς σημείων*, quorsum et ducunt Clar. et Mut. et ceteri Codd., qui *γενομένων* praeferunt, aut *Διοσημειῶν*, ut ora Vatic.; quibus vocabulis terrae motum, tonitru, gravem et subitam tempestatem, procellosum imbrem et id genus prodigia describere adsueverunt. Appian. Annibal. p. 593. *καὶ γιγνομένων ἐν Ῥώμῃ σημείων ἐκ Διὸς φοβερῶν*. Plutarch. T. II. p. 300. B. *περὶ τὰς Ἐλευθέρας ὕδατι καὶ βρονταῖς καὶ Διοσημείαις ἄλλαις κατασχεθῆναι*. Conf. Kuhn. in Pausan. III. 5. p. 216. Langbaen. in Longin. 15. p. 214. et infra V. 40. Wess.

134. 64. *Δύο μέρη τῆς δυνάμεως*] Longe graviorem Semiramis cladem passa est, si *μετὰ εἴκοσιν ἀνθρώπων* viginti duntaxat viris stipata aufugerit, ut Strabo XV. p. 1007. A. et 1051. C. memoriae prodidit. Wess.

134. 66. *Καὶ τὸ παρ' Ἄμμωνος λόγιον*] De eo c. 14. Recepi autem *παρ' Ἄμμωνος*, sermonis genio consentiente. Wess.

134. 70. *Εἰς θεοὺς — μεταστὴσομένη*] Ficta haec sunt, ut feminae decus adaugeretur. Filius Ninyas, seu ambitionem sive petitum concubitum indignatus, eam sustulit apud Iustin. I. 2. et Agathiam Scholastic. II. p. 62. A. Loquendi autem hoc genus explicuimus abunde I. 20. Wess.

134. 71. *Φασὶν αὐτὴν γενέσθαι περιστερὰν*] Pari sententia Lucianus de Dea Syr. c. 14. *τὸ Σεμιράμιος τέλος ἐς περιστερὴν ἀπίκετο*, et Athenagoras Leg. pro Christian. c. 26. *εἰς περιστερὰν μετέβαλεν ἡ γυνή. ὁ μῦθος παρὰ Κτησίᾳ.* indidem columbarum Syros inter et Assyrios cultum derivantes, de quo quidem plura post diligentem operam I. Nic. Loensis VI. Miscell. 22. et Ger. Io. Vossii I. Idolol. c. 23. commentari supervacaneum arbitror. Id potius agam, ut, quod promittere memini, vim potestatemque verbi *ἀπαθανατίζειν* paullo uberius declarem. Dicit Diodorus Assyrios *ἀπαθανατίσαι τὴν Σεμίραμιν* inmortalem eam fecisse seu inmortalium in numerum transcripsisse; ad quem modum Philo Iud. Leg. Cai. p. 1005. A. *εἰ γὰρ ἀθανατίζουσι*, inquit, *αἱ ἀρεταὶ, πάντως φθείρουσι κακίαι.* cui propterea *ἀπαθανατίζεσθαι* illi omnes perhibentur, qui quovis modo inmortalitatem consequuntur, veluti de Mund. Opific. p. 17. A. ubi de philosophiae cultu, *ὑφ' οὗ καίτοι θνητὸς ὢν ἄνθρωπος ἀπαθανατίζεται.* et III. Vit. Mos. p. 696. B. *ἐπειδὴ τὴν ἐνθένδε ἀποικίαν ἔμελλεν εἰς οὐρανὸν στέλλεσθαι, καὶ τὸν θνητὸν ἀπολιπὼν βίον, ἀπαθανατίζεσθαι.* Non addo ex libro, quo Deter. potiori insidiari docet p. 175. E. neque ex eo de Cherub. p. 341.; longum enim foret singula excerpere. Simile tamen, nec negligendum, *ἀπαθανατίζειν τὰς παροιμίας* earum usum perpetuum et quodam modo aeternum reddere Synesii Encom. Calv. p. 86. A. et *ἀπαθανατίζειν τὰς τιμὰς* Porphyrii II. A. A. 5. Wess.

134. 78. *Δύο πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα*] Haud aliter Syncellus Chronograph. p. 96., et editus Iustin. I. 2., nam scripti eius Codd., quos inter Franequerani duo, aut XXX aut XXXII annos praeferunt. Wess. Anonymus citatus supra p. 117. 75. sic: *ἐτελεύτησεν ἔτη βιώσασα ξ̄, βασιλεύσασα ἔτη μβ̄*: unde defendas scripturam *βιώσασα μὲν ἔτη ἑξήκοντα*, quam non habuit Georgius Syncellus.

134. 79. *Ἀθήναιος δὲ καί τινες τῶν* etc.] Seleuciensem Athenaeum, Peripateticum philosophum Strabonisque aequalem, Io. Alb. Fabricius IV. B. Gr. 20. p. 631. eundem esse suspicatur. Mihi dubium est: neque enim Geographus XIV. p. 987. hoc eum de genere quidquam in literas retulisse significat; et suae aetatis hominem Diodorus si memorasset, aliquo saltem titulo eum distinxisset; laudem tamen vir egregius meretur, sed coercitionem N.

Abramus, qui VI. Phar. V. T. 15. turpi errore Athenaeum Naucratitem, cuius Deipnosophistarum libros lectitamus, hunc esse et Diodoro propterea multis annis priorem asseverat. Inter ceteros autem, qui de Semiramide ea prodiderunt, haud postremus est Dinon, Persicorum locuples auctor, in Aelian. VII. V. H. 1. WESS.

134. 85. *Πέντ' ἡμέρας παραχωρῆσαι*] Sic et Aelianus ex Dinone. Plutarchus T. II. p. 753. D. unius diei imperium inpetrasse, nescio quo auctore, tradidit; quae discordia in rebus Semiramidis, multo omnium incertissimis, haud insolens. WESS.

134. 93. *Μεγαλεπίβολον οὖσαν*] Hoc praestare ante ostendimus c. 7. WESS.

134. 1. *Οὐδαμοῦ ζηλώσας*] Recipiendum e margine *οὐδαμῶς*. Quem enim locum hic locale habeat apud eum, qui gynaeceum vix unquam egressus memoratur, Athen. L. XII. 7. RHOD.

135. 3. *Τῶν περὶ αὐτὸν εὐνούχων*] Postremam vocem perperam et sine caussa neglexit Clarom. 1. Ctesias, quem Diodorus apertissime aemulatur, in Athen. XII. 7. et Cephalion apud Syncell. p. 167. servandam ostendunt. Iam quod paullo post sequitur *χρῆσθαι ταῖς ἡδοναῖς ἀνεπικαλύπτως*, haud scio an pravum sit. Illumne haud tecte voluptatibus perfrui dixeris, qui in regia abditus nullius in conspectum prodit? uti de Ninya Diodorus. Equidem, sedulo ut dicam, e vestigiis Coislin. libri *ἀνεπικωλύτως*, *sine ullo impedimento*, scriptum olim fuisse coniicio. WESS.

135. 14. *Ἀπέλυεν εἰς τὰς πατρίδας*] Violentius est Mutin. *ἀπήλαυνεν*, et hoc multis partibus posterius: sic supr. c. 3. *τὸν Ἀράβων βασιλέα — ἀπέλυσεν εἰς τὴν οἰκείαν*. et XIII. 96. *καὶ Δέξιππον ἀπέλυσεν εἰς τὴν Ἑλλάδα*. XVI. 52. *τοὺς δὲ συστρατευσαμένους — ἀπέλυσεν εἰς τὰς πατρίδας*. Cuius generis plura si desideres, Th. Gataker. in Anton. XI. 3. ut adeas auctor sum. WESS.

135. 22. *Εἰς τὴν ἰδίαν ἕκαστος χωρίζηται πατρίδα*] Prudentissimum hoc et quale a principibus, gulae ac ventri deditis, vix exspectasses. *Longis* enim *spatiis discreti exercitus*, *quod saluberrimum ad continendam militarem fidem*, *nec vitiis nec viribus miscentur*, ut fere Tacitus I. Hist. 9. Contra ea plures unis aestivis si contineantur, ipse numerus fiduciam ad res novandas addit, ut eiusdem libri c. 51. et Annal. I. 31.; cui rei si praefecti, imperium rapere cupientis, ambitio accesserit, civili bello decernenda res est: quod post Augusti excessum Romanos principes suo saepe malo expertos esse, quis tandem est qui nesciat? WESS.

135. 34. *Παῖς παρὰ πατρὸς διαδεχόμενος*] Sic et Cephalion in Syncelli Chronograph. p. 167.; a quo et Ctesia dissentiunt Bion et Alexander Polyhist., Semiramidis posteros usque ad

Belleum, Dercetadae filium, Assyrii regni gubernacula tenuisse, tum Belitaram, obscurissime natum, mira quadam ratione imperium occupasse atque ad seros nepotes tramisisse memorantes in Agathiae Scholastici II. p. 63. et Syncello p. 359. Adeo in Nini successorumque gestis rebus veteres scriptores discordant! Wess.

135. 35. *Ἐπὶ γενεὰς τριάκοντα*] Euseb. et secutus illum Syncellus, corruptos enim eius numeros ad hanc formam esse instaurandos recte animadvertit Iac. Goar. et diu ante eum Iac. Bongars. ad Trogi Prolog. L. I., *γενεὰς τριάκοντα πέντε* in Diodoro invenerunt; contra utrumque veniunt scripti Codd. miro consensu, quinque additas generationes sive aetates et hic et c. 28. praefracte refutantes. Vel sic tamen locum illis haud negassem, si mihi liquido apparuisset, Ctesiam, quem Diodorus auctorem habet, totidem ad Sardanapalum usque numerasse. Cephalion quidem certe de Ctesia id inficiari videtur in Syncelli Chronograph. p. 167. Constat praeterea sibi Diodorus, trigesimum a primo imperii conditore Nino Sardanapalum, quo de cap. seq., perhibens. Wess.

135. 38. *Ἔτι δ' ἑξήκοντα*] Recte haec desunt Euseb. et Syncello, neque leguntur infra c. 28.; ut prorsus probabile sit, ab aliquo esse addita: *neque enim*, D. Petavii IX. D. T. 13. verba sunt, *satis apta est series orationis πλείω τῶν χιλίων καὶ τριακοσίων, ἔτι δ' ἑξήκοντα. Quis enim non videt, ab imperita manu esse hanc appendicem, eius, qui excurrentem numerum importune concepit, aut ad oram adnotavit: unde postea in contextum a librariis inculcatus est?* Adde Ctesiam annis mille et trecentis Assyriorum imperium terminasse in Iustin. I. 2. Atque haec tametsi voces illas eliminandas maximopere suadeant, inducere tamen atque eiicere nolui, tum quod mordicus eas teneant scripti libri, tum praeterea ob Agathiam, qui ex Diodoro Ctesiam, uti ait, secuto, L. II. p. 63. D. *ἔξ τε καὶ τριακοσίων ἤδη πρὸς τοῖς χιλίοις καὶ ὀλίγῳ πλειόνων ἐτῶν παρῳχηκότων*, ex quo Ninus summam rerum obtinuerat, imperium Assyriis ablatum perhibet: neque enim dubium est, quin eius ἔξ e Nostri *ἑξήκοντα*, sed scribae peccato, sit progenitum. Adde Syncellum Chronogr. p. 359., ubi Agathiam, quod doctissim. Goarem haud animadvertisse miror, exscribit. Wess.

136. 42. *Οὐ κατεπείγει γράφειν*] Lego *οὐδὲν κατεπείγει*, ut alibi ipse loquitur et ut mos est aliis loqui. Steph. et Rhod. Accedo viris doctissimis. Sic I. 33. *περὶ ὧν οὐδὲν κατεπείγει γράφειν*. et III. 3., suffragante sermonis genio: plenum enim foret *πρᾶγμα οὐδὲν κατεπείγει*, quod Lucian. de scrib. Histor. c. 52. addidit. Wess.

136. 47. *Ὃς ἦν εἰκοστὸς ἀπὸ Νινύου*] *Εἰκοστὸς καὶ ἕκτος* Euseb. non audeo recipere: si enim superiora bene se habeant,

trecenti anni, qui ad Sardanapali imperiique interitum supersunt, nimii sunt quatuor regibus. Africano, cuius auctior catalogus, Teutamus regum Assyriorum XXVII. est apud Syncell. p. 151., Cephalioni vero XXII. a Belo in eiusdem Chronograph. p. 168.; qui numeri menda si careant, melioresque sint Eusebianis Chron. p. 30., ubi *Ταύτανος ἕβδομος καὶ εἰκοστὸς*, uti quidem suspicor: nam XXIII duntaxat regum Assyriorum nomina ex Ctesia cognita esse Cephalion adfirmaverat; Diodori scripturam haud parum iuvare poterunt. WESS.

136. 53. *Τὸν δὲ Τεύταμον μυρίους* etc.] Troianos Assyriorum opibus nixos fidentius in bellum cum Graecis esse ingressos et Plato III. de LL. p. 685. C. significat. Iam quod Claris. Schurzfleischius in Notit. Biblioth. Vinar. p. 184. Teutamum cum Tithono confudisse Diodorum videri censet, id properanti excidisse arbitror. WESS.

136. 62. *Κληθέντα ἀπ' ἐκείνου Μεμνόνεια*] Regiae Susorum id fuisse cognomen Herodot. V. 53. Strabo XV. p. 1058. C. Aelian. V. H. A. 1. et XIII. 18. Pausan. IV. 31. p. 356. consentiunt. WESS.

136. 64. *Λεωφόρον ὁδὸν*] Viam hanc, per mansiones descriptam, Pausaniae aetate Phryges peregre advenientibus ostentabant, L. X. 31. p. 875. Poggium vero *viam leophoram* vortentem leni brachio castigavit L. Cael. Rhodiginus XIII. Lect. Antiq. 19. WESS.

136. 66. *Λέγοντες ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις γεγονέναι*] Aethiopum, Aegypti adfinium, caussae patrocinatur Philostrat. VI. Vit. Apol. 4. et Heroic. III. 4.; Susis atque ex Media venisse Pausan. X. 31. et eius vestigia premens Suidas prodidit in *Μέμνων*· alia Diodor. infra IV. 77.; qua scriptorum discordia in eam adducor opinionem, ut Memnonis ad Troiam expeditionem non admodum certam opiner, a Graecis post Homerum, ut multa, pigmentis fucoque exornatam: nec temere tamen negavero, fuisse veteri aevo principem hoc nomine, qui ex Aegypto profectus victricia per Asiam arma circumtulerit, et plurima nominis sui reliquerit monumenta. Vid. supr. I. 47. WESS.

136. 72. *Ὑπὸ Θετταλῶν ἐνεδρευθέντα*] Pindarus, primus eorum, quorum nobis nunc copia, fabulam luculentis versibus celebravit Od. VI. Nemeonic. et VI. Pyth., post dein Quintus Calaber II. 540. Homerus enim Odyss. *Λ*. 521. Memnonis quidem commeminit, de insidiis et nece nihil. Conf. Io. Marsham. Canon. Chronol. p. 431. WESS.

136. 78. *Τριακοστὸς μὲν οὖν ἀπὸ Νίνου*] *Καὶ πέμπτος* ex Eusebio addendum arbitratur Ill. Scaliger ad illius Chron. p. 254., cui contra concordem veterum Codd. consensum et Diodori ipsius, XXX *γενεαῖς* seu regum aetatibus, uti supra osten-

sum, imperium Assyriorum circumscribentis, sententiam adstipulari non possum. WESS.

136. 83. *Καὶ τὰ μαλακώτατα τῶν ἑρίων* etc.] Aemulatur Ctesiam, sicuti et Plutarch. T. II. p. 326. F., et Nic. Damascen. Excerpt. Vales. p. 426. quod ex eius apud Athen. XII. 7. verbis clarissime adparet. Recte vero hominis et animi effeminati argumentum ex lanae tractatione sumit: *ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πλῆθος εὐτελεῖς ἀνθρωπίσκοι καὶ τὸ τῶν κατεαγότων καὶ γυννίδων φῦλον, ὡς τὴν ἑρίων ἐργασίαν καταφέρεται ζήλῳ θηλύτητος*, eleganter Hierocles in Stobaei Serm. LXXXIII. p. 491. Mox digitum non verterim, sive tu *ἑταιρῶν* an *ἑταιρίδων* praeoptaveris: illud tamen, ne contra scriptos libros venirem, suam in sedem restitui. WESS.

137. 85. *Ψιμυθίοις* Vatic. solum verum est. Vide quae egregie disputavit Ti. Hemsterhusius ad Aristophan. Plut. p. 394. WESS.

137. 99. *Ὑπό τινος Ἕλληνος*] Choerilus vertit et numeris adstrinxit, Athen. XII. 7. auctore; quod eius epigramma variis modis expresserunt, ut usus et instituti ratio ferebat. Equidem Diodoro tres versus, qui vulgo aberant, quosque meliores Codd. et Io. Tzetzes haud praeterierunt, negare nolui. Habent eosdem Strabo XIV. p. 989. Athen. VIII. 3. p. 336. Schol. in Aristoph. Aves vers. 1022., illustraruntque Is. Casaub. in Athen. p. 367. et Desid. Herald. ad Martial. VIII. 69. WESS.

137. 4. *Ταῦτ' ἔχω*] Epitaphium hoc Sardanapali ab Athenaeo lib. Deipnosophist. VIII. 3. plenius recitatur, ubi pro *λέλειπται λέλυνται* habetur RHON.

137. 9. *Τὴν ἡγεμονίαν ἄρδην ἀνέτρεψε*] Male Euseb. et Syncellus. Nihil vulgato tritius cum de urbe, imperio, ceterisque, quae pessumdantur atque evertuntur, sermo instituitur. Plato I. LL. p. 640. E. *μεθύων κυβερνήτης καὶ πᾶς παντὸς ἄρχων, ἀνατρέπει πάντα*· Herodot. VIII. 62. *εἰ δὲ μή, ἀνατρέψεις τὴν Ἑλλάδα*. Aeschin. in Ctesiphont. p. 76. *τὸν δὲ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν πόλιν ἄρδην ἀνατετραφότα, τοῦτον ἐάσατε* etc. Vide infra XIII. 75. WESS.

137. 17. *Ὄνομα μὲν Βέλεσυς*] Videtur haec vocis productio nescio quid barbaricum prae se ferre. Ego scriptis libris, Agathiae II. p. 63., Syncello Chronogr. p. 205. et Io. Tzetzae Chiliad. III. 426. obsecutus sum. WESS.

137. 20. *Προέλεγε — ἀδιαπτώτως*] Vide I. 50. et II. 31. WESS.

137. 29. *Ἐκτενῶς ἅπαντας παρελάμβανε*] Summo studio atque ambitione. Polybius VIII. 16., *Ἀχαιὸς δὲ προσδεξάμενος ἐκτενῶς καὶ φιλοφρόνως τὸν Βῶλιν*. Herodot. Vit. Homer. c. 7. *ὁ δὲ Μέντωρ ἐνασπάλευσεν αὐτὸν ἐκτενέως*. cui simile c. 26., et Nostri *ἐκτενέστατα* in Ursini Eclog. 5. WESS.

138. 32. *Δονὺς τινὶ τῶν εὐνούχων*] Nomen hominis ex Ctesia adscripsit Athen. XII. 7. Adde Aristotelem, qui rem fabulae similem censet, et Ctesiam, quamquam nomine non addito, perstringit V. Polit. 10. Wess.

138. 41. *Τὸν τῶν βαρβάρων*] Quis vero ille *Barbarorum* rex? Nonne Sardanapalus ipse Barbarorum, ut quidem Graeci omnes alios vocitarunt populos, monarcha fuit? Sed facilis expeditio. Expunge prius *β* et posterius *ρ*, inque huius locum *β* transfer, et certae gentis nomen prodibit. Rhod. *Τὸν τῶν Ἀράβων*] Rhodom. coniecturam vetustae schedae adfirmant. Similem mendam indicavimus I. 53. Wess.

138. 46. *Ἐπ' ἐλευθερίᾳ*] Ea conditione, ut liberi suique iuris essent. *Ἐπὶ* enim pactis significandis est apta, ut bene Is. Casaubon. in Strabon. X. p. 708. Aristotel. III. Polit. 11. de regni forma, quae olim certis praemiis et honoribus erat definita, *αὕτη δ' ἦν ἑκόντων μέν, ἐπί τισι δ' ὡρισμένοις*. Hinc frequens illud *ἐπὶ μέρει τῆς χώρας*, *ut partem regionis accipias*, et *ἐπὶ μέρει τῆς πόλεως* apud Strabon. XII. p. 818. A. et XIV. p. 983. Appian. II. B. Civil. p. 742., pro quo prave *ὑπὸ μέρει τῆς βασιλείας* Apollodor. I. Biblioth. 9. 12. *ἐπὶ ἀναδασμῷ τῆς γῆς* Pausan. II. 13., *ἐπὶ τούτοις* Lucian. I. H. V. 19. Wess.

138. 60. *Σαρδανάπαλος — εὐθὺς ἐξήγαγεν*] Mira profecto metamorphosis; qui omnem inter concubinas et effeminatos catamitorum greges vitam exegerat, repente omnium fortissimus et vigilantissimus imperator est. Saepe quidem *victis redit in praecordia virtus*; raro feminae, nedum quavis meretricula corruptiori. Verius Hellanicus in Schol. ad Comici Aves v. 1022. et Callisthenes apud Suidam *Σαρδανάπαλος* duo fuisse perhibent Sardanapalos, quorum alter *δραστήριος καὶ γενναῖος*, *fortis et strenuus*, alter *effeminatus* ac *mollis* *μαλακὸς* fuerit; qui quidem a Ctesia et sequacibus confusi has turbas dederunt. Wess.

138. 63. *Ἐλήφθησαν*] Perperam pro *ἐλείφθησαν*. Quod librarii mendum etiam alibi recurrit. Rhod. *Ἐλείφθησαν οἱ τὴν ἀπόστασιν ποιησάμενοι*] Scholiastae Vat. huic, quod restitui, glossa congruit, non alteri. Librariis autem perpetuum est et sollemne haec verba permiscere, ut infra XI. 68. 76. XIV. 65. XV. 80. et Dion. Chrysost. Orat. XXVIII. p. 291. C., quod diligentiam Is. Casaub. haud fugit, et Polyb. V. 12. *οἷς κατὰ προαίρεσιν εἶχοναν οἱ λιφθέντες*, ac Excerpt. Leg. 23. p. 1134. *εἰ λιφθείη μαχόμενος*; ubi priore loco *λειφθέντες*, uti Lib. I. 27., posteriore *λιφθείη* oportuerat. Discrimen, etsi haud obscurum, indicant haec Iosephi I. B. I. 6. 2. *Ἀριστόβουλος ἐν τῇ πρώτῃ συμβολῇ ΛΕΙΦΘΕΙΣ εἰς Ἱεροσόλυμα συνελαύνεται, κἂν ἔφθη κατὰ κράτος ΛΗΦΘΕΙΣ, εἰ μὴ* etc., et Nostri II. 1., quae, tanti si est, vide. Wess.

138. 76. *Τῶν ἀποστάντων*] *Ἀποστατῶν* si malueris, non intercedam: sic brevi post et cap. seq.; quamquam ad sententiam nihil intererit, et permutantur haec exscriptorum arbitrio. Wess.

139. 86. *Παρακαλέσας ἐνδεχομένως*] Quantum fieri potuit; ut XIX. 18. *καίπερ ἐνδεχομένως ἅπαντα πράξας.* et c. 83., unde *ἐνδεχομένη παρασκευὴ* paullo ante, et *ἐνδεχομένη ἐπιμέλεια* III. 45. XVII. 2. atque hoc Archytae in Stob. Serm. I. p. 14. *καλῶς ἀγωνιζόμενος ἐκ τῶν ἐνδεχομένων·* cui non dissimile supra I. 54. *καὶ πάντας ἐκ τῶν ἐνδεχομένων εὐηργέτει.* Wess.

139. 88. *Παρεμβολῆς καὶ τῶν ἀποστατῶν*] Si una cum castris etiam defectores in potestatem accepit, cur ad montana illos usque insectatur? *καὶ* itaque removendum. Rhod. *Παρεμβολῆς τῶν ἀποστατῶν*] Sustuli hinc ineptam copulam, quam nec Gemistus habet, nec ferre oratio potest. Atque hoc bene Rhodom., illud prave, quod *μέχρι τῶν ὅρων τῆς Βαβυλωνίας ad Babyloniae usque montes* verterit; debuerat *usque ad Babyloniae fines*, ut quisque videt et res ipsa ostendit. Castra erant in montanis, quibus occupatis, fugientes in ultimos usque fines insecutus est. Verum eo sumus ingenio homines, ut haud raro ad ea, quae omnium facillima, offendamus. Wess.

139. 98. *Τοῖς ἀπηλπικόσι τὰ πράγματα*] Dixerat *ἀπελπίσαντες περὶ τῆς νίκης.* Sed hoc frequentius, ut apud Polyb. II. 54. IV. 69. et infra XIX. 36. 49., neglectum autem Latinis *addidi.* Wess.

139. 5. *Μετακληθέντων οὖν πάλιν ἁπάντων*] Frustrantur operam, qui mutant: suum enim agnoscit Diodorus XVI. 10. XX. 44. Wess.

139. 13. *Πρὸς τὴν ἐλευθερίαν ἀσμένως ὑπακουσάντων*] Et haec male divisa temporibus nec similia vero. *Vulgus sequitur fortunam, ut semper, et odit damnatos*, quanto magis tertio praelio attritos, et proculcatos? Nam praemia, quae ostentabantur, ea profecto ampliora a victore rege sperari poterant; ne dicam de periculo, cui se manifesto obiiciebant, aliter si res caderet. Sed haec extrinsecus, non tamen intempestive videor hoc loco monuisse. Wess.

139. 19. *Τοῖς στρατιώταις διαδοῦναι*] Visum hoc est significantius et liberalius. Sic Osiris de se I. 27. *διαδοὺς πᾶσιν, ὧν ἐγὼ εὐεργέτης ἐγενόμην.* Athen. IV. 1. *τοῖς κατόπιν διεδίδου παισίν.* Sic enim recte restituit vir magnus. Wess.

140. 34. *Ἀποκλεισθέντας τῆς — ἐπανόδου*] Sic fere XIII. 50. XX. 62. estque historicis ceterisque frequentissimum. Pausan. IX. 1. p. 713. *ἐς τοὺς ἀγροὺς ἀποκεκλεισμένοι τῶν πυλῶν ἦσαν.* Liban. Basilic. T. II. p. 147. C. *τῆς κοινῆς σωτηρίας ἀποκεκλείσεται.* Polyb. XV. 1. *πάσης εἰκὸς ὑμᾶς ἐλπίδος ἀποκλεισθήσεσθαι.* Conf. Celeb. T. Hemsterh. ad Lucian. Iud. Vocal. c. 9. Wess.

140. 45. *Πρὸς Κότταν τὸν ἔπαρχον*] *Cotta*, nobilis Bastarna, apud Livium XL. 57., *Cotys*, rex Thraciae, eiusdem originis, cuius hic *Cotta*, nomina videntur sortiti. Rem ipsam exsequitur Ctesias in Athen. XII. 7., sed misere corruptus: *τοὺς γὰρ τρεῖς υἱοὺς*, inquit de Sardanapalo, *καὶ δύο θυγατέρας, ὁρῶν τὰ πράγματα κακούμενα, προπεπόμφει εἰς Νίνον, πρὸς τὸν ἐκεῖ βασιλέα, δοὺς αὐτοῖς τρισχίλια χρυσίου τάλαντα.* neque enim ambigi potest, quin voces *εἰς Νίνον* alienum locum occupent. Sardanapalus ipse Nini agebat, ab hostibus undique obsessus; emiserat ex urbe liberos utriusque sexus, et quidem, ut ex Diodoro apparet, in *Paphlagoniam:* qui cum Ctesiam in his rebus auctorem habeat, non vereor, ne Athenaeus aut eius exscriptores in illis excerpendis non peccarint. *Paphlagonia* quidem certe, non *Ninus*, memorari oportuerat. Wess.

140. 47. *Βιβλιαφόρους ἀποστείλας*] Grammaticis hoc rectius videtur, sicuti et *βιβλιαγράφος*. Conf. Phrynich. Eclog. p. 14.: a quorum Diodorus decreto non dissidet XI. 21. 28. 35. XIII. 54. XIV. 101. etc. neque Polyb. IV. 22. Wess.

140. 53. *Ταῖς ἐλπίσιν ἀντεῖχε*] Videntur usu distare *ἀντέχεσθαι τῶν ἐλπίδων*, quod usurpavit c. 24., et *ἀντέχειν ταῖς ἐλπίσιν*. et illud quidem non aliud esse ac *spei*, quam conceperas, *inhaerere*, hoc spe nixum obsidionem atque alia incommoda forti animo tolerare. Firmant exempla; uti XX. 70. *ὅσοι δὲ τὰς πόλεις διακατέχοντες ἀντεῖχον ταῖς παρ' Ἀγαθοκλέους ἐλπίσι.* et Eclog. Ursini 8. *ἡ σύγκλητος ὑπολαβοῦσα τοὺς Αἰτωλοὺς ἀντέχειν ταῖς κατὰ τὸν Ἀντίοχον ἐλπίσιν.* quae quoque fecerunt, ut id, quod secutus sum, legitimum arbitrarer. Wess.

140. 59. *Χελῶναι χωστρίδες*] *Testudines ad congestionem fossarum* Vitruvio X. 22.; quarum frequens mentio inter Graecos. Vide XX. 93. et Eclog. L. XXIV. ubi prave *χελῶναι καὶ χωστρίδες*, sicuti et in Suidae *χελῶναι*. Polyb. IX. 34., Philon. Belopoeic. p. 97. et 99. et Iust. Lips. Poliorc. I. 8. Illas autem, sicuti ballistas, eo tempore, quo Ninus perhibetur obsidione pressa, necdum fuisse in militarem usum introductas, satis exploratum est: sero in Graecia et circa Dionysii, Syracusanorum tyranni, aetatem hoc machinarum genus usurpari coeptum est. Conf. infr. XIV. 41. Wess.

140. 62. *Προνενοημένου τοῦ βασιλέως*] Diodorum id reliquisse, res pro se ipsa loquitur: neque enim, nisi ante necessariorum copiam provida cura conportaverat, undique inclusus ea curare potuit. Wess.

140. 67. *Ὄμβρων ῥαγδαίων καταῤῥαγέντων*] Diceres *μεγάλων* plerorumque Codd. interpretamentum esse Grammatici, nisi et XII. 72. XIX. 45. *ὄμβρων μεγάλων καταῤῥαγέντων*. Quare id si malueris, amplectere. Solent alioqui variandae orationis caussa non idem semper sectari: *λάβρον ὕδωρ ἐκ νεφῶν*

καταῤῥηγνύμενον dabit Basil. M. Homil. in Gordium T. II. p. 147. C. *ῥαγδαῖον ὕδωρ* Philostrat. VI. Vit. Apoll. 26. Wess.

141. 77. *Εἰς τὸν ἐν μέσῃ τῇ πυρᾷ — οἶκον*] Uberius pyram hanc describit Ctesias in Athen. XII. 7. p. 529. B. Wess.

141. 82. *Ἐνδύσαντες τὴν βασιλικὴν στολήν*] Eadem est ac Semiramidis illa, de qua c. 6.; quamquam regia haud paullo pretiosior, auro lapillisque distincta, uti monuit B. Brissonius I. Reg. Pers. 56. etc. Wess.

141. 91. *Καὶ τῶν ἄλλων βασιλείων*] Cui bono adiectivum *ἄλλων* hic inseratur, non perspicio: si abesset, aut pronomen eius locum occuparet, lenius oratio decurreret; ego quidem certe non revocarem. Io. Tzetzes haec Chiliad. III. 430. excerpens satis negligenter, nisi si vitiosa illic sint plura, rem administravit: facit enim ex Euphrate *Nilum*, ex Arbace *Arsacem*, nec cetera recte digerit. Wess.

141. 3. *Παραστησάμενος, μετὰ τῆς σποδοῦ* etc.] Ita si distinguas, nulla caussa erit, cur *σπουδῆς* vocabulum, cuius et praesentiam quae consequuntur, non ferent, ex Coisl. et Mutin. adsciscendum autumes. Vide supr. I. 95. Wess.

141. 6. *Ἐπ' αὐτοφώρῳ*] Legatur *αὐτοφώρῳ*. Rhod. *Μηνυθείσης — πράξεως αὐτοφώρου*] Festinanti Rhodom. sollemnis formula *ἐπ' αὐτοφώρῳ* fraudi fuit. Id bene, quod in vulgato *πράξεως αὐτοφόρου* vitium animadverterit, etiam invitis Codd., sicuti factum, corrigendum. *Αὐτόφωρος fur manifestus* est et consequenti ratione, qui aliquo in scelere deprehenditur; unde *δίκη κατὰ αὐτοφώρων* in oratione Octaviani Caesaris ad Antonium, etsi prave vulgo *αὐτοφόρων*, sicuti hoc loco, apud Appian. III. B. Civil. p. 869. de actione in percussores Caesaris, et *κολάζειν τοὺς αὐτοφώρους* Thucydid. VI. 38.; praetereaque *πρᾶξις αὐτόφωρος*, quae manifesto tenetur, et *μοιχεῖαι αὐτόφωροι* in Philon. Iud. De Leg. special. p. 785. A. Conf. infr. XX. 44. Wess.

141. 16. *Ἀλλὰ καὶ δόξαν*] Omissum in priore membro *μόνον*, ut in his Hipparchi *οὐδὲ γὰρ θέμις ἄνθρωπον ὄντα τῶν ἀλλοτρίων συμπτώματα εὔφορα νομίζειν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἴδια κάδια*, in Io. Stobaei Serm. CVI. p. 574.; plura ad I. 4. Wess.

142. 20. *Κατὰ κώμας διῴκισε*] In urbium eversionibus, cum cives dissociantur et in vicos compelluntur, nihil hoc crebrius. Isocrat. Orat. ad Philipp. p. 132. de Lacedaemoniis, *καὶ βουλομένων λυμήνασθαι τὴν Βοιωτίαν καὶ διοικίσαι τὰς πόλεις*. Quare, Phocensibus a Philippo fractis, in Graeciae concilio constitutum cum esset *τὰς πόλεις τῶν Φωκέων κατασκάψαι καὶ εἰς κώμας μετοικίσαι* infra XVI. 61., saepe illi *διῳκισμένοι* Libanio Apolog. Demosth. T. I. p. 462. A. et *διῳκισμένοι κατὰ κώμας* Demostheni Legat. Fals. p. 216. Transiit hinc verbum prono decursu ad quodvis discidium indicandum. Philo Iud. De Rer. Div

Hered. p. 517. C. *ἤνίκα τις ἐπεχείρησε τὴν ἐκ φύσεως ἀρετὴν Σάῤῥαν αὐτοῦ διοικίζειν, si qui insitam sibi virtutem, cuius Sara quaedam figura, a se seiungere conetur.* et p. 519. A. *φόβος δ' ἔμπαλιν, ἀλλοτριότητα ἐμποιῶν, διοικίζει.* quae pluraque huius Iudaei, amat enim id verbi, si in numerato habuisset Th. Gataker. I. Miscell. 3. p. 186. nullam, puto, litem movisset his Synesii *διώκισεν ὁ θεὸς τοὺς βίους* Epist. LVII. p. 198. C. Sed hoc *ὁδοῦ πάρεργον.* Wess.

142. 21. *Εἰς ἔδαφος κατέσκαψεν*] Strabo incunte L. XVI. *ἡ μὲν οὖν Νίνος πόλις ἠφανίσθη παραχρῆμα μετὰ τὴν τῶν Σύρων κατάλυσιν.* Unde iusta conclusione conficitur, eius et Diodori aetate urbem eo nomine non fuisse, aut, si exstiterit, parvam et neglectam. Tamen Tacitus XII. Ann. 13. Ptolem. VI. Geogr. 1. et Ammianus XXIII. 6. Ninum, suo tempore superstitem memorant, forsan ex ruinis in oppidum paullatim adultam atque excitatam. Utcunque autem fuerit, videtur enim coniecturae quodammodo obesse Lucianus, et quae ad eum disputavit I. Palmer. Exercitat. p. 552., id quidem certe apparet, Ctesianam Nini eversae atque excisae narrationem concinere sacratis nobis libris, qui longo post tempore opibus et dignitate florentem describunt, haud posse, quod et diligenter Nic. Abram. VI. Phar. V. T. 15. admonuit. Wess.

142. 26. *Ἔτη δὲ πλείω τῶν χιλίων καὶ τριακοσίων*] Ctesiae vestigia cum premat Diodorus, isque CIↃCCC annis Assyriorum imperium circumscripserit, hoc spernere nolui; tantoque minus, ne sibi ipse contrarius sit atque illis pugnet, quae c. 21. tradiderat. Wess.

142. 28. *Τῶν — καλουμένων Χαλδαίων*] *Chaldaei, non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati* vere Cicero I. N. D. 1.; incoluere enim olim ea Mesopotamiae loca, quae Armeniam spectant, deinceps in Babyloniam transducti, sicuti erudita disputatione confecerunt viri doctissimi Iac. Perizon. Orig. Babyl. c. 6. et Camp. Vitringa in Esai. XIII. p. 413.; cum vero sacrorum essent administri, nam Belesys *τῶν ἱερέων ἐπισημότατος, οὓς Βαβυλώνιοι καλοῦσι Χαλδαίους* supra c. 24., et astrorum scientiam, quaeque ex illorum positura singulis eventura praedicit, studiosissime pariter ac superstitiosissime sectarentur, nomen, quod gentis erat, sectae atque artis esse coepit: quo usu utraque in lingua, quin et in Daniel. II. 1. nihil cognitius. Vid. A. Gellium I. 9. XIV. 1. et Ger. Io. Vossium II. Idololat. c. 47. Wess.

142. 32. *Τῇ μὲν διαιρέσει — ἔχουσι τάξιν*] In tanta veterum Codd. discordia hoc multis partibus melius censui. Chaldaei enim in reipublicae Babyloniae descriptione eum locum tenebant, quem in Aegyptia sacerdotes, sacris et coelestium consideration-

prorsus ut illi, unice mancipati; quod ipsum de illis praedicaverat I. 28. Wess.

142. 37. *Τῶν μὲν καθαρμοῖς, τῶν δὲ θυσίαις* etc.] In more omnibus erat praestigiatoribus indoctam multitudinem eiusmodi offuciis circumscribere: quare *γοητείας ἅμα τισὶν ἐπῳδαῖς* et *περίαπτα καὶ μαγγανείας* illis Galen. Simpl. Medic. Facult. VI. p. 68. et *μαγγανείας, τὰς ἐπῳδὰς, τὰ περιάμματα, τὰς φαρμακείας* Io. Chrysost. Orat. VIII. in Iud. T. II. p. 681. C. contribuunt: praeter ceteros vero Chaldaeis sive Genethliacis, iactitantibus, posse fati ordinem et malorum imminentium pericula sacrificiis atque incantationibus sese mutare et avertere; quod Nemesio Nat. Homin. p. 262. *τρέπεσθαι τὴν εἱμαρμένην εὐχαῖς καὶ θυσίαις*, Hierocli Provid. et Fato p. 240. *ἐπῳδαῖς καὶ θυσίαις τὴν γένεσιν παρατρέπεσθαι.* Iam quae Chaldaeis hoc loco adscribuntur incantationes, auguria, somniorum explicationes, extispicia, ea disciplinae eorum partem haud postremam fecisse S. Daniel c. 1. et 2. significat, uberiusque exsequitur Th. Stanleius Part. XII. Hist. Philosoph. Sect. I. 12. et II. 23. Wess.

142. 42. *Τὰ περὶ τὴν ἱεροσκοπίαν*] Hiulcus verborum hic est concursus; sequi debuerat, *καὶ ἀκριβῶς.* Alioqui praestaret *οὐκ ἀσόφως δὲ ποιούμενοι.* Vidit et hoc Rhodom. in notarum suarum correctionibus. Wess.

142. 47. *Καὶ παῖς παρὰ πατρὸς διαδέχεται*] Pares erant hac parte Aegyptiis, gloriantibus Chaldaeos suae gentis esse colonos atque ex Aegypto scientiae principia asportasse, supra I. 81. Wess.

142. 51. *Συντρεφόμενοι τοῖς μαθήμασι*] Dixi ad L. I. 74. Paene autem suspicor, recte e Codd. quibusdam exulare voces *εἰς τὴν ἀστρολογίαν*, atque huc translata esse ex c. 32.; tametsi enim Chaldaeorum doctrinae is fundus esset, non omnes tamen in eam incumbebant, alia atque alia vanissimae artis praecepta sectati, sicuti ante ostendit. Wess.

143. 54. *Παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὁ πολὺς*] Nolui contra concordem scriptorum librorum consensum niti, aut Diodoro, suum quod esset, negare. *Ὁ πολὺς, οἱ πολλοὶ*, saepe de vulgo, ut I. 21. Wess.

143. 58. *Ἐπὶ φιλοσοφίαν ἀποδύντες*] De Platone Aelian. II. Var. H. 30. *καὶ ἀπεδύσατο ἐπὶ τὴν φιλοσοφίαν*, sic enim Codd. vetusti Sluisk. et Medic., ubi elegans dicendi genus, a palaestra translatum, diligenter, nec Diodori oblitus, explicuit Iac. Perizonius. Wess.

143. 61. *Τοιγαροῦν οἱ μὲν βάρβαροι διαμένοντες* etc.] Nisi id velit, Chaldaeos suae quemque sectae principiis constantissime inhaesisse neque quidquam innovasse, Strabonem adversarium habebit, liquidissime adfirmantem L. XVI. p. 1074. B.

Chaldaeorum Astronomicorum genera plura esse pluresque sectas, iisdem de rebus aliter atque aliter statuentes. Wess.

143. 67. *Ἐνωρέας γενομένας*] Pro *ἐνωρέας* in uno exemplari scriptum est *ἐν γήρει*, de qua scriptura viderint alii. Ego pro *ἐνωρέας* locum habere posse existimo *ἐν αἰώρᾳ*. Steph. Quid si *μετεώρους*, *suspensos*, h. e. in dubio relictos, legatur? Rhod. H. Stephani *ἐν αἰώρᾳ*, nam Rhodom. *μετεώρους*, longius a vestigiis corruptae vocis deflectentes, non probo, haud omnino displicet; recte enim philosophos, nunc has, nunc illas in partes pronos, illis aequiparaveris, qui oscillis iactantur: qua translatione *αἰωρούμενον πλῆθος* eam multitudinem Appian. II. Bel. Civil. p. 714. appellat, quae in dubio vexatur, et *κεναῖς αἰωρουμένους δόξαις*, quos vanae opiniones agitant et efferunt, Philo Iud. De Temul. p. 245. C. et *ἐπ' αἰώρας φορουμένην κενὴν δόξαν*, De Somn. p. 1116. C. Ne tamen penitus ea in coniectura acquiescam, Codd. faciunt Coislin. et Mutin., quorum *ἐν ἀψωραίᾳ* propius abest ab *ἀψοῤῥοίᾳ* quam *αἰώρᾳ*. Quare si *ἀψόῤῥοιαν* de reciprocatione sicuti *παλίῤῥοιαν* habuerint Graeci, id non damnaverim; cuius cum mihi exemplum desit, nihil temere finio, rem integram doctioribus relinquens. Wess.

143. 71. *Ἐναντία δοξαζούσας*] Probant hoc scripti libri, nec respuit Diodorus, cui familiare, sicut et aliis, adiectiva neutra adverbiorum loco usurpare. Vid. Ezech. Spanhem. in Aristoph. Plut. 46. Wess.

143. 72. *Κόσμου φύσιν ἀΐδιον*] Sic et Psellus in Oracul. Chaldaic. p. 118.; quae tamen oracula non arbitror veras veterum Chaldaeorum opiniones complecti: ea certe habent, quae astrologiam, auguria, incantationes et victimas apertissime damnant. Vid. p. 62. edit. Opsopoei. Wess.

143. 78. *Τῶν δ' ἀστέρων πολυχρονίους παρατηρήσεις*] Conf. c. 31. et Sext. Empiric. V. Adv. Astrolog. p. 338. et A. Gellium XIV. 1. Wess.

143. 85. *Κρόνον νομιζόμενον*] Haud dubie *ὀνομαζόμενον* auctor scripserat. Mox dele *καὶ μέγιστα*. Rhod.

Ibid. *Ἐπιφανέστατον δὲ καὶ πλεῖστα*] Quo iure *Sol*, quem errantium numero excludit, hunc locum occupet, equidem non perspicio. Saltem *Lunam* addidisset, quae ex Chaldaeorum opinione cum sole inter errantes principatum tenebat: *τῶν γὰρ ἑπτὰ ἡγεῖσθαι τὸν Ἥλιον καὶ τὴν Σελήνην οἴονται* Sext. Empir. V. Adv. Astrol. p. 343. de illis ait: atque hinc Porphyrio Isag. in Ptolem. Apotelesm. p. 181. *Sol κράτιστος βασιλεὺς ἐν τοῖς μετεώροις*, *Luna* vero *ἰσχυροτάτη βασίλισσα ἐν τῷ κόσμῳ τῶν οὐρανίων*. Immo vero ea si adesset, necdum bene se res haberet. Verborum series praecipuum aliquid de Saturni sidere et a Graecorum rationibus discedens praeferre videtur; quod fortasse, oratione parum mutata, coniiciendo assequemur: *Ἰδίᾳ δὲ τὸν νῦν* —

Κρόνον ὀνομαζόμενον, ἐπιφανέστατόν τε καὶ πλεῖστα καὶ μέγιστα προσημαίνοντα καλοῦσιν Βῆλον. Praeter ceteros autem eum, qui Graecis Cronus, omnium clarissimum et plurima praecipuaque portendentem, appellant Belum. Ita privum aliquid Chaldaeis et a Graecorum opinionibus dissentiens habemus, et optime consequuntur, *τοὺς δὲ ἄλλους τέσσαρας ὁμοίως τοῖς παρ' ἡμῖν* etc. Iam vero Saturnum Saturnique stellam vocasse eos Belum, testem do Theophilum III. ad Autolyc. c. 30. et Servium in Aeneid. I. 646. 734. Scio Diodorum supra c. 8. et 9. tradidisse, Iovem Babylonios nuncupasse *Belum;* cuius vocabuli potestas late cum pateret, potuit idem nomen in re Astrologica utique et Saturno indi; quod et recte animadvertit Th. Stanleius, vitii hunc locum, negata tamen medela, accusans P. XIII. Hist. Philos. S. II. 37. Quod si tamen nimia videatur ultimae vocis mutatio, vide an Ἥλον lenius sit: sic enim et Saturnum apellabant. Damascius in Bibl. Photii p. 1050. *Φοίνικες καὶ Σύροι τὸν Κρόνον Ἥλ καὶ Βὴλ καὶ Βολάθην ἐπονομάζουσι.* Wess.

144. 92. *Τὰ μέλλοντα γίνεσθαι δεικνύουσι*] Multo haec plenius Sext. Empiric. V. Adv. Astrolog. p. 338. etc. Wess.

144. 4. *Οὓς προσαγορεύουσι βουλαίους θεοὺς*] Erat et hoc nomen in Aegyptiorum disciplina, sed ratione diversa. Illi XII Zodiaci signa eo titulo ornabant. *Τὰ μὲν δώδεκα ζώδια θεοὺς βουλαίους προσηγόρευσαν. τοὺς δὲ πλανήτας, ῥαβδοφόρους* Schol. Apollon. Rhod. IV. 262. Wess.

144. 5. Ὑπὲρ γῆν τόπους] Reponatur ὑπὸ, ut sensus, e sequentibus elucens, postulat. Rhod. Iul. Caes. Bulengerus et haec attigit in Eclog. ad Arnob. p. 383., ὑπὸ γῆν refingens. Maluissem Rhodomanno transcripsisset, cui debetur. Wess. in Add.

144. 6. *Τοὺς δὲ ἡμίσεις ὑπὸ τὴν γῆν*] Hoc malui ob scriptos libros; quae sequuntur, utrosque spectant, et qui supra terram, quique infra eam loca lustrant: sunt enim *Decani*, ut vocantur, *φύλακες καὶ ἐπίσκοποι ἀκριβεῖς τοῦ παντός.* Vide Th. Galaeum in Iamblich. p. 304. Wess.

144. 11. *Τῶν θεῶν δὲ κυρίους εἶναι φασὶ*] Iamblichus de Myster. p. 160. *τοὺς λεγομένους κραταιοὺς καὶ ἡγεμόνας* appellat, ubi opportune Th. Galaeus, *Diodorus Siculus*, inquit, *apud Chaldaeos post Δεκανοὺς θεοὺς esse ait τῶν θεῶν κυρίους δώδεκα τὸν ἀριθμόν. Ibi interpres inepte*, Deos principes, *pro* Deorum principes *vertit. Addit Diodorus, horum principum ἑκάστῳ μῆνα ἕνα καὶ τῶν δώδεκα ζωδίων ἓν ἀπονέμουσι. Haec omnia descripta habes in Kalendario Farnesiano apud Grutерum p. CXXXVII.; ibi enim duodecim signa cum suis tutelis comparent.* Hactenus ille; ego vero versionem, ut alias, correxi. Wess.

144. 23. *Ἀγαθά τε καὶ κακὰ*] Censebantur planetarum alii *benefici ἀγαθοποιοὶ*, alii *κακοποιοὶ malefici*, quidam *κοινοὶ communes*, de quibus Sext. Empiric. V. Adv. Astrolog. p. 343. et Scholiast. in Ptolem. Tetrabibl. p. 17. multa de eorum viribus memorans. Wess.

144. 25. *Ἄλλοις τε καὶ βασιλεῦσι*] Tollatur *καί*. Nam copula in altero membro sequens distributionem *διχότομον* absolvit. Steph. et Rhod. *Ἄλλοις τε βασιλεῦσιν*] Adstipulor viris doctissimis; inportuna enim hic copulae praesentia est. Quae vero Chaldaei Alexandro, Seleuco et Antigono praedixerunt, eorum partem infra XVII. 112. et XIX. 55. describit. Wess.

144. 28. *Σελεύκῳ τῷ Νικάτορι*] Placet Coislin. scriptura, quam numi et vetusti lapides in Spanhem. Dissert. VII. de Usu et Praest. Num. p. 413. adfirmant. Wess.

144. 32. *Ὥστε τοὺς πειραθέντας θαυμάζειν*] Admiranda profecto haec Chaldaeorum divinatio, si ex astris non varias tantum tempestates, sed et mortis tempus, ceteraque, quae hominibus, quaeque rebus publicis accidunt, praedixerint; meritoque adeo Theophrastus *θαυμασιωτάτην εἶναί φησι τὴν τῶν Χαλδαίων περὶ ταῦτα θεωρίαν, τά τε ἄλλα προλέγουσαν, καὶ τοὺς βίους, καὶ τοὺς θανάτους, καὶ οὐ τὰ κοινὰ μόνον, οἷον χειμῶνας καὶ εὐδίας — πάντα δ' οὖν αὐτοὺς καὶ τὰ ἴδια καὶ τὰ κοινὰ προγινώσκειν ἀπὸ τῶν οὐρανίων*, apud Proclum IV. in Platon. Timaeum p. 285. Vide tamen A. Gellium XIV. N. A. 1. et Ciceron. II. Divinat. 42. Wess.

145. 40. *Διὰ τὴν βραχύτητα*] Si Chaldaei Lunam terra multis partibus maiorem et graviorem aut Soli aequalem censuissent, quod Stoicis quibusdam et Parmenidi in mentem venisse Plutarch. II. Placit. Philosoph. 26. scribit, fortasse haud reiectaneum foret *διὰ τὴν βαρύτητα*. Sed id mihi non liquet. Wess.

145. 43. *Ὅτι τὸ φῶς ἀλλότριον ἔχει*] Abiit itaque a Chaldaeis suis Berosus, nativa Lunam luce candere opinatus, sive *pilam esse ex dimidia parte candentem, reliqua habere coeruleo colore*, quae Vitruvii verba IX. 4.; quam eius sententiam multis infregit Ger. Io. Vossius II. Idololat. 20. Wess.

145. 48. *Παραγράφειν τοὺς χρόνους*] *Περιγράφειν* oportuerat, ut dixi supr. l. 41. Si vero Chaldaei Solis defectiones nec praedicere nec certum earum tempus finire sustinuerint, multum certe afuerunt ab ea artis perfectione, quae inter Graecos floruit: neque adeo iniuria Illust. Scaliger Praefat. in Manilium asseveravit, *Chaldaeos ὁλοσχερῆ tantum, non etiam ἀκριβῆ Astronomiae notitiam habuisse*. Vide tamen Th. Stanleium Part. XIII. Hist. Philosoph. Sect. II. 17. et Henr. Dodwelli Append. ad Dissert. Cyprian. c. 24. etc. Wess. Inperitiam Chaldaeorum in re Astronomica iam olim perstrinxit vir eruditione et natalium splendore insignis Ioan. Picus, Mirandulae Comes, L. XI. 2. in Astrolog. Idem in Add.

145. 50. *Καὶ πιθανὰς ἀποδείξεις εὐποροῦσι*] Sic XIV. 98. *χρημάτων πλῆθος πολλῶν εὐπορήσας*. Haud scio tamen an *εὐπορεῖν ἀποδείξεις* sit eas urgere: quomodo Plutarch. VII. Sympos. 1. p. 698. B. *τοντὶ γὰρ Ἐρασίστρατος ὀρθῶς πρὸς αὐτὸν ηὐπόρησε*. Quod autem illi de terrae figura, idem de Sole et Luna Heraclitus, *σκαφοειδεῖς τοῖς σχήμασι εἶναι* adfirmans in eiusdem Plut. II. Plac. Phil. 29. WESS.

145. 60. *Ἐτῶν γὰρ ἑπτὰ καὶ τετταράκοντα* etc.] Iamblichus *ἑπτὰ καὶ εἴκοσι μυριάδας* in Procli Comment. in Timaeum p. 31.; sed bene Noster, a quo proxime abest Cicero I. Divinat. 19., CCCCLXX millia annorum Babyloniorum observationibus, ex ipsorum narratione, tribuens, ubi plura Davis., et inprimis Iac. Perizon., varium Myriadum Chaldaicarum numerum egregie explicans et confutans, Orig. Babyl. c. 2. WESS.

145. 73. *Ἔτη πεντακόσια — τῆς Ἀσίας ἄρξαντας*] Vid. Herodot. I. 95., qui distinctius *τῆς ἄνω Ἀσίης ἐπ' ἔτεα εἴκοσι καὶ πεντακόσια*. WESS.

145. 75. *Τὸν ἀμφισβητήσοντα*] Muta *o* in *α*, Aoristi primi flexione. RHOD.

146. 78. *Ὑπὸ πολλῶν ἐτῶν*] Praepositio supervacanea est. RHOD.

146. 79. *Ὄνομα Κυαξάρην*] Vel lapsus est memoria Diodorus, vel suo tempore Herodoti textus aliter legebatur; nam hodie Deioces apud Herodotum legitur. PALM. *Ὄνομα Κυαξάρην*] Puto memoriae vitio in hunc errorem sese induisse Diodorum; qui Herodotum si consuluisset, et *πολλὰς γενεὰς*, quibus rex non fuerit, qui Assyriis gloriam imperii dubiam faceret, et *τοὺς πλησιοχώρους*, quos primus Medorum rex in suam ditionem redegerit, missos fecisset, aliaque melius digessisset. Confer Herodot. I. 95. 100. et quae in Diodorum disputavit Doctissimus Freretus in Comment. Acad. Inscription. T. VII. p. 564. WESS.

146. 88. *Κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς* etc.] Neque hoc in Herodoto ita perscriptum reperies: Diodorus conclusione quadam ex regum Medorum annis et Cyri principio, quod ipse in Olympiad. LV. annum primum coniecit, teste Africano in Euseb. X. Praep. Evang. c. 10., id confecisse videtur. WESS.

146. 90. *Κτησίας δὲ ὁ Κνίδιος τοῖς μὲν χρόνοις ὑπῆρξε* etc.] In vulgatis *τοῖς καθ' Ἡρόδοτον μὲν χρόνοις — κατὰ τὴν Κύρου στρατείαν* et ingratum et vitiosum quid tinnit: compelluntur enim idem in tempus Herodoti aetas et Cyri minoris expeditio, quae spatio disiunctissima sunt. Herodotus belli Peloponnesiaci principium vivendo attigit, ut Dionysius T. II. p. 139. et Pamphila in A. Gellii XV. 23. docent; ab eo ad inchoatam Cyri expeditionem sunt anni plus XXX. Praeterea repetuntur *καθ' Ἡρόδοτον*, quae paullo ante posuerat, addunturque *κατὰ τὴν Κύρου στρατείαν*, qua praepositionis iterata geminatione nihil

insuavius: neque hoc tamen vehementer urgerem, cetera si convenirent et congruerent. Doctissim. Rhodom., vitium credo suspicatus, verterat, *Herodoto recentior.* quod et ego, si *μεθ' Ἡρόδοτον* legeretur, non prorsus inprobarem. Novi Cl. Salmas. in Solin. p. 871. propterea insultasse Rhodomanno; nec demonstravit tamen Ctesiam Herodoto aequalem fuisse, quem Photius Cod. LXXII. p. 107. *νεώτερον εἶναι Ἡροδότου* diserte ait. Equidem non inficias ivero, fieri potuisse, ut sene Herodoto Ctesias nasceretur; nego tamen, quod vulgata Diodori verba innuunt, Herodotum eo tempore cum Ctesia vixisse, quo Cyrus expeditionem in fratrem Artaxerxem ingressus est; id enim nemo alius memoriae prodidit. Deleo itaque, obsecutus scriptis libris, verba *κατ' Ἡρόδοτον*, intempestive e praecedentibus in hunc locum inculcata. Wess. Vindicias vulgatae scripturae nuperrime paravit vir egregius Io. Georg. Walther in erudita Prolusione Historica, quam eius humanitati debeo. Addamus verba ex Sect. 12. *Diodorus Siculus κατ' Ἡρόδοτον, inquit, μὲν χρόνοις ὑπῆρξε. quod tam falsum non est, ac Iosephus Scaliger putavit, neque vertendum, ut Rhodomannus fecit,* Ctesias Herodoto recentior. *Constat enim undevigesimo belli Peloponnesii anno res gestas in literas retulisse, ut Marshamus ostendit. Duodecim post annis contigit proelium Cyri iunioris cum fratre Artaxerxe Mnemone, in quo captus est Ctesias, atque ob artis medicae scientiam Artaxerxi amicus factus. Quibus datis, quis Ctesiam non putet Herodoti, etsi senis, temporibus vixisse?* Quae quidem ego pulcre disputata agnosco, nec muto tamen sententiam. Idem in Add.

146. 93. *Διὰ τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην*] Vide Strabon. XIV. p. 969. et Plutarch. in Artaxerxe p. 1017. Wess.

146. 95 *Ἐκ τῶν βασιλικῶν διφθερῶν*] Hieronym. in Zachar. V. 1. *volumen — Hebraice Megella* מגלת *dicitur, et ab Aquila et Theodotione versum est διφθέρα.* Meminit autem harum membranarum et Agathias II. p. 66. A. *ὡς καὶ ἐν ταῖς βασιλείοις διφθέραις ἀναγεγραμμένα.* et multis ante eum natum seculis Esdras VI. 2. atque auctor Historiae reginae Estherae II. 22. VI. 1. X. 2. confirmantque, quod hic traditur, publica auctoritate Chronica Persica scribi solere. Conf. Ger. Io. Vossium Art. Histor. c. 32. Wess.

146. 98. *Καὶ συνταξάμενον*] *Καὶ συνταξάμενος* correxerat Ill. Scaliger, sed sine gravi caussa. Wess.

146. 3. *Μανδάνχην*] Hoc praetuli ob scriptos libros, Euseb. Canon. p. 37., Syncellum Chronograph. p. 197., qui tamen ambo viginti duntaxat annos illi inputant. Wess. Meliorum librorum scripturam *Μανδάκην*, a qua proxime abest Gemisti *Μανδάκην*, confirmat Eusebius p. 46. Mai.

146. 5. *Ἀρτύχαν*] Sic Euseb., Syncell., qui annos illi dant XXX, scriptique Codd. plerique omnes. Mox et *Ἀρταῖον*

malui, quo modo in sequentibus Diodorus ipse appellat, et Nicol. Damascenus Excerpt. Vales. p. 426.; Euseb. vero et Syncell. in regum Medorum indice Arbianen et Artaeum praetereunt. Wess.

146. 9. *Παρσώδην τὸν Πέρσην*] Genuinum hominis nomen *Παρσώνδης*, uti in Gemisto, erat; atque ita Suidae in *Σφοδροῦ*, et Nic. Damasceno, etsi non admodum constanter, dicitur. Wess.

146. 13. *Ἔν τινι χρίσει λυπηθέντα*] Lis erat Parsondae cum Nanaro, Babyloniorum regulo, ob insignitam iniuriam, qua Babylone adfectus erat: rex captus arbiter, et a Metrapherne eunucho, quem Nanarus ingenti pretio sibi conciliarat, expugnatus, litem dederat secundum Nanarum. Parsondas, vindicta de eunucho et Nanaro sumpta, ab Artaeo descivit, et bellum, quod hic describitur, movit. Discimus haec ex Nicol. Damascen., qui de Parsondae iniuria et lite diligenter, Excerpt. Vales. p. 426.—437. Wess.

146. 15. *Παρ' οἷς ἦν ἐκδεχόμενος*] Reducito ex margine *ἐκδεδομένος*, haud dubie *γνήσιον*. Rhod.

147. 21. *Πρὸς ταῖς εἰς τὴν χώραν εἰσβολαῖς*] Sermonis genius id requirit: atque ita c. 2. *εἰς ἣν εἰσὶν εἰσβολαὶ στεναὶ παντελῶς*. Herodot. II. 75. *εἰσβολὴ ἐξ οὐρέων στεινῶν ἐς πεδίον μέγα*. et sine fine alii. Mox *στρατεύσαντος* simili ex caussa praetuli. Wess.

147. 31. *Παραιτησάμενον τὸν διαδεχόμενον*] Etsi hoc non prorsus inprobem: simile enim Aristophan. Equit. v. 37. *Ἓν δ' αὐτοὺς παραιτησώμεθα*· videtur tamen *παραστησάμενον* Codd. aliorum haud inconcinnum, ut Parsondes successorem, in medium productum et lateri adpositum, diris illigasse, si pacem cum Medis coleret, significetur. Wess.

147. 40. *Ἀστιβάραν*] Rectum hoc esse, sequentia indicant et Nic. Damascen. Excerpt. Vales. p. 438.; Syncellus et Eusebius hunc et decessorem eius inter Medos reges non agnoscunt; habet autem Alexander Polyhistor, a Nabuchodonosoro belli socium contra Hierosolymitanos adscitum memorans in Eusebii IX. Praep. Evang. c. 39. Wess.

147. 44. *Ἐπ' ἔτη πλείω*] De belli, quod rescire potui, diuturnitate nihil alii narraverunt; neque adeo decernere possum, quid tribui oporteat illis libris, qui *ἐπ' ἔτη δύο* praeferunt. Brevi post *παρ' ἀμφοτέροις* perplacet. Wess.

147. 46. *Ἐπὶ τοῖσδε συνθέσθαι*] *His legibus.* Thucydid. VIII. 18. *ἐπὶ τοῖσδε ξυμμαχίαν ἐποιήσαντο.* ubi plura Clariss. Duker.; vide et supra c. 24. Pax autem Sacas inter et Medos coiit, postquam Stryangaeus, Astibarae gener, Zarinam victam et equo deiectam, captus ipse amore, dimiserat, ut ex Dionysio Halicarn. et Io. Tzetze ostendit H. Vales. ad Nic. Damascen. p. 438. Wess.

147. 52. *Ὄνομα Ζαρίναν*] Nic. Damascen. ***Zarinaeam*** appellat, feminaeque magnum animum, castos mores, ceterasque virtutes meritis laudibus praedicat. Ctesias longa oratione eius res gestas, Stryangaei amorem, violentumque ob repulsam interitum descripserat; quae pleraque omnia a Diodoro neglecta, memorabili diligentia in ordinem redigere singulari dissertatione adnixus est L. Boivinius in Comment. Acad. Inscript. T. III. p. 83. Wess. V. Anonymus de mulieribus bello claris in Biblioth. d. alt. Litt. u. Kunst VI. p. 11. s. et ad illum Heerenius, qui Diodoro *Ζαρίναιαν* restituebat, quo ducere videtur Veneti *Ζαριάναν*.

147. 53. *Γυναῖκας ἀλκίμους ἔχει*] Tali ingenio fuit Sparethra Sacarum regina, Cyri aetate, de qua Ctesias in Photii Biblioth. Cod. LXXII. p. 107. et Theon Progymn. c. 9. p. 112., sed ex Ctesia adiuvandus; tali Tomyris, Sauromatides apud Platon. VII. de LL. p. 804. E., Albanorum et Hiberorum feminae in Appian. Mithridat. p. 401., tali Amazones, de quibus c. 45.; non omnes quidem e Sacis, sed aut vicinae aut eiusdem originis. Wess.

148. 59. *Τῆς δὲ χώρας πολλὴν ἐξημερῶσαι*] Vide I. 15. Wess.

148. 69. *Τιμὰς ἡρωϊκὰς ἀπονεῖμαι*] Multum intererat inter honores Heroicos et illos, qui diis deferebantur: his victimae mactabantur, qua in re perpetuus usus verbi *θύειν*, illis scrobes effodiebantur, et *ἐναγίσματα* sive inferiae dabantur. Plutarchus T. II. p. 857. D. *τούτοις δὲ ὡς φθαρτοῖς καὶ Ἥρωσιν ἐναγίζειν δεῖν οἴεται, ἀλλὰ μὴ θύειν ὡς θεοῖς.* Atque hoc honore urbium conditores, et qui de publica re bene meriti erant, plerumque ornabantur, ut IV. 1. 24. 30. V. 65. Confer Desid. Herald. in Martial. X. 61. et infra IV. 40. Wess.

148. 73. *Ἀσπάδαν τὸν υἱὸν διαδέξασθαι*] Astyagem, *Aspadam* sive *Apandam* nominari, neminem ante Diodorum dixisse, adfirmat Io. Marsham. Can. Chron. p. 528.; quod unde acceperit, equidem iuxta cum illis scio, qui ignorant. Secutus est Diodorus Ctesiam, atque ex eo nobis annumeravit Medorum reges, vix alibi obvios. Cur itaque negabimus indidem et hoc nomen prompsisse? Nam Photii silentium si valeat, eradendi plerique Medorum erunt reges, ab eodem, cum Ctesiam excerperet, neglecti. Astyagem autem, ne id praetercam, Ἀστυϊγᾶν Ctesias nuncupavit, Photio Cod. LXXII. p. 107. teste. Wess.

148. 80. *Ἐν μέρει διέξιμεν* Infra XIX. 63. *ἐν μέρει πάλιν τὰ κατὰ τὴν Εὐρώπην διέξιμεν.* et c. 43. huius libri, *περὶ δὲ τῶν Σκυθῶν ἐν μέρει διέξιμεν*, i. e. *suo ordine*, *deinceps*, ut bene monuit G. Budaeus Comment. L. Gr. p. 772. pluribusque illustravit Iac. Gronovius ad Arrian. III. Exp. Alex. c. 26. p. 142. Wess.

148. 81. *Ἡ τοίνυν Ἰνδικὴ τετράπλευρος οὖσα*] Putet aliquis mendam esse in hac sententia; nec est tamen. Nominativus, usitata Graecis structura, absolute ponitur. *Quod ad Indiam attinet, eius quatuor laterum, quod ad orientem vergit* etc. *mare ambit.* Sic XI. 60. *πλεύσας οὖν — πρὸς τὴν Καρίαν, τῶν παραθαλαττίων πόλεων ὅσαι ἦσαν — — ἀπῳκισμέναι, ταύτας συνέβη ἀποστῆναι.* Heliodor. IV. p. 162. *οἱ μὲν δὴ θεαταὶ, μετέωρος ἅπας ἐπὶ τὸ μέλλον.* Cuius generis ex Aeliano multa collegerunt docti commentatores ad H. Var. Hist. 11. et in Herodotum II. 66. clariss. Iac. Gronovius. WESS.

148. 83. *Τῆς δὲ πρὸς τὰς ἄρκτους*] Syntaxis *τὴν* pro *τῆς* exigit. RHOD.

148. 87. *Μέγιστος ὢν σχεδὸν τῶν ἁπάντων*] Sequitur Ctesiam, qui fluvium multo amplissimum facit in Photii Cod. LXXIII. p. 144.; Strabo vero XV. p. 1027. et Arrian. Indic. c. 4. Gangem Indo longe maiorem perhibent. WESS.

148. 88. *Μέγεθος τῆς ὅλης Ἰνδικῆς ὑπάρχειν*] Videntur et haec eodem e fonte manasse. Ctesias enim Indiam reliquae Asiae magnitudine aequalem adfirmaverat, auctore Arriano Indic. c. 3.; quo loco et in Strabon. XV. p. 1010. regionis longitudo et latitudo ex Eratosthene et Megasthene haud paullo contractior describitur. WESS.

148. 94. *Ἀσκίους ὄντας τοὺς γνώμονας*] Haec quae sequuntur explicabit Arrian. Indic. c. 25. et Lucanus III. 250.

Tunc furor extremos movit Romanus Oritas
Carmanosque duces, quorum iam flexus in Austrum
Aether, non totam mergi tamen adspicit Arcton.
Lucet et exigua velox ibi nocte Bootes.

et quae pro Lucano in Ioseph. Scaligerum disputavit Iac. Palmerius Apolog. p. 925. WESS.

149. 7. *Πολὺ προέχει τῶν κατὰ τὴν Λιβύην*] Diximus supra c. 16. Potuisset autem his adstruere ea omnia, quae de elephantis commentatur c. 42. Habent enim illic locum parum commodum, neque adeo iniusta Abbatis Terrassonis suspicio esset, hinc ea migrasse istam in sedem, nisi similem paene locum Strabo et Arrianus elephantis Indicis dedissent. WESS.

149. 12. *Πολυκαρπία τρέφουσα — κατασκευάζει*] Saepe quidem participium *φέρων* et *φέρουσα* talem locum sermonis quadam elegantia occupat, unde illibato sensu abesse posse videatur: veluti in his Plutarchi de Liber. Educand. p. 5. D. *ἐπειδὴ τῶν μὲν ἐχόντων πολλάκις ἀφείλετο*, fortuna, *τοῖς δ' οὐκ ἐλπίσασι φέρουσα προσήνεγκε.* et Iosephi XVIII. A. I. 6. 9. *ὦ παῖ, — σοὶ φέρων ἐγχειρίζω τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν.* Sive enim inter vertendum negligas, seu *ultro, sua sponte* esse velis, ut saepe oportere Cl. T. Hemsterh. ad D. Mort. VI. 3. Luciani egregie

docuit, parum profecto referet. Hic tamen quod amplexus sum, multo videtur opportunius. WESS.

149. 26. *Τὸ προσαγορευόμενον βόσπορον*] Strabo semel iterumque *βόσμορον*, frumenti quoddam genus, tritico minus atque inter amnes nascens, ex Onesicrito appellat XV. p. 1012. A. 1015. A., et forte melius, uti visum quoque Is. Casaubono. WESS.

149. 28. *Ἐδωδίμους καρποὺς*] Aut *ἔχουσι* deest, aut ei simile verbum. STEPH. *Ἐδωδίμους καρποὺς φέρει*] Rhodom. coniecerat *ἔχει* deesse; haud male ad sensum. Quod dedi, melius est, scriptorumque librorum iudicio nititur. WESS.

149. 32. *Διττῶν γὰρ ὄμβρων ἐν αὐτῇ γινομένων*] Demiror neminem advertisse vitium, quod hunc locum occuparat; cum tamen sequentia haud obscure id ostenderent. Firmant Codd. vetustorum scripturam haec Strabonis XV. p. 1012. A. *ἐν οὖν τούτοις τοῖς ὄμβροις (θερινοῖς) λῖνον σπείρεται καὶ κέγχρος. πρὸς τούτοις σήσαμον, ὄρυζα, βόσμορον· τοῖς χειμερινοῖς δὲ καιροῖς πυροὶ, κριθαὶ, ὄσπρια καὶ ἄλλοι καρποὶ ἐδώδιμοι.* sunt enim his gemella. Adde p. 1016. A., ubi ex Eratosthene et Megasthene non dissimilia memorat. Scripsi autem brevi post *τὸ βόσπορον*, quoniam ita uterque et Diodorus et Strabo solent. WESS.

149. 38. *Πάντων δὲ τελεσφορουμένων*] *Μὴ* ante participium inseratur. RHOD.

149. 45. *Κατ' ἐνιαυτὸν — γίνεσθαι*] Haec Scholion redolent, a librario, ut superiora illustraret, nimis officiose additum: constat quidem certe et congruit oratio, si hinc elimines. Quae sequuntur, omni ex parte non videntur integra: ipsa verborum series pro se id loquitur, et haec Strabonis eadem de re XV. p. 1016. A. *τούς τε ξυλίνους καρποὺς γεννᾶσθαι πολλοὺς, καὶ τὰς ῥίζας τῶν φυτῶν καὶ μάλιστα τῶν μεγάλων καλάμων, γλυκείας καὶ φύσει καὶ ἑψήσει, χλιαινομένου τοῦ ὕδατος τοῖς ἡλίοις, τοῦ τ' ἐκπίπτοντος ἐκ Διὸς καὶ τοῦ ποταμίου.* Conveniunt enim ita, ut eodem ex fonte hausta putes. Accedunt veteres libri, pauca ad sententiam adstruentes. Fuit certe cum opinarer, posse, inducto Grammatici interpretamento, omnia ad hunc modum refingi: *καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ὄμβρων — γινομένων· γεννᾷ τε τούτων δαψίλειαν, χλιαρῶν πιπτόντων ὑδάτων ἐκ τοῦ περιέχοντος ἀέρος, καὶ τὰς ἐν τοῖς ἕλεσι ῥίζας ἕψοντος* etc., ut dicat, *regionis eius campos dulci amnium et imbrium copia madidos, eorum fructuum et radicum*, de quibus egerat, *uberem abundantiam proferre, depluentibus tepefactis aquis et aestu palustres radices percoquente.* Nunc nihil admodum decerno, relictisque, quae mihi in mentem venerant, rem integram ad consilium eruditiorum refero. WESS.

150. 52. *Γεωργῶν ἱερῶν — ἐωμέκων*] Repetuntur haec c. 40. WESS.

150. 58. *Οὔτε δενδροτομοῦσιν*] Similis humanitas Timothei, qui *οὐκ ἐπέτρεπε οὔτε οἰκίαν, οὔτε ἔπαυλιν καθαιρεῖν, οὐ μὴν οὐδὲ ἥμερον δένδρον ἐκκόπτειν*, in Polyaeni III. Stratag. 10. 5.; cui consentanea lex divina Deuter. XX. 19. Vide H. Grotium III. Iur. Belli ac Pac. 12. 1. Wess.

150. 65. *Τὸ πλάτος γενόμενος σταδίων τριάκοντα*] Addit L. XVII. 93. duo stadia, quam XXXII stadiorum latitudinem eidem fluvio tribuit Plutarch. Alexand. p. 699. E. Alii haud paullo ampliorem perhibent in Strabon. XV. p. 1027. C. Arrian. Indic. c. 4. et Aelian. XII. H. A. 41. Wess.

150. 68. *Τὸ ἔθνος τὸ τῶν Γανδαριδῶν*] Sic saepe XVII. 93., quamquam editio Basileensis *Γαγγαριδῶν*, ad morem modumque Latinorum, qui *Gangaridas*, tanquam a Gange, appellare plerumque solent. *Γαργαρίδας*, uti Co. et Mutin., habet Dionysius Perieges. v. 1144. Vide Cl. Salmas. in Solin. 698. Wess.

150. 73. *Τοὺς Γανδαρίδας οὐκ ἐπολέμησε*] Videbitur fortasse hoc insolentius: sed et ita Iosephus II. B. I. 10. 4. *πολεμήσει δὲ ὑμᾶς ὃ πέμψας ἐμέ, οὐκ ἐγώ*. Appianus IV. B. C. p. 1065. *καὶ ὅσους ἐπολέμησαν, ἐς συμμαχίαν αὐτοὺς ἔπεισαν*. Plura ad IV. 63. Wess.

150. 76. *Τετρακισχιλίους ἐλέφαντας*] Eadem haec habet L. XVII. 93. atque inde Curtius IX. 2. Wess.

150. 83. *Ὕπανιν καὶ Ὑδάσπην καὶ Ἀκεσῖνον*] Priorem Ὕφασιν XVII. 93. vocat, *Hypasin* Plinius VI. 17. et Curtius XI. 1., quod nomen latere videtur in vitiosa Coisl. et Mutin. scriptura, Ὕπανιν Strabo XV. p. 1025.; ut variatum eo in nomine fuisse videatur. Alterum Ὕδασπιν, quomodo Mutin. et Reg., I. 41., sed melius XVII. 96. *Hydaspem*. Tertium *Acesinem* Ἀκεσίνην eiusdem libri c. 95., sicuti plerique omnes veterum: quare et hic corrigendum arbitror. Wess.

150. 85. *Ποιεῖ κατάῤῥυτον κηπεύμασι καὶ καρποῖς*] Novi *γῆν ἔνδροσόν τε καὶ κατάῤῥυτον* Aeliani X. H. A. 37. et *κήπους καταῤῥύτους* Euripidis Elect. v. 777.; sed hoc singulare est, et affluentem copiam, quod G. Budaeo visum, indicat; qua translatione Plautus Epidic. I. 2. 18. *Quem quidem ego hominem irrigatum plagis pistori dabo*. Wess.

150. 90. *Τήν τε Σκυθῶν καὶ Βακτριανῶν* etc.] Conf. Strabon. XV. p. 1021. Cl. Ptolemaeum VII. Geograph. 1. et Agathemer. II. 6. Wess.

151. 95. *Ὀνομαζόμενον Σίλλαν*] Sic et Arrian. Indic. c. 6. Strabo *Siliam* XV. p. 1029. vocans, quae de eo traduntur, Democrito et Aristoteli, viris prudentissimis, fabulis similia fuisse visa recte addit. Corruptum fontis et fluminis nomen est in Antigono Carystio Hist. Mirab. c. 161.; nam Io. Meursii medicina, ut magnam partem praestabilis est, ita locum haud persanat. Tu lege, *τὴν δὲ ἐν τοῖς Ἰνδικοῖς κρήνην Σίλαν* etc. una duntaxat adiuncta

litera: atque haud scio, an *stagnum Siden in Indis, in quo nihil innatet, omnia mergantur*, apud Plinium XXXI. H. N. 2. ex Ctesia, permutatis literis Λ et Δ, hinc natum sit. WESS.

151. 2. *Ἔθνη πολλὰ καὶ παντοδαπὰ*] Vide Megasthenem in Arriani Indic. c. 7. WESS.

151. 7. *Ἐσθῆσι δὲ ταῖς δορατῖς τῶν ζώων*] Dixi ad I. 43., quibus adde Strabon. XV. p. 1047. B. WESS.

151. 10. *Τῆς χρείας αὐτῆς ὑφηγουμένης* etc.] Eadem haec verbis prorsus similibus I. 8. exsecutus est. WESS.

151. 17. *Διόνυσον ἐκ τῶν πρὸς ἑσπέραν τόπων*] Indorum alii in Philostrati II. Vit. Apollon. 9. Bacchum advenam ex Assyria fuisse, alii suae regionis indigenam, Graeci Thebis ortum Indos domuisse perhibent; praecipue poëtae, fabulas vetustiores novis coloribus instruentes, de quibus Strabo XV. p. 1008. Videtur tamen prisci aevi Heros, et multarum Asiae regionum victor, obscurioribus his fabularum involucris tectus. WESS.

151. 26. *Ὀνομάζεσθαι δὲ τὸν τόπον τοῦτον Μηρὸν*] Respicit haec Diodori Etymologus in *Διόνυσος*. *Merum* autem montis in India nomen fuisse, agnoscunt Indi Tamuli, veteri e fama memorantes, Heroem taurinis cornibus in urbe *Nisadabura*, haud longe a *Meru* monte natum, carnibusque pastum ac vino repleri solitum, diis bellum fecisse: quae *Nysam* urbem *Merum*que montem et Bacchi apud Indos fabulas haud parum illustrare bene monuit Theoph. Sigefr. Bayerus Hist. Regn. Bactr. p. 3. WESS.

151. 30. *Τῆς παραθέσεως τῶν καρπῶν ἐπιμεληθέντα*] Docuisse Bacchum arandi serendique modum Indos, Arrian. Indic. c. 7. et plures alii auctores sunt. Putem tamen non adeo de *serendis ac plantandis fructibus*, quo modo *κατάθεσιν τῶν καρπῶν* explicuit Rhodoman., hoc loco agi, quam conservandis et in horrea congerendis; id enim quae proxime consequuntur, videntur postulare. Sequor propterea scriptos Codd., ipsumque Diodorum, qui *τὰς τῶν ἡμέρων καρπῶν παραθέσεις fructuum recondendorum modum* III. 56. et *fructus in futurum congestos habere*, *ἔχειν παραθέσεις σίτου* XIX. 41. *eosque in necessarios usus comportare παράθεσιν τῶν καρπῶν ποιεῖσθαι εἰς τὰς ἐνδείας* exprimere consuevit. Vid. supra I. 8. WESS.

152. 41. *Τυμπάνοις καὶ κυμβάλοις κεχρῆσθαι*] Ridet haec Lucian. D. Deor. XVIII. 1., tamen tympanorum iste et cymbalorum strepitus Indici moris est, sicuti Strabo XV. p. 1008. et 1017. C. et Theoph. Sig. Bayerus Hist. R. Bactr. p. 3. ostendunt: quamquam hic difficulter persuadebit *τυμπάνου* vocem ex India in Graecum sermonem migrasse. WESS.

152. 43. *Γήρᾳ τελευτῆσαι*] Longe diversa de Baccho Indi in Arriani Indic. c. 8. WESS.

152. 51. *Τό, τε ῥόπαλον καὶ τὴν λεοντῆν*] Eadem Megasthenes de Herculis armatura ex Indorum traditionibus in Ar-

riani Indic. c. 8. Vid. supr. I. 24. Appellabant autem Herculem suo sermone *Sandem*, ut Nonnus XXXIV. Dionysiac. v. 196. significat, et uberius declaratum est ad Hierocl. Synecdem. p. 710. WESS.

152. 58. *Εἰς ἅπαντας τοὺς τόπους ἀποδεῖξαι βασιλέας*] Defendi hoc posse scio: vitii tamen aliquid huic loco adhaesisse, vetustarum dissensus schedarum admonet. Puto Diodorum scripsisse, *ἅπαντας ἀποδεῖξαι βασιλέας*, generisque enallagen illam scripturae variantem discordiam peperisse; qua nihil tamen frequentius. Ioannes Epist. I. 5. 21. *τεκνία, φυλάξατε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων*. et Epist. II. 1. 4. Liban. T. II. p. 31. C. *Ὁρῶ συμφοιτητῶν τε ἔθνη, τοὺς μὲν ἐν ἀρχαῖς φανέντας, τοὺς δὲ δικαζομένοις συμμάχους*. Non addo Homericum *φίλε τέκνον*, ne in re obvia, et saepe explicita, nimius videar. WESS.

152. 59. *Μίαν δὲ θυγατέρα θρέψαντα*] Nomen illi erat *Pandaeae*, de qua et patris amoribus absurda multa apud Arrian. Indic. c. 9. Indi nugantur. WESS.

152. 62. *Παλίβοθρα*] Sita erat ad confluentes Erannoboae et Gangis aquas in Praesiorum regione, teste Arriano, cui *Παλίμβοθρα*, Indicor. c. 10.; longitudine stad. LXXX, latitudine XV, figura quadrangula, apud Strabon. XV. p. 1028. A. Vocis originationem ex Indorum sermone exposuit Th. Sig. Bayer. Histor. Regn. Bactr. p. 36. WESS.

152. 65. *Ὕδασι πληρουμένοις*] *Τάφροις* femininum est: ideo *πληρουμέναις* scribendum. RHOD. *Ποταμίοις ὕδασι πληρουμένην*] Vulgo quod legebatur, id bene Rhodom. corrigendum censuit. Ego Coislin. sequor, et ad urbem refero, quam fluvialis aqua interluebat; nec intercedo tamen, si qui Rhodom. partes sectari velint. Fossam, urbi additam *φυλακῆς τε χάριν καὶ ὑποδοχῆς τῶν ἐκ τῆς πόλεως ἀπορῥοιῶν* habet etiam Strabo XV. p. 1028. et Arrian. Indic. c. 10. WESS.

152. 66. *Τὴν ἐξ ἀνθρώπων μετάστασιν ποιησάμενον*] Vide supr. I. 19. WESS.

152. 77. *Ἐλευθέρους δ' ὑπάρχοντας τὴν ἰσότητα τιμᾶν*] Hoc praefero ob scriptos Codd. Arrian. Indic. c. 10. *πάντας Ἰνδοὺς εἶναι ἐλευθέρους, οὐδέ τινα δοῦλον εἶναι Ἰνδόν*. Simile Essenorum in Palaestina institutum erat, de quibus Philo Iud. Quod Om. Prob. Lib. p. 877. B. *δοῦλός τε παρ' αὐτοῖς*, inquit, *οὐδὲ εἷς ἐστὶν, ἀλλ' ἐλεύθεροι πάντες ἀνθυπουργοῦντες ἀλλήλοις, καταγινώσκουσί τε τῶν δεσποτῶν, οἱ μόνον ὡς ἀδίκων, ὁσιότητα λυμαινομένων, ἀλλὰ καὶ ὡς ἀσεβῶν, θεσμὸν φύσεως ἀναιρούντων*. ubi opinor praestaturum, si *ἰσότητα λυμαινομένων* legeris. Vide eundem de Vit. Contempl. p. 900. B. WESS.

152. 81. *Εὐήθεις γὰρ εἶναι*] Repone *εὔηθες*. RHOD.

153. 83. *Εἰς ἑπτὰ μέρη διῄρηται*] Gemina his Strabo XV. p. 1029. ex Megasthene et Arrian. Indicor. c. 11., prodiderunt

de Indorum institutis. Prorsus autem probabile est, hanc reipublicae eorum descriptionem ex Aegypto, ubi eadem consuetudo valebat, testibus Herodoto II. 163. et Diodoro I. 73., cum multis aliis, de quibus M. V. La Croze Histor. Indor. L. VI. p. 433., venisse. Wess.

153. 95. *Ἐπὶ τὴν μεγάλην σύνοδον*] Sic et Strabo. Videntur sollemni eo conventu de communi reipublicae deliberasse, philosophosque adhibuisse in consilium, ut quidquid observassent de fructibus, republica, animalibus, id illi in medium conferrent. Vide Porphyr. IV. A. A. 17. de his philosophis. Wess.

153. 3. *Λέγεται τιμωρίαν*] *Λέγεται* significantius est. at plus soni habet *ἀναδέχεται*. Rhod. *Ἄλλην οὐδεμίαν ἀναδέχεται τιμωρίαν*] Ego compositum ob vetustos Codd. et sermonis usum malui. Philo Iud. De Cherub. p. 121. C. *νομίσας δὲ ἀλλότριον εἶναι, ... Σισύφειον τιμωρίαν ἀναδέξεται.* Herodian. V. p. 565. *δεδιότες, εἰ ἡττηθεῖεν, τὴν ἐφ' οἷς ἔδρασαν τιμωρίαν ἀναδέξασθαι.* Illa autem silentii poena non statim philosophis irrogabatur, sed tertia ubi vice inter divinandum aberrassent, Strabone et Arriano auctoribus; qua poena, iusta profecto, si omnes praestigiatores et plani plecterentur, bene utique humano cum genere ageretur. Wess.

153. 16. *Χωρὶς δὲ τῆς μισθώσεως τετάρτην* etc.] Quartam fructuum partem mercedis loco regi dedisse Strabo XV. p. 1030. A. scribit; quod vero mihi similius videtur. Mox *εἰς τὸ βασιλικὸν τελοῦσι* praeoptavi; non quod ineptum esset vulgatum: sic enim et Plato Theag. p. 121. D. *χρήματα τελέσαι τινὶ τῶν σοφιστῶν.* et Noster XIII. 59. *φόρον τελεῖν τοῖς Καρχηδονίοις.* sed ne tot librorum iudicio refragarer. Wess.

153. 20. *Σκηνίτῃ δὲ βίῳ χρῶνται*] Iustum hoc legitimumque diceres. Strabo de iisdem, *πλάνητα καὶ σκηνίτην νεμόμενοι βίον.* Tamen *Λίβυες οἱ Σκηνῆται* Polluc. Onomast. I. 74. et *σκηνήτης βίος* infr. c. 54. Porro, quod additur in Reg. *καθὼς οἱ Κώμανοι*, id equidem unde venerit, nescio: respicit quidem certe *Comanos* Plinii VI. N. H. 16. cosque egregie iuvat. Wess.

Ibid. Κυνηγετοῦντες καθαρὰν ποιοῦσι τὴν χώραν] Quod quibusdam in libris additur *ζωγροῦντες*, id a librariis propter aves, quarum mentio sequitur, adiunctum arbitror. Vid. I. 24. Wess.

154. 28. *Ἀλλὰ καὶ σιτομετρίαν ἐκ τοῦ βασιλικοῦ λαμβάνουσι*] Nisi de illis acceperis, qui arma regi fabricabantur, falsa dixerit. Distinctius Strabo XV. p. 1033. *τοῖς δ' ὁπλοποιοῖς καὶ ναυπηγοῖς μισθοὶ καὶ τροφαὶ παρὰ τοῦ βασιλέως ἔκκεινται· μόνῳ γὰρ ἐργάζονται.* Nec dissentit Arrian. Indic. c. 12. Wess.

154. 31. *Ἀνέσει καὶ παιδιᾷ πλείστῃ χρώμενον*] Non multo dissimilia de militaribus his viris Strabo, levi tamen mendo obsitus, quod obiter eluemus. *Οἷς*, ait XV. p. 1033. C. *τὸν ἄλλον*

χρόνον ἐν σχολῇ καὶ τόποις ὁ βίος ἐστὶν, ἐκ τοῦ βασιλικοῦ διαιτωμένοις. Quae Latina hunc in modum fecerunt: *qui reliquum tempus otiosi agunt, in locis ab rege constitutis, ubi et victus eis praebetur.* Nimis profecto liberaliter: nihil enim Graeca de locis a rege constitutis. Tu lege *πότοις*, et convivia intellige, ad quae sumptus illis ex aerario regio suppeditabantur. Per autem familiarem librariorum nationi harum vocum permutationem esse, Cl. Salmasius ad Achill. Tat. V. p. 339., Gilb. Gaulmin. in Eustathium de Ismen. Amorib. X. p. 402. et August. Bryan. ad Plutarchi Themist. T. I. p. 249. edit. Londin. exemplis declararunt, neque ullam adeo dubitandi hac quidem de correctione materiam reliquerunt. WESS.

154. 34. *Τὸ τῶν ἐφόρων*] Arriano *ἐπίσκοποι* Indic. c. 12., at Straboni, sicuti et Diodoro, *ἔφοροι*. quod utrumque eandem in sententiam recidit. WESS.

154. 43. *Καὶ τοὺς ἄρχοντας ἐκ τούτων ἔχουσι*] Hic sequi debuerant, quae post *παρέκβασιν* de elephantis leguntur, *εἰσὶ δὲ παρ' Ἰνδοῖς καὶ ἐπὶ τοὺς ξένους* etc. usque *τοῖς ἁμαρτάνουσι προσφέρονται.* quae quidem ego non dubitem exscribentium socordia ex hoc loco eam in sedem immigrasse, parum profecto accommodam. Huc si revocentur, bene omnia procedent, nec quae de elephantis addit, minus opportuna videbuntur, simili loco collocata ab Arriano Indic. c. 13. WESS.

154. 45. *Οὐκ ἔστι δὲ γαμεῖν ἐξ ἄλλου μέρους*] Si *γένους* ex libris Coisl. et Mutin. malueris, suffragabitur Strabo XV. p. 1033. D. *οὐκ ἔστι δ' οὔτε γαμεῖν ἐξ ἄλλου γένους, οὔτ' ἐπιτήδευμα οὔτ' ἐργασίαν μεταλαμβάνειν ἄλλην ἐξ ἄλλης, οὐδὲ πλείους μεταχειρίζεσθαι τὸν αὐτόν.* Sed id perleve est et paene arbitrarium. Illud quidem certe ex Strabone adparet, in his quae consequuntur, *ἢ πλείους προαιρέσεις* scribi oportere, aut, cuius in mentem doctissimo Rhodom. venit, *δύο προαιρέσεις*, uti fere Arrian. c. 12. WESS.

Ibid. *Ἢ προαιρέσεις ἢ τέχνας*] Post disiunctivam inserendum videtur *δύο*, ac sequens *ἢ* in *καὶ* forte mutandum. RHOD.

154. 52. *Κύουσι δὲ τοὺς μὲν ἐλαχίστους* etc.] Strabo iisdem verbis exsequitur XV. p. 1031. B.; ut dubium esse non possit, eodem ex Megasthenis fonte utrumque hausisse. Aristoteles biennio uterum ferre V. Hist. Anim. 14. adfirmat, quo respexisse arbitror Aelian. IV. H. A. 31. Paullo ante *τετράποσι ζώοις* oportuerat, quod neque Rhodomanno latuit. WESS.

154. 57. *Ἔτη διακόσια*] Ad trecentos annos elephanti vitam prorogat Philosophus VIII. Hist. Animal. 9. quem Plinius VIII. H. N. 10. sequitur. Longe vero seniorem dabit Philostrat. II. Vit. Apoll. 12. et Aelian. IX. H. A. 58.; unde suo merito *ἀμετροβίους* Manetho I. 53. elephantos nuncupat. WESS.

154. 61. *Καὶ τελευτήσαντας θάπτουσιν*] Multo hoc rotundius. Strabo XV. p. 1034. *τὰ χρήματα τῶν ἀποθανόντων, νοσούντων τε ἐπιμελοῦνται, καὶ ἀποθανόντας θάπτουσι.* Induxi praeterea supervacaneas voces *τοῦ ξένου*, quae ante *χρήματα* vulgo sedem occuparant, Mss. secutus. Wess.

155. 72. *Παρὰ τὸν Ἀράξην ποταμὸν*] Hanc sedem et Scythis tribuit Herodot. I. 201.; sed dubium est, quis ille Araxes? Mediae quidem illi fluvius est, e Matienis progressus, et proxime Issedones decurrens, Istroque de magnitudine decertans: quae tamen in Mediae Araxem haud bene conveniunt, nec Issedonibus adfinem, neque ea amplitudine. Quare Th. Sig. Bayerus probabili coniectura Volgam, *Rus*, *Ros*, *Ras*, *Aras* olim nuncupatum, esse contendit in Dissert. de Orig. Scythar. T. I. Commentar. Academ. Petropolit. p. 395.; eum enim Scythae accoluerunt, Issedonibus vicini, atque illis sedibus egressi Cimmerios, de quibus Herodotus, invaserunt, eorumque regiones occuparunt. Wess.

155. 81. *Τὰ κατώτερα, ἐχίδνης*] *Μιξοπάρθενόν τινα Ἔχιδναν διφυέα* Herodot. IV. 8. appellat, in ceteris a Diodoro plurimum dissentiens; Herculem enim illi dat amatorem, cui filios Agathyrsum, Gelonum et Scytham pepererit: quam eius opinionem Stephanus in *Ἀγάθυρσοι*, atque alibi sequitur. Wess.

155. 84. *Σκύθας προσαγορεῦσαι*] De gentis nomine Grammaticorum nugae sunt plures. *Καλεῖσθαι δὲ λέγονται Σκύθαι, ἢ παρὰ τὰ σκύτη, ἃ περιβέβληνται· ἢ παρὰ τὸ σκύζεσθαι, ἤτοι ὀργίζεσθαι*, inquit Eustath. in Perieges. v. 728. Dionysii. Promptior nominis caussa erat, si a rege et gentis conditore, ut hic, repeteretur: et tamen Herodotus IV. 6. Graecis nominis eius originem tribuit; qui cum admirabilem eorum in sagittando artem et industriam cernerent, sagittariosque ab iis *Scythas* dici audirent, id cognominis toti genti contribuerunt; cuius vocabuli usus in Scythicae originis dialectis in nostram usque aetatem frequentatur. Conf. T. S. Bayerum de Scythar. Orig. p. 379. Wess.

155. 89. *Τοὺς μὲν Πάλους*] *Palos*, Scythicam gentem, nusquam legere memini, neque etiam *Napas:* fortasse tamen *Pali* latent in Plinii VI. N. H. 7. *Spaleis*, et *Napae* in eiusdem *Napaeis*, atque ab his *Νάπις*, *κώμη Σκυθίας*, de qua Ethnicographus, nomen sortita est. Wess.

155. 94. *Μέχρι τοῦ κατ' Αἴγυπτον Νείλου*] Scytharum in Aegyptum usque excursum Iustin. II. 3. alium Herodot. I. 105. memorant; uter intelligendus sit, non decerno. Wess.

155. 5. *Τὴν μὲν ἐκ τῶν Ἀσσυρίων*] Ipsa pro se oratio loquitur, verum hoc esse. Scythae coloniam deduxerunt, non Assyrii; bene ergo *ἐκ τῶν Ἀσσυρίων*. Quam vero coloniam in animo habuerit, coniectando fortasse assequemur. Pontum inter et Paphlagoniam *Assyrii*, quos alii *Syros* aut *Leucosyros* nuncupant, incoluere, testibus Apollon. Rhod. II. 966. Dionys. Perieges. v.

772. et Strabone XII. p. 819. Syrorum aut Assyriorum esse propaginem, nomen argumento est; deducti itaque patriis e sedibus in eos sunt agros; et a Scythis quidem, si verum Noster dicit: neque enim eam Scytharum coloniam, quae in Cappadociae ora ad Thermodonta consedit, de qua Iustin. II. 4., intellexit, quippe ex ipsis Scytharum finibus emissam. Wess.

155. 8. *Σαυρομάτας ὀνομασθῆναι*] Ad Tanain et Maeotin Sauromatas locat et Herodot. IV. 57. et Mela I. 19.; qui si e Media fuerint deducti, sedem eo tempore mutasse videntur, quo Scythae, Cyaxare victo, Medis imperarunt, eodem I. 106. auctore. Verum haec dubia admodum sunt atque incerta; quae vero de Sauromatarum in Scythiae agros excursionibus adduntur, ea Strabo non infringit L. VII. p. 468. Wess.

156. 14. *Ἐν τούτοις γὰρ τοῖς ἔθνεσι γυμνάζονται*] *Αἱ γυναῖκες*, quas Codd. vetusti addunt, ex superioribus commodissime intelliguntur. De Sacarum Scytharumque mulierum virili animo vide c. 34. et Hippocrat. Aër. Aq. et Loc. p. 291. Wess.

156. 23. *Καὶ τὸν Κῦρον — — ἀνεσταύρωσε*] Qui praeter Nostrum in crucem fuisse sublatum a victrice regina Cyrum memorarit, neminem reperio; quae res mira esse non debet in ea scriptorum strage et incredibili discordia de Cyri regis exitu. Vide Io. And. Bosium ad Corn. Nepot. Reg. 1. T. Hemsterh. in Lucian. Contempl. c. 13. et quae disputavi in Simsonii Chronic. A. M. 3475. p. 673. Wess.

156. 26. *Πολλὴν χώραν ὅμορον καταδραμεῖν*] Non ignoro de incursionibus *ἐπιδραμεῖν* Herodiano frequenti in usu esse; sequor tamen Cod. Mutin., cui optimus quisque adstipulatur. Sic c. 48. *καὶ πολλὴν τῆς ὁμόρου χώρας κατατρέχοντες λῃστεύουσιν.* et XI. 64. *κατέτρεχον τὴν Λακωνικήν.* Strabo XII. p. 854. C. *καὶ κατέτρεχον τὴν ἀλλοτρίαν.* Ioseph. I. B. I. 17. 5. *Ἡρώδης δὲ τὴν πολεμίαν καταδραμών, πέντε μὲν πόλεις καταστρέφεται* etc. Conf. D. Hoeschel. ad Photii Biblioth. p. 72. Wess. Vid. Dorvill. ad Charit. VI. 8.

156. 31. *Ἔθνους κρατοῦντος γυναικοκρατουμένου*] Legendum *κατοικοῦντος*, quod ex sequenti composito librarii oscitantia ita depravavit. Rhod. Non deerit fortasse, ut diversa hominum sunt studia, cui vulgatum se probabit; et possunt ad eius defensionem plura dici: ego tamen viro doctissimo adsentior. Quoniam autem inter Scythas deinceps haud defuerunt, qui muliebri imperio parebant, inde, ut proprium genti, de Sauromatis Plinius VI. N. H. 7. *Primo Sauromatae Gynaecocratumeni, unde Amazonum regna*, et ante eum Mela I. 19. Wess.

156. 39. *Καὶ τῆς τύχης εὐροούσης*] Quidquid prospere cedit, in eo *εὐροῆσαι* frequens esse solet: unde *εὐροοῦσαν ἐπιβουλήν* XI. 69. et *εὐροοῦσαν κακίαν* in Plutarchi T. II. p. 548. D. non tantum invenies, sed et *πράγματα εὐροοῦντα* in Polyb. IV.

48. VIII. 23., atque εὐροοῦντας κατὰ τὸν βίον apud Plut. de Audiend. Poët. p. 35. C. Bene ergo Phrynichus in Biblioth. Coislin. p. 466. *Βίου εὖροια, ἡ εὐδαιμονία καὶ εὐτυχία. παρὰ τὸ καλῶς ῥεῖν τὸν βίον.* Contra ea δυσροεῖν adversam experiri fortunam, de quo M. Meibom. in Epictet. p. 13. Wess.

156. 40. *Θυγατέρα μὲν Ἄρεος — προσαγορεῦσαι*] Iustin. II. 4. paullo aliter, *duae his*, inquit, *reginae fuere, Marpesia et Lampedo. — et ne successibus deesset auctoritas, genitas se Marte praedicabant.* Alii omnes *Marte* satas prodidere, ut Lysias Orat. XXXI. 2. *Ἀμαζόνες γὰρ Ἄρεος μὲν τὸ παλαιὸν ἦσαν θυγατέρες, οἰκοῦσαι δὲ παρὰ Θερμώδοντα ποταμόν.* qui dissensus, ut in fabulis, longe familiarissimus est. Porro quae sequuntur de imperio, quod in mares inhibuerunt, ea sine viris, uti plures voluerunt, haud egisse commonstrant. Vide P. Petitum de Amazonib. c. 4. Wess.

156. 45. *Τοὺς μὲν ἄρσενας ἐπήρουν*] Ut prius membrum cum posteriori apte cohaereat, lubenter ita scripserim, *πηροῦν τά τε σκέλη καὶ τοὺς βραχίονας, ἀχρήστους κατασκευάζοντας* etc. Scio tamen posse servari *ἐπήρουν* et *κατασκευάζοντες*, modo pro *ἐπικαίειν* legatur *ἐπέκαιον*. Sed omnia malo in infinitivo modo, quod eo et in proxime praecedenti oratione usus fuerit. Est praeterea *θηλυτερῶν* legendum, non *θηλυτέρων*. Steph. *Τοὺς μὲν ἄρσενας ἐπήρουν*] Hic nihil ambigens *πηροῦν* lego, et proximum *κατασκευάζοντες* in *κατασκευάζειν* muto, sed ante *ἀχρήστους ὥστε* inserto. Hoc ut fiat et praecedentes infinitivi et sequentes persuadent. Rhod. H. Stephani suspicioni satisfacit *ἐπέκαον* Codd. M. et Co.; nec expedit tamen cetera: quorsum enim referes *κατασκευάζοντες* eo genere et numero? Verum, credo, pervidit Rhodom., cui propterea adsentior. Summam autem et fidem excedentem Amazonum in mares liberos crudelitatem tetigit et Hippocrates, sed de rei veritate haud iniuria dubitans, Lib. de Articul. p. 820. his verbis: *μυθολογοῦσι δέ τινες, ὅτι αἱ Ἀμαζονίδες τὸ ἄρσεν γένος τὸ ἑωϋτῶν, αὐτίκα νήπιον ἐὸν, ἐξαρθρέουσιν. αἱ μὲν, κατὰ γούνατα, αἱ δὲ, κατὰ τὰ ἰσχία, ὡς δῆθεν χωλὰ γίνοιτο, καὶ μὴ ἐπιβουλεύοι τὸ ἄρρεν γένος τῷ θήλει. χειρώναξιν ἄρα τούτοισι χρέονται ὁκόσα ἢ σκυτίης ἔργα, ἢ χαλκείης, ἢ ἄλλο τι ἑδραῖον ἔργον. εἰ μὲν οὖν ἀληθέα ταῦτα ἐστὶ, ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα.* quae prudentissimi senis, etsi compluscula, hunc in locum addenda censui, quod Diodoro paria facerent lucemque inspergerent. Wess.

156. 50. *Τὸ ἔθνος τῶν Ἀμαζόνων ταύτης τυχεῖν τῆς προσηγορίας*] Nominis Amazonum haec origo et caussa multis est placita; quamquam Graecorum in huius vocabuli natalibus fluctuationem mirifice produnt haec Schol. Aeschyli Prometh. v. 722. *λέγονται δὲ Ἀμαζόνες ἢ ὅτι μαζίοις ἢ ἄρτοις οὐκ ἐχρῶντο, ἢ ὅτι ἔκαιον τοὺς μαζοὺς, ἢ ὅτι οὐδ' ὅλως εἶχον μαζοὺς, ἢ ὅτι μαζὸν*

οὐκ ἐθήλαζον etc.; talia enim qui commentantur, rem sibi non liquere vel inviti fatentur: sed eo erant ingenio; in vocibus peregrinis omnia sibi, necubi caecutire viderentur, permittebant. Ego ex Scythia, unde feminae, repetendum arbitror, convenitque egregie, sicuti diligentissime Franc. Foris Otrokoksi Origin. Hungar. P. II. c. 14. ostendit, *Am' Azzon*, qui in Hungariae finibus *viraginem robustamque mulierem* cum maxime designant. Wess.

157. 54. *Τοὔνομα Θεμίσκυραν*] Quae urbem subiectosque Themiscyrios campos illustrant, pleraque conduxit P. Petitus in Dissert. de Amazon. c. 28. Adde Aeschylum Prometh. v. 722.

—— *Ἔνθ' Ἀμαζόνων στρατὸν*
Ἥξεις στυγάνορ', αἳ Θεμίσκυρὰν ποτε
Κατοικιοῦσιν ἀμφὶ Θερμώδοντα.

et quae infr. IV. 16. Wess.

157. 60. *Ἡρωϊκῶς τελευτῆσαι*] Hoc et *ἡρωϊκῶς καταστρέψαι τὸν βίον* Diodoro familiare admodum est in eorum morte, qui strenue pugnantes occubuerunt, ut inferius hoc cap. et IV. 28. XII. 3. 29. 74. XV. 79. Wess. *Τὸν βίον* addunt libri tres optimi: id non solet addere Diodorus: sed habent Polybius II. 28. 10. Strabo I. p. 156. B. Libanius vol. I. p. 61. R., alii, neglectumque est similiter ab deterioribus libris infra post *καταστρέψειν*.

157. 67. *Ἀρτέμιδι — Ταυροπόλῳ*] Colebatur in Tauris, gente Scythica; unde furto ablatam imaginem Iphigenia cum Graecis communicavit, rixae materia, pluribus eam in illis et Asia sibi vindicantibus, praebita, de qua Pausan. III. 16. p. 249. Vid. Euripid. Iphig. Taur. v. 88. et 1457. ac de victimis humanis, quas illi mactabant, infr. IV. 45. Wess.

157. 82. *Ἆθλον λαβεῖν παρ' Εὐρυσθέως*] Uberius hac de re L. IV. 16. Wess.

157. 90. *Ὥστε μηδ' ὄνομα τοῦ γένους — ἀπολιπεῖν*] Noli ita accipere, ac si mox ab expeditione Herculis ea clades Amazonibus esset inflicta: fractae quidem ab eo Heroë sunt; nec deletae tamen, ut earum in Atticam excursio, et Penthesilea, Troiam profecta, indicant. Post deinceps vero, viribus magis atque magis attritis, paullatim a vicinis sunt debellatae atque exstinctae. Quae si P. Petitus considerasset, Diodoro nullam inpegisset dicam Dissert. de Amazon. c. 43.; nam quod urget ex L. IV. 55., id Africae Amazones praecipue spectat. Wess.

Ibid. Ἀμαζονίδων] *Ἀμαζόνων* Clar. 2., sine gravi caussa. Vid. Apollon. Rhod. II. 374. et Hippocrat. *περὶ ἄρθρων* p. 820. Wess.

158. 94. *Φόνον δ' ἱμφύλιον ἐπιτελεσαμένην*] Inter venandum sororem Hippolyten invita interfecerat, si fidem meretur Quintus Calab. I. 24. Wess.

158. 99. *Ὑπ' Ἀχιλλέως ἀναιρεθεῖσαν*] Eundem vide Quintum I. 593.; quicum haud bene congruunt, quae Eu-

stath. in Homer. p. 1696. et Servius Aeneid. I. 495. prodiderunt. Wess.

158. 4. *Μύθους ἡγοῦνται πεπλασμένους* etc.] Habet Amazonum Scythicarum historia, me quidem arbitro, veri admixtas partes, sed commentitiis fabellis mire obfuscatas. Cui enim persuaseris, dextram sibi omnes mammam praecidisse, ut expeditius arcum tenderent? rempublicam, in qua nulli mares, formasse? inmani matres in liberos melioris sexus crudelitate fuisse grassatas, expeditionesque in terras, longissime dissitas, suscepisse? Aufer haec et pauca alia, haud utique insolitum erit, feminae arma si tractent. Habet ad hunc modum plura Strabo XI. p. 770., quae, tametsi omnia non probo, prudenter sunt disputata. Wess.

158. 10. *Ἑκαταῖος*] Hecataeus, domo Abderites, *περὶ τῶν Ὑπερβορείων* commentarios reliquerat in Schol. Apollon. Rhod. II. 677.; quos et Aelian. designat XI. H. A. I. *ἀνθρώπων Ὑπερβορέων γένος*, inquiens, *καὶ τιμὰς Ἀπόλλωνος ἐκεῖθι ᾄδουσι μὲν καὶ ποιηταὶ, ὑμνοῦσι δὲ καὶ συγγραφεῖς. ἐν δὲ τοῖς καὶ Ἑκαταῖος, οὐ Μιλήσιος, ἀλλ' ὁ Ἀβδηρίτης.* et Plinius VI. N. H. 17. Wess.

Ibid. *Ἐν τοῖς ἀντιπέραν τῆς Κελτικῆς τόποις*] Doctissimus interpres *contra Galliam* vertit, ac si Hibernia aut Britannia esset: quam eius versionem Diodorus adfirmat I. V. 32.; Galliam tamen *τῆς Κελτικῆς* voce non posse hoc loco indicari, quae de Arctis, quibus insula fuerit subiecta, deque Borea adduntur, liquido commonstrant. Veteres, necdum exploratis Germaniae, quaeque ad septemtrionem vergunt, locis, uno *Celtarum* nomine omnes eos describebant, qui agros arabant a Gallia Scythiam usque extensos, Ephoro in Strabon. I. p. 59. et ceteris, quos antestatus est Philip. Cluver. I. Ger. A. c. 2., auctoribus. *Κελτικὴ* ergo, ab Hecataeo memorata, maritimam et in septemtrionem porrectam Germaniae regionem indicat: cui cum quodammodo obiecta sit *Sueonia* seu *Uplandia*, venit in mentem eruditissimo O. Rudbeckio Atlant. suae p. 371. insulam hanc, Hyperboreorum sedem, non aliam atque eam arbitrari: quam rem etsi studiosissime agat, et Diodorus illi suffragari videatur, haud iniuria vereor, ne non patriae suae studio nimium dederit: ea certe, quae de Arimaspis, Hyperboreorum vicinis, deque Issedonibus ab Herodoto IV. 13. 33. Pausan. I. 31. Mela III. 4. Plinio IV. N. H. 12. prodita novimus, vix permittent, ut in ultimo Europae septemtrione Hyperboreos quaesitum eamus. Wess.

158. 14. *Ἀπὸ τοῦ πορρωτέρω κεῖσθαι τῆς βορείου πνοῆς*] Haec vulgatissima nominis caussa, a poëtis inventa, atque, ut fit, ab eorum interpretibus fabulosius explicita. Doctissimus Rudbeckius Atlant. p. 366. a Suenonum gente nomen arcessit: regnasse enim inter eos veteri aevo regem *Boreum* seu *Boream*, a quo *Oferborne*, i. e. celsissima stirpe geniti, sint dicti: Graecos, moris sui tenaces, *Hyperboreos* *Ὑπερβορέους* inde exstruxisse; quod

eius viri commentum, excogitatum solertissime, praeter blandientem veri speciem nihil admodum habet, cur adoptes. Equidem illis accessero, qui apud Strabon. I. p. 107. Ὑπερβορέους τοὺς βορειοτάτους φασὶ λέγεσθαι, *Hyperboreos* dictos arbitrantur, quod maxime in septemtrionem vergant; opinorque id nominis primitus adhaesisse Graecorum colonis, qui litus Ponti septemtrionale accolebant: atque ea in re consentientem habeo Th. Sig. Bayer. Chronol. Scyth. p. 345. T. III. Comment. Academ. Petropolit. Alia si desideres, Iac. Perizon. ad Aelian. II. H. V. 26. consule. Wess.

158. 16. Ἐκφέρειν] φέρειν Coisl. nulla urgente caussa. Vid. I. 34. XVI. 84. Wess.

158. 17. Τὸν Ἀπόλλω μάλιστα — παρ' αὐτοῖς νμᾶσθαι] Tertium hunc Apollinem Iove tertio et Latona natum ex Hyperboreis Delphos venisse ferebant in Ciceron. III. N. D. 23.; colebant eum Hyperborei festis, dapibus, laetis omnibus et asinorum hecatombis, de quibus Pindar. Od. X. Pythionic., et uberius Ezech. Spanhem. in Callimachi Hym. Del. v. 281. Wess.

158. 23. Καὶ ναὸν ἀξιόλογον] Est et eius templi mentio in his Aeliani XI. H. A. 1. εἶτα κατιᾶσιν εἰς τὸν τοῦ νεὼ περίβολον, μέγιστόν τε καὶ τὸ κάλλος ὡραιότατον ὄντα, nimirum olores, qui eo devolabant, ut una cum citharistis suo cantu Apollinem celebrarent; quae serio si scripserit Hecataeus, hunc enim Aelianus auctorem habet, Graecorum credulitati egregie illusit. Wess.

158. 25. Μὲν ὑπάρχειν non habet Venetus, neque absurde. *Videbuntur* enim, si seriem orationis consideres, supervacanea. Wess.

158. 30. Πρὸς τοὺς Ἀθηναίους καὶ Δηλίους] Frugum primitias Hyperborei Arimaspis, illi Issedonibus, hi Scythis, tibiis, fistulis citharisque accinentibus, tradebant, donec ab aliis atque aliis acceptae in Graeciam atque Athenas pervenirent, inde vero in Delum, Pausan. I. 31.; quae amicitiae Hyperboreos inter et Athenienses praecipua caussa: Deliis et alia fuit, de qua Herodot. IV. 33. Conf. Spanhem. in Callim. Hym. Del. v. 283. Wess.

159. 35. Ἄβαριν εἰς τὴν Ἑλλάδα καταντήσαντα τὸ παλαιὸν] Venisse hominem in Graeciam magno veterum consensu adfirmatur: tempus ipsum, scriptoribus in diversa tendentibus, necdum certo finitum. Equidem haud eos male instituisse credo, qui, Pindarum in Harpocrat. Ἄβαρις secuti, Croeso aequalem fecerunt: abest enim ab illo rege, victo Olymp. LIX. Persarum armis, non multis annis Pindarus, natus Olymp. LXV., potuitque adeo de Abari, suae paene aetatis homine, certiora cognoscere. Euseb. Chron. p. 148. et Syncell. Chronogr. p. 239. eadem sunt sententia, nec longe inde abest H. Vales. in Harpocrat. p. 83. et Rich. Bentleius Dissert. de Phalar. Epist. p. 48. Vide tamen et Pet. Bayle Lexic. Critic. *Abaris*. Wess.

159. 39. Καί τινας ἐξοχὰς γεώδεις ἔχουσαν] In Luna eminentias, rupibus similes, animadverterunt superioris et nostrae

aetatis Astronomi, suspicatique sunt veteres in Plutarcho de Fac. in orbe Lun. p. 935. C.; at haec de Luna, Hyperboreis adeo vicina, ut eminentiae illae terrestres liquido conspiciantur, eiusdem sunt generis, cuius Epicureorum fabula de sole, cum stridore in Oceanum se inmergente, qui ab Hispanis exaudiri possit, apud Cleomedem II. p. 199. et Strabon. III. p. 202. Wess.

159. 43. *Μέγαν ἐνιαυτὸν ὀνομάζεσθαι*] Nihil hinc demuto: quod Codd. quidam praeferunt, sumptum arbitror ex L. XII. 36. *ἐν δὲ τοῖς εἰρημένοις ἔτεσι τὰ ἄστρα τὴν ἀποκατάστασιν ποιεῖται καὶ καθάπερ ἐνιαυτοῦ τινος μεγάλου τὸν ἀνακυκλισμὸν λαμβάνει. διὸ καί τινες Μέτωνος ἐνιαυτὸν ὀνομάζουσι.* hinc enim pronum erat *Metonis* adsciscere atque hanc in orationem inculcare nomen. Wess.

159. 49. *Ἀπογόνους ὄντας Βορέου*] Boreae, ut conpar connubium foret, Hecataeus uxorem dedit Chionem: hoc semine orti Boreadae tres, singuli VI cubitos alti, Apollini erant sacri. *Ἱεροί εἰσι τῷδε τῷ δαίμονι Βορέου καὶ Χιόνος υἱέες τρεῖς τὸν ἀριθμὸν, ἀδελφοὶ τὴν φύσιν, ἐξαπήχεις τὸ μῆκος*, Aelian. inquit XI. H. A. 1. Wess.

159. 53. *Ἀραβίαν*] *Ἀῤῥαβες* et *Ἀῤῥαβία* Coisl., de qua scriptura Eustath. in Dionys. v. 925. Wess.

159. 56. *Οὓς ὀνομάζουσι Ναβαταίους*] Conf. infra III. 42. et quae H. Relandus I. Palaest. 17. Wess.

159. 61. *Εὔκαιρα ῥέεθρα*] Cisternas has diligentius exsequitur L. XIX. 94. Wess.

159. 69. *Μόλις εἰς τὴν οἰκείαν σώζονται*] Si *μόγις* ex Cois. et Mut. malueris, erit *μετὰ πόνου*, ut Grammatici explicant, sicuti alterum *βραδέως*. Sed levi haec discrimine distant, et a librariis frequentissime permutantur. Lege Cl. T. Hemsterhus. ad Luciani Iudic. Vocal. c. 4. Wess.

160. 73. *Τὴν ἐλευθερίαν διαφυλάττοντες ἀσάλευτον*] Usus his est, ut *βασιλείαν ἀσάλευτον* Epist. ad Hebr. XII. 28. explicaret, Iac. Elsnerus. Solet Noster ea, quae firma stabilitaque perennant, hoc vocabulo describere, veluti III. 46. de Sabaeis, *οὗτοι τὴν εὐδαιμονίαν ἀσάλευτον ἔσχον.* et de Sardis, ex oraculo perpetua libertate usis, V. 15. *συνέβη τὸν χρησμὸν — αὐτονομίαν τοῖς ἐγχωρίοις ἀσάλευτον φυλάξαι.* quare et inducine, quae sartae et tectae, uti convenerat, manent, *σπονδαὶ ἀσάλευτοι* L. XII. 29. Wess.

160. 79. *Πέτρα καθ' ὑπερβολὴν ὀχυρὰ*] Haud aliter Strabo XVI. p. 1125. et inferius Diodor. XIX. 97. Huic autem petrae cum urbs esset imposita, eodem et illa nomine appellata Arabumque metropolis est habita apud Hieroclem Synecdemi p. 721. Wess.

160. 81. *Λίμνη τε μεγάλη* etc.] Descriptionem hanc lacus

Asphaltitae iisdem verbis repetit L. XIX. 98.; tu de eo H. Relandum I. Palaestin. c. 38. adi. Wess.

160. 83. *Τὸ μὲν μῆκος σταδίων ὡς πεντακοσίων*] Iosephus IV. B. I. 8. 4. dat illi longitudinem stad. DLXXX et latitudinem CL, quem ego sequendum arbitror. Porro ad sententiam nihil intererit, sive tu mox *ἐμβαλλόντων* seu *ἐκβαλλόντων* receperis; utrumque de fluviis, in mare aut lacum sese evolventibus, rectum est, ut superius c. 13., ubi eadem in Codd. varietas. Fluvios autem magnos, qui in lacum influunt, atque a Galeno IV. Simp. Med. Facult. p. 53. designantur, Iordanem atque Arnonem esse, supervacaneum est, ut moneatur. Wess.

160. 91. *Ἐφ' ὧν δὴ συνήθως* etc.] Haud scio utrum praepositio hic redundet, an vero alia, ut *ἀφ'* vel *ἐξ* substitui debeat. Rhod. *Ἐφ' ᾧ δὴ συνήθως* etc.] Posset sine ulla iactura praepositio hinc eliminari; nec eiicio tamen, quia ipse mordicus eam tenet L. XIX. 98., sed *ἐφ' ᾧ* scribens, quod, caussam rei innuens, uti Photius Epist. 152. ostendit, probo. Iosephus IV. B. I. 8. 4. bituminis glebas *τό, τε σχῆμα καὶ τὸ μέγεθος ταύροις ἀκεφάλοις παραπλησίας* perhibens, haec egregie illustrat, vicissimque haud leve patrocinium reperit contra eius conatus, qui *ταυρείοις ἀκεφάλοις*, *pellibus taurinis*, *capite truncatis*, suae orationi satis intempestive ingerebat. Wess.

160. 2. *Ἐπειδὰν ἀναφυσῆσαι συμβῇ*] *Ἀναφυσηθῆναι*, ut XIX. 98. videtur commodius: alioqui ex superioribus arcessendum erit *λίμνης* vocabulum, ne *ἀναφυσῆσαι* fulcro destitutum corruat. Wess.

160. 4. *Ἀγαθὴ δ' ἐστὶ φοινικόφυτος*] Hoc amplector, ipsi Diodoro XIX. 98. probatum, positumque ad exemplum Homerici *ἀγαθὴ κουροτρόφος* Odyss. I. 27. Palmas autem laetissime provenire prope Hierichuntem testem habemus Ioseph. IV. B. I. 8. 3., neque aliis deesse Arabiae locis, in lacum versus porrectis, Theophrast. II. H. Plant. 8. et Auctor gestorum S. Stephani Sabaïtae c. 11. et ult., quae T. III. Act. Sanct. Mens. Iul. ab Antwerpiensibus inserta sunt Iesuitis, condocefaciunt. Wess.

160. 7. *Ἐν αὐλῶνι τινὶ τὸ καλούμενον βάλσαμον*] Intelligit *αὐλῶνα τῆς Ἰεριχοῦντος*, quam vallem haud male expinxit Iustin. XXXVI. 3. Erat ad eam oppidum *Engadi*, unde balsamum *Engadenum*. Galen. I. de Antidot. p. 427. *διὰ δὲ τὸν τόπον, ἐν ᾧ γεννᾶται πλεῖστον καὶ κάλλιστον* (opobalsamum) *ἕτερον ὄνομα δεύτερον ἔχον, τὸ Ἐγγαδηνὸν γὰρ ὀνομάζεται, κρεῖττον ὂν τῶν ἐν ἄλλοις χωρίοις τῆς Παλαιστίνης γινομένων.* Sic ea lege: nam *τὸ Σιγαδινὸν*, quod libri ostendunt, nauci est et pravum vocabulum. Id bene, quod et aliis Palaestinae in locis gigni addit: circa enim Scythopolin aetate Aristidis T. III. p. 595. nascebatur. Iam Diodorus quod subiungit, nusquam id alibi terrarum reperiri, id vero ut omnibus persuadeatur, difficulter tenebit. Videtur enim

Arabiae stirps esse indigena, cuius et regionis Sabaeis Strabo XVII. p. 1124. et Pausan. IX. 29. Nosterque ipse inferius III. 45. tribuunt, ac diu ante eos Agatharchides de Rubr. Mar. p. 61.; immo Iosephus Sabaeorum reginae, quae ad Salomonem invisit, plantam acceptam refert L. VIII. A. I. 6. 6. Verum hac de controversia Prosp. Alpin. I. Plant. Aegypt. c. 14. et Io. Veslingius in Opobalsami Vindic. p. 242. plura. Wess.

161. 16. *Καὶ σχοῖνον*] Reddo scriptori vocem suam, e qua aut dictantis aut excipientis error *σχίνον* fecit, quem ad modum et L. V. 41. *Σχοῖνος ἀρωματῖτις* Strabon. XVI. p. 1095. B. in Arabia laetissime germinabat; quare iuncum aromaticum *σχοῖνον τὴν ἐξ Ἀραβίας* Galen. I. de Antidot. p. 434. et Dioscorid. I. 16. praecipue praedicant. De Calamo odorato idem I. 17. Wess.

161. 18. *Ὀσμαῖς ποικίλαις διείληπται*] Et hoc suam in sedem revocavi. Significat Arabiam refertam et quasi interstinctam esse illis odoribus, ut cap. 52. V. 14. et in Platonis Phaedon. p. 110. B. Wess. *Διείληπται* etiam Rhodom. in Add.

161. 19. *Τὸν προσφιλέστατον —— λιβανωτὸν*] Vide V. 41. Wess.

161. 25. *Καὶ χοιβάνων ὑπάρχειν ἐκκαύματα*] Phrynichus et Thomas M. *χοίβανον* tuentur, ad vocis veriverbium et originem provocantes, quam tamen diversam Schol. Aristoph. Achara. v. 86. edit. *Ἐκκαύματα* sunt *cremia*, *arida sarmenta*, quae igni admota flammam cito concipiunt. Theophrastus libro de Igne p. 436. *ἡλίου φῶς — τῇ λεπτότητι διαδυόμενον εἰς τὸ ἔκκαυμα.* pro quo saepius ipse atque alii *ὑπέκκαυμα.* quomodo Plutarch. T. II. p. 787. *οὔτως ἔστι καὶ δόξης καὶ φλογὸς οὐ χαλεπὴ σωτηρία καὶ τίφησις, ἀλλὰ μικρῶν ὑπεκκαυμάτων δεομένη.* et Ioseph. XVII. A. I. 10. 6. sed significatione tralata, ut in Aelian. Epist. 15. Plutarcho T. II. p. 117. A. 610. C. Wess.

161. 27. *Μικρῷ δείγματι ὑπάρχοντα*] *Δεῖγμα* est *exemplar*, *specimen*, quod rerum venalium solet proponi et circumferri; unde forum Athenis, *εἰς ὃ τὰ δείγματα ἐκομίζετο*, dicebatur *δεῖγμα*, sicuti et Rhodi infra XIX. 45., et *δείγματος χάριν*, quorum exiguum specimen praebetur, de quo Is. Casaub. in Athen. I. 22. et VI. 4. et Cl. Salmas. Observat. ad Ius Att. et Rom. c. 17. p. 383. Wess.

161. 30. *Τερέβινθος ἄπλατος*] *Ἄπλετος*, ut infra non semel, poeticum est, *infinitum*, *immensum*, *copiosissimum* significans. *Ἀγύραιον* vero, quod sequitur, quid sit, Physicis et Botanologis explicandum remitto. Qui nos etiam docebunt, utrum *Agyratum*, vel etiam *Ageratum*, non adeo ignotum, sit retinendum, an vero *Gyraton* vel *Boraton* pro authentico habendum. Ruon. Parum abest, quin suspicer in hac Rhodom. nota quaedam deficere; voluit, puto, *ἄπλατον* esse poëtarum, non alterum, quo Polybium, Apollodorum, Plutarchum, pluresque alios usos fuisse no-

vimus. Prius poëticum videri, docebit Pindar. O. I. Pythionic. v. 40. et quae ibi Critici: confundi vero atque alterius locum occupare inferius L. IV. 21. Wess.

161. 33. *Καὶ τὸ καλούμενον Βόρατον*] Ita correxi, obsecundans Cl. Salmasio in Solin. p. 670. *sic legendum* decernenti *ex libris; herbam enim Subinam, hoc est βραθὺ, vocatam etiam Βόραθον tradere Dioscoridem.* Id quidem ego in Dioscoride non reperio, qui L. I. 104. *βράθυς, ἔνιοι βάραθρον καλοῦσι*, prave fortasse, et, uti vir eruditissimus censuit, emendandum; nec muto tamen sententiam, quia Lexicon Botanicum in Append. Glossar. Graec. Med. p. 41. *Βοράτη* seu *βόρατον, κέδρος μεγάλη καὶ ἀγρία κυπάρισσος* cui consentiunt Glossae Nicomedis Iatrosophistae apud Salmasium. Recte ergo Symmachus, cuius rei commodum me admonet I. I. Wetstenius, exponit Psalm. CIII. 17. Hebraeum ברושים, *βόρατον*, et Aquila Cantic. I. 17. ברותים, *βορατίναι*, vocis originem liquido ostendentes. Wess.

161. 37. *Δύο*] Lege *διό*. Rhod.

161. 42. *Τὸ διατηκόμενον — συῤῥεῖ* etc.] Quae inpedita ante erant, nunc credo bene habent. Articulum duntaxat loco movi, in ceteris Coisliniani Cod. vestigiis inhaerens; cuius tamen et Mut. *ἁρμὰς*, etsi illis auxilio Hesychius esse possit, non recipio. Wess.

Ibid. Συῤῥεῖν] Forte *συῤῥοῦν*. Rhod.

161. 46. *Ἄπυρος χρυσὸς*] Aurum hoc accuratius describit, *τὸν αὐτοφυῆ*, inquiens, *καὶ καλούμενον ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ἄπυρον· κατὰ δὲ τὸ μέγεθος ἐλάχιστος μὲν εὑρίσκεται παραπλήσιος πυρῆνι, μέγιστος δὲ οὐ πολὺ λειπόμενος βασιλικοῦ καρύου. Sponte sua natum, quod ab eventu apyrum nominatur; cuius minimum frustum nucleo par est, maximum nuce regia haud multo inferius* L. III. 44. Quod, quoniam rarius olim per Graeciam, versipellis Iupiter induit, in puellae sinus influxurus. Euripid. Danae v. 30.

Σαφῶς δὲ πείθειν οὐκ ἔχων, εἰς μηχανὴν
Τοιάνδ' ἐχώρησ', ὡς ἄπυρος χρυσὸς γεγὼς,
Ποθεινὸν εἰδὼς τοῦτο κτῆμα τοῖς βροτοῖς,
Διὰ στέγους ῥεύσειεν ἐν χερσὶν κόρης.

ubi I. Barnes. caussam nominis exponens, et *rude atque ignis expers* esse negans, audiendus non est. Re vera enim non in Arabia tantum, sed ipsa in Hungaria reperitur eiusmodi aurum, nec levis ponderis, atque ita politum, ac si fusum et artificis manu exasciatum foret, ut exemplis bene multis in Auraria Romano-Dacica c. 2. declaravit Samuel Koelesernus. Reliqui autem auri ex ramentis excoquendi modum et morem Georg. Agricola L. IX. Rei Metall. p. 311. et 318. ostendit. Wess.

162. 56. *Ἡ προσορίζουσα τῇ Συρίᾳ*] Illustrat haec S. Bochartus P. I. Hieroz. III. 1. p. 722. Conf. inferius III. 43. Wess.

162. 60. *Βαβυλώνιοι τίγρεις*] De his nihil praecipuum legere memini; multo certe cognitiores sunt Hyrcanae et Indicae; quamquam de illis haud pauca quoque veteres, quae rerum usus falsi arguit, docente Is. Vossio in Melae L. III. 5. Wess.

162. 62. *Μίγματα χηνῶν καὶ καμήλων*] Mendum nimis enorme. Quid enim Struthocamelo cum ansere? cum a Strutho, *passere*, nominis et naturae dimidium referat. *Στρουθῶν* ergo restituendum, vel *χηνῶν* in *πτηνῶν* convertendum est, ad quod proxime alludit vox adulterina. Rhod. Posteriorem doctissimi viri coniecturam probavit Iob. Ludolfus Comment. in Hist. Aethiop. p. 161.; priorem ego praeferrem, si Poggium a scripto libro nihil abiisse liqueret, vertentem, *qui ex struthione cameloque constant, unde et nomen trahunt;* est enim, ut Oppian. III. Cynegetic. v. 483. ait

Ἀμφίδυμος, μέγα θαῦμα, μετὰ στρουθοῖο κάμηλος. Wess.

162. 64. *Νεογονεῖ*] Pro *νεογονεῖ* scribo *νεογενεῖ*. Rhod. *Νεογενεῖ* Clar. 2. recte. Vid. Polluc. II. 8. V. 16. Wess.

162. 66. *Ἀπαραλλάκτους κατὰ τὸν τύπον* etc.] Hesychius, *ἀπαραλλάκτῳ, ὁμοίῳ, κατὰ μηδὲν παραλλάσσοντι.* Vide I. 91. Wess.

162. 73. *Κατὰ τῆς γῆς ὠκέως ἀκροβατεῖ*] Ad verbum, *alte*, vel *sublimi gressu incedit.* Sed longe *ἐμφατικώτερον* et meo iudicio verius *ἀεροβατεῖ*, *aerios quasi gressus facit.* Rhod. Posset Rhodom. coniecturae robur conciliare Oppianus III. Cyneg. v. 490. de Struthocamelis,

Ἀέρος ὑψιπόροισιν ἐπιπλώουσι κελεύθοις,

sive aëris sublimibus viis eas quasi innatare canens, nisi Diodorus intercederet, suum *ἀκροβατεῖν* explicans III. 27. *μικρὸν ἄκροις ποσὶ τῆς γῆς ἐπιψαύειν*, *summis pedibus terram obiter stringere.* Quod et haec Aeliani II. H. A. 27. adfirmant, *ἡ στρουθὸς ἡ μεγάλη λασίοις μὲν τοῖς πτεροῖς ἐπτέρωται, ἀρθῆναι δὲ καὶ εἰς βαθὺν ἀέρα μετεωρισθῆναι φύσιν οὐκ ἔχει· θεῖ δὲ ὠκιστα.* Wess.

162. 74. *Τοὺς ὑποπίπτοντας — ἀποσφενδονᾷ*] Iubent scripti Codd. haec in integrum restitui, ipso suffragante scriptore L. III. 27. et Aeliano, qui L. IV. H. A. 37. *εἰ δὲ ἁλίσκεται, Struthocamelus, τοὺς παραπίπτοντας λίθους εἰς τοὐπίσω σφενδονᾷ τοῖς ποσί·* quem Phile sequitur c. IV. 10. Wess.

162. 77. *Περιπίπτειν* marg. Steph. aliique optime. Conf. XI. 7. XII. 62. et supra I. 92. Wess.

162. 80. *Μηδ' αὐτὸ βλέπεσθαι διαλαμβάνον*] Vulgatissima ea fama fuit; quare Oppianus cum de sciaena, quae occultato capite sese prorsus videri non posse opinatur, Halieut. IV. 621. dixisset,

— *Κάρη δ' ἄρα δίζεται οἷον*
Φράξασθαι κεφαλὴν δὲ κατακρύψασα καὶ ὅσσε
Ἔλπεται οὐχ ὁρόωσα λαθεῖν ὁρόωντος ἑφορμήν.

mox de struthocamelo, simili stultitia caput obnubente, vers. 630. subnectit:

Τοῖα δὲ καὶ Λιβύης πτερόεν βοτὸν ἀγκυλόδειρον
Νήπια τεχνάζει. —

Vide Conr. Rittersh., haec Diodori et Claudiani II. in Eutrop. 314. eadem de ave non negligentem:

— Oblita fugae, stat lumine clauso
Ridendum revoluta caput, creditque latere
Quem non ipsa videt. — Wess.

163. 90. *Τῷ μὲν γὰρ μεγέθει μικρότεραι* etc.] Camelopardalin longe melius describunt Oppian. III. Cyneg. 468. Philostorg. II. H. E. 11. et Prosp. Alpin. IV. Rer. Aegypt. c. 10.; e quorum consensu magnum in his errorem, animadversum quoque ab Antonio Constantio Epistola ad Galeottam Manfredum, inesse adparet: est enim Camelo par et collo longissimo. Habebit tamen aliquid excusationis, si cum Iob. Ludolfo dixeris, veteres hoc animal oratione sua expinxisse, non ex iusta sua magnitudine, sed parvum forte et pullum, quod adulta animalia difficulter transferantur: itaque eos adspectu externo contentos, de aetate nihil inquisivisse, in Comment. ad Hist. Aethiop. p. 149. Adde Ang. Politiani Observ. c. 3. Wess.

163. 95. *Τὴν οὐρὰν μακρὰν ἔχουσαι*] Nisi *μικρὰν* scripseris, et hic peccatum est. Recte Oppian. III. Cyneget. 480.

Οὐρὴ δ' αὖτ' ἐλάχεια, θοαῖς ἅτε δορκαλίδεσσι.

nam ἐλάφειαν ibi qui legunt, a vero longissime absunt, docente S. Bocharto P. I. Hierozoic. III. 21. p. 906. Wess.

163. 96. *Τραγέλαφοι καὶ βούβαλοι*] Iungunt haec Alexandrini quoque interpretes Deuteron. XIV. 5. Dubitarunt tamen veterum plures fueritne in rerum natura *τραγέλαφος* seu *hircocervus?* Sed iniuria: vidit enim Lutetiae Parisiorum *tragelaphum, cornua plane cervina gerentem, mentumque promissa hirtum barba et villosos armos, velocissimi in primo cursu impetus, sed cito deficientis*, Cl. Salmasius in Solin. p. 162.; vidit alium Edm. Chishull. Antiq. Asiat. p. 72. ut merito eius animalis patrocinium professi sint S. Bochart. P. II. Hieroz. VI. 1. et Ezech. Spanhem. Diss. IV. de Usu Numism. p. 200. Wess.

163. 3. *Καλῶν ζώων φύσεις γεννᾷν*] Habet in hanc rem notabilia Aelian. X. H. A. 13. Wess.

163. 7. *Ἐξηλλαγμένων τοῖς τε μεγέθεσι*] De illis copiose L. III. 35. Wess.

163. 15. *Τοὺς γὰρ κρυστάλλους λίθους ἔχειν* etc.] Non male haec dici Io. Iac. Scheuchzerus, de Crystalli origine et natura egregie disputans, profitetur Itin. Alpin. IV. p. 253. et ante eum Io. de Laet I. de Gem. et Lapid. c. 15. Verum aliud est, quod haud levem hic molestiam creat. Plinius XXXVII. N. H. 2. non alibi Crystallos reperiri ait, quam ubi maxime hibernae ni-

ves rigent, glaciemque esse certum est: qua quidem in re adversarios habet haud paucos; liquet tamen optimas in illis locis nasci, quae frigore horrent; praeterea de Crystallis ea Diodorus praedicat, quae earum ingenio non bene congruunt, cuiusmodi sunt, *ἀσίπτους διαμένειν*, et pluribus a natura coloribus imbui. Quae omnia cum animadvertisset Cl. Salmasius, *quid si*, inquit, *χρυστάλλους λίθους de omnibus gemmis in modum vitri tralucidis usurpavit, quas generatim ex humore perspicuo et vi caloris divini coacto formari dicit, variis autem coloribus imbui, hoc est, πολυμόρφως βαφῆναι ἀναθυμιάσει πνεύματος. Id per species deinde explicat, ut in Smaragdis, Beryllis, Chrysolithis, et Carbunculis. Τὰς γὰρ σμαράγδους, inquit, καὶ τὰ βηρύλλια διὰ τὴν ἀπὸ τῶν θείων βαφὴν καὶ συγχρώζεσθαι. Ergo et Smaragdi et Berylli, ceterique, qui ibi nominantur, χρύσταλλοι λίθοι, id est, translucidi, sed varie colorati ac tincti, prout variis inficiuntur solis exhalationibus. Τὴν ἀπὸ τῶν θείων βαφὴν vocat a divinis tincturam, non a* sulphure, *ut vulgo vertunt*, in Solin. p. 145. Quae ego solerter disputata maximam partem probo: namque et Strabo XV. p. 1045. A. *χρυστάλλων παντοίων* nomine gemmas lapidesque Indiae pretiosos, ut idem Salmas. p. 769. ostendit, conplectitur, et Aelian. XV. H. A. 8. Indiae gemmam *χρύσταλλον ὀρυκτὸν* appellat. Id male, quod Rhodom. redarguit, qui *ἀπὸ τῶν θείων a sulphure* verterat: quae enim adduntur, *διὰ τὴν βαφὴν καὶ σύνδεσιν*, quorumque partem vir doctissimus neglexit, iure optimo fecisse commonstrant. Wess.

163. 22. *Ὑπὸ καπνώδους ἀναθυμιάσεως ἡλίου θερμότητι*] Plinius XXXVII. H. N. 9. de Chrysolithis: *Sunt in hoc genere capniae, sunt vitreis similes, veluti croco refulgentes.* Confer Anselm. Boëtium II. Lap. et Gemm. c. 65. Wess.

164. 23. *Ἡλίου θερμότητος*] Substituendum e margine *θερμότητι*. Rhod.

164. 24. *Τοὺς ὀνομαζομένους ψευδοχρύσους* etc.] *Ψευδόχρυσος* est aurum arte mentium, cui nullus hic quidem locus. Omnino *ψευδοχρυσολίθους*, quod et Salmasio in mentem venit ad Solin. p. 769., reliquerat, aut certe *λίθους* subintelligi voluerat, *vitreos* designans, *qui a veris visu discerni non possunt*, quosque *tactus deprehendit tepidior in vitris*, ut Plinius ait XXXVII. 9. Vitro enim tincto olim, ut nunc, gemmae adulterabantur, atque id *βαπτόμενος χρύσταλλος*. Adde Io. de Lact I. de Gemm. et Lapid. 13. Mox *φασὶν ἀποτελεῖν* recte coniecit Rhodomannus, idque invitis Codd. probavi. Wess.

164. 27. *Τῇ πήξει φύσιν ἀποτελεῖν*] *Φασὶν* auctorem scripsisse nihil ambigo. Quae enim alias constructio? quae sententia? Cum disputatione hac confer, quae Aristoteles L. V. 6. *περὶ Ζώων γενέσ.* de coloribus animalium scribit. Rhod.

164. 35. *Καὶ δυσερμηνεύτους — χρόας*] Quas vix oratione explices, *δυσερμηνεύτους λέγειν*, ut loquitur auctor Epist. ad Hebrae. V. 11. Artemidor. III. Onirocrit. 67. *τοῦτον οὖν τὸν τρόπον καὶ οἱ ὄνειροι μεμιγμένοι εἰκότως εἰσὶ ποικίλοι καὶ τοῖς πολλοῖς δυσερμήνευτοι.* Wess.

164. 39. *Ποικιλίαν ἔβαψεν*] Coniectura hoc fuerat assecutus, ut ex versione et notarum addendis adparet, Rhodom. Nunc citra dubium res est. Wess.

164. 46. *Τὰ μὲν γὰρ χρώματα τὸ φῶς ἀπεργάζεσθαι*] Multo haec distinctius et accuratius explicuerunt nostrae aetatis philosophi, praeterque alios Cl. Pet. Musschenbroek Physic. §. 11. 24. etc. Wess.

164. 52. *Ἡ Παρία Λίγδος*] Quid hoc? An non *λίθος* etiam vulgo Graecorum est notissimum? *Λίγδος* tamen apud Favorinum Camertem quid sit indagare poteris, *ὡς ἐν ἑτοιμοτάτῳ*. Cui tamen nihil omnino hic loci conceditur. Rhod. Vidi quendam virum doctum, qui contendebat legendum *Παρία λίθος*. Ego tamen credo se bene habere vulgatam lectionem. Est enim in Paro insula mons *Λίγδος* nomine, unde exscindebatur candidissimum illud marmor, quod *Λύγδινον* et *Πάριον* dicebatur, et ipsum marmor *Λίγδον* etiam dictum fuisse a montis nomine suadet Anacreon, qui *Λύγδινον τρύχηλον* pro candido posuit. Philostratus etiam in Iconum prooemio *Λυγδίνην* et *Παρίαν λίθον* pro eodem posuit. Ergo si quid mutandum, pro *Λίγδος* legendum *Λύγδος*. Talia dubia parit Iotacismus. Palm. *Ἡ Παρία Λύγδος*] Occupavit haec Salmas. in Solin. p. 394. ubi et Plinio XXXVI. 8. *Lygdinos in Paro repertos amplitudine, qua lances craterasque excedant, antea ex Arabia tantum advehi solitos*, egregie restituit, probante, sed Salmasium auctorem dissimulante, Harduino, et lapides Arabicos candidissimos nitidissimosque, quibus Pariam Lygdum cedere Noster ait, Lygdinos a Plinio et Arriano nuncupatos esse docet. Quare et ego, cum *candidam Lygdon* et *nitentem Lygdon* Martial. VI. 13. et 22. et *φάρεα νυμφῶν Λύγδινα* pro candidissimis poëta Antholog. VI. 4. Servius etiam Aen. I. 597., etsi Pancrat. Masvicii editio aliud sectetur, *Parium* et *Lygdinum* lapidem eundem dixerit, non veritus sum Diodoro, quod olim ipse probaverat, reddere. Tu plura de Lygdino lapide si desideres, consule eruditum Blasii Caryophili de Marmor. Antiq. Commentarium p. 48. et Cl. Olear. ad Philostrat. Icon. p. 763. Wess.

165. 60. *Πλείστης θερμασίας κεκοινωνηκὸς*] Vid. I. 7. Wess.

165. 65. *Αἱ δὲ τῆς Συρίας ἐσχατιαὶ ψιττακοὺς*] *Psittacos* in Syria nasci, rem esse paradoxam, sed et plane falsam, S. Bochartus P. II. Hieroz. II. 30. p. 342. asseverat: locumque adeo hunc de mendo sibi esse suspectum, nec succurrere tamen quid sit reponendum; cui adsentiri non possum. *Syria* hoc loco Assy-

ria est, quae saepe id sibi nomen usurpavit apud veteres, uti ad huius libri c. 3. admonitum est: in Assyriae finibus erat urbs *Sittace* sive *Psittace*, unde adiacenti regioni Sittacenes et Psittacenes cognomen; quod unde tandem abstulit, nisi ab avibus, quas *Sittacos* et *Psittacos* appellitare consueverunt? Stat a meis partibus contra virum doctissimum P. D. Huetius Comment. De Navigat. Salom. c. VII. 6. Wess.

165. 67. *Καὶ ποικίλας συγκρίσεις*] Non deerunt fortasse, qui *συγκράσεις* praeferent; quorum ego suspicionem inprobo. Vid. I. 7. Wess.

165. 71. *Πρὸς ἀνατολὰς κεκλιμένης*] Dedi scriptis libris, etsi alterum pro inepto non putem, ut hoc pristinam in sedem inmigraret. *Τόπους πρὸς ἄρκτον κεκλιμένους* I. 27. *πρὸς δυσμὰς μέρη κεκλιμένα* inferius c. 54. huius libri, et *τοὺς πρὸς ἑσπέραν κεκλιμένους* V. 79. ipse Diodorus habet; ut supervacaneum sit, alios ad opem ferendam arcessere. Wess.

165. 75. *Αὐχμηροὺς καὶ μικροὺς*] *Μικροὺς* in contextum recipiendum esse, relatio infra mihi fere persuadet, ubi *γλυκύτητα* ad *πικροὺς*, *μέγεθος* ad *αὐχμηροὺς* respectum habere videatur; nisi tamen *τὸ χυμοὺς τῷ αὐχμηροὺς* oppositum. Rhod. Sermo si esset de Aegyptiis palmis, quarum circa Delta fructum Strabo XVII. p. 1173. C. *οὐκ εὔβρωτον* sive edulem esse negat, fortasse a vulgata scriptura abirem: nunc nihil muto. Vult credo idem, quod Plinius XIII. H. N. c. 4. his verbis: *In totum arentes Thebaïdis atque Arabiae, macroque corpore exiles, et assiduo vapore torrentes, crustam verius, quam cutem obducunt.* Wess.

165. 76. *Καρυωτοὶ προσαγορευόμενοι*] *Caryotae maxime celebrabantur, et cibo quidem, sed et succo uberrimae*, proveniebantque in Syria Palaestina proxime Hierichuntem: *nobilitas* earum, Plinius ait, *in Iudaea, nec in tota, sed Hierichunte maxime.* Atque hunc terrae eius tractum Diodorus respicit, sicuti et Theophrastus II. H. Plant. 4. *τῆς Συρίας δὲ τῆς Κοίλης, ἣν Ἰουδαῖοι πλείστην τυγχάνουσι ἔχοντες, ἐν τρισὶ μόνοις τόποις ἀμπώδεσιν εἶναι τοὺς δυναμένους θησαυρίζεσθαι.* Plura de Caryotis III. Ezech. Spanhem. VI. Dissert. de usu Numism. p. 350. Wess.

165. 78. *Τούτων δὲ πολλῷ μείζους* etc.] De Arabicis omnibus id verum non est, neque etiam de Babyloniis. *Regiae* quae dicebantur atque *ἐν μόνῳ τῷ Βαγώου κήπῳ*, sic enim optime Theophrasti verba Salmas. in Solin. p. 928. constituit, sive uno in horto Bagoae Babylone nascebantur, clarissimae omnium erant et amplissimae. Wess.

165. 82. *Ἅμα καὶ τὴν ὄψιν τέρπεσθαι*] Plutarchus VIII. Sympos. c. 4. Syriae Aegyptique palmam *ὄψει τε θεαμάτων καὶ γλυκύτητι τραγημάτων πάντων ἥδιστον* esse simili senten-

tia ait, neque longe hinc distant, quae Moses de arbore, cuius esus primis hominibus prohibitus fuit, Genes. III. 6. טוב העץ למאכל ותאוה הוא לעינים *καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν, καὶ ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν*, ut Alexandrini interpretes vertunt: quae cum adeo congruant ac conveniant, non absurda fortasse suspicio erit, fatalem eam arborem, e cuius comeso fructu mali omnis contagio humanum genus infecit, palmam fuisse: paradisi situs, et plura, quae mihi in mundo sunt, coniecturae robur conciliarent, si in re adeo a nostra aetate remota, et nunquam certo definienda, verba perdere vellem. Id obiter admonendum, *ψυχαγωγῆσαι* Diodorum ad visum et gustum, qui recreat atque exhilarat, saepe transferre, ut superius c. 10. et III. 50. Wess.

165. 85. *Ψιλὴν πανταχόθεν*] Rhodom., vertentem *glabrum*, non laudo; neque enim eiusmodi palmae stipes. Plinius XIII. H. N. 4. *Reliquae teretes atque procerae, densis gradatisque corticum pollicibus, ut orbibus faciles se ad scandendum orientis populis praebeant, vitilem sibi arborique indutis circulum.* Sic recte Harduinus; qui ampliorem meruisset laudem, si praecipuam loci emendati partem Iac. Palmerio Exercitat. p. 573. acceptam retulisset. *Pollices* autem Plinius vocat, protuberantes ex cortice eminentias, quae, virgis vel amputatis vel decidentibus natae, arboris truncum undique incingunt: quare *ψιλὴ πανταχόθεν*, quod recto stipite surgat et foliis virgisque nudo. Wess.

165. 86. *Ἀκρόκομα δ' ὄντα*] Explicat Plinius, palmarum *coma omnis in cacumine*, et Eustath. *ἐν ἄκρῳ ἄνω κομῶντες*. In Dionys. Perieges. 1010.

— — — *Ἔνθα τε πολλοὶ*
Ἀκρόκομοι φοίνικες ἐπηρεφέες πεφύασι.

et fragmentum Orphicorum in Plutarchi VIII. Sympos. 4. *Ζῶον δ' ἴσον ἀκροκόμοισι φοινίκων ἔρνεσι.* Wess.

165. 87. *Τοὺς ῥάδικας ἔχει περικεχυμένους*] Haud scio, an coniectura ductus Cl. Salmasius in Solin. p. 934. haec citans legerit *τοὺς σπάδικας*. Mihi quidem certe liquet, nihil hic esse innovandum. *Ῥάδικες* sunt virgae ex palmae summo vertice prominentes, *ῥάβδοι* Theophrasto II. Hist. Plant. 4.; quo rarioris vocabuli usu Nicander Alexiph. v. 57. *νέον ῥάδικα πολυκνήμοιο* virgam, ramulum, *ῥάβδον*, ut Scholiastes, polycnemi, et vers. 331. *ῥάδικα κακοφλοίοιο κονύζης*, ramusculum conyzae male olentis dixit. Wess.

165. 91. *Σχηματισμὸν ἀποτελεῖ λαμπάδος ἀπαθυνομένης*] Vertit doctus interpres, *ardentis formam lampadis ostentant. Atqui si sponte sua lampas ardere sinatur, in rectum surgentem mittet flammam, nec instar efficiet palmae comas suas in alterum latus nutabundas inclinantis. Λαμπὰς ἀπαθυνομένη fax est, sive lampas, quam ventus percellit, aut flatus hominis eventilat, ita ut flammam eius in alteram partem compulset.*

Hesychius: αἰθυσσομένη, ῥιπιζομένη. Αἰθύσσειν, ἀνασείειν. Σοφοκλῆς Σίνωνι. Hactenus Salmas. in Solin. p. 939., neque iniuria. Habet *ἀπαιθύσσειν* Etymolog. etsi diversiore sententia; *ἀναιθύσσειν* Euripid. Troas. v. 344. de Vulcano funestam facem ventilante,

Ἀτὰρ πικρόν γε τήνδ' ἀναιθύσσεις φλόγα.

Simplex vero *αἰθύσσειν* latet in his Orphei Argon. v. 899.

Αὐτὰρ ἐπὶ σταθμοῖο πυλῶν τηλῶπις ἄνασσα
Ἵστανεν αἰθύουσα πυρὸς σέλας. —

Paullo ante Codd. meliores secutus *ἐφ' ἓν* malui. Wess.

166. 97. *Σκηνήτην βίον ἠρημένων*] Vide supra c. 40. Porro *θρεμματοτροφοῦντες ἀγέλας μεγάλας*, suffragante sermonis genio, amplexus sum. Wess.

166. 3. *Ἀερίοις τὸ μέγεθος*] Dixi de Diodori hoc idiotismo L. I. 33. Wess.

166. 5. *Πρὸς τὰς ἀπὸ τῶν ἄρκτων σημασίας* etc.] Sic solebant in locis desertis et arenosis. Curtius VII. 4. 28. *Itaque qui transeunt campos, navigantium modo noctu sidera observant, ad quorum cursum iter dirigunt*, cum Freinshem. nota. Eustath. in Homer. p. 1535. *ὅτι δὲ οὐχ οἱ πλοτοπορούντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ πεζῇ βαδίζοντες, πρὸς ἄστρα τοῦτο ἐποίουν, δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ παροιμία τὸ ἄστροις σημειοῦσθαι ὁδόν· ἦγουν μακρὰν ὁδὸν βαδίζειν καὶ ἐρήμην.* in quibus quod de Sophocle ait, reperies in poëtae eius Oedip. Tyran. v. 805. Proverbium dabit Liban. T. I. p. 347. ubi Timon, postquam urbi valedixerat, in agro et solitaria vita acquiescens, *τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὸ βῆμα, καὶ τοὺς ἐνταυθοῖ θορύβους, ἄστροις, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, τὸ λοιπὸν τεκμαιρόμενος.* et Aelian. VII. H. A. 48. de Androcle, qui in Libyae interiora fugiens, *τὰς μὲν πόλεις ἀπελίμπανε· καὶ τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, ἄστροις αὐτὰς ἐσημαίνετο.* Quae exempla id quidem certe ostendunt, de illis usurpari, qui longissime recedunt, et ea in loca se abdunt, unde, nisi ex astris coniectura sumpta, de urbium aliarumque rerum statu vix quidquam assequantur. Prave ergo mutant haec Aeliani II. H. A. 7. *τοὺς δὲ ἡμιόνους καὶ τὸ δεῖπνον τὸ ἐξ αὐτῶν σημαίνεσθαι τὸ ἐντεῦθεν, τὸ τοῦ λόγου τοῦτο, ἄστροις.* id enim significat, basiliscum a mulis eorumque epulo, quantum plurimum potest, sese seiungere, et secretissimas specus captare. Adde Schol. Aeschyli Suppl. v. 398. et D. Erasmi Adag. p. 126. Wess.

166. 8. *Καὶ παντοδαπῶν ἐμπόρων*] Ammian. XIV. 8. *Huic* (Syriae Palaestinae) *Arabia est conserta, ex alio latere Nabataeis contigua: opima varietate commerciorum, castrisque oppleta validis et castellis.* Quibus adstrue ex Nostri III. 43. Wess.

166. 20. *Τὰς μεγάλας — οὐρὰς ἐχόντων*] Describuntur ab Herodoto III. 113. pluribusque aliis in S. Bocharti P. I. Hierozoic. II. 45. Wess.

166 24. *Διὰ τοῦτο διτύλων ὀνομαζομένων*] *Τύλοι* sunt tubera. Hesychius, *Τύλοι, τὰ τῶν ἀχθοφόρων ἐπὶ τῶν ὤμων τυλώματα*; quae quia bina in camelorum horum dorso, *δίτυλοι* dicuntur, et parili ex caussa *δίκυρτοι*, auctori Geoponicor. XVI. 22.; quam vocem qui Diodoro inculcare sustinuerunt, operam profecto frustrati sunt, recteque adeo reprehensi ab eruditissimo S. Bocharto P. I. Hieroz. II. 4. p. 87. Quae vero hic de camelis Arabicis, ea Plinius et Aristoteles de Bactrianis, sicuti idem animadvertit; Diodoro tamen accedunt et recentiores scriptores, qui Arabiam adierunt, et veteres numi, de quibus Ezech. Spanhem. Dissert. IV. de Numis. usu p. 185. Wess.

167. 29. *Αἱ δὲ ἀνάχωλοι καὶ λαγαραὶ* etc.] De horum vera sententia non convenit Salmasio et Bocharto: ille ad Solin. p. 693. *ἀναχώλους καὶ λαγαρὰς* explicat, quibus longa crura ac substricta corpora: *ἀναχώλους* tunicas esse breves, quae crura non tegunt, sed crurum tenus demissae ea relinquunt aperta, ita ut iis induti videantur *ἀνάχωλοι* hic P. II. Hieroz. II. 4. p. 88. *breves et constitutione graciles* vertit; cui et ego adstipulor; tum quod *ἀνάχωλοι χιτωνίσκοι* in Plut. T. II. p. 261. F. sint tunicae perbreves, et *χιτὼν ἀνάχωλος γυναικεῖος*, quae vix ultra genua descendit in Etymologi *Ἐπιγονατίς*· tum ob Schol. Vat. et Reg. has partes amplexum; tum etiam quod dromades cameli ceteris revera sint breviores, nec cruribus nitantur ita longis. Vide Leonem Africanum et Prosp. Alpin. IV. Rer. Aegypt. c. 7. Wess.

167. 30. *Καὶ διατείνουσι πλεῖστον ὁδοῦ μῆκος*] Distinctius de camelis dromadibus inferius L. XIX. 37. Quae sequuntur, Diodorum ita reliquisse autumo, *καὶ μάλιστα διὰ τῆς ἀνύδρου — συντελουμένης ὁδοιπορίας*. qua in coniectura duces habeo Codd. vetustos. Wess.

167. 33. *Τοξόται ἄγονται δύο*] Livius XXXVII. 40. *Ante hunc — — — et cameli, quos appellant dromadas: his insidebant Arabes sagittarii gladios habentes tenues, longos quaterna cubita, ut ex tantâ altitudine contingere hostem possent.* Quibus consentit Appian. Bell. Syr. p. 173., Plinius VII. H. N. 18., ut inprudentiam excusare non possit Prosp. Alpinus IV. R. Aegypt. c. 7. contra Plinium stans et dromadum in bello usum negans. Wess.

167. 37. *Ἄλλὰ πολλὰ*] *Ἀλλ' οἷν* rectius. Rhod.

167. 43. *Ἰαμβοῦλος ἦν ἐκ παίδων παιδείαν ἐζηλωκὼς*] Fabulator fuit egregius, animumque ad ea scribenda appulit, quae mira et prodigiosa in Oceani insulis reperiebantur, quaeque commentitia esse nulli non adparebat, ut lectores his fabellis exhilararet: *γνώριμον μὲν ἅπασι τὸ ψεῦδος πλασάμενος, οὐκ ἀτερπῆ*

δ' ὅμως συνθεὶς τὴν ὑπόθεσιν, de eo Lucianus ait I. Ver. Hist. c. 3. Quare Diodoro paene succenseo, huiusmodi nugis historias suas distinguenti et ornanti. Iambuli et Io. Tzetzes conmeminit Chiliad. VII. 727., sed quae ex eius scriptis profert, ea omnia Diodoro debet. WESS.

167. 45. Ἔδωκεν ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν ἐμπορίαν] Perplacuit hoc genus Diodoro. Sic XVI. 5. μετὰ δὲ ταῦτα δοὺς ἑαυτὸν εἰς βίον εἰρηνικόν. et XVII. 108. de Harpalo, δοὺς δ' ἑαυτὸν εἰς τρυφήν. XVIII. 47. δόντες δ' ἑαυτοὺς εἰς λῃστείας καὶ καταδρομάς. etc. quae omnia sectam atque institutum, quod erant ingressi, solerter exprimunt. WESS.

167. 52. Εἰς καθαρμὸν τῆς χώρας] Hanc in rem quae faciunt, copiose disputavit Cl. Lamb. Bos in I. ad Corinth. IV. 13. WESS.

167. 55. Τῆς γενεᾶς ἀριθμουμένης τριακονταετοῦς] Plutarch. de Orac. Defectu p. 415. E. T. II. ἔτη τριάκοντα ποιοῦσι τὴν γενεὰν καθ' Ἡράκλειτον. ἐν ᾧ χρόνῳ γεννῶντα παρέχει τὸν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον ὁ γεννήσας. Quae Heracliti, dissentiens tamen, eleganter exponit Censorin. Die Natal. c. 17. *Quare qui annos triginta seculum putarunt, multum videntur errasse. Hoc enim tempus γενεὰν vocari Heraclitus auctor est, quia orbis aetatis in eo fit spatio; orbem autem vocant aetatis, dum natura humana a sementi ad sementim revertitur.* Vide cetera, atque inprimis ea, quae Henr. Lindenbrog. de diverso usu τῆς γενεᾶς ad ea conmentatus est. WESS.

167. 70. Καὶ λυμεῶνας ὅλου τοῦ ἔθνους] Parili modo προδότην καὶ λυμεῶνα τῆς ὅλης Ἑλλάδος, cui salutis olim auctor fuerat, Themistoclem, calumniis circumventum, appellant L. XI. 56. iure vero meliore adulatores et parasitos τῆς νεότητος ἀνατροπέας καὶ λυμεῶνας in Plutarchi lib. de Educ. Liber. p. 5. B.; quae tamen exempla voci auctoritatem, ut bonae notae sit, non addent, si Thomae M. decretum valeat, asseverantis, λοιμοὶ καὶ φθόροι τῆς πόλεως· οὐ λυμεών, οὐδὲ φθορεύς. Malus ergo sermonis Graeci Atticique auctor Sophocles Aiac. v. 575., nec melior Euripides Hippol. v. 1068. et eius ordinis alii; quod ne Thomas quidem velit, huiusmodi in animadversionibus parum saepe providus. WESS.

168. 74. Καταστέψαι τοὺς σκεψομένους] Sic corrigendum esse, non latuit doctissimo Rhodom. Notum est victimas infulis coronari solitas, quod Graecis καταστέφειν. Diodorus Excerpt. Vales. p. 317. τούς τε γὰρ τοῖς εἴδεσι καλλίστους — καταστέψας ἔθυσε τοῖς θεοῖς. ubi simili errore καταστρέψας scripserant, sed quem dexterrime animadversum H. Vales. sustulit. WESS.

168. 77. Νήσῳ, στρογγύλῃ μὲν ὑπαρχούσῃ etc.] In insulam Taprobanem, quae nunc *Zeilan*, non male haec quadrant,

cui et Onesicritus eandem quinque millium stadior. amplitudinem tribuit in Strabon. XV. p. 1012. C., dissentientibus tamen aliis, sed caussa parum iusta, sicuti egregia disputatione Is. Vossius in Melam III. 7. confecit atque ostendit. S. Bochartus, ut Taprobanem et insulam Zeilan eandem esse obtineret, multa hinc sumpsit, et cum illis conparavit, quae de insula Zeilan a recentioribus fuerunt prodita, L. I. Canau. c. 46., in quae tamen addita nollem, quae fabulatori Iambulo citra dubium debentur. Wess.

168. 86. *Ἀγωγαῖς*] *Διαγωγαῖς* C. M. non omnino prave. Vid. infr. IV. 30. Wess.

168. 88. *Καὶ κατὰ τὸ μέγεθος ὑπεράγειν τοὺς τέσσαρας πήχεις*] Mart. Capella de Taprobanae indigenis L. VI. p. 224. *Homines ibi corpore grandiores ultra hominum mensuram, rutilis comis, caeruleis oculis, trucioris soni.* Quibus gemina Solini Polyh. c. 53. et Plinii VI. 22. Wess.

168. 94. *Τὸ τοῖς δακτύλοις περιληφθὲν ἐκτρέψαι*] Vide utrum *ἐκτρίψαι* praestet; quod de igne, qui extunditur, et illis, quae vi adhibita exterantur atque eiiciuntur, haud insolitum. Synes. I. de Provid. p. 108. *ὅλως γὰρ ἐκτριβήσεσθαι τὸ Σκυθικὸν ἐκ τῆς χώρας, prorsus enim regione extrudendos Scythas.* Posses etiam *ἐκστρέψαι*, cuius in mentem venit Cl. I. I. Wetstenio, legere. Wess.

168. 2. *Καὶ τὰ μὲν ἀκοῆς τρήματα* etc.] Nullam his controversiam moveo, tametsi Codd. scripti velint; nequeo enim decernere, auriumne latiora foramina, an narium, his hominibus nugator Iambulus dederit: optio itaque tua est. Wess.

168. 6. *Λίπτυχον — αὐτοὺς ἔχειν τὴν γλῶτταν*] Respicit haec Io. Tzetzes Chiliad. VII. 729. Ego vero vehementer vereor, ne ad Indorum *θαυματοποιούς*, de quibus Aelian. VIII. H. V. 7., haec referri non possint, uti factum ab eruditissimo S. Bocharto: sunt enim fictae fabulae, quae duplici de lingua duplicique sermone huius insulae civium ex Iambulo Diodorus exscripsit. Wess.

168. 14. *Περιστάσεσιν οἰκείως*] Nihil profecto caussae erat, ut copulam his insererent scripti quidam libri: est enim genus hoc Diodoro tritissimum; nam et XV. 93. *οἰκείως τοῖς τόποις.* et XVI. 18. *οἰκείως τοῖς παροῦσι καιροῖς.* et XVII. 33. *οἰκείως τοῖς ὑποκειμένοις τόποις.* quibus abusque in locis quod accommodum appositumque est indicat. Vide et L. XI. 30. Wess.

169. 21. *Ὁ ποιητὴς φησὶν*] Odyss. *Λ.* 120. Wess.

169. 27. *Κατὰ συγγενείας καὶ συστήματα*] In pagis, qui per insulam ad CL erant sparsi, Aelian. XVI. H. A. 17. Wess.

169. 34. *Τοῖς λευκοῖς ὀροβίοις*] Transfero in contextum *ὀρόβοις*. Ervi autem descriptionem repete e Dioscoride L. II. c. 319. Rhod. *Τοῖς λευκοῖς ὀρόβοις*] Hoc bene. Iambulus insulam si lustrasset, de eius ingenio, fertilitate, arborumque variis generibus plura nobis annumerasset; quae meliore fide a Pto-

lemaeo VII. Geogr. 4. et Hier. Osorio IV. de Reb. Emmanuel. p. 129. atque aliis perscripta novimus. Wess.

169. 39. *Τὰς μὲν θερμῶν* etc.] Vide inferius c. 59. Quod autem *εὐθέτους* Codd. quidam in *ἐχόντων* commutant, id praeter scriptoris voluntatem fieri et orationis series et loci similes I. 18. III. 31. etc. commonstrabunt. Wess.

169. 46. *Ὧν ἕκαστον τετραχῶς μεταςχηματίζεσθαι*] Adstrui his et arctissime iungi oportuerat, *γράφουσι δὲ τοὺς στίχους — — καταγράφοντες εἰς ὀρθὸν*, quae paullo post consequuntur, et turpi flagitio hinc avulsa sunt: neque enim quisquam dubitaverit, quin Diodorus uno tenore ea exsecutus sit, quae gentis huius literas et scribendi morem declarant. Wess.

169. 48. *Ἄχρι τῶν πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν* etc.] Non multo contractius eorum aevum ex Solini est sententia Polyh. c. 53. *Quibus inmatura mors est, in annos centum aevum trahunt: aliis omnibus annosa aetas, et extenta paene ultra humanam fragilitatem.* Sed qui nihil de mutilatis aut illa miri ingenii herba inaudivisse videtur, alioqui, hominem bene si novi, non praeteriturus. Wess.

169. 51. *Κατά τινα νόμον ἀπότομον*] Cuius decreta aspera et districta. Sic I. 76. *τὸ τῶν νόμων ἀπότομον.* et V. 62. *τὸ ἀπότομον τοῦ πατρός.* XII. 16. *ἀποτομία τῶν νόμων.* Heliodor. X. p. 438. *ὀξὺν καὶ ἀπότομον θάνατον* dixit, sed sententia paullo diversa. Wess.

169. 53. *Ἀλλ' ἄνωθεν κάτω καταγράφοντες*] *Κιονηδὸν* aut etiam *πυργηδὸν κατὰ βάθος* hoc scripturae genus, quo Indorum Sinenses atque alii in nostra tempora utuntur, vocant Grammatici apud Io. Alb. Fabric. I. Bibl. Gr. c. 27. Wess.

169. 54. *Εἰς ὄρθιον*] Ut lectionem marginis lubens admiserim, ita hanc exclusam nolim. Vide autem, quae in dictione *ὄρθια* diligenter annotat Favorinus. Rhod.

169. 58. *Καὶ ἀπόνως*] Tam marginale *προσηνῶς* adblanditur ut istius in locum succedat; quod tamen fervore in competitoris ambitu non destituitur. Rhod. *Καὶ προσηνῶς πρὸς ὕπνον κατενεχθείς*] Parui scriptis Codd. et viro doctissimo. Hesych. *προσηνῶς, ἡδέως.* quo modo infr. V. 44. *μυθολογοῦσι Οὐρανὸν — — προσηνῶς ἐνδιατρίβειν τούτῳ τῷ τόπῳ*, h. e. *cum animi quadam iocunditate.* unde *τροφαὶ προσηνεῖς* I. 87. III. 24. *μελῳδία* et *εὐωδία προσηνεστάτη* III. 69., quae voluptatem conciliant. *Ἀπόνως βιοτεύειν, ἀπόνως διατρέφεσθαι citra laborem vivere* et *nutriri* habebis III. 24. Wess.

170. 60. *Γυναῖκας δὲ μὴ γαμεῖν* etc.] Adeo haec concinunt ac cōnveniunt Platonis reipublicae et legibus, ut inde sumpta arbitreris. Vide modo L. V. de Republ. p. 457. C. 464. D. Wess.

170. 69. *Τῷ σχήματι στρογγύλα*] Hoc malui. Io. Tzetzes Chiliad. VII. 728. hinc hausit *ἐνσφαιρα ζῶα.* Wess.

170. 81. *Ἢ ὅμοιον εἰπεῖν*] Pro verbo hoc reficere *ὁτιοῦν* non dubitamus. Rhod. Mihi non eadem confidentia. Vulgata sententiam dat satis commodam, *si manus aut simile membrum* etc. Quod si tamen mutandum aliquid autumes, poteris ex Cl. 2., extrita voce *ὅμοιον*, refingere *χεὶρ ἢ ποῦς τύχῃ*. Verum id nimium erit. Wess.

170. 83. *Ὅσα μὴ κυρίοις τόποις* etc.] Novi qui *καιρίοις* mallet, ut *καίρια τῶν μορίων* in Theophylacti Epist. 74. et *τῶν καιρίων ἀκροατηριάζειν* Gregor. Nazianz. Orat. IV. p. 112. A.; quod tametsi pravum non iudicem, hunc tamen in locum non restituerim. *Κύριοι τόποι* sunt vitales et sine quibus vita homini non durat. Sic infra XVII. 102. *σηπεδὼν ἐπέτρεχε τοῖς κυρίοις τόποις τοῦ σώματος, καὶ δεινοὺς θανάτους ἀπειργάζετο.* atque hinc *τὰ κυριώτατα μέρη τοῦ σώματος τῷ τοῦ κουρέως σιδήρῳ παραβάλλειν* de capite et iugulo, quae Dionysius tonsoris novaculae exponere periculosum censebat L. XX. 64., et Iudaei Alexandrini, plagis horribilem in modum contusi, *τὰ κυριώτατα μέρη τοῦ σώματος καὶ μάλιστα τὴν κεφαλὴν ἄχρι θανάτου κατενηγμένοι* in Philon. Iud. Leg. ad Cai. p. 1010. B.; quae si abunde tibi necdum videantur, confer in cumulum adscripta I. 54. Wess.

170. 91. *Οὔτε τοῖς ἄλλοις τῆς ψυχῆς λήμασιν ἀξιόλογα*] Sic oportuerat. *Λῆμμα* lucrum et captura est, *λῆμα* animi robur et praesentia. Euripid. Rhes. 498.

— — *Ἔστι δ' αἱμυλώτατον*
Κρύπτειν' Ὀδυσσεὺς, λῆμά τ' ἀρκούντως θρασύς.

et Heraclid. v. 703.

Λῆμα μὲν οὔπω στόρνυσι χρόνος
Τὸ σὸν, ἀλλ' ἡβᾷ.

Accidit autem saepe, ut a priore sede sua exturbaretur. Dionys. T. II. p. 175. *ἐν τούτοις οὐ μέμφομαι τὸν ἄνδρα τοῦ λήμματος*, quo loco *λήμματος* praestare, non fugit diligentissimum Sylburg. Appian. II. B. C. p. 721. de Cicerone, in Catilinam ceterosque coniuratos magno animo insurgente, *ὁ δ' ἐς τὸ ἔργον ἐκεῖνο γενναιοτάτῳ λήμματι κεχρημένος* etc. immo vero *λήματι*. Quod cum Philostrato asseruerit Lamb. Bos Animadv. c. 10. et sermonis indoles adfirmet, demiror contra Cl. Graevium stetisse lac. Gronov., et Herodoto suo hoc auxilium negasse L. VII. 99. Wess.

170. 93. *Ὁ πρεσβύτερος ἀεὶ τὴν ἡγεμονίαν ἔχει*] Haud paullo haec ab illis diversa sunt, quae Plinius VI. H. N. 22. de gentis rege literis tradidit. Wess.

170. 95. *Ὁ πρῶτος τελέσας — — καὶ ἀπαλλάξῃ*] Series verborum postulat aut *τελέσῃ — — καὶ ἀπαλλάξῃ*, ut in Clar. 2., aut *τελέσας — — ἀπαλλάξῃ*, quod Coislin. praefert, et ego sequor. Wess.

170. 1. *Καὶ πολλὰ καθόλου μὴ φαίνεσθαι*] Sustuli incommodas voces *τῶν καθ' ἡμᾶς*, quas oratio ipsa et veteres libri

damnant. Cl. Salmasius aliam ingressus est viam; cum Plinius, Solinus et Mart. Capella nec septemtriones in Taprobane conspici, nec Vergilias adparere tradant, coniicit Diodor. *καὶ πόλον τὸν καθ' ἡμᾶς* scripsisse: quod quidem ego haud arbitrer. Id si voluisset, et ursas coelestes praeteriisset, nec repetisset *καθ' ἡμᾶς*. Quae sequuntur de VII insulis, non admodum opportuna sunt, nec omnino vera: sunt circa Taprobanem insulae plures, sed parvae, ut Cosmas Indicopleustes L. XI. Topograph. p. 336. et diu ante eum Ptolem. VII. Geogr. 4. docuerunt. Habet India quidem alias, magnas et copiosas, sed Taprobana longe remotas, quas Iambulus fortasse, fama cognitas, in opus suum addidit, et Taprobanae propius admovit. WESS.

171. 5. *Οὐκ ἀναίδην χρῶνται*] Lege *ἀνέδην, effuse.* RHOD. Confundi haec solent. Demosthen. de Coron. p. 134. *τῆς δὲ πομπείας ταύτης τῆς ἀναίδην οὐτωσὶ γεγενημένης.* ubi Ulpian. *Ἀναίδην, ἐὰν μὲν διὰ τῆς διφθόγγου γράφηται, τῆς ἀναισχύντου λέγει. ἂν δὲ διὰ τοῦ ε, ὅπερ καὶ βέλτιον, τῆς πολλῆς, ἐκ τῆς ἀνέσεως, ἀθρόας τε καὶ σφοδρᾶς.* Recte ergo vir doctus. Simile vitium est in Exc. Vales. p. 393. *Ἰχθύων τε καὶ τῶν ἄλλων χρηστῶν τὰ πρωτεύοντα — — ἀναίδην ἀνηλίσκοντο.* Cum enim Romanos luxuriose atque effusissime obsoniis studuisse dicat, *ἀνέδην* reliquisse liquido adparet. Vide et Iac. Perizon. ad Aelian. l. V. H. 4. WESS.

171. 11. *Τὸ περιέχον πάντα καὶ ἥλιον*] Explicavit haec S. Bochartus I. Canan. c. ult.; Plinius VII. N. H. 22. Herculem in insula coli praecipue adfirmat. WESS.

171. 12. *Ἰχθύων παντοδαπῶν πλῆθος ἁλιεύοντες*] Aelian. XVI. H. A. 18. *περί γε μὴν τὰς τῶν ἰχθύων καὶ τὰς τῶν κητῶν ἄγρας τίθενται τὴν σπουδήν. τὴν γάρ τοι θάλατταν, τὴν περιχεομένην τὸν τῆς νήσου κύκλον, ἅμαχόν τι πλῆθος καὶ ἰχθύων καὶ κητῶν ἐκτρέφειν φασί.* Sic lego; non ut in editis *περιεχομένην*, quod alterius locum saepe occupasse, alias ostendam. Paullo post *γίνεται* Cod. Mutin., etsi hoc genus vocabula multitudinis numerum adsciscere posse non negem, mollius visum est. Iam quod de vitibus addit, per Solinum si steterit, falsum erit. *Vites*, inquit, *nesciunt, pomis abundant*, Polyhist. c. 53. WESS.

171. 17. *Τοῖς μεγέθεσι διαφέροντες* etc.] Puto legendum *ἔχουσι*, vel (*ἔχειν* retinendo) *διαφέροντας* et *ἀδικοῦντας*. STEPH. Nominativi manere possunt, si *λέγονται* subaudiatur, aut *ἔχειν* in *ἔχουσι* convertatur. RHOD.

171. 20. *Ἐχόντων ἐν τῷ μέσῳ χνοῦν*] Gossipium haec, quamquam minus vere, describunt: neque enim id ex calamo, sed frutice; nedum ex eius medulla, verum fructu provenit, monente S. Bocharto L. I. Canan. c. 46. WESS.

171. 23. *Πορφυρᾶ*] Post hanc vocem deesse aliquid certum est. Defectum vero hunc explebis, si post *πορφυρᾶ* inter-

pungas, et τὲ post ζώων in δὲ mutato inseras φέρει. Nisi πορφυρᾶ in προφέρει, cum annexa δὲ, me tamen haud astipulante, mutandum iudices. RHOD.

Ibid. Ζώων τε ποικιλλαγμένας φύσεις etc.] Haec et superiora pessime inter se apta atque connexa esse, quis tandem non animadvertit? Equidem doctissimi Rhodom. conatum laudo, neque eo tamen rem confectam locumve persanatum arbitror. Videor enim mihi observasse, in huius insulae, rerum eius naturalium, incolarum et eorum institutorum, religionis ac morum descriptione pleraque ita conmixta ac ὕστερον πρότερον collocata esse, ut scopae dissolutae videri possint. Quare vehementer vereor, ne et haec multis partibus sint defecta, aut certe loco suo mota. WESS.

171. 34. Ἔν τε ταῖς ἑορταῖς καὶ ταῖς εὐχαῖς etc.] Legendum suspicor καὶ ταῖς εὐωχίαις *in conviviis;* quae et festis diebus aptissime iunguntur, et morem spectant veterum, quo sollemnibus diebus Deorum aliorumque laudes recitabant. Conf. Iac. Perizon. Animadv. Histor. c. 4. In precibus, ἐν ταῖς εὐχαῖς, id observari, num quid singulare est? WESS.

172. 43. Ἀνάλογον] Disiunge, ut sit ἀνὰ λόγον. RHOD.

172. 52. Ἐκπεσεῖν δὲ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν εἰς ἄμμους] Incidisse navi fracta, eiectosque esse. S. Lucas A. A. XXVII. 26. εἰς νῆσον δέ τινα δεῖ ἡμᾶς ἐκπεσεῖν. et supr. Noster I. 31. λανθάνουσιν ἑαυτοὺς ἐκπίπτοντες οἱ μὲν εἰς ἑλώδεις καὶ λιμνάζοντας τόπους. et V. 34. XIII. 13. Ἄμμους ex Mutin. rectum iustumque videtur. WESS.

172. 56. Εἰς πόλιν Πολίβοθρα] Eadem est, ac *Palibothra* c. 39. sed melius illic scripta. WESS.

172. 66. Παραγράψομεν] Vide num legendum sit περιγράψομεν. RHOD. Indice v. παραγράψομεν. Αὐτοῦ περιγράψομεν τήνδε τὴν βίβλον] Hoc cur sperni non debeat, abunde ad L. I. 41. me patefecisse arbitror. WESS.

ANNOTATIONES

IN

LIBRUM TERTIUM.

174. 18. *Καὶ τὸ τελευταῖον περὶ τῶν Ὑπερβορέων*] Nisi dixeris in brevi hac rerum libri superioris complexione ordinis habitam esse rationem nullam, equidem non video qui excusari haec possint: tantum enim abest, ut postremo loco de Hyperboreis sermonem instituerit, ut moribus Indorum explicitis, primum Scythis, tum Amazonibus, tertium Hyperboreis, quartum Arabibus, postremum vero locum insulae, a Iambulo descriptae, quam doctissimus Rhodoman. Latinis de suo adiunxit, dederit. Poterit quidem certe verborum aliqua traiectione ordo instaurari; sed id consilium multis fortasse nimis calidum videbitur. Wess.

174. 26. *Σχεδὸν παρὰ πᾶσι συμφωνεῖται*] Tenor orationis *συμφωνεῖσθαι* requirit, et tum *προφανὲς ὑπάρχειν*, quod suo suffragio Coislin. liber firmat. Wess.

174. 31. *Πρῶτον ἐνεγκεῖν φύσεις ἐμψύχους*] Simillimam de hominum animaliumque prima in Aegypto origine disputationem exsecutus est I. 8. Convenit autem huic Stephanus in *Αἰθίοψ*, de Aethiopia esse qui referant tradens, eam primam omnium coagmentatam esse, eiusque incolas ante omnes alios Deos coluisse et legibus usos fuisse. *Τὴν Αἰθιοπίαν γῆν πρώτην φασὶ παγῆναι. πρῶτοι καὶ θεοὺς ἐτίμησαν καὶ νόμοις ἐχρήσαντο.* Wess.

175. 40. *Κατὰ τὴν Ἰλιάδα*] Lib. I. v. 424. Historicam huius loci explicationem et allegoricam apud Eustathium invenies. Rhod.

175. 43. *Εὐωχίαν*] *Εὐωδίαν* Co. Cl. M. Pogg. male: vulgata explicat Homericum, *δαῖτα*, prorsus ut brevium Scholiorum auctor. Wess.

175. 44. *Παρ' αὐτοῖς τοῖς Αἰθίοψι*] Legendum *παρὰ τοῖς Αἰθ.* Rhod.

175. 52. *Ἐπιβολῆς*] *Ἐπιβουλῆς* Co. Cl. 1. frequenti peccato. Vid. ad I. 4. Wess.

175. 54. *Καὶ αὐτὸν τοῖς ὅλοις κιδυνεῦσαι*] *Κίνδυνος περὶ τῶν ὅλων* Appiano Mithrid. p. 326. et *κινδυνεύειν περὶ τῶν ὅλων* infr. XIII. 7. est periculum summae rerum adire. Quare qui plane infringuntur, *ἡττᾶσθαι τοῖς ὅλοις* Demosth. Philip. III. p. 72. et *τοῖς ὅλοις συντριβῆναι* Nostro XI. 91., quique in periculum et exercitus et vitae imperiique amittendi veniunt, *κινδυνεῦσαι τοῖς ὅλοις*, *παραβάλλεσθαι τοῖς ὅλοις* Polybio III. 94. perhibentur. Quo etiam loco res Cambysis fuisse, cum in Aethiopas moveret, Herodotus III. 25. ostendit. Wess.

175. 56. *Ἐπὶ βραχὺ τῆς Αἰθιοπίας προελθοῦσαν*] Vide II. 16. et Suidam *Σεμίραμις*, qui nescio quem auctorem secutus in ultima Aethiopiae penetrasse significat. Wess.

175. 60. *Τοὺς ὑπὲρ Αἰγύπτου*] Postulant hoc libri omnes, et Herodot. VII. 69., neque inprobarem Clar. 1. et Ven. *κατατολμῆσαι*, si *τῶν Αἰθιόπων*, *τῶν* etc. legeretur. Solet enim in illis haud esse infrequens, qui alios adgrediuntur et pugnam audent. Polyb. III. 103. *παρωρμήθη πρὸς τὸ παραβάλλεσθαι καὶ κατατολμᾶν τῶν πολεμίων*. Greg. Nazianz. Orat. III. p. 68. D. de Iuliano *τῆς ἀπονοίας ἔδωκεν ἂν δίκην ἐν ὄροις Ῥωμαίων, ὧν κακῶς κατετόλμησε*. Ad quem modum *κατατολμᾶν τῶν κυμάτων* qui fidenti animo mari sese committunt, Io. Chrysost. Homil. de Gloria T. III. p. 140. B., *κινδύνων κατατολμᾶν ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς* pericula fidenter adire pro virtute T. V. p. 51. C. et *παρθένος κατατολμήσασα ὄψεως ἀῤῥένων*, quae in marium conspectum venire sustinet, Basilio M. Orat. in Gordium T. II. p. 147. A. Wess.

175. 64. *Οὐ χώραν ἀλλὰ θάλατταν γεγονέναι*] Respicit haec Tzetzes ad Lycophron. v. 119. Inferiorem autem Aegyptum olim mare fuisse, agnoscit Aristoteles I. Meteorol. c. 14. *καὶ πᾶσα τοῦ ποταμοῦ πρόσχωσις οὖσα τοῦ Νείλου*. Conf. superius I. 34. dicta. Wess.

175. 74. *Τὰ πλεῖστα τῶν νομίμων* etc.] Ex institutorum, legum morumque similitudine haud prave profecto conficitur diversarum gentium origo: iureque adeo Aethiopes, quique eorum caussam nuper egit Cl. Fourmontius in Comment. Acad. Inscript. T. VII. p. 504. ea omnia urgent. Quod si tamen Aegyptiis respondendi locus esset, dubium non est, quin iisdem rationibus pugnarent, et Aethiopas suos esse colonos pertenderent: manebit ergo lis sub iudice, donec aliunde, utri antiquitate praestent, probabitur; quod Aegyptiis fortasse in facili erit. Wess.

175. 76. *Βασιλεῖς θεοὺς νομίζειν*] Vide I. 90. 92. Wess.

176. 81. *Τὰ μὲν δημώδη προσαγορευόμενα*] Dixi ad I. 81. Wess.

176. 89. *Ὁμοίως ἐξυρημένους*] Toto itaque corpore rasi, ut ne cilia quidem supersint. Synesius Encom. Calvit. p. 70. D. *ἤδη δὲ ἐγὼ κατενόησα καὶ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ θεραπευτὰς τοῦ*

θείου, μηδὲ τῶν ἐπιβλεφαριδίων ἀνεχομένους τριχῶν. Stolas autem linteas inducbantur, unde Isiacorum *gregem linigerum gregemque calvum* coniungit Iuvenal. Satir. VI. 332. Adde Herodotum II. 36. Wess.

176. 91. *Χρῆσθαι πίλοις μακροῖς* etc.] Huius fere formae Persarum, Parthorum Armeniorumque pilei et tiarae in numis conspiciuntur apud Ezech. Spanhem. Dissert. VIII. de Usu et Praest. Numism. p. 471. Sicuti vero in Aethiopia regium capitis insigne aspides spirarum voluminibus innectebant, ita et in Aegypto moris erat. Aelian. VI. H. A. 38. *καὶ τοὺς βασιλεῖς ἀκούω τῶν Αἰγυπτίων ἐπὶ τῶν διαδημάτων φορεῖν πεποικιλμένας ἀσπίδας, τῆς ἀρχῆς αἰνιττομένους τὸ ἀνίκητον ἐκ τοῦ ζώου μορφῆς τοῦ προειρημένου.* quae ritus eius explicatio ab ea ratione, quam Diodorus adfert, nihil admodum discrepat. Wess.

176. 99. *Παρ' Αἰγυπτίοις καλουμένων ἱερογλυφικῶν*] Habet Heliodor. IV. Aethiop. p. 174. *ταινίαν γράμμασιν Αἰθιοπικοῖς, οὐ δημοτικοῖς, ἀλλὰ βασιλικοῖς ἐστιγμένην, ἃ δὲ τοῖς Αἰγυπτίων ἱερατικοῖς καλουμένοις ὁμοίουται.* unde colligas ex eius quidem opinione duplex etiam Aethiopibus, quod Diodor. videtur negare, literarum fuisse genus. Quod uteunque fuerit, id certissimum est, hieroglyphicas Aegyptiorum literas animalium, membrorum humani corporis, instrumentorum fabrilium similiumque rerum fuisse figuras; inscripti obelisci pluraque Aegyptiorum, quae hanc in aetatem durant, monumenta liquido testantur. Quare culte satis Philo Iud. I. Vit. Mos. p. 606. A. hoc genus eruditionis *τὴν διὰ συμβόλων φιλοσοφίαν, ἣν ἐν τοῖς λεγομένοις ἱεροῖς γράμμασιν ἐπιδείκνυνται,* appellat. Hanc quoque originem multiplices Sinensium characteres habuere: primitus enim figurae erant, rem significandam ipso adspectu exhibentes, testibus Nic. Trigautio I. Exped. Sinic. c. 5. et Mart. Martinio I. Hist. Sinic. p. 22. Wess.

176. 10. *Ὁ μὲν οὖν ἱέραξ αὐτοῖς σημαίνει* etc.] Vide Clem. Alex. V. Stromat. p. 670. et Horapollin. I. Hieroglyph. 6. Wess.

176. 14. *Ὁ δὲ κροκόδειλος σημαντικὸς — κακίας*] *Ἀναιδείας* Clemens ait; quod eodem redit, ut ex Horapoll. I. 67. videbis. Contra tamen haec venire videtur Damascius in vita Isidori apud Photium Biblioth. p. 1047., asseverans hippopotamum *ἀδικίας ἐν τοῖς ἱερογλυφικοῖς γράμμασι* esse argumentum, iustitiae vero crocodilum. *ὁ Σοῦχος δίκαιος. ὄνομα δὲ κροκοδείλου ὁ Σοῦχος, οὐ γὰρ ἀδικεῖ ζῶον οὐδέν.* Sed videtur tantum; certum enim genus eius animalis, cicur et lenis ingenii, de quo Aelian. VIII. H. A. 4., innuere creditur. Wess.

176. 15. *Ὁ δὲ ὀφθαλμὸς, δίκης τηρητὴς*] Oculi atque aures Dei symbolum erant, *ὅτι πάντα θεὸς ὁρᾷ καὶ ἀκούει,* Clemens Alexand.; erant et Solis atque Osiridis; Macrob. I. Satur. 21. *Osirin Aegyptii, ut Solem esse asserant, quoties*

hieroglyphicis literis suis exprimere volunt, insculpunt sceptrum, inque eo speciem oculi exprimunt et hoc signo Osirin monstrant. Atque haec exempli caussa. Rem enim omnem post Horapollinis diligentem operam summa cum cura exsecutus est Io. Pier. Valerianus in Hieroglyphicis suis. WESS.

177. 30. *Ὁ θεὸς κωμάζων κατά τινα συνήθειαν*] Aegyptii et haec moris sunt; apud quos *ἐν ταῖς καλουμέναις κωμασίαις* Deorum aureae imagines circumgestabantur, Clemente Alex. Strom. V. p. 671. auctore. Maxime vero rex cum esset constituendus; aderat enim praesens numen, *ὡς συμπροντίζον περὶ τὴν αἵρεσιν τοῦ βασιλέως*, aderant *κωμασταὶ*, dei administri, ceterique sacerdotum et prophetarum, ut docet Synesius I. Provident. p. 94. D. e quibus id videor posse conficere, *κωμασίας* illas fuisse sollemnitates, quibus Aegyptiorum dii magna cum pompa circumferebantur comessabundi quasi; *κωμαστὰς* fuisse eos, qui ferculis impositos gestarent, eumque illis comessarentur: quod ipsum et in mentem venit Dionys. Petavio ad Synes. Encom. Calvit. p. 73. A.; quamquam rectius is instituisset, si Synesii verba *καὶ ἔστιν αὐτοῖς κωμαστήρια τὰ κιβώτια κρύπτοντα* non adeo explicare ex Aegyptiorum *κωμασίαις*, quam emendare ingressus esset. Mihi quidem dubium non est, quin *πωμαστήρια τὰ κιβώτια κρύπτοντα* scripserit: id postulant, quae de occultis Aegyptiorum sacris commentatur: id ipsae sacrae cistae, quae operculis, et haec *πωμαστήρια*, studiose occludebantur. Vide Alex. Xaver. Panelium de Cistophor. c. 3. WESS.

177. 32. *Εὐθὺς δὲ*] Hoc praestat. Vide II. 12. WESS.

177. 34. *Διαίτῃ τε χρῆται τῇ τεταγμένῃ* etc.] Et haec Aegyptia, ut L. I. 70. docuit. WESS.

177. 45. *Καθάπερ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν*] Apud hos olim patratae caedis crimen anni exilio luebatur. Euripid. Hippol. v. 35.

Ἐπεὶ δὲ Θησεὺς Κεκροπίαν λίπε χθόνα,
Μίασμα φεύγων αἵματος Παλλαντιδῶν,
Καὶ τήνδε σὺν δάμαρτι ναυστολεῖ χθόνα
Ἐπιανσίαν ἔκδημον αἰνέσας φυγήν.

ad quae Scholiastes: *νόμος ἦν, τοὺς ἐμφύλιον καὶ συγγενικὸν φόνον ποιήσαντας ἐκουσίᾳ φυγῇ ζημιοῦσθαι τὸ μίασμα.* Mansit hinc Athenis, ut, qui alium casu fortuito necasset, annuum exilium ultro subiret, et tum rediret, ubi occisi cognatos quomodocunque placasset, Demosth. in Aristocrat. p. 414. et Criticis ad Euripid. Orest. v. 511. testibus. WESS.

177. 57. *Μεγίστην καὶ κυριωτάτην τάξιν ἔχοντες*] Strabo XVII. p. 1178. B. *ἐν δὲ τῇ Μερόῃ κυριωτάτην τάξιν ἐπεῖχον οἱ ἱερεῖς τὸ παλαιόν.* quibus addit, misso nuntio solitos fuisse regi mortem imperare, eumque morem durasse, donec rex quidam, armata manu in lucum irruens, ubi aureum sacellum erat, sacerdotes interficeret et consuetudinem aboleret: quae clarissime osten-

dunt eodem, e quo Diodorus, fonte Strabonem hausisse atque hortulos suos rigasse. Wess.

177. 63. *Συνηθείᾳ συντεθραμμένη*] Sic *πονηροῖς ἐθισμοῖς συντεθραμμένοι*, qui malos mores longo usu inbiberunt, supra II. 60. Conf. I. 74. Wess.

178. 71. *Καταφρονῆσαι τοῦ πράγματος*] Legendum censeo *τοῦ προστάγματος*, ut paullo ante *καὶ δεῖν τὸ πρόσταγμα τῶν ἀθανάτων ὑπὸ θνητῆς φύσεως μηδαμῶς παρορᾶσθαι*. Similem mendam e Strabone IV. p. 285. B. sustulit Is. Casaubon., nec magis aliud in vetustis schedis obvium, quam *πράγματος* et *προστάγματος*, *πραττομένων* et *προσταττομένων* confusio. Vid. II. 7. et inf. c. 33. Wess.

178. 80. *Ἐπὰν ὁ βασιλεὺς μέρος τι τοῦ* etc.] Eadem iterum Strabo XVII. p. 1178. B. Wess.

178. 87. *Τὴν βεβαίαν φιλίαν*] Videntur librarii Codd. Co. et M. *βέβαιον* praeferentes, noluisse ab eorum opinione dissentire, qui *βέβαιον ἐπὶ θηλυκοῦ κρεῖττον* esse decernunt, uti Thomas M.; quorum praeceptum spernimus, obsecuti scriptoribus auctoritatis locupletioris, ut Demosth., qui Olynth. II. p. 13. *δύναμιν βεβαίαν*. et in Aristocrat. p. 403. *φυλακὴν βεβαίαν*, Isocratis Archidam. p. 196., ubi *εἰρήνην βεβαίαν*, Aristophan., qui Lysist. v. 1016. *φιλην βεβαίαν* dicere non dubitarunt. Quae exempla si pluribus cumulare velis, consule Cl. Duker. in Thucydid. III. 43. Wess.

178. 92. *Κατὰ τῶν φίλων*] Mallem scripsisset *κατὰ τοῦ βασιλέως*. eum enim omnia haec potissimum spectant. Bene Strabo, *ἐκ δὲ τούτου φυλακὴ τοῦ βασιλέως ἐστὶ πλείστη παρ' αὐτῶν*. Wess.

178. 95. *Τοῖς τὴν μητρόπολιν αὐτῶν οἰκοῦσι*] Urbem Meroën, *πόλιν ὁμώνυμον τῇ νήσῳ*, ut Strabo XVII. p. 1177. A.; Heliodorus X. p. 460. *ἡ γὰρ δὴ Μερόη μητρόπολις οὖσα τῶν Αἰθιόπων, τὰ μὲν ἄλλα ἐστὶ νῆσος* etc. Vide superius I. 33. Wess.

178. 1. *Τὴν ὅμορον τῆς Ἀραβίας*] Eam credo intelligit, quae ultra Nilum flumen in sinum Arabicum vergit, de qua I. 21. Wess.

178. 4. *Τοῖς τριχώμασιν οὖλοι*] Ineptiunt qui mutare sustinent. Sunt Aethiopes eius tractus *μέλανες καὶ οὐλότριχες* Strab. XV. p. 1012. B. 1019. A. Wess.

179. 16. *Τόξοις τετραπήχεσιν*] Postremam vocem neglexerat interpres. Agatharchides de Rubr. Mari p. 13. *χρῶνται — — τοῖς μὲν τόξοις μεγάλοις*. Distinctius Strabo XVII. p. 1177. C. *χρῶνται δὲ καὶ τόξοις Αἰθίοπες τετραπήχεσι ξυλίνοις*. Wess.

179. 17. *Τῷ ποδὶ προσβαίνοντες*] Pede in arcum, ut maiore eum robore tendant, inposito. Agatharchid. de Rubr. Mar. p. 40. *ὃ μὲν εἰς κατέχει τόξον τῷ ποδὶ προσβεβηκώς*. Atque ita

et Strabo XVI. p. 1117. etsi nunc prave ibi *προβεβηκότων τοῖς ποσί*. Nec aliter puto accipi debent Xenophontis verba IV. Exped. Cyr. p. 253. *εἶλκον δὲ τὰς νευρὰς, ὁπότε τοξεύοιεν, πρὸς τὸ κάτω τοῦ τόξου τῷ ἀριστερῷ ποδὶ προβαίνοντες*, seu potius, ut hic, *προσβαίνοντες. quoties sagittas missuri erant, adducebant, sinistro pede in imam arcus partem inposito.* Utebantur enim barbari illi arcubus ternùm fere cubitorum; quos ut intenderent, humi collocabant, pedeque admoto sinistro, nervum summis viribus adducebant. Quo modo et expedita res erit, et Xenophontis locus ab intempestivis criticorum conatibus inmunis. Wess.

179. 18. *Καθοπλίζουσι δὲ καὶ τὰς γυναῖκας*] Eadem haec, sicuti et quae sequuntur, Strabo XVII. p. 1177. C. Wess.

179. 30. *Μὴ φερόντων ἔρια*] Dinon Aethiopiae oves lana esse inopes, sed camelorum pilis hirtas, *πρόβατα ἐρίων μὲν ψιλὰ, τρίχας δὲ καμήλων ἔχοντα*, prodidit in Aelian. XVII. H. A. 10., quod si cui ad credendum difficile acciderit, Strabon. sequatur, qui Aethiopiae *προβάτων αἰγοτριχούντων*, ovium, caprarum in morem hirsutarum, meminit: cuiusmodi in Corsica genus musmonum, caprino villo, quam pecoris velleri propius, apud Plinium VIII. H. N. 49. Wess.

179. 32. *Ἀνατέλλει περὶ τὰς λίμνας*] Eustath. in Iliad. *E.* p. 607. *ἀνατέλλειν ἐκ γῆς* gravius et elegantius esse quam *φύεσθαι* adfirmans, dictioni maiestatem quandam conciliat; quam Diodorus hoc loco sectatus non videtur, neque Theophrastus IV. Causs. Plant. 6. p. 303. *φανερὸν εὐθὺς εἶναι τὸ φύλλον ἀνατέλλον τῆς αἴρας* inquiens. Wess.

179. 38. *Τοξείαις ἐνηθληκότες*] Sic I. 54. *ἐνηθληκότες τοῖς πολεμίοις*, qui longo usu rei militaris peritiam sibi pepererunt. et XVII. 9. *ἐνηθληκότες τοῖς πολεμικοῖς κινδύνοις*. Praepositionem addit XVI. 44. *πλῆθος ἐν γυμνασίοις καὶ πόνοις ἐνηθληκός*. Wess.

179. 48. *Τήν τε γὰρ Ἶσιν* etc.] Vera haec sunt de incolis Meroes. *Οἱ δὲ ἐν Μερόῃ καὶ Ἡρακλέα καὶ Πᾶνα καὶ Ἶσιν σέβονται πρὸς ἄλλῳ τινὶ βαρβαρικῷ*, Strab. XVII. p. 1178.; quem autem ille barbaricum Deum vocat, eum Noster Iovem interpretatur. Wess.

179. 50. *Εὐηργετῆσθαι*] Hoc retinendum: fit enim relatio ad tempus, quo aetatem inter homines egerunt. Rhod.

179. 51. *Καθόλου θεοὺς οὐ νομίζουσιν εἶναι*] Aegre mihi persuadeo, gentes olim aut nunc esse, quarum obbrutescens ingenium eo devenerit, ut divinum numen de rerum natura prorsus sustulerit. Placet egregie hoc Artemidori I. Onirocrit. 9. commune esse omnibus hominibus *θεοὺς σέβεσθαι καὶ τιμᾶν. οὐδὲν γὰρ ἔθνος ἀνθρώπων ἄθεον*. Hic quae narrantur, Atlantios spectant, de quibus vide apud Herodotum IV. 184. Wess.

179. 57. *Οἱ δὲ περιχέαντες ὕελον*] Dixi ad L. II. 15. Wess.

180. 61. *Ὅρκον μέγιστον ἡγοῦνται*] Hunc Meroës incolarum morem, eorum enim esse Strabo XVII. p. 1178. significat, probabant et Nasamones apud Herodot. IV. 172. barbarorumque alii. Wess.

180. 63. *Οἱ μὲν τοῖς εὐπρεπεστάτοις*] Notavit Herodot. III. 20. civium maximum et robore praestantissimum regem ab Aethiopibus constitui; hunc sequitur Aristotel. IV. Polit. 4.; Bion vero in Aethiopicis apud Athen. XIII. 2. p. 566. pulcherrimum legi, *τὸν κάλλιστον ἐκ πάντων καὶ μαχιμώτατον* ait Nicol. Damascen. Excerpt. Vales. p. 518. Wess.

180. 65. *Ὡς μόνους ἄριστα — — φροντιοῦντας*] Nisi accusativos hos absolute positos agnoscas, scribendum erit *ὡς μόνοις — — φροντιοῦσι* ex schedis Clar. 2.; quod etsi haud paullo planiorem facit orationis ordinem, non damno tamen alterum: est enim id genus optimo cuivis receptum. Aratus Phaenom. v. 332.

— — *Οὐκ ἔτι κεῖνον ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντα,*
Φυταλιαὶ ψεύδονται, ἀναλδέα φυλλιόωσαι.

ubi Critici veteres, *τὸ δὲ, οὐκ ἔτι κεῖνον τὸν Σείριον, Ἑλληνισμός ἐστιν, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἔτι ἐκείνου ἀνιόντος ἅμα ἡλίῳ.* Alia exempla ex Pausania dedit Sylburg. in Praefat. p. 930., ex Arriano L. V. Exp. Alex. p. 222. Iac. Gronov. et Kuhn. ad Aelian. II. V. H. 13. Porro non absurdum Aethiopum illud institutum, quo optimis omnium pastoribus regni habenas tradebant; siquidem *ποιμενικὴ*, quae Philonis Iud. I. Vit. Mos. p. 611. E. verba, *μελέτη καὶ προγύμνασμα βασιλείας μέλλοντι τῆς ἡμερωτάτης τῶν ἀνθρώπων ἐπιστατεῖν ἀγέλης.* Wess.

180. 77. *Διὸ καὶ περιμάχητος ὁ τόπος*] Qui tanto studio petitur, ut eius possessionem certaminibus Afri Aethiopibus et vicissim praeripere conentur. Iosephus de diademate XVII. A. I. 8. 4. *δέξασθαι τὸ περιμάχητον τῆς ἐνθένδε τιμῆς.* Demades Athenae *τὸ περιμάχητον καὶ θαυμαζόμενον ὑπὸ πάντων ἄστυ* Orat. p. 180.; Strabo XIII. p. 910. C. de Thebes campo, *ὃ διὰ τὴν ἀρετὴν περιμάχητον γενέσθαι φασί.* Vide et infra XII. 68. Wess.

180. 84. *Γεύσωνται τοῦ θρόνου*] Hoc retineo; est enim Nili ripa mire iuncosa; unde et Nicander Theriac. v. 200. *Αἰγύπτοιο παρὰ θρυόεντας ἰάμνους.* Post pauca vero, inducta *σκηνιτῶν* voce, quam Reg. inprobat, scriptum fuisse autumo, *ὄντες νομάδες καὶ τὸ σύνολον τῷ συμφέροντι* etc., quo modo lenius multo decurret oratio. Wess.

180. 97. *Ἐπιτίθενται τοῖς ἐλέφασι*] Describunt hoc draconum et elephantorum certamen, nec eodem tamen modo, Philo Iud. De Mundo non corrumpendo p. 961. A. et Aelian. VI. H. A. 21., consentiuntque aevi recentioris scriptores in Comment. Iob. Ludolfi Histor. Aethiop. p. 148. Confer et infra c. 37. Wess.

181. 3. *Ἀπολειπόμενοι δ' ἀπορήματος*] Initio *εὐπορήματος* substitueram, ut esset, *facultate destituti*. Sed aptius et rectius nunc videtur legi *ἐπιχειρήματος*. Sequens etiam *δὲ* in *γὰρ* transmuto. Ita enim causa illa, cuius hic implicite fit mentio, explicatur. Rhod. Longe commodius est *ἐπιχειρήματος*, quod et a Diodoro venisse suspicor: vulgatum quidem certe ut bonum sit, nullis machinis inpetrari poterit. Wess.

181. 8. *Ταῖς τὸ μῆκος ἀνηκούσαις*] Oportuerat *ταῖς εἰς τὸ μῆκος*, quod nec Rhodom. fugit. Tamen c. 15. de ultimo sinus Arabici recessu, *ὃς εἰς τὴν μεσόγειον ἀνήκων ἄπιστον διάστημα*. Ut putes consulto eum praepositionem subaudiendam neglexisse. Wess.

181. 18. *Ἀγαθαρχίδης μὲν γὰρ ὁ Κνίδιος*] Fuit Heraclidis Lembi *anagnostes* sive lector, teste Photio; quem cum sub Ptolemaeo sexto vixisse referat Suidas, haud sane male Agatharchidem Io. Ger. Vossius I. Histor. Graec. 20. illi Ptolemaeo aequalem fecit; neque tamen eo rege libros de Asiae Rubrique maris rebus memorabilibus vulgasse videtur: scripsit eos regis Aegyptii tutor cum esset et aetatis provectae, *πρεσβύτερος ὢν καὶ πολλῶν ἔμπειρος γεγονὼς πραγμάτων*, sicuti ait p. 14. edit. Hudson.; quae quia in lectorem non conveniunt, neque traditum nobis liquido est, cuius Ptolemaei tutorem egerit, tempus scripti et publicati operis in obscuris merito censetur. H. Dodwellus ut has tenebras discuteret, regem, qui in Agatharchidis fuit tutela, Ptolemaeum esse censuit Alexandrum Dissert. de Aetate Agatharch. p. 70., editumque librum anno U. C. Varroniano DCXLIX. vel DCL.; quo eodem tempore Artemidorus Ephesius, quippe Olymp. CLXIX., uti Marcianus Heracleota docuit, floreus, Geographiam suam in vulgus emiserit: quod tamen ego in animum inducere non possum. Videor enim animadvertisse ex Strabone, et ostendam opportuniore loco, Artemidorum Agatharchidis scrinia conpilasse, et de Troglodytis Arabicique sinus accolis omnia iisdem paene verbis esse exsecutum; unde conclusione quadam conficio, non unius, quae viri doctissimi sententia, anni, sed plurium intervallum inter utriusque publicata scripta intercessisse: tantoque magis quod eadem in Aegypto et Ptolemaeorum gratia uterque egerit, nec fieri potuisse videatur, ut intra unius anni spatium Artemidorus tantum opus absolverit. Forte itaque Ptolemaeus, cuius tutelam Agatharchides administravit, is est, quem *Soterem* Porphyrius, *Physconem* II. alii adpellant; quo modo et iustam temporis intercapedinem Agatharchidem inter et Artemidorum habebimus, et illis satisfiet, quae de Agatharchide prodita novimus. Sed haec alias uberius. Wess.

Ibid. Μὲν γὰρ] Si ita, non *μέντοι*, scripsit Diodorus, *γὰρ* illud referendum est ad *περὶ δὲ τῶν συγγραφέων ἡμῖν διοριστέον*.

181. 24. *Παρεβάλομεν εἰς Αἴγυπτον*] Tametsi de illis, qui in forum se conferunt, *ἐμβάλλειν εἰς τὴν ἀγορὰν* usu tritissimum sit, probatumque Lycurgo in Leocrat. p. 148., Libanio T. I. p. 794. B., Io. Chrysostomo T. III. p. 52. B., Themistio Orat. XXIII. p. 293. D. atque aliis, non recipio *ἐνεβάλομεν* Coislin.; vulgatum enim Diodorus pro suo agnoscit. Vide I. 12. Wess.

181. 35. *Περὶ γὰρ τὰς ἐσχατιὰς* etc.] Omnia haec debet Agatharchidi de Rub. Mari p. 23. Wess.

181. 37. *Συναγομένου πολλοῦ*] *Πολλοῦ* post *συναγομένου* eradatur. Rhod.

181. 39. *Διαφνὰς*] *Διφνάδας* Coisl. male. Vide V. 22. et Theophrast. de Lapid. p. 400. Wess. V. Lobeck. ad Phryn. p. 497.

181. 40. *Περιλαμπομένας φύσεις*] Mirifice delectatur atque in huius vocis usu acquiescit Diodorus. Sic enim animalia vix alibi visa *ζώων ἀθεωρήτους φύσεις* L. III. 36., quo etiam modo *παντοδαπὰς ζώων φύσεις* Dio Chrysostom. Orat. V. p. 83. A., et *φύσιν πετεινῶν, ἑρπετῶν τε καὶ ἐναλίων* S. Iacobus Epist. III. 7. et varia herbarum genera *παντοίας βοτανῶν φύσεις* IV. 46., lapillosque splendentes *φύσεις περιλαμπομένας* III. 69., sicuti et hoc loco, adpellat. Wess.

181. 43. *Οἱ γὰρ βασιλεῖς τῆς Αἰγύπτου* etc.] Primi fortasse gravissimae huius poenae auctores sunt: transiit dein inhumana consuetudo ad alios, praecipueque Romanos, quibus damnatione in metalla et opus metalli nihil frequentius. Vide P. Fabrum II. Semestr. c. 5. et Blas. Caryophil. de Marm. Antiq. p. 158. Wess.

182. 52. *Πάντες δὲ πέδας δεδεμένοι*] Galeno propterea *πεδῆται* L. IX. Simpl. Medic. Facult. p. 129.; sed haec minima pars aerumnarum, quas aurileguli incredibiles perpetiebantur. Enumerant eas Democritus in Epist. Hippocrat. ad Damagetum p. 1282., Lucretius VI. 803. Io. Chrysostom. in Matth. T. VII. p. 559. Nimirum luxus, habendique studium, crudelitate quadam admixtum,

Quaerere sub terris aurum, furtoque latentem
Naturam eruere omnem, orbemque invertere praedae
Imperat, et glebas inter deprendere gazam,
Invitamque novo tandem producere coelo.

ut bene Manilius V. 524. Wess.

182. 56. *Φυλακαὶ γὰρ ἐκ στρατιωτῶν* etc.] Accedebat coeli solique siccitas, quae tanta illis erat in oris, ut ea conclusi fugam ingredi non auderent. Prodidit hoc de damnatis, qui iisdem in Arabiae atque Aethiopiae finibus lapicidinam Porphyritin exercebant, Aristides T. III. p. 587. *Ἐργάζονται δ' αὐτὴν ὥσπερ καὶ τὰς ἄλλας δήπου κατάδικοι. ἀλλὰ τούτους γε, ὥς φασιν, οὐδεὶς φρουρεῖ· οὕτω σφόδρα ὕδατός ἐστιν ἄπορος, ὑφ' οὗπερ καὶ ἠρή-*

μωται· ἀλλὰ φόβῳ τοῦ καυθήσεσθαι ζῶντας, ὃ δεῖ παθεῖν ἄν τις φεύγων ἁλῷ, μένουσιν οἱ μένοντες τῶν μεταλλέων. Wess.

182. 60. *Πυρὶ πολλῷ καύσαντες*] Agatharchides: *τὰ μὲν ἀπότομα καὶ τελέως σκληρὰν ἔχοντα φύσιν, ἐμπρήσαντες ὕλῃ, καὶ χαῦνα τῷ πυρὶ ποιήσαντες, οὕτως αὐτοῖς προσάγουσι τὴν πεῖραν* etc. quae eadem aurilegulis et metallariis serioris aevi studiosissime observari, dum venas sectantur et emoliuntur, docet Georg. Agricola L. V. de Re Metall. p. 79. Wess.

182. 63. *Μυριάδες ἀκληρούντων ἀνθρώπων*] Dicuntur *ἀκληρεῖν*, qui gravi atque adversa fortuna premuntur. Eleganter Teles in Serm. CVI. Io. Stobaei p. 577. *ἀπογέγονεν ὁ φίλος. καὶ γὰρ γέγονε· σὺ δὲ ὅτι μὲν ἀπογέγονεν, ΑΚΛΗΡΕΙΝ οἴει, ὅτι δὲ ἐγένετο, οὐκ ΕΥΚΛΗΡΕΙΝ.* Unde *ἠκληρηκότες*, quos mala urget fortuna, Polybio I. 7. et inferius Nostro XIII. 47. 58., *ἀκληρήματα* calamitates et *ἀκληρίαι* XIII. 31. XVII. 71. Bene iterum Teles in Sermone Stobaei XXXVIII. p. 232. patriam invenire scelestam et ingratam, in quam multa contuleris, *πῶς οὐκ ΑΚΛΗΡΗΜΑ*; inquit, *καὶ πῶς ἂν εἴη τοῦτο ΑΚΛΗΡΗΜΑ, ἀλλ' οὐκ ἤδη εἰπεῖν ΕΥΚΛΗΡΗΜΑ, τὸ γνῶναι πολλά τις, πρότερον μὴ εἰδότα.* Wess.

182. 68. *Τυπίσι σιδηραῖς — — κόπτουσι*] Haec et superiora iisdem fere verbis explicat atque exsequitur Agatharchides de Rubro Mar. p. 23. Malleos autem, quorum in re metallica usus, summa cum cura descripsit Georg. Agricola VI. de R. M. p. 108. Wess.

182. 73. *Καὶ σχολιότητας*] Scholion hoc est. Rhod.

Ibid. Λύχνους — πεπραγματευμένους περιφέρουσι] Erunt fortasse, quibus potior videbitur Reg. et Vatic. scriptura; quorum gravate ego opinioni accessero: satis enim commodum id est, quod amplector, idemque exprimit atque haec Agatharchidis, *οὗτοι μὲν οὖν λύχνους προσδεδεμένους τοῖς μετώποις ἔχοντες λατομοῦσιν.* Wess.

182. 77. *Θραύσματα*] *Θραύματα* Co. M. Vat. Cl. 2. quae scripturae varietas et in Agatharch. p. 24.; vide infra XVII. 20. Wess.

182. 83. *Οἱ δὲ ὑπὲρ ἔτη τριάκοντα*] Agatharchid. *οἱ γὰρ ἐντὸς τῶν τριάκοντα.* quae si Photius recte excerpsit, aut sua aetate aliter ea Diodorus legit, aut lapsus est. Wess.

183. 89. *Πρὸς τὴν κώπην ἀλήθουσιν*] Doctissimo Rhodom. dubia huius loci sententia fuit: hic *κώπην* vertit *paviculam molitoriam*, in Agatharchide *κώπην* sive *κόπην*, neque enim eius scriptura constat, *contusionis ictum:* neutrum, ut arbitror, bene: molunt enim senes feminaeque lapillos, auri ramenta conplexos; neque adeo *ictui* aut *paviculae* hic locus est commodus. Fac vero molas fuisse trusatiles, earumque manubriis binos aut ternos adstitisse, ut manuum inpulsu eas versarent et lapillos conmole-

rent, tum *κώπη* erit ipsum illud manubrium, ut *κώπη ἡ τοῦ ξίφους λαβὴ καὶ ἐγχειριδίου* apud Hesychium, rectissimeque a Nostro *παραστάντες — πρὸς τὴν κώπην*, et ab Agatharchide *καὶ παραστᾶσαι τρεῖς ἑκατέρωθεν πρὸς τὴν μίαν κώπην, οὕτως ἐξωσμέναι* etc. *ἀλήθουσιν* dicentur viri mulieresque, qui molarum manubriis adpositi eas rotant et continua versatione lapillos subigunt. Atque hoc mihi verius videbitur, donec aliunde meliora edoccar. Porro in Agatharchide quae sequuntur, recte ex Diodoro corrigunt viri docti: *ἀλήθουσι δὲ ἕως ὑπὸ τὸν σεμιδάλεως τρόπον ἀχθῇ τὸ παραδοθὲν μέτρον. quod* enim auri *effossum est, funditur, lavatur, uritur, molitur ut farina*, docente Plinio XXXIII. 4. Wess.

183. 99. *Τελευτήσωσιν ἐν ταῖς ἀνάγκαις*] Sunt *ἀνάγκαι* aerumnae, miseriae, tormenta, quibus aurileguli subterraneis in carceribus misere divexabantur. Iosephus XVI. A. I. 8. 1. *βασανιζόμενοι δὲ μᾶλλον καὶ ἐν ταῖς ἀνάγκαις ὄντες*, et post pauca sect. 4. *εἷς τις τῶν νεωτέρων, ὡς ἐν ταῖς ἀνάγκαις ἐγένετο.* quibus locis tormenta, quorum molestiis verum ex illis exprimebatur, de quibus quaestio habebatur, indicat: et clarius L. XVII. 4. 2. *ἀνάγκαις τε καὶ βασάνων σφοδρότητι ταῦτα ἔλεγον.* Inde *ἀναγκαῖον* carceris locus, in quo de servis alliisque quaestio instituebatur, et carcer ipse Xenophonti L. V. Rer. Graec. p. 443. Vide Cl. Salmas. haec ad Solin. p. 764. illustrantem, et *κακουμένοι*, incertum memoriaene vitio an coniectura, legentem, quamquam sine urgente caussa, et infr. IV. 44. Wess.

183. 7. *Καταῤῥεῖ κατὰ τὴν τῆς σανίδος ἔγκλισιν*] Agatharchides *τὸ μὲν γεῶδες ἐκτηκόμενον συναποῤῥεῖ κατὰ τὴν ἐπίνοιαν τοῦ σανιδώματος.* quae postrema in mendo cum sint, Cl. Salmasius *κατὰ τὴν εὐπίνειαν τοῦ σανιδώματος per laevorem tabulae ad unguem rasae et conplanatae* rescribi ad Solin. p. 777. oportere censuit: a cuius ego opinione non dissiderem, si *τὸ εὐπινὲς* et *εὐπίνεια laevorem* magis quam *nitorem* atque *elegantiam* exprimeret, quod secus esse, exempla, ab ipso ad eundem Solin. p. 589. producta, evincunt. Diodorus legisse videtur *κατὰ τὴν ἐπίνευσιν τοῦ σανιδώματος.* quod iustum arbitror, etsi simile exemplum mihi desit. *Πέτραι ἐπινενευκυῖαι* sunt declives: hinc *ἐπίνευσις*, uti *ἔκνευσις*, progenita *declivitatem* indicat, sive *ἔγκλισιν*, ut Diodorus ait. Ceterum auri diversas lavandi rationes accurata oratione perscriptas si desideres, cumulate tibi satisfaciet Georg. Agricola L. VIII. de Re Metall. p. 256. etc. Wess. Non opus est ut Agath. e Diodoro corrigatur. *ἡ τοῦ σ. ἐπίνοια* est *ingenium* vel *ratio tabulati*, *ἡ περὶ τὸ σ. ἐπίνοια* hominum solers inventum in struenda illa machina. Reisk.

183. 17. *Μολίβδου βωλίον*] Melius *βῶλον*. Rhod. *Μολίβδου βῶλον*] Hoc malo. Agatharchid. *καὶ μίξαντες κατὰ λόγον τοῦ πλήθους μολίβδου βῶλον καὶ χόνδρους ἁλῶν, καὶ κασσιτέ-*

ρου βραχὺ καὶ κρίθινον πίτυρον· e quibus et id adparet, non sine iusta ratione καὶ κρίθινον Co. et Cl. 1. me praeferre. WESS.

183. 23. Ὀλίγης ἀπουσίας γεγενημένης] Debet rariorem huius vocabuli usum Agatharchidi, ἀπουσίαν ἀπὸ τοῦ ψήγματος ramenti intertrimentum, seu quod in decoctione deperit, appellanti, sicuti et elegantissimum epiphonema, quod mox consequitur. WESS.

184. 37. Καὶ Κεδρωσίας] Hoc praefero. Placuit enim Diodoro XVII. 104. XVIII. 3. Agatharchidi p. 27. et Alexandro Polyhistori apud Stephanum Γεδρωσία, frustra codici minus diligenter scripto id inputantem. Is. Tzetzes hunc Diodori locum signat in Lycophron. v. 817. WESS.

184. 49. Καὶ στενοὶ παντελῶς αὐλῶνες] Agatharchid. p. 28. αἵ καὶ κοιλάδας βαθείας ἔχουσι καὶ φάραγγας ἀνωμάλους καὶ στεγνοὺς αὐλῶνας καὶ σκολιὰς ἐκτροπάς. ubi στενοὺς αὐλῶνας oportuerat, uti hoc loco. WESS.

184. 52. Τὰς ἐκτροπὰς καὶ διεξόδους συγκεχώκασι] Sine controversia verum est, quod Codd. auctoritatem secutus restitui. Ἔκτροπαὶ sunt anfractus aquarumque divergia, ut paullo ante et in Agatharchide; simili ratione ἐκτροπαὶ, ἐκνεύσεις τῶν ὁδῶν, ὅπου τὶς ἐκτραπῆναι δύναται, in Schol. ad Aristophan. Ran. v. 113. et infra c. 26. WESS.

184. 58. Συναποκομίζει — πλῆθος ἰχθύων] Paria de Ichthyophagis Arrian. Indicor. c. 29., morem tamen piscium capiendorum paullo diversiorem describens. WESS.

184. 67. Καθάπερ ἀφ' ἑνὸς κελεύσματος] *Uno velut iussu.* Thucydides II. 92. καὶ ἀπὸ ἑνὸς κελεύσματος ἐμβοήσαντες, ἐπ' αὐτοὺς ὥρμησαν. Sophron apud Athen. III. c. 10. p. 87. κόγχαι ὥσπερ αἴ κ' ἐξ ἑνὸς κελεύσματος κεχάναντι, *conchae signo veluti dato*, aut *uno ex iussu*, *hiant.* quae Diodorique loca non fugerunt diligentiam accuratissimi Steph. Bergler. in L. I. Epist. 22. Alciphronis. ἀφ' ἑνὸς παραγγέλματος infra XIII. 45. WESS.

185. 76. Μύραιναι] Σμύραιναι M., quo modo Agathareh. p. 28. et Aristot. V. H. A. 10., sed nihil interest. WESS.

185. 80. Ταῖς ἀποῤῥῶξι πέτραις ἐπιτέμνοντες] Mallem hoc quidem loco *lapidum fragmentis*, quae ad incidendum aptissima erant, praecipue saxi Aethiopici, de quo Herodot. II. 86. Conf. supr. II. 14. Praetuli praeterea ἁρμοζομένην, ut naturam respiciat. WESS.

185. 93. Ἐπί τινος λεωπετρίας] Sic praestat. Agatharchid. p. 92. τὴν δὲ σάρκα τῶν ἰχθύων εἰς λεωπετρίαν συναγαγόντες πατοῦσιν ἐκτενῶς. Habent praeter Suidam Alexandrini interpretes λεωπετρίαν Ezech. XXIV. 7. 8. XXVI. 4. 14.; ut audiendi non sint, qui in Agatharchide λεωπέτραν ex Hesychio maluerunt. WESS.

185. 1. *Ἃς — ξηρανθείσας καθίσαντες κατενοχοῦνται*] Blandiri posset Reg. Cod. *καθεσθέντες*, quo de viri docti ad Luciani I. Ver. Hist. 23., nisi Agatharchides vetaret, *ὧν*, inquiens, *ξηρασίαν λαβουσῶν, καθίσαντες εὐωχοῦνται*, ipseque Diodor. I. 92. *καὶ καθισάντων ἐπί τινος ἡμικυκλίου*, plurimique alii. *Τὸ γὰρ καθίζω οὐ μόνον ἀντὶ τοῦ ἕτερον ποιῶ καθίζειν, ἀλλὰ καὶ ἐμαυτόν*, ut Thomas M. ait, et nemo ignorat. De Ichthyophagis autem his persimilia scribit Strabo XVI. p. 1118. C. Wess.

185. 3. *Ἀνεκλείπτως γὰρ καὶ* etc.] Placet marginalis correctio *ἀνεκλείπτως γὰρ ἑτοίμοις, penu citra defectum parata.* Rhod. Mihi quoque placet: nec opus tamen, ut ceteras hinc auferas; nedum ut *τῶν ἔργων* scribas: est quidem ea frequentior structura, sed elliptica, uti docuit in Myst. Ellips. p. 88. L. Bos.; *Τὸ πέμπτον μέρος μεταλαβεῖν τῶν ψήφων* saepe apud Oratores Atticos, uti Demosthen. in Midian. p. 330., *καιρὸν δὲ μεταλαβὼν* in S. Lucae A. A. XXIV. 25., quamquam ibi plures Codd. *λαβὼν*, et forte verius: sic Noster I. 60. *καιρὸν λαβόντες*, et *καιρὸν εὔθετον λαβόντες* IV. 65. Wess.

185. 5. *Τὸ τῆς Δήμητρος ἔργον μετειληφότος*] Nota syntaxis insolentiam: nisi *τῶν τῆς Δ. ἔργων* scriptum fuerit. Rhod.

185. 11. *Ὧν εὑρίσκονται*] Doctissimus Rhodom. *ὡς εὑρίσκονται* in Notarum suarum Addendis corrigit. Mihi potior videtur Clar. 2. scriptura, modo paullum adiuvetur, *ὥστε εὑρίσκεσθαί τινας τετραμναίους*. Sic enim saepissime solet. *Τηλικούτους τὸ μέγεθος, ὥστε — ἀναλίσκειν* inf. c. 37. Wess.

185. 12. *Τὰ μὲν γὰρ κήτη συντρίβουσι*] Forte *κελύφη*. Aut testae seu crustae significatione *κύτη* dixit. Rhod. *Τὰ μὲν γὰρ κύτη συντρίβουσι*] Verum hoc esse, scripti Codd. adfirmant. *Κύτη* vocat testudinum *crustas*, ut Agatharchid. p. 35. de Chelonophagis, *τοῖς δὲ κύτεσι χρῶνται εἰς τὰς σκηνώσεις*; quae Diodorus aemulatur c. 20. *τοῖς δὲ κύτεσιν οὖσι σκαφοειδέσι χρῶνται — καὶ πρὸς τὰς σκηνώσεις*. Sic enim ea legi oportere alias ostendam. Solent autem librarii, quod levi discrimine voces distent, eas permiscere. Ita fecerunt *κῆτος μέγα* in Luciani I. V. H. 31., ubi *κύτος* debuissent, Solano optime animadvertente, relinquente tamen c. 38. *ἀντήχει δὲ τὸ κῆτος, ὥσπερ τὰ σπήλαια*, prava sententia; quam iustam habebis, si *κύτος* receperis. Contra ea peccarunt in Heliodor. IX. p. 445. *τὸν γοῦν ποταμὸν τοῦτον, εἴτε καθ' ὑμᾶς θεὸν, καὶ κύτος ἅπαν τὸ ποτάμιον, ἢ Αἰθιόπων δεῦρο παραπέμπουσα* etc., reliquerat enim *κῆτος ἅπαν*, i. e. crocodilos, hippopotamos, eiusdemque generis alia animalia, quibus Aegyptii divinum honoris cultum deferebant. Wess.

185. 18. *Εἰ δὲ ἡ — τροφὴ σπανίζει*] Recipi posset ex Vatic. *σπανίζῃ*, si quae urgens esset necessitas. Vulgatum satis est legitimum obviumque XIII. 17. *προσπλέοντας ἡρώτων, εἰ διὰ τῆς γῆς εἰς Ἀθήνας πλεῦσαι νομίζουσιν*. Philostrat. IV. Vit.

Ap. 8. *εἰ γὰρ ὁ μὲν ἀπὸ δημαγωγίας θαυμασθήσεται.* Lucianus in Asino c. 4. *εἰ μή τις ὑπακούσει αὐτῇ.* Mox *ἐπὶ τὸν σωρὸν* ex schedis Mss. et sermonis genio restitui. WESS.

186. 22. *Τοῖς ὀδοῦσι κατεργάζονται*] Sic c. 24. *πάντα δὲ κλάδον ἔγχυλον τοῖς ὀδοῦσι κατεργαζόμενοι.* et sine dentium addito vocabulo c. 21. *ἀναγκάζονται κατεργάσασθαι — — — τῶν ἀρχαίων ὀστῶν χόνδρους·* quod expressit ex his Agatharchid. p. 35. *ἐκ τῶν ὀστῶν τούς τε χόνδρους — — κατεργαζόμενοι.* Hinc hominis os et venter *τὸ τῆς τροφῆς ἐργαστικὸν καὶ δεκτικὸν,* quod cibum conficiant et recipiant, Aristoteli IV. Politic. c. 4. WESS.

186. 31. *Ἐπιμίσγονται ταῖς γυναιξὶν* etc.] Photius ex Agatharchide ita excerpsit: *πρὸς ταῖς θήραις γίνονται καὶ πρὸς ᾠδαῖς ἀνάρθροις, καὶ πρὸς ταῖς συνουσίαις, ταῖς παιδιᾶς χάριν γινομέναις·* quae sententiam longe aliam prae se ferunt. WESS. Nisi et ibi scribendum est *παιδοποιίας.*

186. 38. *Ταῖς ἀγέλαις τῶν βοῶν*] Non hac tantum parte bubus similes erant, sed et inter bibendum: quadrupedes enim, manibus pedibusque nixi, boum instar aquam bibebant. *ἀπερεισάμενοι τὰς χεῖρας εἰς τὴν γῆν καὶ θέντες τὰ γόνατα βοηδὸν πίνουσιν,* Agatharchid. ait p. 30.; quae horum barbarorum ignavia non absimilis est eorum militum, de quibus auctor Histor. Iudic. VII. 6. WESS.

186. 47. *Ταῖς ποτίστραις ἐγγίσωσι*] Habet *ποτίστρας τῶν νομάδων* eadem in re Agatharchides. Strabo explicabit L. VIII. p. 545. D. *τὴν δὲ κρήνην, πίσαν εἰρῆσθαι, οἷον πίστραν, ὅπερ ἐστὶ ποτίστραν.* unde aquae scaturiginem, ad quam greges potum pergunt, notare adparet. WESS.

186. 62. *Εἰς τὴν ἔρημον — ἐκτετοπισμένοι*] Sepositi et quasi relegati. Polybius I. 74. *ποιοῦνται τὴν φυγὴν ἐπὶ δύο ἡμέρας καὶ τρεῖς ἐκτοπίζοντες αὑτούς, in loca remota contendentes.* Diodor. XX. 40. *καὶ νυκτὸς ἐπιγενομένης μακρὰν ἑαυτοὺς ἐξετόπισαν.* unde *μακρὰν ἐκτοπιζόμενοι* qui a patria longissime sese seiunxerunt III. 70. WESS.

186. 66. *Οὐχ οἷον — ἀλλ' οὐδ' ἔννοιαν ἔχουσι*] Male Mutinenses schedae: saltem *οὐχ ὅπως,* quo de I. 58., dedissent. *Οὐχ οἷον — — ἀλλὰ* Diodor. libenter usurpat, ut inf. c. 34. XVII. 36. XX. 60. Haec autem ex Agatharchide sumpsit, *οὐχ οἷον,* aiente, *ποτὸν ἐπιζητοῦσιν, ἀλλ' οὐδὲ ἔννοιαν ἔχουσι τοῦ γένους.* WESS.

187. 77. *Ὁ φιλοτιμηθεὶς περὶ τὴν θήραν τῶν ἐλεφάντων*] Primus Ptolemaeus Philadelphus huic venatui fuit intentus, sicut Agatharchid. princ. Excerpt. deMari Rubr. tradidit. Secutus id exemplum est filius Euergetes: unde et ipse in Marmore Adulitano se cum elephantis Troglodyticis et Aethiopicis expeditionem in Asiam suscepisse ait, *οἷς ὅ τε πατὴρ αὐτοῦ καὶ αὐτὸς πρῶτος ἐκ τῶν*

χωρῶν τούτων ἐθήρευσαν, in Topograph. Cosmae Indicopl. L. II. p. 141. Wess.

187. 82. Ἐξήταξε τὰ κατὰ etc.] Ultimam in σε muta, ab ἐξετάζω, *examino*, *exploro*. Rhod. Ἐξήτασε τὰ κατὰ τὴν παραλίαν] Citra dubium ita scripserat. Io. Chrysostom. T. V. p. 51. E. καὶ τῇ φιλαρχίᾳ μεθύων, οὐκ ἐξήτασεν ἀκριβῶς. et post pauca, οὐδὲν ἐξετάσας ἀκριβές. In aliam partem peccatum est apud Appian. Hannibal. p. 554. καὶ ἑκάστης ἡμέρας ἐξήτασε. dederat enim ipse ἐξέτασσε, ut p. 560. ἐξέτασσε συνεχῶς ἐς μάχην. Wess.

187. 91. Οὔθ' ὕβριν, οὔτε πληγὰς ὑπομένοντες ἠρεθίζοντο] Io. Tzetzes Chiliad. VI. 742. haec in oculis habuit. Wess.

187. 95. ἑλέου] Hoc verum est, quamvis ab ἐλέους stet etiam optimus liber Coisl. At ea forma nonnisi infimae aetati concedenda videtur. Nam Isocrati quidem Callimach. p. 379. B. ἐλέους recte arbitror exemisse Bekkerum censura ed. Coraes p. 287. nec minori iure Polybio I. 88. 2. Librarii vel grammatici hoc vitium saepe inferunt, ut Antiphonti p. 114. Aeliano H. A. 3. 1. Aristot. Rhet. II. 8. inscr., coll. §. 12. 16.

187. 97. Βλέποντες μὲν ἀτενῶς etc.] Agatharchides, quem exscripsit, in his vitiosus est: βλέπουσι μὲν οὔτε ἀτενῶς εἰς τὸ γινόμενον, καὶ τὰς κεφαλὰς πυκνῷ διανεύουσι. quae bene habebunt, si cum H. Steph. οὗτοι ἀτενῶς, et πυκνῶς scripseris. Wess.

187. 6. Ἡ συναναστροφὴ γίνεται μετ' εἰρήνης] *Conversatio*, *familiaritas*. Auctor Sapient. Salom. VIII. 16. οὐ γὰρ ἔχει πικρίαν ἡ συναναστροφὴ αὐτῆς. Atque ita ἀναστροφὴ non solis N. T. scriptoribus, sed pluribus aliis, uti Diatribe mea de Iudaeor. Archontib. c. 2. ostendit. Wess.

187. 18. Τοῖς ἴπνοις παραπλησίαν ἔχοντα τὴν θερμασίαν] Ἴπνος alias est μαγειρεῖον, κάμινος, alias φανὸς, λαμπτήρ. Hic furnum notat, sicuti in his Simonidis apud Aelian. XVI. H. A. 23.

Οὔτε πρὸς ἴπνον ἀσβόλην ἀλευμένη
Ἴζοιτ'. ——

Hinc panis ἰπνίτης in furno coctus apud Hippocratem et Galenum; qui quo discrimine a κλιβανίτῃ distiterit, solertissime explicat Hier. Mercurial. I. Var. Lect. 12. Wess.

188. 29. Ἐλάται φύονται πάνυ πολλαὶ] Pravum est ἐλάται. *abietum* enim folia angustiora sunt, quam quae continuam umbram possint facere: verum autem ἐλαῖαι. Agatharchid. p. 32. οἱ δὲ τὰς τῶν ἐλαιῶν κορυφὰς ἀλλήλαις συνάπτοντες, εἶτα χρῶνται σκηνώμασι. neque dissentit Strabo XVI. p. 1119. A.; ut merito viri egregii Is. Casaub. ad eum Strabonis locum et S. Bochartus P. II. Hierozoic. L. II. 5. p. 30. Diodori verba ex utroque corrigere instituerint. Mox rectius videtur καστανάϊκῷ καρύῳ, quomodo Agatharchides et supr. II. 50. Wess.

188. 33. Τῷ καστάϊνῳ] Lege καστανίνῳ. Rhod.

188. 42. *Σεσώρευται τοῦ μνίου φόρτος*] Tradunt mutuas operas Agatharchides et Diodorus: quod enim ille scribit p. 33. *ἄμμου φόρτος ἄπλετος ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος, ὄρει παραπλήσιος, σεσώρευται*, id refingi hinc debet *μνίου φόρτος*. In his, quae sequuntur, *οὗτος ὑπὸ τῆς συνεχοῦς τοῦ καύματος πληγῆς πεπιλημένος*, vicissim succurret Agatharchides: mihi enim dubium non est, quin levi vitio, sed sententiam turbante, sint obsita. Haud equidem damno *πληγὴν καύματος*, cum *plagam odorum* dixerit Lucretius, et sacer vates Psalm. CXXI. 6. יומם חשמש לא יככה *ἡμέρας ὁ ἥλιος οὐ πλήξει*, sive, ut Alexandr. Interpretes, *οὐ συγκαύσει σε*. nec recte tamen adfirmari autumo, aestus fervorisque, ut ita dicam, percussu algarum acervos condensari et conspissari. Fieri id solet continua fluctuum inpulsione, *ὑπὸ τῆς συνεχοῦς τοῦ κύματος πληγῆς*, quo modo scripsisse Diodorum censeo. Agatharchides, *οὗτος ὑπὸ τοῦ προσβάλλοντος ἀεὶ κύματος σκληρῶς πεπιλημένος* etc. Wess.

188. 45. *Συμπεπιλημένην ἄμμῳ*] *Συμπεπλεγμένην* ex margine in locum suum revertatur. Rhod.

188. 46. *Τὸν μὲν κατὰ κορυφὴν τόπον ἐῶσι στέγην*] Posses, si quae necessitas urgeret, ex Agatharchide *ἐῶσι στέγειν*. Ego vero non muto. Prave mox Coisl. *πρὸς ἀλλήλους συντετριμμένους*, quemadmodum et infr. c. 44., ubi fortasse plura. Wess.

188. 55. *Ὅταν δ' ἡ πλημμυρὶς ἐπέλθῃ* etc.] De hoc sepulturae genere eadem ex Artemidoro refert Strabo XVI. p. 1119. A. Wess.

189. 71. *Ὑπολείπεται λέγειν αὐτόχθονας ὑπάρχειν*] Non inprobo *ὑπολείπεται*, neque pro reiectanea habeo Codd. Mut. et Coisl. scripturam ob Philon. Iud. De Victim. p. 854. E. Valde vero laudo atque amplector *ἀρχὴν — — ἐσχηκότας*: quod orationis tenor requirit. Consecutio ipsa perquam infirma et debilis est: Sint saxa praerupta et confragosa, quibus incinctae valles, mare altum ac tempestuosum, careantque incolae omni navium usu; propterean aborigines earum vallium indigenae? Quid si fractis navibus eam in oram sint eiecti, aut celsissimas rupes emensi in convalles se demiserint? Ipse Diodorus non multum videtur fidisse conclusioni, propterea que censuram illi adstruxisse, sane notabilem. Habet clausulam, narrationique inposuit eandem Agatharchides p. 34. *τούτων δὲ ὑφεστώτων, λοιπὸν εἰπεῖν ὡς αὐθιγενεῖς εἰσι, λύμην τοῦ πρώτου σπέρματος οὐ λαβόντες, ἀεὶ δὲ ὑπάρχοντες*. Paullo tamen diversa sententia, sed hinc, quoniam in Photio scriptura haud constat, fortasse adiuvanda. Wess.

189. 84. *Οὔτ' ἄγριον ἔχουσαι*] Scripti libri hoc probant. Agatharch. *καρπὸν οὐδένα γεννῶσαι πρὸς τὸν βίον οὔτε ἥμερον οὔτε ἄγριον*. Wess.

189. 92. *Μετέωροι τοῖς σκύτεσι*] Hic divinandum est, num *κύτεσι* potius scripserit, eodem significatu, quo supra p. 107. Rhod. *Μετέωροι τοῖς κύτεσι*] Cl. Salmasii in Solin. p. 837. ita corrigentis suspicionem egregie firmant schedae Mutinenses. Vitium natum est ex utriusque vocis vicinia, quae et in Lycophron. v. 73. pro *ῥαπτῷ κύτει* peperit *σκύτει*, et in Aristophan. Pace v. 1223. ex *θώρακος κύτει* fecit *σκύτει* maximo versus damno, quod L. Kusterus in poëtae eius Plut. v. 514. optime sarsit. *Κύτη* vero testas esse concharum et testudinum diximus supra c. 16. Wess.

189. 94. *Τῶν ἐλαχίστων ἁλιάδων οὐκ ἐλάττους*] Ioseph. II. B. I. 21. 8. *κενὰς τὰς ἁλιάδας μετεώρους σαλεύειν ἐκέλευσε.* et sect. 9. *καὶ τοὺς μὲν ἀναλαβὼν μιᾷ τῶν ἁλιάδων.* Sic quoque L. III. B. I. 10. 9. Quamvis autem a piscatoribus nomen acceperint, et pleraeque parvae essent, non deerant satis capaces, cuiusmodi apud Athen. V. p. 208. F. memoratur, observataque est a doctissimo Steph. Berglero ad Alciphron. I. Epist. 12. Porro post pauca quod sequitur *ἠρέμα προσνήχονται*, id Codd. concordia postulabat. Wess.

189. 3. *Ἔχων μήρινθόν μακρὰν καὶ δήσας τῆς οὐρᾶς*] Ultima, quae ab editis aberant, auctoribus Manuscriptorum schedis suam in sedem restitui: sunt enim ad sensum quodammodo necessaria. Suspicor etiam scriptum olim fuisse *ἔχων μέρμιθα μακρὰν*, qua voce pro funiculo utitur poëta Odyss. *K*. 23.

Νηΐ δ' ἐνὶ γλαφυρῇ κατέδει μέρμιθι φαεινῇ.

Id suadent veteres Codd. et Agatharchides, *ταύτας*, inquiens, *κατ' ἐκεῖνο καιροῦ οἱ ἐπιχώριοι τέχνῃ καὶ σπουδῇ καὶ μερμίθαις εἰς τὴν χέρσον ἐκβαλόντες* etc.; quae tamen ab exscriptore mutata si non sint, formam vocí inpingunt multo rarissimam, Hesychio, modo sana eius omnia sint, ex parte probatam, *Μέρμιθα, μέρμιθον, σπαρτίον, λεπτὸν σχοινίον*. Wess.

189. 7. *Τοῖς δὲ κύτεσιν — χρῶνται*] Et hoc correxi. Strabo XVI. p. 1119. A. *οἱ δὲ χελωνοφάγοι τοῖς ὀστράκοις αὐτῶν σκεπάζονται μεγάλοις οὖσιν, ὥστε καὶ πλεῖσθαι ἐν αὐτοῖς.* et opportunius Agatharchid. *τοῖς δὲ κύτεσι χρῶνται πρὸς τὰς σκηνώσεις, οἷονεὶ καλύβας ἐφ' ὑψηλοῖς τόποις πρηνεῖς καθιστῶντες καὶ πρὸς τοὺς διάπλους καὶ ὑδρείας ἕνεκα κέχρηνται αὐτοῖς.* Sic enim eius verba constituenda et legenda esse, magnam partem vidit Cl. Salmas. in Solin. p. 837. De testudinibus, et tectorum usu, quem earum testae praebent, plura Aelian. XVI. H. A. 17. et XVII. 4. Wess.

190. 10. *Τὴν φύσιν δεδωρῆσθαι μιᾷ χάριτι* etc.] Legebatur ante *τὴν φύσιν δεδωρῆσθαι. μιᾷ γὰρ χάριτι* etc., oratione perperam dissecta. Hoc nitet, optimique libri auctoritate stabilitur. Wess.

190. 17. *Κακῶς ἀπαλλάττουσιν ὑπὸ τῆς ἐνδείας*] Diodorus pro suo hoc agnoscet. Sic XVII. 90. *οἱ Μακεδόνες δεινῶς ὑπὸ τῶν δηγμάτων ἀπαλλάττοντες*. et XX. 23. *κακῶς δ' ἀπαλλάττων ὑπὸ τοῦ τραύματος*. quibus locis incommoda, quae partim ex morsu serpentum, partim ex vulnere nata premebant, indicat. Inest enim verbo saepe ea vis, quae agendi degendique notionem conplectitur: quo usu XIII. 64. *οἱ δ' ἐκ τῆς σιτοδείας κακῶς ἀπήλλαττον*, qui in annonae penuria agebant, et in Excerpt. Vales. p. 297. *οἱ στρατιῶται κακῶς ἀπήλλαττον ἐν ταῖς ἀπορίαις*, quibus simile Luciani de Merced. Cond. c. 23. *καὶ δι' αὐτὸ ἐν τῇ δουλείᾳ πονήρως ἀπαλλάττειν*. neque enim accedendum puto H. Stephano, in alia Thesauri T. I. p. 349. abeunti. Wess.

190. 18. *Καθ' ὃν δὴ χρόνον ἀναγκ. κατεργάσασθαι*] Sic oportuit: de verbo *κατεργάσασθαι* et comedendi, seu dentibus conmolendi, usu supr. c. 16. Wess.

190. 21. *Τὰ γένη τοσαῦτ' εἰσι καὶ — χρῶνται*] Iterum Grammaticorum decreta spernit, ut optimus quisque solet. Vid. supra I. 93. et II. 36. ubi *συμβάλλονται δὲ — καὶ τὰ νόμιμα* etc. Wess.

190. 30. *Τῇ μὲν πλοκῇ ταρσώδεις*] Nihil hinc demuto. Theophrastus VI. H. P. 7. plantas *πολυσχιδεῖς καὶ ταῤῥώδεις* vocat, quarum radices fissae et cratium in morem inplicatae sunt. Haud vere scio, an mox praestiterit ex Reg. et Vat. *στροφεῖς δ' ἔχουσαι*, ut cardinibus instructas has fores dicat, atque in illis versari solitas, quo modo *οἱ στροφεῖς τῶν θυρῶν* in Heron. Spirital. p. 191.; ego quidem certe *κινήσεις εὐλύτους* non abiecero: quae commode facilem motum in utramque partem designant, ut *εὐλύτως δοῦναι libere donare* in fragmento Teletis apud Stobaeum Serm. XCV. p. 523. Wess.

190. 39. *Σωροὺς ἰχθύων ἐπαιρόντων ὁρᾶν ἐστι*] Reforma in *ἀσπαιρόντων*. quod piscibus in sartagine palpitantibus tribuit Athenaeus Lib. III. *οἱ τάριχοι ἐπὶ τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντο καὶ ἤσπαιρον*. Rhod. *Σωροὺς ἰχθύων ἀσπαιρόντων*] Laudo Rhodom., cuius coniecturam adfirmat Cod. Mutin.; idem enim erit sive eius *σπαιρόντων* seu *ἀσπαιρόντων* receperis: utrumque de piscibus ceterisque omnibus, quae sub mortis articulum palpitant et vehementius subsiliunt, recte dici, testis Eustath. est in Homer. p. 974. Aelianus de piscibus paludis Paeonum XVII. H. A. 30. *οὐσπειροῦν εἰ παραβάλοι τις ἀσπαίροντας τοῖς βουσὶν, οἵδε ἐμφοροῦνται αὐτῶν μάλα ἀσμένως*. Wess.

190. 41. *Πρὸς τούτοις*] *Πρὸς ταῦτα* M. Co. sine iusta caussa. Vid. supr. II. 29. Wess.

191. 46. *Ῥαβδωτὰς δὲ θύρας — ἐπιστήσαντες*] Recte explicuit Schol. Vaticanus. Alioqui *ῥαβδωτὰ* ea sunt, quae virgis

quibusdam distinguuntur, ut ῥαβδωτὰ ὄστρεα apud Aristotel. IV. H. A. 4. et ῥαβδωτοὶ σάγοι inf. V. 30. Wess.

191. 56. *Παρὰ τὸν Ἄσαν*] Immo vero *παρὰ τὸν Ἀστα-βάραν*, qui fluvius Meroen alluit, ut Agatharchides, aut *παρὰ τὸν Ἀστάπουν*, qui eandem radit in Strabon. XVI. p. 1116.; quod fluvii nomen Poggius suo in codice reperisse videtur, vertens, *iuxta fluvium, quem Astapam vocant.* Apud Aelian. XVII. H. A. 40. *περὶ τὸν Ἑστάμενον ποταμὸν*, adaeque perperam. Mox post *πλησιοχώρων* deficere *ἑλῶν* ex Strabone et Agatharchide bene Rhodom. animadvertit. Wess.

191. 61. *Ἀναπλάσαντες χειροπληθιαίους ὄγκους*] Expostulabant hoc scripti Codd., qui quoque *λίθους χειροπληθιαίους* inf. c. 28. probant, sicuti thuris massas *ὄγκῳ χειροπληθιαίους* Theophrast. IX. H. P. 4. Vulgatum habet Agatharchides, a Nostro aliqua ex parte dissidens, *ἀνέπλασεν ἐκ μαγίδος, εἰ καὶ οὐ χειροπληθεῖς, ὄγκους.* ubi *μαγίδα* ipsam massam, quam subigendo levem et viscosam reddiderant, appellat. Galenus Gloss. Hippocrat. *Μαγίδα. τό, τε οἷον μάγμα καὶ φύραμα, καὶ τὴν χειροπληθῆ μαγδαλίαν.* Wess.

191. 74. *Μηδεμιᾶς γενομένης νηνεμίας*] Nihil de hac ventorum tranquillitate Agatharchides, Strabo, Aelianus, neque video, cui bono ab his locis abesse feratur; movet praeterea vitii suspicionem Codd. dissensus, quorum *μηδεμιᾶς μυίας* si amplexeris, muscas, quae leones infestent, ut solent, et praecipue *κυνομυῖαι*, apud Philon. Iud. I. Vit. Mos. p. 622., his in locis nullas esse negabit, sed eorum vicem fungi culices. Wess.

191. 79. *Ὑπὸ τοῦ δήγματος κακουχουμένους*] Sic oportuit aut *δηγμοῦ*. Agatharchid. p. 37. *οὐχ οὕτως ὑπὸ τοῦ δηγμοῦ δηλούμενοι, καίπερ ὄντος ἐπαχθοῦς, ὡς τὸν ἀπὸ τῆς φωνῆς ἦχον ἀλλόφυλον ἀδυνατοῦντες φέρειν.* Vidit correxitque hanc mendam S. Bochartus P. II. Hierozoic. L. V. 18. p. 792., qui tamen cum addit, videri Diodorum pro *δηλούμενοι* legisse *δειλούμενοι* in Agatharchide ob *καταπεπληγμένους*, non audiendus est: Nostri enim *κακουχούμενοι* Agatharchidis *τῷ δηλούμενοι* convenit, non alterum. Wess.

191. 83. *Ὑπὸ τὴν θερείαν*] Infra L. XIX. 58. *ἐν ταύτῃ τῇ θερείᾳ ἀποπλευσεῖσθαι* etc. et c. 79. Strabo vero IV. p. 316. B. *πάντας δ' ἔπαυσε τῶν ἀνέδην καταδρομῶν — — θερμᾷ μιᾷ.* Wess.

191. 86. *Σχιζομένης καὶ φυομένης*] Mallem *φυομένης καὶ σχιζομένης*, quod et Rhodom. in mentem venisse ex Notar. Addend. animadverto: crescendo enim in plures ramos spargitur, quod in fruticibus et arboribus *σχίζεσθαι* Theophrasto IV. H. Plant. c. 2. unde *πολυσχιδεῖς*, quarum rami radicesve late sparsi L. VI. H. P. 7. Wess.

191. 88. *Παραπλήσιον ταῖς γινομέναις βοννιάσιν*] *Bunias-des*, naporum genus, id nominis sunt sortitae, quod in tumulum ac veluti globum collectae sint. Vid. Dioscorid. II. 136. et Cl. Salmas. Hyl. Iatric. c. 31. Wess.

192. 99. *Ἐπειδὰν τοῖς ποσὶν ἐφάλλωνται*] Vera lectio est *ποσὶ σφάλλωνται*. Rhod. *Ἐπειδὰν τοῖς ποσὶ σφάλλωνται*] Sine controversia ita scripsit, proptereaque, tametsi Codd. nihil iuvent, id in integrum restitui. Agatharchides, *καὶ τὸ σφαλὲν ἄνωθεν σῶμα, διὰ τὴν ἰσχνότητα, οὐ βαρείας τυγχάνει τῆς πληγῆς*. Nata ea videtur menda ex vicinia literarum *E* et *Σ*, quae et paullo ante c. 22. ex *σπαιρόντων* fecerat *ἐπαιρόντων*. Wess.

192. 2. *Πέττουσιν εὐκόπως ταῖς κοιλίαις*] Potuerat vulgatum se tueri, nisi contra id venissent schedae omnes. Adfert ex Aristophane *εὐκόπως* Pollux IX. 162., usurpaturque infra V. 32. Wess.

192. 4. *Κοιναῖς* Co. M. Cl. 2. optime; sic Agatharch. p. 38. et supra II. 58. Wess.

192. 12. *Ἰνύγονοι καλούμενοι*] Cum, quid hoc sit, non intelligam, ex natura ipsius rei *ὑλήγονοι* vel *ὑλόγονοι* substituo, dum aliud reperiatur emendatius. *Θηροφόνοι* tamen iidem non inscite nominentur. Rhod. *Τῶν Αἰθιόπων ἐπέχουσιν οἱ καλούμενοι κυνηγοὶ*] Non leni medicina, sed sectione hic fuit opus. *Ἰνύγονοι* nulli usquam fuerunt, natique sunt ex prava scriptura, cuius in Vatic. reliquiae. Quod amplexus sum, firmatur auctoritate Codd. vetustorum et Agatharchidis, qui diserte *μετὰ τοὺς προειρημένους*, Hylophagos, *εἰσὶν οἱ παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις λεγόμενοι κυνηγέται*. Strabo XVI. p. 1116. B. *κυνηγῶν* aut *κυνηγετῶν* nomen praeteriit, neque enim latere videntur in *γυμνητῶν ἀνθρώπων κατοικία*, quam hic, pariter ac Plinius VI. N. H. 30., locat et idem vitae institutum sectatam esse, quod *κυνηγοὶ* hi, adfirmat. Poggius tamen simili peccato obsitum habuit librum, e quo vertit, *reliquam circa regionem Aethiopes tenent, qui Gymnetae dicuntur*. Atque haec ut vero mihi proxima videntur, ita nullus intercedam, si qui aliam ingressus viam ex vitiosis Vatic. Strabone et Pogg. scribere instituat *τῶν Αἰθιόπων ἐπέχουσιν γυμνητῶν οἱ καλούμενοι* etc. Wess.

192. 26. *Χρώμενοι ξύλοις πεπυρωκτωμένοις*] Strabo *πεπυρωκτωμένοις ὀϊστοῖς*, levi discrimine: potuerunt enim et sudibus praeustis et sagittis pugnare. Vid. Eclog. II. Lib. XXXIV. p. 528. 4. Wess.

192. 33. *Ἐπιτιθέασιν ἐπὶ πῦρ ἁπαλὸν*] Haud aliter scripsit. Coria multo igni si inponas, duritiam induunt, neque esui sunt: ignis lentus et languidus, ut remolliantur, aptissimus. Agatharchid. *βρέξαντες τὰς βύρσας καὶ ἐπ' ἀνθρακιὰν κούφην ἐπιβαλόντες* de iisdem ait. Iungit autem *πῦρ ἁπαλὸν καὶ πρᾷον* coquus Philemonis in Athenaei VII. p. 288. E. eademque translatio-

ne πῦρ μαλακὸν Galenus de Ptisana p. 490. et τέφραν μαλακὴν Philo Belopoeic. p. 89. de languido igne cinereque dixerunt. Wess.

192. 36. *Γυμνάζουσιν ἐπὶ σκοπὸν βάλλειν*] De simili Balearium instituto L. V. 18. Wess.

192. 41. *Ἐλεφαντομάχοι κυνηγοὶ*] *Ἐλεφαντοφάγοι* dicuntur Agatharchidi et Straboni XVI. p. 1117. A., et verius, ut arbitror. Philostratus VI. Vit. Apoll. 25. de iisdem *ὅθεν ἐπώνυμοί εἰσι τῆς ἐλεφάντων βρώσεως*. Wess.

193. 50. *Ἅμα τῷ παραλλάττειν τὸν τόπον*] Dum locum praeterit, ut XVII. 112. *αὐτὸς παρήλλαξε τὴν Βαβυλῶνα*. et XIX. 84. *παραλλάσσοντος δὲ αὐτοῦ Γάζαν*. Nec tantum de terrestri itinere, sed et navibus L. V. 43. Wess.

193. 56. *Διὰ τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς ὀλακίζων τὸ ἴδιον σῶμα*] Hac caudam elephanti complexus, ne pronus ipse rueret, curabat. Agatharchid. p. 40. *οὕτω δὲ ἐκτενῶς τῇ μὲν (πληγὰς) καταφέροντες, τῇ δὲ τῆς οὐρᾶς κρατοῦντες, ὡς ἄθλου προκειμένου τῆς ψυχῆς* etc. Quomodo et haec Diodori intelligenda. Wess.

193. 71. *Ποιήσῃ παράλυτον τὸ ζῶον*] Hoccine an *πάρετον* malueris, ad sententiam perinde erit. Est enim *πάρετος*, Hesychio auctore, *παραλελυμένος*. Unde *πάρετοι τὰ μέλεα*, qui ceteris *παραλυτικοὶ*, Aretaeo Cappad. II. Causs. Morb. Diuturn. 4., et Nostro *τὰ σώματα παρειμένοι* XIV. 105., quorum vires plane sunt defectae, et *παρειμένος τό, τε σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν* Plut. Consol. Apoll. T. II. p. 102. A. contra *παραλελυμένα γόνατα* auctori Epist. ad Hebr. c. XII. 12., *παραλελυμένη βάσις* Heliodoro VII. p. 314., *δεξιαὶ παραλυόμεναι* Ioseph. III. B. I. 8. 6., quae aut senio, aut morbo, aut labore fessae concidunt. Conf. infra XX. 73. Wess.

193. 73. *Τέμνοντες τὰς σάρκας ἐκ τῶν ὄπισθεν μερῶν*] Male haec distinctione interposita seiungebantur. Agatharch. *καὶ τοῦ θηρίου ζῶντος ἔτι παρατέμνοντες ἐκ τῶν ὀπισθίων τὰς σάρκας, εὐωχοῦνται*. Wess.

193. 80. *Καθιέναι*] Melius *συγκαθιέναι*. Rhod. *Οὐ δύναται τοῖς γόνασι — συγκαθιέναι*] Hoc et ego amplector. Id vero male, quod elephantem negat genu posse inniti, atque ubi in terram corruerit, iterum surgere: qui error illi cum veterum multis communis est, docente S. Bocharto P. II. Hieroz. II. 26. p. 261. Wess.

193. 87. *Ὅταν οὖν ἐπιτύχωσι τοιούτῳ δένδρῳ*] Praestiterit *περιτύχωσι τοιούτῳ δένδρῳ*, uti L. IV. 47., aut, nimium si id fuerit, *ἐπιτύχωσι τοιούτου δένδρου*, quomodo I. 37. Alterutrum quidem certe sermonis indoles postulat. Wess.

194. 99. *Σκηνοποιοῦνται περὶ τὸν τόπον*] Posses Latina facere, *conponunt attegias*. Ioseph. VI. B. I. 5. 3. *ἐλθὼν εἰς τὴν ἑορτὴν, ἐν ᾗ σκηνοποιεῖσθαι πάντας ἔθος τῷ θεῷ*. quae Rufinus ad hunc modum: *cum ad festum diem venisset, quo at-*

tegias in honorem Dei conponere ab omnibus mos est. Atque hoc se malle adscripserat F. Camusatus; haud quidem male, uti, si non recorderis poëtae Satirici, *Dirue Maurorum attegias*, ex Angel. Politiani Miscel. c. 9. cognosces: nec necessario tamen: quod si enim Appiani Bell. Hispan. p. 520. *καὶ τοῖς μὲν ταφρεύειν ἐτέταχτο, τοῖς δὲ τειχίζειν, τοῖς δὲ σκηνοποιεῖν*, vertere institueres, *his vero mandatum erat, ut attegias struerent*, vereor ne peritis risum deberes. Wess.

194. 1. *Τὸ πεπτωκὸς ἀναλώσωσι*] Videtur Agatharch. patrocinium *τοῦ ἀναδάσωνται* profiteri his verbis, *πρὸς τὴν ἑαυτοῦ χρείαν ἕκαστος τὰ μέλη διαιροῦσιν*, *ad suum quisque usum membra distributa auferunt.* Vel sic tamen id repudio, natum paullatim ex eo, quod sequor: quae enim de tentoriis fixis longioreque mora praemittit, non divisionem tantum interfecti animalis, sed comesi consumptionem manifeste requirunt. Wess.

194. 3. *Προσαγορευόμενοι σιμοί*] Straboni XVI. p. 1117. C. *Σῖλοι*, quod magnus Is. Casaubon. ex Agatharch. et Diodoro merito corrigendum censuit. *Simi* quidem et *sili* haud magno discrimine distant, ut egregie docuit Tib. Hemsterhus. in Polluc. IX. 148., sed Geographum in gentis nomine acutius quiddam sectari voluisse non arbitror. Wess.

194. 6. *Τῆς συνθέτου τέτευχε προσηγορίας*] Struthocamelum signari non dubium est, de qua II. 50.; Strabo tamen distinguit et ab ea diversam facit, incertum qua re motus. Wess.

194. 8. *Καὶ μακρὸν*] *Μικρὸν* legendum coniicio, respectu nimirum reliqui corporis. Rhod. In coniiciendo verus vates fuit Rhodoman.; habet avis parvum caput, peperitque hoc vitium vocum vicinia, ut supra II. 51. et saepe alias. Oppianus III. 494.

— — *Ὑψι δ' ἀείρει*
Βαιὴν μὲν κεφαλὴν, πολλὴν δὲ τανύτριχα δειρήν. Wess.

194. 16. *Καθαπερεί τις ναῦς ἱστιοδρομοῦσα*] Aelian. XIV. H. A. c. 7. *τὰς πτέρυγας ἁπλώσασα, ὡς ἱστία, δρόμῳ συντόνῳ φερομένη.* Sic enim recte legi oportere viri docti arbitrantur; iuvat ipse Aelian. VIII. 10. cum de elephantis *τὰ ὦτα ἐκπεταννύντες*, inquit, *ὡς ἱστία, δίκην τῶν στρουθῶν τῶν μεγάλων.* Claudianus II. in Eutrop. v. 312.

Inque modum veli sinuatis flamine pennis
Pulverulenta volat. —

Mox orationis tenor *ἀποσφενδονῶν*, de quo II. 50., postulat. Wess. Idem reponit Rhodom. in Add.

194. 19. *Ταχὺ συνιδρουσῶν*] Forte *συνιζουσῶν*, *considentibus*, *demissis.* Accommodatius erit *συναδρανουσῶν*, vel simplex *ἀδρανουσῶν*, *una* seu *pariter debilitatis.* Rhod.

194. 28. *Χρώμενοι τοῖς τῶν ὀρύγων κέρασι*] Sic recte schedae Vindobonenses, quarum pauca excerpta et *δείγματος χάριν* singulari benevolentia Illustrissimi Comitis Uhlfeldii, Im-

peratoris ad Belgii nostri Ordines cum plena potestate Legati, impetravi, descripta Equitis Garellii, Bibliothecae praefecti, manu; in cuius humanissimi et de literis optime meriti morte, quae cum maxime mihi Vindobona renuntiatur, meliores artes et literae haud levem iacturam fecerunt. Eadem enim Agatharchides et Strabo; quamquam hic, dubiam enim illius verba sententiam habent, orygum cornibus *Simos* armat. Quid si vero utrique hoc armorum genere pugnarint? nulla tum profecto caussa erit Diodorum erroris coarguendi, uti factum a S. Bocharto P. I. Hieroz. III. 27. p. 969. Lenius certe Diod. excepit P. Leopard. L. VIII. Emendat. c. 18. eius et Strabonis et Agatharchidis verba inter sese conponens. De Orygum cornibus plura Is. Casaub. in Lampridii Commod. c. 13. et [qui de vitio apud Diodorum monuerat] D. Hoeschel. ad Horapollin. I. 49. Wess.

195. 37. *Ζέφυροι καὶ λίβες*] Agatharchid. *ὑπὸ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν, ὅτε λίβυες παρ' αὐτοῖς καὶ ζέφυροι πνέουσι, παμμιγεθῶν ἀκρίδων πλῆθος ἀμύθητον ἐκ τῆς ἀνιστορήτου μετὰ τῶν ἀνέμων παραγίνεται γῆς.* quae quo modo sint refingenda, non est ut dicam: quisque conpositis Diodori genuina animadvertet. Strabo XVI. p. 1118. A. *Ζῶσι δ' ἀπὸ ἀκρίδων, ἃς οἱ ἐαρινοὶ λίβες καὶ ζέφυροι πνέοντες μεγάλοι, συνελαύνουσι εἰς τοὺς τόπους τούτους.* cuius ego verba, ut, quod ante monere memini, adpareret, adscripsi: Videri nimirum Artemidorum, quem in his sequitur, ex Agatharchide pleraque verbo tenus descripsisse. Locustis autem hos homines et plures olim victitasse, omnes, qui aliquem veterum scriptorum usum habent, non nesciunt: in Aethiopia quidem certe et Arabia incredibili sunt multitudine. Ut prorsus vero simile evadat, aves, quas שלוים Moses adpellat, quibusque Israelitae in Arabiae desertis vescebantur, ex illarum fuisse genere: melius utique in eas congruunt, quae divinus scriptor Exod. XVI. 14. Numer. XI. 31., quam quidem in coturnices. Vid. Iob. Ludolfum Comment. in Histor. Aethiop. p. 176. Wess.

195. 46. *Τὰ νέφη τῶν ἀκρίδων*] Utroque in sermone de conferta locustarum multitudine hoc satis elegans et frequens. Livius XLII. 2. *Pomptinum omne, velut nubibus locustarum, coopertum esse.* Aelian. III. H. A. 12. *μειοῦται δὲ κατὰ πολὺ τὰ τῶν ἀκρίδων νέφη.* Porphyrius I. A. A. 25. *ἄλλῳ δὲ στρατῷ πεινῶντι κατὰ τὴν Λιβύην ἐνέπεσε νέφος ἀκρίδων.* Ad quem modum *ψαρῶν νέφος ἠὲ κολοιῶν* Dio Chrysost. Orat. XXXII. p. 387. et, quem aemulatur, poëta Iliad. *P.* vers. 755., *βαρβάρων νέφος* Liban. T. II. p. 238. B. atque alii alia, de quibus Lamb. Bos Exercit. in Hebr. XII. 1. et Th. Gataker. Miscell. Postum. c. 2. p. 416. Mox, tametsi Codd. aliqui in diversa abeant, *τύφουσι* non sprevero. Synes. II. Provid. p. 121. A., sententia tamen discrepante, *τοὺς ἐρυμνόν τι καταλαβόντας ἔτυφον ὥσπερ σφῆκας.* Wess.

195. 56. *Ἄσηπτον καὶ πολυχρόνιον*] Binas priores voces Grammatici interpretamento deberi autumo: in quam sententiam et rei natura et auctoritate optimorum librorum adducor. Nolui tamen obelo eas configere, ne in mutando nimius videar. Wess.

195. 63. *Οὐχ ὑπερβαλλόντων ἔτη τεσσαράκοντα*] Eadem Agatharchides et Strabo. Plinius VI. H. N. 30. *Pars quaedam Aethiopum locustis tantum vivit, fumo et sale duratis in annua alimenta: ii quadragesimum annum vitae non excedunt*, eodem, puto, ex fonte. Wess.

195. 71. *Μετρίως ὀδαξᾶσθαι φιλοτιμεῖται*] Hippocrati atque ad eius exemplum Aretaeo, Dioscoridi, Galeno, *ἀδάξεσθαι* et *ὀδάξεσθαι* de pruriente morsiuncula tritum satis est: haec forma rarior, et vulgo neglectior. Aelianus VII. H. A. 35. de scolopendra, quam si quis contigerit, pruritu mordetur: *εἰ δὲ αὐτῆς προσάψεται ἀνθρωπεία σὰρξ, ὀδαξᾶται τε καὶ κνησιᾷ.* Hinc in veteri Lexico Biblioth. Coislin. p. 237. *ὀδαξησμὸς, κνησμὸς*, et in Aelian. I. H. A. 38. VII. 48. IX. 48. pro quo *ὀδαξισμὸς* V. 14. et Plut. VI. Sympos. 10. p. 685. E. atque alias. Wess.

196. 74. *Εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἐκπιπτόντων*] Simile Philon. Iud. I. Vit. Mos. p. 618. de culicibus, Aegyptios infestantibus: *οὐ γὰρ μόνον τὴν ἐπιφάνειαν λυμαίνεται κνησμοὺς ἐμποιοῦν ἀηδεῖς καὶ βλαβερωτάτους, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ ἐντὸς βιάζεται.* et Iosephi I. B. I. 33. 5. *πυρετὸς μὲν γὰρ ἦν οὐ λάβρος, κνησμὸς δὲ ἀφόρητος τῆς ἐπιφανείας ὅλης.* utrobique enim extimam cutem designat. Wess.

196. 83. *Εἴτε διὰ τὴν ἰδιότητα τῆς τροφῆς* etc.] Narrationi de Acridophagis parilem Agatharchides Colophonem inposuit, neque adeo uni gentis victui miserabilem exitum contribuere sustinuit. Locustis tamen, quibus alebantur, has calamitates deberi, perpendit Hieron. Mercurialis, cui paene adstipulatur Iob. Ludolfus Comment. Hist. Aethiop. p. 183. Wess.

196. 90. *Ἔκ τινος ἐπομβρίας — πλῆθος φαλαγγίων* etc.] Meminit huius regionis et caussae, ob quam deserta relicta est, Aelian. XVII. H. A. 40. *σκορπίους δὲ ἐπιπολάσαι πλῆθος ἄμαχον, καὶ φαλαγγίων τινὰ ἐπιφοιτῆσαι φοράν. φαλαγγίων δὲ, ἃ καλοῦσι τετράγναθα. τεκεῖν δ' ἄρα τὰ κακά φασιν ὄμβρων πονηρίας.* quae Agatharchidis verbis tam accurate respondent, ut dubium nullum sit, quin ex eodem cum Diodoro fonte hauserit; sumsit et inde Artemidorus, e quo Strabo XVI. p. 1118. B. et Plinius VIII. H. N. 29. *citra Cynamolgos Aethiopas late deserta regio est, a scorpionibus et solipugis gente sublata.* Eius enim *solipugae* sunt *τὰ φαλάγγια*, docente Cl. Salmas. in Solin. p. 71. Wess.

196. 1. *Περὶ γὰρ τὴν Ἰταλίαν μυῶν πλῆθος*] Cosanis id maximo suo malo usu venit. Rutilius I. Itin. vers. 285.

Cernimus antiquas nullo custode ruinas,
Et desolatae moenia foeda Cosae.
Ridiculam cladis pudet inter seria caussam
Promere, sed risum dissimulare piget,
Dicuntur cives, quondam migrare coacti
Muribus infestos deseruisse lares.

Vidit et hoc S. Bochart. P. I. Hieroz. III. 34. et ante eum Is. Casaub. in Strabon. III. p. 251. WESS.

196. 3. *Κατὰ δὲ τὴν Μηδίαν ἐπιπολάσαντες στρουθοὶ*] Hinc atque ex Agatharchide corrigenda haec sunt Aeliani XVII. H. A. 41. *τῇ Μηδικῇ δὲ ἐπιφοιτήσαντες τῇ φορᾷ ἐξήλασαν καὶ ἐκεῖνοι τοὺς κατοικοῦντας, διαφθείροντες τὰ σπέρματα καὶ ἀφανίζοντες αὐτά.* Defit illis nomen animalis, quod Mediae incolis eius cladis auctor. Scribe ergo *τῇ Μηδικῇ δὲ στρουθοὶ ἐπιφοιτήσαντες* etc. WESS.

196. 5. *Τοὺς δὲ καλουμένους Αὐταριάτας βάτραχοι* etc.] Iterum Aelianus, *βάτραχοι δὲ ἡμιτελεῖς πολλοὶ πεσόντες ἐξ ἀέρος Αὐταριάτας Ἰνδῶν μετῴκισαν εἰς χῶρον ἕτερον.* quibus Indiae Autariatas, gentem sine controversia Illyricam, transcribit, modo sana sint, quod persuaderi magno Casaubono in Strabon. VII. p. 489. haud potuit, *vox Ἰνδῶν*, inquienti, *vel in aliam mutanda, vel omnino reiicienda est.* Et merito; videtur aut inepti Grammatici esse glossa, cuiusmodi hic in Reg. Codice, aut *ἐκ τῶν ἰδίων* nata. Potuisset quidem certe honori suo melius consulere Th. Pinedo, si ad Stephani *Αὐταριάτας* a redarguendo Casaubono abstinuisset. Constat enim Autariatas ex Illyrico ranarum incredibili multitudine divexatos exisse et alias quaesivisse sedes. Iustinus XV. 2. et Heraclides Lembus in Athen. VIII. p. 383. A., quos antestatus est eruditissimus Barbeyracius in eleganti veterum Pactorum et Foederum Histor. P. I. p. 254. Casaubonum defendens, id memoriae prodiderunt. Docet etiam Appian. Illyr. p. 1196. *ἐπιγενέσθαι δὲ τοῖς ὑποστρέψασιν*, Autariatis, *ἄπειρον βατράχων πλῆθος, οἱ διασαπέντες τὰ νάματα διέφθειραν.* hinc, pestilentia ingruente, patriam deseruisse: dissidens tamen a Iustino in temporis intervallo, quo ea calamitate pressi fuerunt. Vide infra L. XX. 19. WESS.

196. 12. *Ἐκ τῆς Στυμφαλίδος*] De his IV. 13. WESS.

197. 20. *Καλούμενοι Κυνάμυνοι*] Agatharchidi, ex quo haec desumsit Diodorus, *Κυναμολγοὶ* nuncupantur Eclog. c. 29. RHOD. *Cynamolgos* cum Poggius verterit, parum ab illis recipiendis absum: ego quidem non dubito, quin gentis verum id nomen sit; quod et Strabo XVI. p. 1116. C. Plinius VIII. H. N. 29. Aelian. XVI. H. A. 31. retinuerunt, et vitae genus, quo insignes erant, requirit: carne enim boum deficiente *τὰς τῶν κυνῶν θηλείας ἀμέλγοντες τῷ γάλακτι τρέφονται*, *femellas canum mul-*

gentes earum lacte nutriebantur, docente Agatharchide et Aeliano. Wess.

197. 24. *Ἀπὸ γὰρ τῶν πρώτων τροπῶν θερινῶν*] In Agatharchidis Excerptis legitur *ἀπὸ τροπῶν χειμερινῶν ἕως μέσου χειμῶνος*, admodum absurde. Rectius Aelianus, *ἀπὸ τῶν θερινῶν τροπῶν εἰς μεσοῦντα χειμῶνα ἐπιφοιτῶσιν αὐτοῖς ἀγέλαι βοῶν.* quae cum ex Ctesia sumpta esse profiteatur, elarum est Agatharchidem popularis sui scripta diligentissime versasse et multa inde pro suis usurpasse. Wess.

197. 32. *Συνιέναι*] *Συνιδεῖν* Steph. m. R. V. C. M. satis bene. Vide II. 10. Wess.

197. 36. *Ἃ δὲ εἰς ἅλας συντιθέντες ἀποθησαυρίζουσι*] Negat id Ctesias apud Aelianum; reliquam enim boum carnem canibus dividi; *τὰ δὲ λοιπὰ τοῖς κυσὶν*, inquiens, *ἀποκρίνουσι.* neque dissentire videtur Agatharchides: cur enim ad extremum canum lacte victitarent, si carnis, sale conditae, copia haud deesset? Mox ex scriptis Codd. *πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἄλλων ζώων* probandum censui. Wess.

197. 38. *Κρεοφαγίας*] Praestaret *κρεωφαγίας*. Wess. Idem reponi iusserat Rhodomannus in Add.

197. 42. *Περὶ μὲν Αἰθιόπων ἀναγεγράφαμεν*] Supr. c. 2. etc. Wess.

197. 45. *Βίον ἔχοντες — — νομαδικὸν*] Eadem Strabo XVI. p. 1121. B. Nostro tempore Troglodytarum sedem tenent *Beklenses*, idem vitae institutum sectantes, docente Iobo Ludolfo Comment. Hist. Aethiop. p. 145. Wess.

197. 49. *Τεταγμένον ἀριθμὸν προβάτων*] Unius ovis multam adultero irrogari Agatharch. et Strabo aiunt: *τῷ φθείραντι πρόβατον ἡ ζημία ἐστί.* Wess.

197. 55. *Περὶ τῆς τῆς χώρας νομῆς*] Inepta est et inusitata bonis auctoribus eiusdem articuli in eodem casu repetitio continua. Ideo scripturam marginis *περὶ τῆς χώρας οἱ νομεῖς* germanam esse duco. Rhod. *Περὶ τῆς χώρας οἱ νομεῖς*] Hoc etsi commodius visum est, mallem *καὶ περὶ τῆς νομῆς πρὸς ἀλλ. διαμάχονται.* Pugnae enim illis pascuus ager materia erat. Strabo, *πολεμοῦσι δὲ περὶ τῆς νομῆς*, cui Agatharch. consentit, eadem memorans de patris matrisque nomine, bovi vaccaeque, aut arieti atque ovi inposito. Wess.

198. 68. *Τοῖς αὐτοῖς τόποις ἐνδιατρίβειν*] Legebatur *τοιούτοις*, quod, cum sententiam conturbaret, secutus Codd. meliores sedem migrare iussi. Wess. Idem coniecerat Rhod. in Add.

198. 71. *Οἱ Τρωγλοδύται — — περιτέμνονται*] Durat Aethiopibus, quantumvis Christianis, vetus consuetudo, quam more magis regionis sanitatisque caussa observant, quam religionis quodam cultu, ut gentis rex Claudius in professione sua apud Iob. Ludolf. L. III. H. Aeth. c. 1. docet. Wess.

198. 73. *Ὀνομαζομένων κολοβῶν*] Distinctius Straboni *κολοβοὶ τὰς βαλάνους*, L. XVI. p. 1116. C.; Ptolemaeo IV. Geogr. 8. *κολβοί*, sed prave: melius Cod. Coislin. *κολοβοί*. Wess.

198. 77. *Μεγαβαρεῖς*] *Οἱ δὲ Μεγάβαροι Αἰθίοπες τοῖς ῥοπάλοις καὶ τύλους προστιθέασι σιδηροῦς*, sic Strabo p. 1122. A. In Ptolemaeo *Μεγάβραδοι*, sive, ut scriptus liber et Latina versio, Ulmae anno CIↃCCCCLXXXVI. publicata, *Μεγάβαρδοι*, perperam, uti arbitror. Vide Plinium VI. N. H. 30. Wess.

198. 79. *Ταφαῖς δὲ — — ἐξηλλαγμέναις ἐπιχωριάζουσι*] Diodorum ita reliquisse vehementer dubito: mallem quidem certe *ταφαὶ —— ἐξηλλαγμέναι ἐπιχωριάζουσι*. sic nihil ab usu sermonis dissidebit, quo ea dicuntur *ἐπιχωριάζειν*, quae in more sunt posita. *Τὸ πρᾶγμα ἤδη ἐπιχωριάζει* Dionys. Halic., *ἐπεχωρίαζον χοροὶ καὶ θαλίαι τὸν ἅπαντα χρόνον* Plutarch. de rebus, choreis, conviviis, quae frequentantur atque in usu sunt. Morem autem hunc sepeliendi, ut cetera, ex Agatharchide p. 46. exscripsit. Wess.

198. 90. *Τοῖς λίθοις βάλλουσι*] Habet in continua rerum successione *τὸ ἀεὶ* gratiam quandam et Venerem, ut paullo ante *τῆς ἐπιγινομένης ἀεὶ νομῆς*, et *οἱ ἀεὶ βασιλεύοντες* infra XX. 24. *οἱ ἀεὶ ὕπατοι*, qui alius post alium regno consulatuque funguntur: hic vero locum haud sane opportunum; quare et eo, addicentibus libris, deieci. Wess.

198. 92. *Ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ*] Hoc Atticum et Aristophaneum in Plut. 244. cum nota Ezech. Spanhem., et Diodoro III. 40. tritum; *ἐν ἀκαρεῖ χρόνου* Alciphron. III. Epist. 56., Plutarch. de Profect. Virt. T. II. p. 75. C. ex Xylandri correctione: *ἐν ἀκαρεῖ* Philo Iud. I. Vit. Mos. p. 630. C. Lucian. Scyth. c. 8. Basilius M. Homil. in Famem T. II. p. 67. D., *ἐπ' ἀκαρὲς* Philo Iud. de Ioseph. p. 546. Wess.

198. 96. *Προβαλλόμεναι μὲν εἰς τὸ μέσον*] Mallem *in medium se inferentes*, ut olim Sabinae, *ausae se inter tela volantia inferre ex transverso impetu facto, dirimere infestas acies, dirimere iras* apud Livium I. 13. Wess.

198. 1. *Βοὸς οὐρᾷ τὸν αὐχένα περισφίγξαντες*] Iustum hoc est et ex Agatharchide sumptum, qui quidem p. 47. *περιθέντες βοὸς οὐρὰν περὶ τὸν αὐχένα τὸν αὐτῶν, καὶ τὸν ὀπίσω τοῦ τραχήλου δεσμὸν εὖ μάλα περισφίγξαντες, ἀπολύουσι τοῦ βίου*. Wess.

199. 6. *Ἐξάγειν ἐκ τοῦ ζῆν*] Ioseph. XIV. A. I. 13. 10. de Phasaëlo, Herodis M. fratre, *πέτρα προσρήξας τὴν κεφαλὴν ἐξήγαγεν ἑαυτὸν τοῦ ζῆν*. Alioqui neglígi voces *τοῦ ζῆν* adsolent. Strabo XII. p. 861. A. *νόσος δ' ἐξήγαγεν αὐτὸν ὀξεῖα*. Appian. IV. B. Civil. p. 1068. *οἱ δ' αὐτοὺς ἐξήγαγον ὁμοίως τοῖς στρατηγοῖς*. Singulare est hoc Plutarchi de Stoicis, sui caedem aliis omni conatu adprobantibus, *καὶ πολλοὺς μὲν ἐξάγουσι τῶν σοφῶν, ὡς ἄμεινον εὐδαιμονοῦντας* Adv. Stoic. T. II. p. 1063. C. Wess.

199. 20. *ὅπου*] Huic *ὅπου* compares *ὅπου — ὅπου* sic positum ut posuit Strabo l. III. p. 429. C. *ὅπου μὲν γὰρ περιτραχήλια σιδηρᾶ φορεῖν αὐτὰς — ὅπου δὲ τυμπάνιον περιχεῖσθαι.*

198. 21. *Στέγοντος τοῦ κρυστάλλου διαβάσεις στρατοπέδων*] Eleganter Ovidius III. Trist. X. 525.

Nudaque consistunt formam servantia testae
Vina, nec hausta meri, sed data frusta bibunt:
Quid loquor, ut vincti concrescant frigore rivi,
Deque lacu fragiles effodiantur aquae?
Ipse, papyrifero qui non angustior amne,
Miscetur vasto multa per ora freto,
Coeruleos ventis latices durantibus Ister
Congelat, et tectis in mare serpit aquis:
Quaque rates ierant, pedibus nunc itur; et undas
Frigore concretas ungula pulsat equi.

Cui non dissimilia Strabo VII. p. 474. Wess.

198. 35. *Οὐδὲ συνορᾶν ἀλλήλους δύνανται*] Haec difficulter fidem capiunt. Vide Strabon. XVII. p. 1185. B. Haud vero scio an mox *κατὰ δὲ τὸν πότον* praestet? Wess.

198. 44. *Ταχέως ἕψεται χωρὶς πυρὸς*] Sulpicius Severus Dialog. l. 7. de Aegypti desertis, *ibi vidi*, inquit, *quod vos Galli forte non creditis, ollam cum oleribus, quae nobis in coenam praeparabantur, sine igne fervere. Tanta vis solis est, ut quibuslibet coquis etiam ad Gallorum pulmenta sufficiat;* satis ad haec Diodori firmanda opportune. Wess.

198. 49. *Ἀντοφυὲς ἔχει τι φίλτρον*] Sic praestat. Agatharchides *οὕτως ἔχει τι φίλτρον μέγα πᾶσα συνήθεια.* Ovidius I. Ex Ponto III. 35.

Nescio qua natale solum dulcedine captos
Ducit, et inmemores non sinit esse sui.
Quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?
Huc tamen ex illa barbarus urbe fugit. Wess.

199. 51. *Ἐκ τῶν ἀστέρων κακοπαθείας*] Exterendum est *σ* cum *τ*, ut *ἀέρων* restituatur. De aëris enim qualitate hic sermo est, non de stellarum temperatura et effectis. Ne addam, quod auctorum nemo de stellis hac phrasi unquam locutus sit. Rhod.

200. 58. *Τεταρταῖοι καταντῶσιν*] Rhodum atque Alexandriam intervallum stadiorum IV M. aut, ut Eratosthenes, IIICIↃCCI, disiungit in Strabon. I. p. 45. B. et II. p. 187. D.; unius autem diei et noctis cursu cum vulgo absolverent mille stadia, Ptolemaeo I. Geogr. c. 9. teste, potuerunt utique Rhodo profecti quatridui spatio Alexandriam tenere. Wess.

200. 59. *Κατὰ τὸν Νεῖλον πλέοντες*] *Ἐναντίῳ τῷ ῥεύματι πλέοντες ἀνὰ τὸν ποταμὸν* bene Agatharchides. *Ἀναπεπλεύκει κατὰ τὸν Νεῖλον* eodem sensu Lucian. Toxar. c. 27.; ceteroqui

κατὰ ποταμὸν πλεῖν est quomodocunque in eo navigare II. 28., aut etiam prono amni, quem in modum κατὰ ἄνεμον καὶ ῥοῦν νήχεσθαι Plut. T. II. p. 979. C. et ἀσχέτῳ τάχει κατὰ ῥοῦν ἡ ναῦς ἐφέρετο Long. II. Pastor. p. 58. et ὁδὸς πᾶσα ἐπιποτάμιος κατὰ ῥοῦν συγκατιοῦσα τῷ ὕδατι Gregor. Nyssen. Epist. III. p. 363. in Collect. Monum. L. A. Zacagnii. Unde et de rebus prosperrime fluentibus κἂν ἅπαντα τὰ ἄλλα κατὰ ῥοῦν φέρηται πράγματα Io. Chrysostom. de Uxor. quales ducendae T. III. p. 227. Wess. Ἀνὰ tamen malebat Valckenarius ad Herod. III. 13. citans p. 272. 55. 300. 90. Frustra.

200. 61. *Μὴ πλεῖον εἴκοσι καὶ τεσσάρων*] Miror tolerari huc usque potuisse ineptissimum τὸ πεντήκοντα, satis utique a Diodoro proscriptum et damnatum. Agatharchides eundem dierum numerum posuerat, etsi prave nunc eius in Excerptis p. 48. εἴκοσι καὶ πέντε. Wess.

200. 70. *Ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ῥινόκερως*] Plane ad hunc modum Pausan. IX. 21. εἶδον δὲ καὶ ταύρους τούς τε Αἰθιοπικοὺς, οὓς ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι ὀνομάζουσι ῥινόκερους, ὅτι σφίσιν ἐπ' ἄκρᾳ τῇ ῥινὶ ἐν ἑκάστῳ κέρας. et Aelian. XVII. H. A. 14. Sumpsit autem hanc animalis descriptionem ex Agatharchide, qui fortasse Graecorum primus eam depinxit, p. 49. Wess.

200. 73. *Τὴν δὲ χρόαν πυξοειδῆ*] Artemidorum, qui ex Agatharchide idem prodiderat, confutavit Strabo L. XVI. p. 1120.; colore enim non buxum, sed elephantum referre; quod et Dio Cassius L. LI. p. 526. significat. Wess.

200. 81. *Ὅταν δὲ ὁ ἐλέφας* etc.] Confer Oppian. II. Cyneget. vers. 554. etc. quaeque illi adscripsit C. Rittershus., et Cosmam Indicopleust. L. XI. Topograph. p. 334. Wess.

200. 88. *Ἐπὶ πλεῖον καὶ διδασκαλίαν μεθ. ἐπιδέχονται*] Hoc nimium videtur. Ἐπὶ πλεῖον egregie eas edoceri posse artes innuit: quomodo Tantalus φίλος ἐγένετο τῶν θεῶν ἐπὶ πλεῖον, qui diis percarus fuisse perhibetur, infr. IV. 76. et Daedalum Minos φίλον ἐπὶ πλεῖον adscivit c. 79. eiusdem libri. Atqui in simiis falsum id esse novimus. Prudentius Agatharchides διδασκαλίας τε μεθοδευτικῆς, inquit, ἐπὶ ποσὸν ἅπτονται. Wess.

200. 92. *Ἀγριώτατα δὲ ταῦτα τὰ ζῷα*] Inficiatur hoc Aelian. IV. H. A. 46. et VI. 10., qui forte diversum genus Cynocephalorum in animo habuit: sunt enim plura, inter quae multo etiam ferocissimi reperiuntur, docente Prosp. Alpino Rer. L. IV. Aegypt. c. 11. Wess.

201. 96. *Ὁ δὲ λεγόμενος κῆπος*] Praeter Agatharchidem eandem nominis caussam Pythagoras dedit in Aeliani XVII. H. A. 8., sed absurdam, monente Cl. Salmasio in Solin. p. 276., et ridiculam. Peregrinum animal est, atque ea in gente nomen inpetravit, ubi natales habet. Hebraeis קופים vel קיף *simiae* sunt: quod vocabulum τῷ κήπῳ simile et eiusdem videtur originis, meritoque

adeo ab eruditissimo S. Bocharto cum eo conparatum et conpositum est P. I. Hierozoic. III. 31., ubi plura de Cepo. Wess.

201. 3. *Μεῖζόν ἐστι τῶν ἡμέρων ταύρων*] Dubites utra verior sit scriptura. Strabo XVI. p. 1121. *μεγέθει τοὺς παρ' ἡμῖν ὑπερβεβλημένοι.* Aelian. XVII. H. A. 45. *καί εἰσι μὲν τὸ μέγεθος τοῖς παρὰ τοῖς Ἕλλησι διπλασίους.* uterque *τῶν ἡμετέρων*, Strabo in Artemidoro, Aelianus in Agatharchide, eum enim hoc capite aemulatur, reperisse videtur: tamen *ἡμέρων* nunc Excerpta Agatharchidis tenent et meliores Diodori Codices, neque eius mutandi caussa iusta est. Plinius VIII. 21. *sed atrocissimos habet tauros silvestres, maiores agrestibus, velocitate ante omnes, colore fulvos, oculis coeruleis, pilo in contrarium verso, rictu ad aures dehiscente, iuxta cornua mobilia:* ubi *agrestes* sunt, qui rure atque in agris versantur, neque alii ac *ἥμεροι* Agatharchidis, docente Salmasio ad Solin. p. 711. Wess.

201. 9. *Κατὰ δὲ τὰς μάχας ἵστησιν ἀραρότως*] Retinuit Agatharchidis verba. Aelianus XVII. H. A. 54. *τὰ κέρατα δὲ τὸν μὲν ἄλλον χρόνον κινοῦσιν, ὡς καὶ τὰ ὦτα, ἐν δὲ ταῖς μάχαις ἐγείρουσιν αὐτὰ, καὶ ἀναστήσαντες ἰσχυρῶς, εἶτα οὖν μάχονται.* Sic lego: nam *σπείρουσιν αὐτὰ*, quod editos occupavit, nihili est. Mox *τὴν δὲ τῆς τριχὸς ἐπαγωγὴν ἔχει* etc. *pilum contra ac cetera animalia in caput versum habet*, sive, ut Plinius, *pilo in contrarium verso*, rectius verteris. Wess.

201. 18. *Τὸ δ' εἰς ὄρυγμα πεσὸν*] *Feras omnes venantur; istî non aliter, quam foveis capti, feritate semper intereunt,* inquit Plinius. Aelianus, *οἱ δὲ ὅταν ἐμπέσωσιν, ὑπὸ τοῦ θυμοῦ ἀπονήγονται.* qui et iisdem verbis Troglodytarum de hoc animali opinionem exsequitur, quibus Agatharchides et Diodorus: et bene. Error est in Bavarico Photii Codice, quo Crocottae tanquam ex Ctesia haec tribuuntur. Vide D. Hoeschel. ad Photii Biblioth. p. 25. Wess.

201. 26. *Κροκόττας μεμιγμένην ἔχει φύσιν*] Plinius VIII. H. N. 31. *Crocottas* Aethiopia generat, *velut ex cane lupoque conceptos, omnia dentibus frangentes, protinusque devorata conficientes ventre.* Species hyaenae Crocotta est, quam alii ex cane et lupo, alii ex hyaena et leaena gigni prodiderunt. Conf. Salmas. in Solin. p. 239. Wess.

201. 28. *Τοῖς δὲ ὀδοῦσι πάντων ὑπεράγει*] Non deerunt, qui *πάντας* praeoptabunt. Ioseph. XV. A. I. 7. 6. *κάλλει δὲ σώματος — αὐτὴν ὑπερῆρεν.* ubi sane caussa non erat, cur *ὑπερῆρεν* praeferretur. Noster infr. c. 44. *τῇ εὐχρηστίᾳ πολὺ τοὺς ἄλλους ὑπεράγων.* neque ego dissentirem, nisi L. IV. 87. Orionem *ῥώμῃ πολὺ τῶν μνημονευομένων ἡρώων ὑπεράγοντα* dixisset. Wess.

201. 29. *Πάντων γὰρ ὀστῶν μέγεθος συντρίβει*] Facile inducor, ut *πᾶν* initio scriptum fuisse opiner. Sed nihil muto. In

tertio hinc versu pro *παραδοξολογουμένων*, *παραδοξολογούντων* legendum arbitror. Rhod.

201. 32. *Μιμεῖσθαι τὴν τῶν ἀνθρώπων διάλεκτον*] Recte hoc Agatharchidis exemplo explosit. Aelian. VII. H. A. 22. *εἶτα μέντοι μιμεῖται τὰς φωνὰς καὶ φθέγγεται (εἰ καὶ μυθῶδες τὸ εἰρημένον) ἀνθρωπίνῃ γοῦν φωνῇ, καὶ καλεῖ τὸ ὄνομα, ὃ ἤκουσε.* Mitto alios, quos undique similia nugantes conduxit S. Bochartus P. I. Hieroz. III. 11. p. 835. Wess.

201. 36. *Ἑκατὸν γὰρ πηχῶν τὸ μῆκος*] Et haec iustissima censura. De draconibus veterum recentiorumque plerique prodigiosa plurima narraverunt, feceruntque adeo, ut quae pro veris haberi poterant, plerumque fictis fabulis similia videantur. Conf. S. Bochartum P. II. Hieroz. III. 14. p. 431. et Io. Iac. Scheuchzer. Itin. Alpin. V. p. 377. etc. Wess.

202. 45. *Περὶ τῶν μεγίστων θηρίων ὄφεων*] Si scripti Codices addixissent, postremam vocem longe hinc sustulissem: *θηρία* serpentes esse superiora abunde indicant; ne dicam de cultiore vocis usu, quo ea animalia frequentissime exprimit, quae morsu aut virulento ictu pestem hominibus inferunt: nota res est, et scriptorum exemplis a P. Petito ad Aretaeum I. de Curat. Morb. Diuturn. c. 4. p. 122. conprobata. Wess.

202. 49. *Ὁ γὰρ δεύτερος Πτολεμαῖος* etc.] Insigne eius in vestigandis rarioribus naturae miraculis studium fuit: inbecillo enim corpore cum esset, semper novae alicuius oblectationis materiam quaerebat. *Διαφερόντως δ' ὁ φιλάδελφος ἐπικληθεὶς φιλιστορῶν, καὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν τοῦ σώματος, διαγωγὰς ἀεί τινας καὶ τέρψεις ζητῶν καινοτέρας* Strabo XVII. p. 1138. B. Hinc non elephantorum tantum venatui primus Lagidarum incubuit, *ἀλλὰ καὶ τῶν ὁμοιοτρόπων*, sicuti ex Agatharchide supra ostendimus, pluresque aluit, qui rariora quaevis, undique collecta, in Aegyptum inferrent. Vid. Aelian. III. H. A. 34., Strabon. XVI. p. 1115. Wess.

202. 54. *Ἐλέφαντας — περιεποιήσατο*] Confer supra c. 18. Wess.

202. 58. *Ἔχριναν παραβαλέσθαι ταῖς ψυχαῖς*] *Vitam periculis obiicere.* Polybius Excerp. Legat. p. 1250. *καὶ παραβάλλονται μὲν τῇ ψυχῇ.* pro quo Musonius in Serm. Io. Stob. XXIX. p. 202. *καὶ τὴν ζωὴν παραβάλλονται τὴν ἑαυτῶν*, et Ioseph. III. B. I. 8. 7. *πιστεύων τῷ κηδεμόνι θεῷ τὴν σωτηρίαν παραβάλλεται.* Libanius vero T. II. p. 134. B. *αὐτόμολοι τὰ σώματα παραβαλλόμενοι.* Adde infr. XX. 65. Wess.

202. 64. *Τριάκοντα πηχῶν*] Hoc an *τριακοντάπηχυν* malueris, ciccum, quod Plautus ait, non interduim. Haud vero scio, unde Io. Tzetzes Chiliad. III. 902. *τριακονταπεντάπηχυν* acceperit: nostri quidem codices cum Agatharchide p. 53. et Strabone XVI. p. 1121. B. ab eo dissentiunt omnes. Wess.

202. 74. *Ἔχοντες ἐξηρτυμένα πάντα*] Loci sententiam interpres assecutus est, non item scripturam, quam revocavi, veriorem. *Ναῦς καλῶς ἐξηρτυμένας* habebis L. XII. 31. de egregie instructis et paratis, et XIII. 45. etc. Wess.

202. 79. *Ὑφον ἐξαίσιον κατασκευάζοντα*] Oportuerat *κατασκευάζον*, ob *ζῶον*, quod praemiserat: verum ea generis enallage, qua *πρὸς τὸ σημαινόμενον* adiectivum refertur, nihil quicquam utroque in sermone frequentius. Vid. D. Hoeschel. in Photii Biblioth. p. 4. Wess.

202. 83. *Ἐπέβαλλον τοὺς βρόχους ἐπὶ τῆς οὐρᾶς*] Nihil veritus sum hoc restituere: postulat sermonis genius; satisque receptum librariis voces eas confundere. Defungar uno exemplo. Dionysius, inquit L. XIV. 103. *ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν στρατευσόμενος μετὰ πλείστης δυνάμεως ὥρμησεν ἐπὶ Συρακουσῶν.* Imo vero *ἀπὸ Συρ.*, ut quisque videt. Plura alias. Wess.

203. 92. *Οὐ μὴν ἀπέγνωσαν τὴν θήραν*] Io. Tzetzes Chiliad. III. 896. etc. haec excerpsit. Wess.

203. 97. *Περιφερῆ πλόκαμον*] Si Theophrasti, scriptoris *Ἀττικωτάτου*, standum est auctoritati, *πλόκαμον* pro vitili opere neutrum est. Is enim libro IV. c. 11., de Butomo foemella tractans, eam *χρήσιμον πρὸς τὰ πλόκαμα* dicit. Recte igitur in margine annotatur *περιφερὲς* et pro *ἐμφερῆ ἐμφερές*: nam masculinum longe aliud significat, *cirrum* videlicet seu *cincinnum* ac nodum crinium implexorum. Rhod. *Κατεσκεύασαν — περιφερὲς πλόκαμον*] Sequor Rhodomanni et meliorum librorum iudicium. *Τὸ πλόκαμον* aliud nihil est ac *πλέγμα*, quod usui variis in rebus esse cum possit, multimodis adhibetur. Venatoribus, sicuti hoc loco, a Xenophonte de Venat. p. 781. tribuitur, et a Iul. Polluce V. 33. Id vero praetereundum non est, *πλόκανον* Codd. praeferre Coisl. et Clar. 1. ubique, nec aliter in Platon. Timaeo p. 52. E. Stephano tamen mutante, et Polluc. VII. 172. X. 129. legi. Vid. Iungerman. ad Pollucis V. 33. et T. Fabrum in Anacreont. Od. VI. 6. Wess.

203. 9. *Πρὸς δὲ τούτοις σαλπιγκτὰς*] Tametsi in Glossis legatur *σαλπιγκτὴς* et *σαλπικτὴς*, et in Appian. Bel. Hispan. p. 527. *σαλπικτῶν τε ἐξοτρυνόντων*, hoc tamen malui: tum quod Appianus alias *σαλπιγκτὰς* probet, tum quod ceteri passim, et Noster inprimis in ea scriptura acquiescat, ut XIII. 45. XVI. 85. XVII. 33. Wess.

203. 17. *Ἥχῳ κατέπληττον τὸ ζῶον*] Non fugit me Nostri *καταπληξάμενος τοὺς Ἀθηναίους* XII. 67., neque moveor tamen, ut nihil mutem. Vicinia eiusdem verbi et contraria potestate instructi aliud a me impetravit. Bene Synesius Orat. de Regn. p. 10. C. *φίλους μὲν, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν ἀγαθοὺς, ἐκπλήττων, τοὺς δὲ ἐχθροὺς τε καὶ πονηροὺς καταπλήττων.* Wess.

203. 30. *Ἐξελκύσαντες δὲ τὸν πλόκαμον*] Scribe τὸ, et statim post *μετέωρον*. RHOD.

204. 38. *Τὸν ἀπὸ τῶν ὀδόντων*] Fortasse scripsit Diodorus *τὸ ἀπὸ τῶν ὀδόντων*. STEPH. *Τοῦ θηρίου τὸν ἀπὸ τῶν ὀδόντων τιθασσὸν*] Aliena sunt *τὸν ἀπὸ τῶν ὀδόντων*, ideoque exterminanda. RHOD.

204. 53. *Βοῦς τε καὶ ταύρους*] Hoc fortasse nimium, sicuti et quod in vita S. Hilarionis Hieronym. *Draco*, inquit, *mirae magnitudinis, quos gentili sermone Boas vocant, ab eo quod tam grandes sint, ut boves glutire soleant, omnem late vastabat provinciam.* Tu vide Strabon. XV. p. 1022. B. XVI. p. 1122. et Iob. Ludolf. Hist. Aeth. I. 13. WESS.

204. 58. *Ἐναντίαν ποιεῖν τοῖς ἐλεφάντων ὄμμασι*] Aelianus in elephantum oculos, ut eos eruant, dracones inmittit L. VI. H. A. 22. *ὁ δὲ δράκων ἐμπηδᾷ τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ ἐξορύττει.* Quod discrimen in pugna draconum et elephantorum haud insolens. Ipse Diodorus eam haud paullo aliter descripsit c. 10. WESS.

204. 66. *Παρὰ* Co. M. quod praestat: ceteri *περὶ*, sollemni peccato, quo de Casaub. in Athen. I. 7. WESS.

204. 69. *Ἐκ τῶν ἐν Ἀλεξ. βασιλικῶν ὑπομνημάτων*] Id in paucis verum esse poterit: maior pars ex Agatharchide descripta est. WESS.

205. 77. *Τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν — — προβιβάσας*] Eadem de Caesare Iulio I. 4. WESS.

205. 81. *Ἀράβιος κόλπος ἀνεστόμωται εἰς τὸν Ὠκεανὸν*] Laxato ore se infundit. Philo de Vit. Contempl. p. 892. E. de Maria prope Alexandriam stagno, *ἐκ τῆς λίμνης ἀνεστομωμένης εἰς τὴν θάλατταν.* Nimirum *ἀναστομοῦσθαι* stagna fontesque dicuntur, cum patente ostio profluunt largiter. Strabo VIII. p. 596. B. *τούτων δὲ ἐμφραχθέντων, ἔσθ' ὅτε ὑπερχεῖσθαι τὸ ὕδωρ εἰς τὰ πεδία· πάλιν δ' ἀναστομουμένων, ἄθρουν ἐκ τῶν πεδίων ἐκπεσὸν ἐμβάλλειν.* et de petra, quae Mose percutiente uberem aquam Israëlitis praebuit, Philo Iud. I. Vit. Mos. p. 635. C. *ἀναστομωθεῖσα τῇ βίᾳ τῆς φορᾶς, κρουνηδὸν ἐχχεῖται.* Quare haud prave Macrobius VII. Saturn. 13. Latina fecit haec Plutarchi I. Sympos. 9. p. 627. C. *καὶ γὰρ αὕτη τοὺς πόρους ἀναστομοῦσα καὶ ἀνοίγουσα κατασύρει τὸν ῥύπον. Salsitas enim findere et aperire solet meatus: ideo magis elicere debuit abluenda.* WESS.

205. 85. *Περὶ ἑκκαίδεκα σταδίους*] Vereor vehementer ut sani hi numeri sint: magno enim consensu veteres angustias sinus Arabici, quae circa Diren promontorium cognominemque urbem sunt, stadiorum LX faciunt, Strabo XVI. p. 1114. Arrian. Peripl. Mar. Erythr. p. 155. Agathemer. I. 3., quae fere aequant Plinii VII mill. D passus, ut fidem Codd. vetustiorum secutus recte correxit Harduinus, L. VI. N. H. 29. WESS.

205. 87. *Νεὼς διωγμὸν ἡμερήσιον*] Deest verbum ἔχει aut aliquod huiusmodi. STEPH. et RHOD. Id si adesset verbum, oratio paullo quidem plenior videretur, nec melior tamen: pendet accusativus *διωγμὸν* ex proxima *περὶ*, sicuti bene advertit vir doctissimus in T. III. Vol. V. p. 94. Miscell. Observ. Quis autem portus ille *Panormus* et mons *Tyrcaeus* in hac sinus Arabici ora, tacentibus veteribus, finire non ausim; hoc quidem certe constat, *Μακαρίαν* scripsisse Diodorum, quo nomine insulam hoc in sinu habet Ptolemaeus IV. Geogr. 8. WESS.

205. 91. *Συναγωγὴν ἔχει*] Vid. supr. I. 63. WESS.

205. 99. *Τὸ δεξιὸν μέρος, οὗ τὴν παραλίαν* etc.] Legebatur *τὸ δεξιὸν μέρος τῶν Τρωγλοδυτῶν. τὴν παράλιον τῶν Τρωγλοδυτῶν ἔθνη νέμεται*, quae quidem scopae dissolutae. Ego compositis inter se vetustis schedis suum Diodoro restitui. Dextrum sinus Arabici atque in Aegyptum versus inclinans latus Troglodytas tenuisse, docet et Strabo XVI. p. 1114. C. WESS.

205. 2. *Ἀπὸ πόλεως τοίνυν Ἀρσινόης*] Sita erat haud longe ab Heroum urbe, *condita sororis nomine in sinu Charandra a Ptolemaeo Philadelpho*, auctore Plinio VI. N. H. 29. Ab ea vero Agatharchides p. 53. orae sinus Arabici dextrae descriptionem orditur; nec admodum dissidet Strabo XVI. p. 1114. C. WESS.

205. 4. *Πικρᾶς ἁλμυρίδος ἔχοντα γεῦσιν*] Hae *sinus amaros πικρὰς λίμνας* suo olim confluvio efficiebant, sed quos Ptolemaeum amnis, ex Nilo, uti supr. I. 33. dictum, derivatus, deinceps mutavit, suis influens aquis: id olim docuerat uberius Agatharchides, nunc vero tenuiter in Photii Excerptis; constat tamen abunde ex Strabone XVII. p. 1156. C.; ubi Casaubon. de *lacu amaro* ex Nostri L. XVII. 49. quaedam notantem, sequi non possum: nihil enim illi cum his lacubus, modo saporem demas, commune est. WESS.

205. 8. *Ἐπώνυμος Ἀφροδίτης*] Hoc recentius nomen, prius *Μυὸς ὅρμος*, sive *Muris statio*. Agatharchides p. 54. *ὃς πρότερον μὲν Μυὸς ἐκαλεῖτο ὅρμος, ἔπειτα δὲ Ἀφροδίτης ὠνομάσθη*. Nec valuit tamen Veneris hic titulus antiquius cognomen obliterare, quod praeter Plinium, Arrianus, Ptolemaeus atque alii probarunt. WESS.

205. 10. *Πλήρεις εἰσὶν ἐλαιῶν καὶ σύκων*] Ficorum in his insulis proventus nusquam mentio est. Agatharchid. *ὧν αἱ μὲν ἐλαίαις πεπύκνωνται*, de illis ait: Strabo vero L. XVI. p. 1114. insularum *δύο μὲν ἐλαίαις κατασκίους, μίαν δ' ἧττον κατάσκιον, Μελεαγρίδων μεστὴν* asseverat; unde haud iniuria suspicari mihi videor, reliquisse Diodorum *πλήρεις εἰσὶν ἐλαιῶν καὶ σύσκιοι*, ut Codd. praestantiorum quidam praeferunt. WESS.

205. 15. *Ἧς κατὰ τὸν αὐχένα —— διακομίζουσι*] Posset pro vulgata, si cui libitum esset contra Codd. auctoritatem pu-

gnare, quadam cum specie disputari: mihi longe ea mens est; quod enim dedi, nihil habet incommodi, et cum respicit antiquorum morem, quo per Isthmi iugum naves ex uno in aliud, aut compendii caussa, in idem mare, trahebant, quod *διϋσθμίζειν* et *ὑπερισθμίζειν τὰς ναῦς* Graecis esse, memini pluribus L. I. Observ. c. 28. ostendere. Wess.

205. 17. *Νῆσος πελαγία*] Vid. infr. IV. 79. Wess.

205. 19. *Καλουμένη δὲ ὀφιώδης*] Sic Agatharchides et Strabo; quos deceptos esse cum Diodoro ab Hellenistis mercatoribus pertendit Salmas. in Solin. p. 763.; *Ophas* enim dictam esse insulam: quod cum audirent nomen, putasse *ἀπὸ τῶν ὀφέων* id cognominis esse nactam, atque *Ophas* explicuisse *ὀφιώδη*, fabulaeque adeo de serpentibus, insulam infestantibus, auctores esse. Itaque *Ketem paz* פז כתם Hebraeorum lapidem esse *Topazium* sive *Pazium*, ex insula *Paz* aut *Ophas* erutum: quae acute inventa et sollerter disputata vereor, ut tueri se satis possint. Agatharchides, quem Artemidorus, e quo Strabo, et Diodorus auctorem habent, de re suae aetatis loquitur, insulamque sub regibus Alexandrinis, quorum ipse tempore scribebat, serpentum peste liberatam prodit. Lapis praeterea fuisse non videtur, quod sacrae literae פז כתם appellitant, sed aurum purius; unde זהב מרפז I. Reg. X. 18. et אופז כתם Daniel. X. 5., quod de auro sine controversia usurpatur: aurum vero ex hac insula effossum fuisse, scriptores tacent. Id tamen bene vir summus, quod insulae lapidique nomen *ἀπὸ τοῦ τοπάζειν*, quod Plinius L. XXXVII. 8. significare videtur, venisse negat. Graecorum est *τοπάζειν*, multoque remotissimum a Troglodytarum sermone. Wess.

206. 26. *Ὅπερ ἐστι λίθος διαφανόμενος*] Topazium ita Io. Tzetz. Chil. VIII. 969. describit:

Τὸ δὲ Πάζιον ἐστὶ λίθος τῶν πρασοχρόων,
Οὐχὶ λαμπρὸς, οὐ διαυγὴς, ὡς οἱ λοιποὶ τῶν λίθων.

Quae vera si fuerint, erroris absolvi Agatharchides, Noster, Strabo, Plinius atque alii haud poterunt; verum ipse in errorem se Tzetzes induit. Vide Io. de Laet, veriora docentem, L. I. Gem. et Lapid. c. 11. et, quem is exscripsit manifesto, Cl. Salmas. in Solin. p. 169. Wess.

206. 35. *Ἀπὸ τοῦ βασιλέως φόβον*] Vide supr. I. 83. Wess.

206. 42. *Διὰ τὸ πνίγος*] Agatharch. *διὰ τὸ πνίγος οὐ γίνεται σύνδηλος*. Est *πνίγος* intensior aestus, cuius vehementia quasi praefocamur. Arrian. Cyneget. c. 14. de canibus, quae aestate ad venandum educuntur, *καὶ τὸ πολὺ διαπνίγονται, εἰ πνίγος εἴη*. Iulian. Imp. Orat. V. p. 169. B. arborem opacam *καὶ σκιὰν παρασχεῖν ἐν πνίγει* aptam ait. Hinc *ἀὴρ πνιγώδης* Straboni XVII. p. 1143. A. Plut. T. II. p. 649. E. gravis et paene praefocans. Wess.

206. 47. *Περιτιθέασι σημείου χάριν ἄγγος*] Facit Codd. concordia, ut hoc malim. Agatharch. *ὁ δὲ συνιδὼν φύλαξ τηλικοῦτον περιέθηκεν ἄγγος, σημείου χάριν, ἡλίκον* etc. Wess.

206. 55. *Προσαγορευθέντος Σωτῆρος*] Prius citra controversiam rectum est; de posteriore dubites ob Strabon. XVI. p. 1115. B. *εἶθ' ὁ τῆς Σωτείρας λιμήν.* tantoque magis, quod libri veteres sibi non constent, *σωτηρίας* praeferentes. Enimvero Strabonem secutus essem, si vel unus Codd. auxilio accurrisset; nunc, quoniam Ptolemaeo L. IV. 7. *θεῶν σωτήρων λιμὴν*, sic enim ex Palat. et Coislin. schedis scribendum, audit, in vulgata aequiescam. Videtur portus et Castori et Polluci, *οὓς πάντες σωτῆρας ὀνομάζουσι* Strab. V. p. 355. A. consecratus, et illarum uni Dearum, quae ΣΩΤΕΙΡΑΙ habitae et dictae sunt, quarumque plures recensuit Ezech. Spanhem. Diss. VII. de usu et praest. Num. p. 419. Wess.

206. 64. *Οὐ πλεῖον τριῶν ὀργυιῶν*] Agatharchid. *μήτε πλεῖον δυεῖν ὀργυιῶν.* ut alteruter in vitio sit, et forte quidem Diodorus: alteri enim consentit Strabo XVI. p. 1115. B. Wess.

207. 67. *Διὰ τὸ πλῆθος — μυίου καὶ φύκους*] Ab hac algae copia, quam iisdem ferme verbis Agatharch. et Strabo exsequuntur, sinui Arabico apud Hebraeorum gentem nomen venit יַם סוּף, quasi dicas *algosum mare:* falluntur enim qui a *papyro*, quae quidem prope Nilum provenit, non vero sinum hunc, repetunt. Vid. Theophrast. L. IV. H. Plant. c. 8. in omnibus tamen Agatharchidi ac Diodoro haud consentaneum. Wess.

207. 72. *Βαθύπρωροι καθεστῶσαι*] Fortasse rectius *βαθύπλευροι.* Rhod. Si quid hic mutandum, *βαθύπλοοι* praeoptarem. Naves *βαθύπλοοι*, quae altius depressae fluctus secant, ut *ἀκρόπλοοι*, quae in summo innatant. Wess.

207. 81. *Οὐδ' οὕτω δὲ τῆς τροφῆς τυγχάνοντες*] In his vitii aliquid inest: quod nec Rhodom. latuit, corrigenti *οἳ δ' οὔτε τῆς τροφῆς*, sed infeliciter. Poggius, incertum an coniecturam secutus, vertebat: *nec tamen propterea periculum devitant;* bene quidem ad loci sententiam; quae constabit, si *ὑποστροφῆς*, quomodo Ismaël. Bullialdum coniectasse Abbas Camusatus margini adscripserat, aut *ἀποστροφῆς* legeris: posterius equidem malim, quod illi in salute et perfugio locus sit percommodus. Ioseph. II. B. I. 11. 6. *αὖθις δὲ ὡς ἀποστροφὴ σωτήριος οὐ κατεφαίνετο.* et XIX. A. I. 1. 16. *ἀποστροφῆς τῷ ὑβρίζοντι αὐτοὺς οὔσης* etc. hinc *πάσης ἀποστροφῆς εἰργόμενος*, cui perfugium salusque intercluduntur, Philostrat. VIII. Vit. Apoll. c. 13. et *ἀποστροφὴ καὶ καταφυγὴ* iunguntur a Plut. T. II. p. 491. E. Atque haec vero proxima arbitrabor, donec meliores libri aliud decernant. Wess.

207. 92. *Οὐ παντελῶς — — εἰς τέλος*] Alterutrum videtur supervacaneum. Diodoro quidem certe *εἰς τέλος* saepe idem est ac *παντελῶς*, ut XI. 38. XII. 28. XVII. 76. Quod vero

praecedit *ὀδίρονται πρὸς κωφὴν ἐρημίαν*, id surdo narrasse fabulas indicat, sive solitudini nihil respondenti, et *πρὸς κωφὴν σιωπήν*, ut in Heraclide Allegor. Homer. p. 481.; *κωφὴν γαῖαν* Homer. Iliad. Ω. 54. *κωφὸν πέτρον* Moschion in Stobaei Serm. CXXIV. p. 620. de muta et *ἀναισθήτῳ*· *mediae per muta silentia noctis* Metamorph. VII. 184. Ovidius simili translatione dixerunt. Wess.

207. 1. *Τὰς ἐλπίδας ἐξαλείψαντες*] Inducta atque adeo exstincta omni spe. *Τοὺς ὑπεχχωροῦντας τοῦ βίου ἐξαλείφειν* apud Platon. VI. de LL. p. 785. Propius abest hoc Euripidis, quo infelix Hippolytus in cognomine Tragoedia vers. 1240. equos conpellabat, ne se perderent;

Στῆτ', ὦ φάτναισι ταῖς ἐμαῖς τεθραμμέναι,
Μή μ' ἐξαλείψητε. Wess.

207. 5. *Τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς τυγχάνουσι*] Aut fame, aut si diuturnam famis tabem non perferunt, ense confecti, aut spontaneo impulsu in aequor praecipitati: *ἢ λιμῷ, ἢ, τοῦ λιμοῦ τὸ μακροχρόνιον οὐ φέροντες, ξίφει, ἢ αὐτῇ θαλάσσῃ σφᾶς αὐτοὺς ἐπιῤῥίπτοντες*, Agatharchid. p. 56. Wess.

208. 16. *Ἐγενήθη τοῦ κόλπου ξηρὸς πᾶς ὁ τόπος*] Apertum est describi hic ingens prodigium, quo

Pervia divisi patuerunt caerula ponti,
In geminum revoluta latus, nudataque tellus
Cognatis spoliatur aquis,

cum Israëlitae ex Aegypto egressi sinus Arabici vada siccis paene pedibus tramitterent apud Mosem Exod. XIV. 21.; cuius miraculi accolae barbari memoriam, quod res stupenda esset, studiose servarunt et posteris reliquerunt. Vidit Ill. H. Grotius et rem animadvertit ad Exod. XIV. 22. et S. Bochart. IV. Phaleg. 29. Wess.

208. 19. *Ἐπελθοῦσαν ἐξαίσιον πλήμην*] Iustum hoc est; nam *πλημμύραν* in glossis esse putandum Schol. Vat. abunde significat, et inf. XVII. 106., ubi *πλήμας* itidem explicuerunt *πλημμύρας*. Ceterum *πλήμμην ποταμοῦ* Dionys. Halicarnas. I. Ant. Rom. p. 65. Hesych. vero in *πλημμυρὶς* eandem et *πλήμνην* dixit, vitiose, ut quidem ego censeo. Suidas *πλήμη, ἡ πλημμύρα τῆς θαλάσσης*· ubi cur *πλήσμη* L. Kustero potior sit visa, nondum exploratum habeo. Wess.

208. 23. *Προειρήκαμεν*] Dixit aliqua, sed tenuiter, c. 17.; neque enim illic Ptolemaidis aut promontorii Taurorum ulla mentio. Iterum autem presse inhaeret vestigiis Agatharchidis, qui uberius haec fuerat persecutus. Adde Strabon. XVI. p. 1115. C., ubi caussam exponit, cur montibus his Taurorum inditum sit cognomen. Wess.

208. 28. *Ἄχρι πρὸς ὥραν δευτέραν*] Agatharchid. *καὶ τὰς σκιὰς βάλλει τέως δυεῖν ὡρῶν εἰς τὸν ἀντικείμενον τόπον τῆς ἄρκτου.* quibus umbras in meridiem intra duas diei horas iaci

videtur indicare; nec alia mens Diodoro, eum in his rebus secuto: quod tamen falsum cum sit, maluit Rhodomannus utrique versione sua succurrere, et *usque ad alterum vertentis anni tempus* Latine reddere: quomodo necdum ab errore inmunes erunt. Illis enim, qui haec loca incolunt, sub solstitium mero meridie umbrae consumuntur, reliquis ad austrum cadunt, cum ceteris anni temporibus in septemtrionem porrigantur. Bene Plinius VI. 29. de Ptolemaide a Philadelpho condita ad venatus elephantorum, qua de et auctor noster, *in qua*, inquit, *quadraginta quinque diebus ante solstitium, totidemque postea, hora sexta consumuntur umbrae, et in meridiem reliquis horis cadunt, ceteris diebus in septemtrionem.* Adde Is. Voss. in Melae III. 8. Wess.

208. 29. *Ψεχίων*] Agatharchides c. 43. *Psebaeos* nominat. Rhod.

208. 37. *Ὀρνέων ἴδια γένη*] Fortasse ex avium ea copia uni harum insularum nomen venit, quam *ὀρνέων νῆσον* Ptolem. IV. Geogr. 8. vocat et in hac vicinia locat. Wess.

208. 41. *Ἀκουσίως αὐτῶν ταῖς λοφίαις περιπέσῃ*] Eadem Agatharchidis, sed quem male interpretantur: *οὐ μέντοιγε διαπεφώνηκεν οὐδείς, πλὴν τῶν περιπεπτωκότων ἀκουσίως ταῖς λοφίαις, nautas tamen haud vexant*, nisi si qui etc.; debuerant, *nemo tamen perit, nisi* etc. quae verbi vis rarior multis saepe fraudi fuit. Philo Iud. de Nom. Mutat. p. 1091. E. *ἐν ᾧ* (*πολέμῳ*) *τῶν διαγωνισαμένων διεφώνησε οὐδείς, ἀλλ' ἄτρωτος καὶ σῶος ἐπανῆλθε.* Vertunt: *in quo dimicantium nemo discors fuit, sed salvus et incolumis rediit:* absurde; disparatum, quod in oratione est, expostulat, *in quo dimicantium nemo desideratus est.* Atque hunc in modum Alexandrini interpretes I. Samuël. XXX. 19. Numer. XXXI. 49. Ezech. XXXVII. 11. Iudith. X. 13., ut optime advertit H. Grotius in Exod. XXIV. 11. Wess.

208. 42. *Τὴν τῆς θαλάττης ἄρσιν*] Credo deesse praepositionem dedisseque auctorem *τὴν ἐκ τῆς θαλάττης*: *ἄρσις* enim *τῆς θαλάττης*, et *ἄρσις τῶν κυμάτων*, fluctus marini sunt, altius evecti. Recte Agatharchid. *ὅταν ἐκ τῆς θαλάττης τὰ πρόσωπα ἀναφήνωσιν.* Wess.

209. 46. *Ἃς ὀνομάζουσι Ψεβαΐας*] Hoc mire placitum est. E montibus *Psebaeis*, de quibus ante, haec promontoria in sinum procurrebant. Forsan et hinc nomen accepit insula *Ψεβώ*, quam in sinu Arabico Aristoteles, seu quis alius auctor libri de Mundo, collocat, et Apuleio restituit Cl. Salm. in Solin. p. 782. Wess.

209. 49. *Ὀνομάζεται Ποσειδιον*] Perinde erit hoc an *Ποσειδιον* malis: prius Strabo VIII. p. 534., posterius XVI. p. 1122. C. et Pausan. VII. 27. probant. Vid. Sylburg. in Pausan. II. 26. p. 171. Orditur autem orae Arabicae descriptionem ab intimo maris recessu, paulloque supra sinum Aelaniticum, prorsus ut Strabo XVI. p. 1122. Wess.

209. 55. *Ὀνομάζεται μὲν φοινικῶν*] Nobilis huius palmeti frequens est mentio, quamquam non omnes eodem modo describunt. Theophrastus H. H. P. 8. p. 34. partem facit convallis palmiferae, quae a Syriae finibus in sinum usque Arabicum pertineat; quod verum esse haud puto. Procopius I. Bel. Pers. 19. Saracenos in eo incoluisse cum Nonnoso apud Phot. Cod. III. prodit: Cosmas vero Indicopleustes Topograph. L. V. p. 195. Israëlitas, sinum Arabicum emensos, ad Phoeniconem in Arabiae continentem escendisse, auctor est; haud profecto absurde: neque enim longe hinc afuerunt *Elim*, ubi et fontes plures pluresque palmae, plane ut hoc in loco, Exod. XV. 27.; ut prorsus mihi persuadeam, Phoeniconem hunc ab eo diversum haud fuisse. Wess. De nobili Phoenicone insignis est locus in Actis Sinaitarum Monachorum, ab Ammonio descriptis, et in Lectis Martyrum Triumphis a Franc. Combefisio vulgatis, p. 96. et 97. Ea vide: nam verba excerpere non vacat. Idem in Add. Rectius *Φοινικῶνα* quam *φοινικῶνα* scribi et *Phoeniconem* quam *palmetum* dici monuit Reines. Var. Lect. p. 148.

209. 57. *Ἀπόλαυσιν καὶ τροφήν*] V. Wesseling. ad XI. 25.

209. 67. *Ἐπιγραφὴν ἔχων ἀρχαίοις γράμμασιν*] Arabes videntur arae et inscriptionis auctores; nisi si de Hebraeis suspicari quis velit, quod quidem ego vix ausim. Saracenos loci eius religione fuisse tactos aliunde novimus. Conf. Strabon. XVI. p. 1122. D. Wess.

209. 69. *Μακάριοι δ' εἰσὶν*] Mihi ad sensum magis quadrat *μακροὶ*, *longae* seu *procerae staturae homines*. Rhod. Mihi vero non satis cognitum atque exploratum est, quid horum scripserit Diodorus: haec si spectent, ut Strabo velle videtur, marem feminamque sacerdotes, pronior in *μακρόβιοι* forem, quod Lucian. de Macrob. c. 4. Arabum sacrorum et fabularum interpretes, *τοὺς ἐξηγητὰς τῶν μύθων*, inter eos referat, qui vitam longissime extenderunt. Verum in re dubia nihil finio. Id quidem certe mihi constat, Cl. Salmas. in Solin. p. 346. his Diodori geminisque Strabonis parum dextre fuisse usum, ut vinceret, Palmeti incolas fuisse *Σκηνίτας*: neque enim idem est, ut ille censuit, *καλυβοποιεῖσθαι ἐπὶ τῶν δένδρων*, sive *κοίτας ἐπὶ τῶν δένδρων ἔχειν*, et *σκηνοποιεῖσθαι*. hoc est *tentoria figere*, illud *cubilia sibi in arboribus construere:* quae quantum distent, quis non animadvertit? Wess.

209. 73. *Φωκῶν νῆσος ὀνομαζομένη*] Eadem Strabo. At Agatharchides p. 57. *τόπος, ὃν προσηγόρευσαν Νῆσαν, ἀπὸ τῆς τοῦ ζώου πολυπληθίας*, quasi ab *anatum* copia nomen esset. Equidem Agatharchidis haec esse, induci, ut credam, necdum possum: prohibent Diodorus atque Artemidorus, e quo sua Strabo. Photio potius, vitiosum codicem secuto, ea tribuero. Nam, ne alium locum signari putes, eadem omnia, quae Phocarum insulae

Diodorus et Strabo contribuunt, *Nessae* illi in Excerptis Agatharchidis dantur. Wess.

209. 77. *Παλαιστίνην τῆς Ἀραβίας*] Palaestina, proprie definiendo, Syriae regio est ultima Aegyptum versus. Hic igitur eam partem intelligere videtur, quae Arabiam Petraeam proxime attingit, vel septemtrionem versus, ut est Peraea, seu Transiordana: vel ad occidentem, ubi Idumaea, una de Palaestinae partibus, quas Galilaeam, Samariam, Iudaeam, Idumaeam et Peraeam Vadianus et alii quidam faciunt. Inspice terrae S. tabulam accuratissime a Tilemano Stella descriptam. Rhod. *Πέτραν καὶ τὴν Παλαιστίνην τῆς Ἀραβίας*] Secta sub Principibus Christianis Palaestina in tres provincias: earum tertia varias Arabiae urbes, ipsamque Petram, complexa est, ut ex Procopio V. de Fabric. Iustiniani c. 8. ad Hieroclis Synecd. p. 721. ostendi. Tum *Παλαιστίνη τῆς Ἀραβίας* dici haud iniuria potuit. Diodori vero aetate omnia alia valebant, disiunctissimaeque regiones erant Arabia et Palaestina. Quare scriptum olim hic fuisse *Πέτραν τῆς Ἀραβίας καὶ τὴν Παλαιστίνην* nullus dubito: cuius coniecturae fautores et consortes habeo Agatharchidem, Strabonem et Cl. Salmas. in Solin. p. 346. Wess.

209. 80. *Γερραῖοι καὶ Μιναῖοι*] A *Gerra*, *Γέρρα τῆς Ἀραβίας*, Nicander Alexiphar. vers. 107. thus *Γερραίην λίβανον*, et vers. 244. incolas *Γερραίους νομάδας* adpellat. Nomen, quod ab exilio habent, quippe *Χαλδαίων φυγάδες* Babylone profecti, ut Strabo XVI. p. 1110. C. docet, proxime abest ab Hebraeorum גרים *Gerim*, et Chaldaeorum גריא *Geraia*, monente S. Bocharto IV. Phal. c. 8. *Minnaei*, illorum vicini, passim *Μιναῖοι* dicuntur; Dionysio tamen Perieges. vers. 959.

Μιναῖοί τε, Σάβαι τε, καὶ ἀγχίγυοι Κλεταβηνοί.

neque enim vero respondet, omnes, quotquot gentis meminere, *Μιναίους* scripsisse, praeter Dionysium, ut satis confidenter Abr. Berkel. ad Stephani *Μιναίους*. multo minus, a Minoë, Cretae rege, nomen et originem traxisse, ut Plin. VI. 26. Natum id genti cognomen est ex Hebraeorum מעונים *Meunim*, quo titulo signantur 2. Chron. XXVI. 7. vertunturque *Μιναῖοι* ab Alexandrinis. Advertit hoc Thom. Pinedo ad Steph. locum, paullo ante indicatum, sed qui opinionis eius auctorem laudare debuerat S. Bochart. II. Phal. c. 22. Wess.

210. 82. *Μαρανεῖς, μετὰ δὲ ταῦτα Γαρινδανεῖς*] Straboni *Maranitae*, quomodo et infra scribendum, et *Garindaei*, L. XVI. p. 1122. D. Priores a *Marane* urbe Plinii VI. 28. nomen inpetraverunt, neque adeo audiendus est Cl. Salmas., qui *Φαρανιτῶν* in Strabone malebat ad Solin. p. 346. Wess.

210. 84. *Συντελουμένης πανηγύρεως*] Conmeminit Nonnosus in Photii Cod. III. sollemnitatis, quam Saraceni Phoeniconem incolentes bis quotannis obibant: sed ea fortasse alia est,

atque explicanda ex Arabum ritibus, ante Muhamedem observari solitis, de quibus Ed. Pocockius Specim. Hist. Arab. p. 311. Wess.

210. 89. *Τὸ ποτὸν* rectissime omnes; quomodo Cebes p. 10. Lucian. I. V. H. 23. passimque alii. Vid. Eustath. in Homer. p. 137. Wess.

210. 1. *Κόλπος Λαιανίτης*] Sic ex vestigiis variantis scripturae in vetustis Codd. refinxi, et Agatharchide, cui *κόλπος Λαιανίτης*, sicuti accolae *ΛΑΙΑΝΙΤΑΙ* Ptolemaeo L. VI. p. 177., suffragante Cl. Salmasio in Solin. p. 346. Sinui acculsabat urbs *Aela* אילת sive *Aelath* אילת, unde verius nomen eius foret *Αἰλανίτης* aut *Ἐλανίτης*, ut Strabo. Discreparunt autem mire in eius et sono et scriptura. Plinius VI. 28. *Sinus intimus, in quo Leanitae, qui nomen ei dedere. Regia eorum Agra, et in sinu Laeana, vel, ut alii, Aelana. Nam et ipsum sinum nostri Aelaniticum scripsere, alii Aelenaticum, Artemidorus Aleniticum, Iuba Laeaniticum.* Sed inmerito: duravit urbi nomen in seram aetatem. Hieronym. De Loc. Sacr. *Sedet ibi legio Romana cognomento decima: olim quidem Ailath a veteribus dicebatur, nunc vero adpellatur Aila.* A quo nihil dissidet Notit. Imp. Orient. p. 217. cum G. Panciroli nota. Wess.

210. 4. *Τόν τε λαὸν ἀμύθητον ἔχοντες*] Vid. L. XIX. 94. Wess.

210. 11. *Τῶν ἐν τῷ Πόντῳ Ταύρων*] Tauros, Scythicam gentem, peregre advenientes ad Dianae aram inmolare olim adsuetos fuisse Euripid. Iphig. Taur. vers. 39. atque alii prodiderunt. Hic tangitur inhumana eorum crudelitas, qua piraticam exercentes in captos grassabantur: quod eorum institutum memorat Strabo VII. p. 474., sectabanturque Nabataei, uti docuit Noster II. 48. Wess.

210. 12. *Ὑπὸ τετριηρικῶν σκαφῶν*] Amputandum *τε*. Rhod. *Ὑπὸ τριηρικῶν σκαφῶν*] Rem refert Strabo XVI. p. 1123. A., sed nihil de navium amplitudine et genere. Equidem Rhodom. *τριηρικῶν*, addicentibus Codd., cupide recipio. Quadriremes si voluisset, *τετριηρικῶν* oportuerat. Vid. supra II. 5. Wess.

210. 16. *Ἄγρωστιν καὶ μηδικὴν*] Eadem Agatharchides, qui p. 58. *Βυθημανέων* in agris haec provenire memorat; quos quidem *Bythemanenses*, detracta priore syllaba, S. Bochart. P. II. Hieroz. III. 10. p. 825. *Themanitas*, *Θημανέων*, cum facit, haud scio, an sequendus sit: *ΘΕΜΟΙ* sive *ΘΑΙΜΟΙ* Ptolemaei VI. p. 177. non alii videntur. Wess.

211. 25. *Διὰ τὸ τὴν φύσιν ὡς ἐπίπαν* etc.] Haud dissimilem observationem adstruit summae Sabaeorum felicitati infr. c. 46. Wess.

211. 32. *Δυσδιεξίτητον ἔχει τὸ στόμα*] Strabo *δυσείσβολον στόμα* illi tribuit L. XVI. p. 1123. B., quod idem plane.

Δυσέξιτον, quod in Co. et M., habebis L. XVI. 32., *δυσεξίτητον* vero infr. c. 50., sed usu diverso. Wess.

211. 33. *Ἁλιτενοῦς γὰρ πέτρας τὸν εἴσπλουν διαλαμβανούσης*] Praestaret, *humilis enim scopulus* etc. *Ἁλιτενὴς* enim *πέτρα* quae eiusdem paene cum mari altitudinis, ut *ἁλιτενὴς ἄκρα* promontorium humile Strabon. VIII. p. 517. B., *ἠϊὼν ἁλιτενὴς* eiusdem L. XIII. 9. 890. A. litus depressum. Longus II. Pastor. p. 55. *πετραίους ἰχθῦς ἁλιεύοντες ἐκ πέτρας ἁλιτενοῦς*, i. e. *ex petra, paullum e mari prominente.* Immo *θάλασσα ἁλιτενὴς* mare non admodum profundum, et propterea magnarum navium haud capax, Appiano II. B. Civil. p. 787. *σκάφος εὐτελὲς ἐπ' αὐτὸν ἐπέμπετο, ὡς τῆς θαλάσσης οὔσης ἁλιτενοῦς καὶ μεγάλαις ναυσὶν οὐκ εὐχεροῦς.* Conf. infr. IV. 18. et P. Victor. in Cicer. XIV. ad Attic. 13. atque Is. Casaubon. ad Strabon. VII. p. 473., vim potestatemque vocabuli egregie declarantes. Wess.

211. 39. *Κνιζομενεῖς ὀνομαζόμενοι*] Agatharchides *Βυθομανεῖς*, a quo *Βνιζομενεῖς* in margine non multum abludit. Rhod. *Βανιζομενεῖς*] Male Rhodomannus. Agatharchidi dicuntur *Βατμιζομανεῖς* p. 58., a quo gentis titulo cum haud multum absint *Βανιζομενεῖς* veterum Codd., eos recipiendos censui. Fortasse tamen utrumque vitiosum est; atque haud scio, an Ptolemaei VI. Geogr. p. 178. *Μνασαμανεῖς*, Thamudenorum vicini, sint. Wess.

211. 42. *Τῇ προειρημένῃ παραλίᾳ*] Sic lego. *Νῆσοι παράλιοι* non bene quadrant, et consentit Agatharchides. Wess.

211. 45. *Ἔχει λιθίνας ὑποστάθμας*] Mallem *ἔχειν*. Id vero quod subsidit, quodque in imo consistit, *ὑποστάθμην* vocant. Plato Phaedon. p. 109. C. de terra, quae infra aetherem locum habet, *οὗ δὴ ὑποστάθμην ταῦτα εἶναι.* et Stoici in Diogen. VII. 157. adfirmant *ὑποστάθμην δὲ πάντων τὴν γῆν, μέσην ἁπάντων οὖσαν.* Inde pro sedimento, faece. Glossae, *ὑποστάθμη, Fax.* Imo vero *faex.* De aedium autem fundamentis, ut hic, legere non memini, nec inprobo tamen. Vid. Th. Gataker. ad Antonini Imp. L. IX. 36. Wess.

211. 48. *Καταπεπυκνῶσθαι*] *Καταπεφυτεῦσθαι* Co. M. ex glossa, ut arbitror. Vid. cap. seq. et Agatharchid. p. 54. Wess.

211. 52. *Οὐ χηλὴ*] Ausus sum, refragantibus libris, ita scribere; *ὕλη* sive *silva* nihili hoc quidem loco est: *χηλὴ* omnium aptissima. Sic autem appellant pilas, seu moles in mare procurrentes, et portum a ventis defendentes, ut optime explicat Is. Casaub. ad Strabon. III. p. 230.; atque ita hoc cap. *χηλὴν ἑξαίσιον* portui tribuit Diodorus, et Plutarch. in Solon. p. 83. A. Athenienses ait prope Salamina in anchoris stetisse *κατὰ χηλήν τινα πρὸς τὴν Εὔβοιαν ἀποβλέπουσαν.* Ne vero nimio videar in voce mutanda audacior, en tibi Agatharchidis, quae auctor aemulatus est, verba: *οὐ γάρ ἐστιν οὐ λιμὴν εὔορμος, οὐ σάλος ἐπ'*

ἀγκύρας, οὐ κόλπος ἐπισκεπὴς, οὐ χηλῆς ἐντύπωμα. ubi Doctiss. Io. Hudson. mecum sentit. WESS.

211. 58. *Συντετρημένων δ' αὐτῶν εἰς ἀλλήλας*] Iustum hoc est, non vulgatum *συντετριμμένων*, quod mire verterat Rhodom., *inter se attritu hient*, quasi poëtarum Symplegades essent. Plato Phaedon. p. 111. D. *τούτους πάντας ὑπὸ γῆν εἰς ἀλλήλους συντετρῆσθαι πολλαχῆ.* Basilius M. Homil. IV. in Hexaëmer. p. 36. E. *συντέτρηνται πρὸς ἀλλήλους.* et Noster supr. c. 19. *αὐλῶνας πρὸς ἀλλήλους συντετρημένους*, quo loco Coislin., qui verum hic servavit, simili peccato *συντετριμμένους*. quae eadem varietas in *τετριμμένος* et *τετρημένος*, ut monitum ad L. I. 97., librariis frequentatur. WESS.

212. 62. *Ἀραττόμενον*] *Προσαραττόμενον* M. non male. Simillimum dabit Alciphron. L. I. Ep. 1. p. 5. WESS.

212. 64. *Κοίλωμα σπασμὸν ποιεῖ*] *Καὶ* inserto planior erit sententia. RHOD. Adstipulor viro doctissimo, insuperque opinor, opportunius esse *κύκλωμα* Regii libri: fluctus enim cum absorbentur, in orbem rotatim flexuosi esse solent. WESS.

212. 68. *Οἱ καλούμενοι Θαμουδηνοὶ*] *Θαμουδινοὶ Ἄραβες* Agatharchidi, prorsus ut in Coislin., sed prave. Urbs Arabiae, in Nabataeorum finibus, erat *Thamuda*, hinc *Θαμουδηνὸς* eius civis Stephano in *Θαμουδᾶ* et Ptolemaeo L. VI. p. 178. Plinioque VI. N. H. 28. Itaque fidere noli coniecturae V. C. Iac. Gronovii ad Stephani *Θαμουδᾶ*. WESS.

212. 70. *Ταῖς καλουμέναις Ἐχινάσι*] Contra Oeniadas et Acheloum flumen eundem ad modum Echinades insulae sunt positae apud Thucydid. extremo L. II. Forte autem verius paullo ante fuerit *νήσων σποράδων* ex Codd. melioribus: sic enim et Strabo XVI. p. 1123. *ἑξῆς δ' ἐστὶ κόλπος νήσους ἔχων σποράδας*, de eodem hoc sinu. WESS.

212. 73. *Μετὰ δὲ ταύτας ὁρᾶται χερσόνησος*] Sic praestat. *Ὑφορᾶται* aliud est, et suspicionem complectitur L. XIII. 96. Porro *λιμὴν εἰς αὐτὴν* positum est loco *ἐν αὐτῇ*, ut *οἱ εἰς τὴν Ἀσίαν Ἕλληνες* Strabon. XV. p. 1069. *εἰς τὸ πρυτανεῖον ἐσιτεῖτο* Heliodori I. p. 18. *καθήμενος ἐς τὸ ἱερὸν* Philostrati V. Vit. Apoll. 42. *ἔθος τόδ' εἰς Ἕλληνας ἐξελεξάμην* Euripid. Supplic. v. 340. Vid. infra XIV. 117. et Doctiss. I. Fr. Reitz. in Luciani Asin. c. 1. Portus autem Straboni XVI. p. 1123. *Χαρμόθας*, levi discrimine soni. WESS.

212. 81. *Ναυσὶ δισχιλίαις ἄκλυστον λιμένα παρεχόμενος*] Inter portus commoda haud postremum est, si tutam a fluctibus et tempestatibus stationem navibus praebeat. Dio Chrysostom. Orat. LXXIV. p. 643. B. *καίτοι λιμένας μὲν εὕροι τις ἂν ἀκλύστους, οἷς ἔνεστι πιστεύσαντας ἀσφαλῶς ὁρμεῖν, ἧλιξον ἄν ποτε ἀρθῇ τὸ πνεῦμα.* quae qudem Dionis et haec egregie illustrant, et praestabile vicissim auxilium inde mutuantur. Visa enim sunt.

etsi nullo suo merito, mendo obsita H. Valesio L. II. Emend. 26.; quod portuum duo fuerint genera, quorum alii κλειστοὶ, qui catena ferrea claudi poterant, alii ἄκλειστοι, *aperti*. Hoc liberali manu damus viro egregio: nec admittimus tamen, ut λιμένας ἀκλείστους propterea scripserit Dio; quos portus eius oratio ferre nullo potest modo. Ἄκλειστοι sive *aperti* fluctibus et ventorum furoribus expositi et esse poterant et saepenumero erant: his prudens gubernator, venti vehementiores si consurgerent, navim non crederet. contra ἄκλυστοι inmunem tempestatibus et tutam stationem, quod orator vult, praestabant, marique iactatis per erant conmodi. Wess.

212. 86. *Προσαγορευομένῳ δὲ Κώθωνι*] *Cothon* origine sua portum manu et arte factum notat; atque eiusmodi Carthagini erat, egregie descriptus ab Appiano Punic. p. 129. et S. Bocharto I. Canaan. 24. Videtur autem Diodorus Carthaginis Cothonem uberius declarasse L. XXXII., sicuti reliquiae eius innuunt libri. Wess.

212. 93. *Εἰς πετρώδη μαστὸν*] Simili translatione *πέτρα μαστοειδὴς* L. XVII. 75. *Μαστὸς* saepe collis est clementer assurgens et mammam quodam modo referens. Polyb. I. 56. de loco quodam praerupto Panormum inter et Erycem, ἔχει δ' ἐν αὐτῷ καὶ μαστόν. Hinc Battus Cyrenem, quae in monte acclivi erat posita, ἐπὶ λόφου μαστοειδοῦς, ut ait Hierocles, dicitur condidisse ἐν ἀργινόεντι μαστῷ Pindaro Pyth. Od. IV. 14., et Eresus, colli ad mare vergenti inposita apud Strabon. XIII. p. 918. C., Archestrato Ἐρέσου περικύμων μαστὸς in Athen. L. III. 28. p. 111. Opportune vero Synesius de colle, qui e porrecto monte instar alius montis ad mammae formam excellebat, περὶ τὸν ὄχθον, inquit, ὃς ἐπὶ τοῦ διατείνοντος ὄρους, ὄρος ἐστὶν ἄλλο, καθάπερ μαστὸς ἀνιστάμενος, L. I. Provid. p. 94. D. Wess.

212. 1. *Κατειλημμένος* omnes haud scio an male. *διειλημμένος* Diodoro atque aliis hac in re tritius est. Wess.

212. 4. *Οἱ καλούμενοι Δέβαι*] Agatharchidi *Δεδεβαί*; Nostro adstipulatur Strabo XVI. p. 1123. D., et bene. Nomen *Debae* ab auro habent, quod Arabibus דהב *Deheb*, monuitque S. Bochart. II. Phal. 27. Montem *Chabinum*, Debis his adfinem, alibi invenire non memini. Wess.

213. 11. *Δρομάδων καμήλων*] Vide L. XIX. 36. Wess.

213. 13. *Ἀποφέρεσθαι*] *Ἀποφαίνεσθαι* scriptum videtur. Rhod. Ego vulgatum *ἀποφέρεσθαι* non temere damnavero. Vult, credo, tantam auri ramentorum copiam circa ostia conspici, ut limus rutilans auferri possit. Favet tamen Rhodomanni coniecturae quodam modo Agatharchides, ὥστε τὴν ἰλὺν, τὴν πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς συνηγμένην, πύῤῥωθεν ἀποστίλβειν p. 59. inquiens. Wess.

213. 21. *Ἀλιλαίων καὶ Γασανδῶν*] *Ἀλιλαῖοι καὶ Κασανδρεῖς* Agatharchidi, a ceteris vero Geographis neglecti, nisi si *Κασσανῖται* iidem sint ac *Casandres* sive *Gasandes*, ut censuit S. Bochart. II. Phal. 19., de *Alilaeis* insuper ea disputans, quae fidem difficulter capient. Wess.

213. 23. *Νιφετοὶ γίνονται καὶ χειμῶνες εὔκαιροι*] Nives aestate in Arabia? mihi commentum non placet. Agatharchides, *ἀφ' ἧς ὑετὸς καὶ χειμῶνες γίνονται καὶ θέρους εὔκαιροι* quod fuisse puto, *ἀφ' ἧς ὑετοὶ καὶ χειμῶνος γίνονται* etc. *unde pluviae irrorant et hieme et aestate temperatae*; ad quam quoque formam, addita *ὑετοῦ* voce, Diodori verba facile instaurari possent, modo liceret. Wess.

213. 27. *Διὰ τὴν τῶν λαῶν ἀπειρίαν*] Multis partibus hoc vulgato praestat, et secutus est Poggius; nusquam enim *Alilaeos* et *Gasandas* piscatui unice invigilare aut Diodor. aut Agatharchides prodiderunt; quin hic *οὐ πᾶσα*, inquit, *τυγχάνει θεραπείας, τῶν ἄλλων ἀπειροτέρων ὄντων.* ubi parili modo *τῶν λαῶν* refingendum est, non *ἁλιέων*, ut S. Bocharto in mentem venerat II. Phal. 27.; hae enim voces a librariis saepe confunduntur, uti inf. c. 73. Wess.

213. 31. *Ἄπυρον*] Dixi supr. II. 50., quibus Strabon. XVI. p. 1127. D. et Agatharch. p. 60. adde. Wess.

213. 37. *Ἐπίσης ἀλλάττονται*] Deserit hic ducem suum Agatharchidem, qui *τὸν μὲν γὰρ χαλκὸν πρὸς τὸν χρυσὸν τρίσταθμον ἀλλάττονται. τὸν δὲ σίδηρον πρὸς διπλοῦν χρυσίον. aeri enim triplum, ferro duplum auri rependunt.* Forte res illi fide maior, uti est, visa fuit. Conf. S. Bochartum eo, quem dixi, loco. Wess.

213. 39. *Ὀνομαζόμενοι Κάρβαι*] Haud aliter Agatharch., ut verum gentis hoc esse cognomen, dubitari non possit. Ceteri, nisi si *Cerbani* sint Plinii VI. 28., praetereunt. Wess.

213. 47. *Τὸ καλούμενον βάλσαμον*] Vide L. II. 48. et Strabon. XVI. p. 1124. Agatharchidis verba, ut hic Diodorus, sollertissime aemulantem. Wess.

214. 59. *Καὶ γὰρ τοὺς παραπλέοντας* etc.] Memoravit etiam Herodot. III. 113. Lucianus II. Ver. Hist. 5. *καὶ θαυμαστή τις αὖρα περιέπνευσεν ἡμᾶς, ἡδεῖα καὶ εὐώδης, οἵαν φησὶν ὁ συγγραφεὺς Ἡρόδοτος ἀπόζειν τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας.* Wess.

214. 62. *Ἄνεμος ἀπόγειος*] Straboni XV. p. 1015. C. hi venti *ἀπόγαιοι* et I. p. 92. B. *ἀπόγαια πνεύματα.* Dionysio I. 11. p. 132. *αὖρα ἀπόγειος*, Aristoteli, si tamen is libri auctor, de Mundo c. 4. *οἱ μὲν ἐκ νενοτισμένης γῆς πνέοντες, ἀπόγειοι λέγονται, qui facti e telluris halitu constant, terrigenae nuncupantur*, ut vertit Apuleius, satis obscure. Wess.

214. 70. *Προσπίπτει τοῖς πλέουσι*] Vulgatum mendosum quid tinnire, multis si probem, diffidere videbor lectoris acumini. Tenor orationis hoc desiderat et prono nunc alveo decurrit. Wess.

214. 74. *Ἐν ἑτερογενέσιν ἀγγείοις*] Caussa nulla est, ut hinc quidquam demutetur. Aromata, ut alio possent asportari, vasis indebantur, quae, si eorum ingenio non responderent, haud parum de naturali fragrantia auferebant. Conf. Galen. I. de Antidot. p. 433. Wess.

214. 86. *Λίγματα ποιοῦνται παντελῶς ἀνίατα*] Praeter Agatharchidem et Strabonem meminit eorum Pausan. IX. 28., in eo tamen cum iis parum consentaneus, quod veneni expertes esse perhibet. Wess.

214. 91. *Καὶ τῆς συγκρίσεως τῶν ὄγκων*] Illustrat haec et cum Strabonis atque Agatharchidis verbis diligentissime conponit Cl. Salmas. in Solin. p. 383., id quoque recte monens, *τράγου πώγωνα* non esse herbam, de qua Dioscorides II. 173., sed veram hirci barbam: ea enim graveolentissima, *δυσοδμοτάτη* Herodoto III. 113. Wess.

215. 99. *Ἥν καλοῦσι Σάβα*] Praefero marginis *Σάβας* et infra pro *Σαγναῖς*, *Σάβαις*, ubi glossa *Σάμαις* habet, amplector. Rhod. *Ἥν καλοῦσι Σάβας*] Scripti Codd. hanc scripturam expostulant. Stephanus *Σάβαι*, *πόλις μεγάλη, πλησίον τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης*. Tamen *ἡ Σάβα* Philostorgio, et *τὰ Σάβα* Theophrasto. Vid. S. Bochartum II. Phal. 26. Wess.

215. 1. *Βασιλέας δ' ἐκ γένους ἔχει τοὺς διαδεχομένους*] Diodorus *Sabaeorum viridaria circumlustrans et graphice pingens, subnectit, βασιλέας δ' ἐκ γένους ἔχει etc. Vertitur*, reges successione gentili imperant. *Non male, nec tamen per omnia bene: maior enim vis et emphasis residet penes τοὺς διαδεχομένους, qui repraesentant et exprimunt titulum* Tobbaorum, *circumdari solitum regibus* Sabaeorum *e gente* Iectanidaea *oriundis.* Tobbao *enim* תבע *διάδοχον, διαδεχόμενον*, successorem, *designat Arabice, a themate* תבע, secutus est, successit. *Iam vero disertim testantur Philologi Arabum*, Tobbaorum *appellatione insignitos tantum fuisse antiquos illos et praepotentes reges, qui* Hadramaut, Saba *et* Himiar *perpetua serie possederunt.* Hactenus eleganter atque acute Celeb. Alb. Schultens Orat. I. de Ling. Arab. Origin. p. 25. Wess.

215. 4. *Οὐκ ἔξεστιν — — ἐξελθεῖν ἐκ τῶν βασιλείων*] Consentiunt Agatharchides, Strabo, egregie ab Is. Casaub. restitutus, et Persicorum scriptor Heraclides Cumaeus in Athen. L. XII. 3. p. 517., qui quidem turpi vitio cum sit obsitus, verba hominis addenda censeo, ut menda liberentur: *διατρίβει τε γὰρ ἀεὶ*, rex regionis thuriferae, *ἐν τοῖς βαλανείοις, ἐν τρυφῇ καὶ δαπάνῃ τὸν βίον διάγων, καὶ πράττει οὐδὲ ἓν πρᾶγμα, οὐδὲ*

πολλοῖς πλησιάζει. his deinceps subnectit, regem iudices constituere, quos si quis non recte iudicasse putet, eum fenestram in suprema palatii parte, *ἐν τῷ ὑψηλοτάτῳ τῶν βασιλείων*, catena revinctam, prehensa catena attrahere, ut regem, inibi agentem, conveniat: quae omnia abunde arguunt, *balneorum* mentionem in superioribus plane esse absurdam et incongruentem. Scribe ergo *ἐν τοῖς βασιλείοις*, ut et hac parte cum Agatharchide, Strabone et Diodoro bene illi conveniat. WESS.

215. 7. *Τῶν πλησιοχώρων Ἀράβων*] Hic, sicuti saepe alias, *βαρβάρων* vocabulum de possessione sua *Ἀράβων* gentem deiecerat. Vid. II. 24. WESS.

215. 15. *Καὶ μάλιστα ἐν Σάβαις*] *Nodum nectit illud ἐν Σαγναῖς, ubi regia ipsis sedes, malletque Cl. Rhodomannus ἐν Σάβαις· sed Σαγναὶ vel Σαγγναὶ exhibere videntur* צנעא אל־יסן Sangao Iemanensium *celebratissimam metropolim, Damasco magnitudine et magnificentia parem*, Uzal *veteri nomine dictam, a primo conditore* Iectani *filio, cuius filius traditur* Sangao, *qui alteri isti appellationi ansam dederit.* Sic pro vulgata disputat eadem in Orat. Celeb. A. Schultens; cui quidem hac in parte adsentiri non possum: auctor enim *Sabas*, gentis metropolim, in cuius regia perpetuo commorari Sabaeorum principes dixerat, disertim signat; nec aliud libri veteres mira concordia sectantur; ut plane mihi dubium sit, unde H. Steph. *Σαγνὰς* acceperit. WESS.

215. 19. *Κιόνων τε καὶ ἀνδρῶν*] Diu me huc illuc distraxerant hae duae λέξεις, speciosae quidem intuitu, sed re ipsa *ὕπουλοι*, donec in mentem venit, num forte sincera lectio esset *οἴκων τε καὶ ναῶν*. quae cum expeditissimam habeant sententiam, cur non retineantur, in praesentia nihil causae videmus. RHOD. *Κιόνων τε ἀδρῶν περίστυλα*] Nimius est Rhodomanni conatus. Quod dedi ex optimis Vindobonensibus schedis, longe longeque praestat. Agatharchid. *Κιονάς τε πολλοὺς αὐτοῖς (φησι) κατεσκευάσθαι ἐπιχρύσους τε καὶ ἀργυροῦς.* WESS.

215. 22. *Χρυσαῖς φιάλαις λιθοκολλήτοις*] *Phialae*, quibus lacunaria et fores erant ornata, ornamenti quoddam genus, phialas referens, hoc quidem loco indicant: qua ego vocem potestate instructam reperire haud memini, nisi in Agatharchide p. 65., unde haec sumpta. WESS.

215. 30. *Ἕμπαιον ἡγουμένων*] Vid. inf. V. 26. WESS.

215. 31. *Πόλεις ἀτειχίστους*] Codd. consensui negari haud potuit ita ut scriberetur: beata quoque insularum conditio munitas urbes non admodum requirit. WESS.

216. 38. *Εἰς Ποτάνας*] Quis non animadvertit *ἐκ Ποτάνης* legendum esse? cum terminus ad quem, ut Aristotelici loquuntur, praecesserit. Terminum igitur a quo sequi, si non contextus ipse, tamen naturae ordo flagitat. RHOD. *Εἰς Ποτάνας*] Coniurarunt ad mendam hanc propagandam amanuenses, quibus

invitis coniecturae Rhodom. locum dedissem, est enim hae quidem parte certissima, nisi vulnus aliud subesset. *Potanam*, ad Indum flumen urbem, qui memoret, nemo est. *Pattala* Alexander muniit, et *ναυστάθμῳ καὶ νεωσοίκοις* instruxit: quae nisi eadem sint ac Nostri *Potanae*, dicendum est, id cognominis fuisse portui sive navium stationi, cuius fundamenta idem rex non longe Pattalis posuit in Arriani VI. 20.; quod enim Freinshem. opinatur ad Curtii IX. 10. *Xylenepolim*, qua de Plinius VI. 23. eandem videri atque Agatharchidis et Diodori urbem, id teneri nullo potest modo. Illorum urbs ad Indum, Plinii vero, *iuxta quod flumen, aut ubi fuerit* explanatum haud erat; taceo ingens utriusque nominis discrimen. Wess.

216. 47. *Μαιμακτηριῶνα*] De mensibus Atticis cum Romanis dextre comparandis, consule Iosephum Scaligerum, virum illustrem doctorumque nostri seculi phoenicem, in admirando opere de Emendatione Temporum. Rhod. Usus hoc loco Illust. est Scaliger I. Emend. Temp. p. 22. ut vinceret, Atticos menses, quod negare sustinuerat Theod. Gaza de Mensib. c. 6., Maemacterionem et Posideonem continua serie sese excepisse; neque male, ut deinceps adparebit. Contra Scaligerum venit, summus illius adversarius, D. Petavius in Animadvers. ad Haeres. LI. Epiphanii p. 137. et I. D. T. 13., Gazae patrocinium professus. Scaligeri vero partes tueri ingressus est Cl. Salmas. in Solin. p. 222., acriterque ex Diodoro et Agatharchide urgere Petavium coepit; neque inpune *tamen; hic* enim Dissert. ad Auctarium operis de D. T. L. VI. 6. haud pauca, nec sine quadam verborum atrocitate, reposuit, mire aestuans, ut telum, hinc sumptum, eius e manibus extorqueat. Enimvero si hac in contentione, sicuti in civili Solonis legibus, medium et neutris in partibus agere haud liceat, a Scaligero et Salmasio stetero. Auctoris enim et Agatharchidis verba continuos menses *Maemacterionem* et *Posideonem* manifesto requirunt: Harpocration praeterea hunc *ἕκτον sextum* Atheniensium mensem, illum *πέμπτον quintum* perhibet; cuius auctoritatem etsi infringere conetur D. Petavius, operam perdit: occurrunt enim auxilio vetusti lapides, Athenis eruti a Sponio Itin. T. II. p. 376. et Georg. Whelero L. II. p. 482. Maemacterionem et Posideonem eo ordine locantes, quem Scaliger probaverat. Wess.

216. 50. *Ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον πλωϊζομένοις*] Agatharchides *ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς τῶν μηνῶν κατὰ λόγον*. quae Diodorus cum imitetur, venit in mentem Cl. Salmasio ad Solin. p. 222., scripsisse eum, *τοὺς ἑξῆς τῶν μηνῶν κατὰ λόγον πλωϊζομένους*, me, vocem postremam si demas, non usquequaque consentiente. Mutatio enim nimia est, et Diodoro suum aufert. *Ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον* indicat sensim (vid. XIV. 96. XV. 44) similique progressione secutis mensibus stellas eas nautis haud conspici. Quae sequebantur in vulgatis scabiosa, ea, compositis inter sese vetustis mem-

branis, utcunque refinxi; auctor ei rei fuit idem Agatharchides, qui p. 66. *τῶν δ' ἄλλων ἀστέρων, οἱ μὲν πλάνητες, ἀόρατοι τινὲς δὲ τοῖς ὄγκοις μείζονες. οἱ δὲ οὐδὲ κατὰ τοὺς ἐφεστῶτας καιροὺς τὰς δύσεις ποιούμενοι καὶ τὰς ἐπιτολάς.* Gemina enim nostris esse, quis tandem dubitaverit? Wess.

216. 55. *Προαποστέλλειν τὸ φῶς*] Distinctius Agatharchides *φῶς ἀνήλιον*, *lucem absque sole*, sive auroram. Wess.

216. 61. *Καὶ τῷ τύπῳ μὴ κωνοειδῆ φαίνεσθαι*] Erratum *τὸ ἥλιον* vix notatu dignum. Sed quod tertio versu sequitur *κωνοειδῆ* plus animadversionis requirit. Cur enim sol hic *κωνοειδὴς* vocatur, cum umbrae opaci corporis, quod lucido corpore minus sit, hoc epitheton tribuatur? De quo Physici et Astronomi. Mendum igitur hic manifestum est, quod auctoris nostri magister Agatharchides emendat, cum in Paraplo maris rubri c. 51. *σχῆμα δισκοειδὲς* ponat. Iure itaque optimo *δισκοειδῆ* restituimus, nisi quis *κυκλοειδῆ* scriptum fuisse contendat. Rhod. Mendosus locus: quis enim unquam putavit, solem oculis nostris apparere cono similem? Rescribe ex Agatharchide *δισκοειδῆ*, et sic lege, *καὶ τῷ τύπῳ μὲν δισκοειδῆ*. Palmer. Vitiosum esse locum dubio vacat. Ex coniecturis Rhodom., nam lac. Palmerii opera post eius curas hoc quidem loco supervacanea est, posterior praecipue placet; videtur enim Poggius *κυκλοειδῆ* legisse, et parum id distat a vulgato. Neutri tamen praerogativam dedi, quoniam in ambiguo manet, quid auctor ipse receperit. Wess.

216. 69. *Ἐναντία γίνεσθαι συμπτώματα περὶ αὐτὸν*] Ita oportuit. Agatharchid. *εἰς δὲ τὴν ἑσπέραν ἐναντίον τὸ ΠΕΡΙ τὸν ἥλιον πάθος ὁρᾶσθαι.* Wess.

216. 70. *Τοῖς ὁρῶσι κεναῖς ἀκτῖσι φωτίζειν*] Repone *τοῖς ὁρῶσιν ἔτι ταῖς ἀκτῖσι*. et paullo post *οὐκ ἔλαττον ὁρῶν*, non *ἐλαττόναν*. Rhod. *Τοῖς ὁρῶσι καιναῖς ἀκτῖσι φωτίζειν*] Visum hoc est praestabilius et rei convenientius. Mendam peperit soni similitudo, quae quoque *κενολογίαν* et *καινολογίαν* in Plut. T. II. p. 1068. D. et 1069. C. *κενοδοξίαν* et *καινοδοξίαν* Lucian. I. Ver. Hist. 4. *κενοφωνίαν* et *καινοφωνίαν* I. Timoth. VI. 20. confudit. De *ἔλαττον*, quod suam in sedem recepi, Rhodomanno non obloquor. Wess.

217. 74. *Χάλυβοι καὶ Ἄλβες* etc.] Huc pertinent quae Philosophus disputat II. Meteorol. c. 5. Wess.

217. 89. *Οἱ δ' Ἀὐσχῖσαι τὰ πρὸς τὴν δύσιν*] Ita mallem. Uberius de his gentibus Herodot. IV. 171. etc. Stephano autem *Ἀὐσχίται*, Ptolemaeo IV. 5. *Ἀὐσχίται*, sive, ut scribi debet ex Coislin., *Ἀὐσχῖσαι*. Nonno XIII. Dionys. v. 375.

—— *Οἱ παρὰ Κίνυφος ὕδωρ*
Ὤκεον ἀζαλέης ψαμαθώδεα πέζαν ἀρούρης
Αὐχῆται Βάκαλές τε συνήλυδες.

sed prave. Scripserat ipse *Αὐσχῖσαι Κάβαλές τε*, sic enim Hero-

dotus adpellat, utrosque eo, quem adscripsi loco, coniungens. WESS.

217. 90. *Τὴν μεταξὺ ταινίαν*] Littoris porrectum tractum. Strabo de Achillis *dromo* sive cursu VII. p. 473.] *ἔστι γὰρ ταινία τὶς, ὅσον χιλίων σταδίων μῆκος ἐπὶ τὴν ἕω.* Plura ad L. I. 31. WESS.

217. 92. *Νέμονται τοὺς τόπους τοὺς περὶ τὴν Σύρτιν*] Ptolemaeo propterea *Μάχαι οἱ Συρτίται* L. IV. Geogr. c. 3.; sic enim distractis vocibus scripserat, non *Μάχαιοι*, ut bene advertit Cl. Salmas., qui et plura de illis, in Solin. p. 271. WESS.

217. 97. *Τὰ γένη ταῦτα βασιλέας ἔχει*] Res ipsa, et quae consequuntur, regum, non regni mentionem postulabant: hoc itaque placitum est, sicuti brevi post *βασιλέως ὑπακοῦον*, eliminata *ἑνὸς* voce. WESS.

217. 99. *Βασιλέως ἑνὸς*] Posterius abiiciendum et tertio inde versu vide an pro *τὸν αὐτὸν τόπον* legendum sit *αὐτῶν*. RHOD.

217. 4. *Ἀναχάμπτει πρὸς τὸν αὐτὸν τόπον*] Ego retineo: indicat redisse eum in locum, unde venerant. Plut. in Demetr. p. 913. E. *ἀπογνόντες ἐκείνην τὴν ὁδὸν, αὖθις ἀνεχώρησαν εἰς τὸν αὐτὸν τόπον.* WESS.

217. 7. *Δοραῖς αἰγῶν σκεπάζουσι τὰ σώματα*] Haec omnium optime explicabit Hippocrates de Morb. Sacro p. 302. *ἐγὼ δὲ δοκέω, Λιβύων τῶν τὴν μεσόγειον οἰκεόντων, οὐδένα ὑγιαίνειν, ὅτι ἐν αἰγείοις δέρμασι κατακείονται, καὶ χρέασι αἰγείοισι χρῶνται. ἐπεὶ οὐκ ἔχουσι οὔτε στρῶμα, οὔτε ἱμάτιον, οὔτε ὑπόδημα, ὅ, τι μὴ αἴγειόν ἐστιν.* Vescebantur itaque capris et earum pellibus corpus pedesque contra aëris incommoda muniebant: neque viri tantum sed et feminae. Hesychius, *Αἰγὶς, ἣν αἱ Λίβυσσαι φέρουσι δορὰν*, quae Grammatici cur Maussacus ad Harpocrationis *Αἰγὶς* mutaret, ipsique Herodoto IV. 189. vim faceret, caussa profecto nulla erat. Dio Chrysost. Orat. V. p. 86. B. visam esse ait sedere mulierem *διφθερῶν ἐπιβεβλημένην ἄνωθεν, ὥσπερ αἱ Λίβυσσαι.* De Heroinis Africae Apollon. Rhod. IV. 1348.

Στέρφεσιν αἰγείοις ἐζωσμέναι ἐξ ὑπάτοιο
Αὐχένος, ἀμφί τε νῶτα καὶ ἰξύος. — WESS.

217. 9. *Πύργοι δὲ πλησίον τῶν ὑδάτων*] Frequens inde *turrium* per Africae provincias apud Geographos memoria. Vide quae adscripta sunt Itin. Anton. p. 35. WESS.

218. 20. *Προτερεῖν ἐν ταῖς εὐκινησίαις*] Praepositio hinc si longissime abesset, eam non revocarem: neque enim ita solet. Conf. infr. c. 52. et L. XVI. 34. etc. WESS.

218. 27. *Πολλοὺς φέρουσα καρποὺς*] Hanc soli eius ubertatem saepe praedicat Pindarus, cui *πυροφόρος* Isthm. IV. *καρποφόρος* Pyth. IV. *πολύμηλος καὶ πολυκαρποτάτη* Pyth. IX., et

ad eius exemplum Callimach. Hym. Apoll. v. 94. cum Ezech. Spanhem. nota, et Arrian. Indic. c. 43. Wess.

218. 28. *Πολλὴν ἄμπελον*] Vide Cel. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 322. Wess. in Add.

218. 30. *Ἡ δ' ὑπὲρ τὸ νότιον μέρος ὑπερτείνουσα*] Dignus est qui cum hac descriptione contendatur Luciani locus Dipsad. c. 1., ubi gemina germana reperiuntur. Wess.

218. 31. *Καθ' ἣν τὸ νότιον φύεσθαι*] Pro *τὸ νότιον* in posteriore loco posito aliquid reponendum est, quicquid sit. Steph. *Καθ' ἣν τὸ νότιον*] Pro hoc quid restituendum sit, nulla assequi coniectura possum. Rhod. *Καθ' ἣν τὸ νίτρον φύεσθαι συμβέβηκεν*] Legit Isaac. Vossius *καθ' ἣν τὸν ὀπὸν* etc. addens, *vulgo in hoc loco legitur καθ' ἣν τὸ νότιον φύεσθαι συμβέβηκεν, quod viros doctos valde exercuit. Sed, ut opinor, nemo nisi fungus de veritate emendationis nostrae dubitabit. Ὀπὸς pro ipso silphio passim accipitur*, ad Melae L. I. 8. 20. Equidem, tametsi fungus haberi nolim, non possum viro doctissimo penitus adsentiri. Coniectura sine dubio elegans est et speciosa. Fugit silphium terram cultam, *τὴν ἐργαζομένην*, ut apud Theophrastum VI. Hist. Pl. 3. legitur; sed provenire in locis, quae coeli solique vastitas urget, ea, quae de eo produntur a Theophrasto, Plinio XIX. 3. Arrian. Indic. c. ult., disertim inficiantur: porro si australis haec Africae pars sit *ἀκριβῶς ἄκαρπος, πεδινὴ ἅπασα, οὐ χλόην, οὐ πόαν, οὐ φυτὸν, οὐχ ὕδωρ ἔχουσα*, ut Lucian. Dipsad. c. 1. sive, ut Noster *οὐ μὴν οὔτε φυτὸν, οὔτ' ἄλλο τῶν δυναμένων ψυχαγωγῆσαι τὴν ὄρασιν*, post pauca ait, quis tandem ea in regione silphio locus? Itaque *τὸν ὀπὸν* nondum recipio, nec *νίτρον*, quod ut aliqua verborum esset sententia edi iussi, admodum probo. Habent sane Arabum medici *nitrum Africanum*, forte *ἀφρονίτρου* nomine in fraudem inducti, quae Cl. Salmas. sententia De Hyl. Iatr. c. 121.; apud alios quidem certe obscura eius laus et memoria. Mox *ἄφορος οὖσα* mallem ex vestigiis Clarom. Codd.; Lucianus l. c. *καὶ ξηρὰ καὶ ἄφορος οὖσα*. Vid. infr. XVI. 84. et quae ibi H. Stephan. Wess.

218. 43. *Οὓς προσαγορεύουσι κεράστας*] Plinius Cerastas inter eas recenset serpentes, quae colorem eius terrae habent, in qua occultantur, L. VIII. 23. et Noster XX. 43.; a cornibus, quibus armatae atque unde illis nomen, Sexto Empir. I. Adv. Grammat. p. 263. *κεράστης κερασφόρος*, ubi Io. Alb. Fabric. imaginem eius, binis cornibus instructam, ex Biblioth. Vindobon. L. VI. p. 294. Lambecii repraesentat: nec deerant tamen, quibus quatuor cornua: Nicander Theriac. 260.

Ἄλλοτε μὲν πισύρεσσι, τότ' ἐν δοιοῖσι κεράστης. Wess.

218. 52. *Τὴν ἐπέκεινα τῆς Σύρτεως*] Quae ultra Syrtes est. S. Lucas A. A. VII. 44. *καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος*. Aelian. III. H. A. 35. *ἐπέκεινα τῶν Κορυδαλέων δήμων*.

Hinc spe atque exspectatione maiora *προσδοκίας πάσης ἐπέκεινα* Liban. T. II. p. 923. B. et *ἐλπίδος ἐπέκεινα* Heliodor. IX. p. 417. Wess.

219. 60. *Καὶ παλμώδεις*] Ipse explicat post pauca, *καὶ παλμοὺς ποιοῦντες*. Hippocrati I. Prorhet. p. 69. *οἱ παλμώδεις δι' ὅλου*, qui toto corpore palpitant. Wess.

219. 68. *Ἀβληχροὺς καὶ κωφοὺς*] Nihil interest priusne retineas an *βληχροὺς*, quomodo I. 27., malis. Posterius Codd. maior concordia requirit. *Ἄνεμοι κωφοὶ* sunt surdi, et debiles, cum, ut Theocritus eleganter Idyll. II. 36. *σιγᾷ μὲν πόντος, σιγῶντι δ' ἀΐται*. Ita *mutum mare* in Milit. III. 1. 70. Plauti, et *κῦμα μέλαν, κωφόν τε καὶ ἄβρομον* Apollon. Rhod. IV. 153. ex Homeri imitatione, cui et *κωφὸν κῦμα, κωφὸν βέλος*, de quibus Eustathius in Homer. p. 852. et Theon in Diosem. v. 190. Arati. Philo Iud. de Exsecrat. p. 932. E. *ὡς μηδὲν ἀφεθῆναι τῶν βλημάτων κωφόν, ita ut nullum hostile telum inutile intercidat.* Wess.

219. 70. *Διὰ τὸ μήτε νάπας* etc.] Sitne hoc usquequaque verum dubitari potest. Vid. Strabon. XVII. p. 1192. Wess.

219. 75. *Καὶ συστάσεις εἰσπνοῶν*] Reducendum e margine *πνευμάτων*. Rhod.

219. 78. *Τυπουμένων ἰδεῶν*] Sequor scriptos Codd. *Ἰδέαν* quamvis figuram notare posse, notum est. Quod enim Thomas Magister animadvertit, *ὡς οὐδεὶς τῶν δοκιμωτάτων ἰδέαν ἐπὶ ἀνθρώπου λέγει, ἀλλὰ εἶδος καὶ ὄψιν*, id falsissimum esse Aristophan. Plut. v. 559. Demosthen. Legat. Falsat. p. 249. Isocrat. Laud. Helen. p. 318. Philostrat. Heroic. 10. p. 715. ostendunt: Diodorum enim *ἰδέας ἀνθρώπων* supr. I. 12. dicentem inter *δοκιμωτάτους* fortasse non transcribet. Wess.

219. 84. *Βαρὺν ὄντα*] *Βαρύνοντα* Co. vid. supr. II. 12. Wess.

219. 89. *Τὰ μέντοι ζῶα — αἴτια τῆς μεταρσίας* etc.] Simile quiddam in ignibus, quos *fatuos* sive *errantes* adpellare solent, usu venire novimus: ultro fugiunt, cum progrederis; sequuntur, ubi in contraria perrexeris; cuius motus non alia atque ea caussa est, quam auctor adfert, docente viro Clarissimo et collegii vinculo mihi iunctissimo P. Musschenbroek Physic. sect. 1687. Wess.

219. 90. *Προσιόντων αὐτῶν* pro *προσιόντα αὐτὰ* schema est Diodoro nostro frequentatum. Sic p. 490. 21. *τῆς γυναικὸς κωλυθείσης — ἔγημε*, pro *ἡ γυνὴ κωλυθεῖσα*, et ibi not. Wesselingi. Sic p. 261. 57. *Προμηθέως παραδόντος* pro *Προμηθέα παραδόντα*. T. II. p. 491. 82. 500. 44. 501. 30. 547. 92. 552. 1. 603. 95. Reisk.

220. 1. *Περιθρίβεσθαι*] Lege *περιτρίβεσθαι*. Rhod. Credo verum pervidisse Rhodom. Posses alioqui *περιθρυβέσθαι*, *sese frangere*, aut *περιθρύπτεσθαι*. Sed neutrum quod quidem

recordor, usquam sese mihi obtulit. Wess. Similia *ἐγκρύβεσθαι* I. 80. et *ἀποκρύβουσιν* quorundam librorum III. 25., de quibus Lobeckius ad Phryn. p. 317., modo nihil horum librariis debeatur.

220. 7. *Περὶ τὸν Θερμώδοντα*] Vid. supr. II. 45. Wess.

220. 15. *Περὶ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν ἡκμακυιῶν*] Delevi *γυναικῶν* vocabulum, quod ex glossa post *ποταμὸν* ingestum erat. Quae sequuntur *πρὸ τούτων τῶν χρόνων ante haec tempora* ambigue verterat vir doctissimus: Troiana intelliguntur. Wess.

220. 24. *Ἀκολούθως Διονυσίῳ τῷ συντεταγμένῳ* etc.] Fuit domo Milesius, scripsitque *κύκλον ἱστορικὸν* Lib. VII. teste Suida et Schol. Apollon. Rhod. III. 20. In eo autem opere veterum fabulas diligentissime fuerat exsecutus, omniaque exposuerat, quae Bacchum, Amazonas, Argonautas, Troianum bellum et eius generis alia spectant, additis fabulatorum et poëtarum carminibus, docente Nostro infr. c. 65. porro Amazonum Afrarum res gestas et victorias L. II. inseruerat. Schol. Apollon. II. 967. *Διονύσιος δὲ ἐν δευτέρῳ κατὰ Λιβύην αὐτὰς ᾠκηκέναι φησὶ* etc. Wess.

220. 29. *Ἐφ' ὃ λέγεται τὸν Περσέα στρατεῦσαι*] Notissima eius in Gorgonas expeditio, sed Homero et ignota et recentior. Hesych. *Γοργώ. Τὰ περὶ τὴν Λαυάην καὶ τὸν Περσέα καὶ τὰς Γοργόνας Ὅμηρος οὐκ οἶδε.* Hesiodo originem debet fabula, quam insecuti poëtae magis excultam dederunt. Vid. Dissert. de periplo Hann. Dodwelli c. 3. Wess.

220. 40. *Διαπονεῖν τὰ κατὰ τὸν πόλεμον*] Rhodom. *διαπονεῖν* non aliud hoc esse loco ac *διακονεῖν administrant* ait in Indice; quod quidem ego non puto. Idem enim est atque *exercere sese*, et bellicis rebus studiose operam dare. Sic Philo Iud. de Ioseph. p. 559. C. *τοὺς ἀρετῆς ἄθλους κατὰ πᾶσαν ἡλικίαν διαπονήσαντα*, cum dicit, qui omni vita virtutis certaminibus sese exercuit: atque inde *διαπονεῖν τοὺς παῖδας ἐν γυμνασίοις* supr. I. 53., et *διαπεπονημένοι exercitati* XVI. 17. et saepe alias. Wess.

220. 47. *Ὑπὸ τῶν συνοικουσῶν πραττομένοις*] Lege *προσταττομένοις* seu *ἐπιταττομένοις*. Rhod. *Ὑπὸ τῶν συνοικουσῶν προσταττομένοις*] Quod coniectura adsecutus erat Rhodom., id firmant scripti libri: natus error videtur ex scribendi compendio, quod e *προσταττομένοις* infr. XIX. 92. extudit *πραττομένοις*. Contra vero *τῶν προσταγμάτων ἐπιταγὰς* convertit ex *πραγμάτων* L. XVI. 41.; quod genus et in superioribus illustrare exemplis memini. Wess.

221. 49. *Φρονηματισθέντες ἐπιθέσθαι*] *Φρονηματισθῆναι* dicuntur, qui maiores spiritus sumunt. Aristotel. II. Polit. 10. *τῆς ναυαρχίας γὰρ ἐν τοῖς Μηδικοῖς ὁ δῆμος αἴτιος γενόμενος,*

ἐφρονηματίσθη, i. e. *magnos spiritus habere coepit.* et VIII. 6. καὶ μετὰ τὰ Μηδικὰ φρονηματισθέντες ἐκ τῶν ἔργων de iisdem Atheniensibus. Hinc περφρονηματισμένοι L. VI. 7. eidem Philosopho qui magnifice de se viribusque sentiunt, et Polybio II. 3. Nostroque IV. 24. XII. 67. XVI. 90., sive ἐπὶ φρονήματος γεγονότες ut Appian. in Excerpt. Ursin. p. 356. et L. I. Bel. Civil. p. 665. Porro ἐπιθήσεσθαι Coisl. si malueris, satis quidem facies Thomae M. decreto in *Μέλλω*, sed fallaci, et Diodoro aliisque parum, ut Cl. L. Bos monuit, probato. WESS.

221. 54. Ἐπικαίεσθαι αὐτοῦ τοὺς μαστοὺς] Diximus hac de re L. II. 45. WESS.

221. 61. Ἑσπέραν προσαγορευθεῖσαν] Hesperidum insulas, Hesperios Aethiopas, promontorium, cui Ἑσπέρου κέρας nomen est, hac in vicinia Mela III. 9. 10. Plinius VI. 31. Ptolem. IV. 9. et Hesperios Libyas prope Atlantem Maxim. Tyr. Dissert. XXXVIII. p. 225. memorant: atque haec commenti occasio, quod quo commodius deprehendi posset, Tritonem flumen, et paludem, quam facit, ex finibus provinciae Tripolitanae levi opera in ultimam Mauritaniam propter Atlantem montem traduxere. De Tritone meliora Pausan. IX. 33. et Ptolem. IV. 3. WESS.

221. 66. Ὃ μέγιστον μὲν ὑπάρχειν τῶν etc.] Altissimum hunc montem multimodis describunt Herodot. IV. 184. Mela III. 10. Maxim. Tyr. Dissert. XXXVIII. p. 225. Proclus in Timaeum p. 56. Recte vero καὶ προπεπτωκὸς εἰς ὠκεανόν. Sollemne enim est in montibus et promontoriis, quae in altum longissime procurrunt, ut in Strab. II. p. 168. A. 186. C. 192. D. etc. WESS.

221. 78. Ὀνομαζομένης Μήνης] Meminit eius Nonnus Dionys. XIII. 369.

Τικτομένης ναίοντες ἐδέθλια γείτονα Μήνης,
Καὶ Διὸς Ἀσβίσταο μεσημβρίζοντας ἐναύλους
Μαντιπόλου κεροέντος. —

Vid. Bocharti Chan. I. 24. et Trilleri Observat. c. 5. WESS. in Add.

221. 82. Καὶ σαρδίων] *Sardeis* doctissimi Rhodom. non probo: verius *Sardios* aut *Sardas* dedisset. Vid. Cl. Salmas. in Solin. p. 128. WESS.

221. 90. Τοὺς Ἀτλαντείους] Videntur haec conformata ex Platonis Critia p. 115., similibusque Platonicorum de Atlantide insula incolisque fabellis apud Proclum in Tim. p. 55. WESS.

221. 94. Τοῖς παρ' Ἕλλησι μυθολόγοις] Hoc requirunt Codd. meliores, nec dissimile est II. 30. Aget de fabulis illis c. 56. WESS.

222. 97. Ζηλουμένης παρ' αὐταῖς περιττότερον] Atqui longe maior peditum est quam equitum numerus, quem in expeditionem duxit. Ergone scripserat πεζῶν μὲν δισχιλίων, ἱππέων δὲ τρισμυρίων; addita profecto ratio eiusmodi quid postulat. WESS.

222. 6. *Τὴν Κέρνην καλουμένην κατοικοῦντας*] Verum hoc insulae nomen. Polybius *in extrema Mauritania contra montem Atlantem a terra stadia VIII abesse prodidit Cernen*, auctore Plinio VI. 31. Habet eandem Dionys. Perieges. v. 218. ubi Eustath. *ταύτην δὲ τὴν Κέρνην*, inquit, *οἱ μὲν νῆσόν φασιν ἐν τῷ ὠκεανῷ, οἱ δὲ τοῦτο οὐ δέχονται*, insuper addens, de situ eius parum inter sese veteres consentire: quod profecto haud mirandum, cum fabulosa pleraque omnia sint, quae de ea in literas fuere relata, ut Strabo I. p. 82. iam olim animadvertit, et pluribus exsequuntur Is. Voss. in Melae II. 7. et H. Dodwell. Diss. de Peripl. Hannon. c. 6. 7., quamquam in plerisque discordes. Wess. *Κέρνην* ad sui libri marginem correxit etiam Is. Vossius. Idem in Add.

222. 8. *Τῷ φόβῳ*] Co. Cl. 2. optime. Vid. inf. c. 59. XII. 76. XIII. 14. Wess.

222. 10. *Καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας ἡβηδὸν ἀποσφάξαι*] *Omnes puberes.* Appian. Bell. Hisp. p. 479. Lucullus *ὑπεσήμαινε κτείνειν Καυκαλοὺς ἅπαντας ἡβηδόν.* et Hannibal. p. 454. *τὴν Ζακανθαίων πόλιν ἡβηδὸν διέφθειρε.* quo modo saepissime Noster. Vid. XII. 72. 76. 80. XIII. 30.; aut *τοὺς ἡβῶντας ἀποσφάξαι* ut XIII. 104. Conf. Lamb. Bos Animadv. c. 6. Quae vero de *Cercenaeis* post pauca Rhodom., ea *ἄῤῥητα ἀμείνω.* Wess.

222. 12. *Τῆς δὲ περὶ τοὺς Κερναίους* etc.] Pro *Κερναίους* legendum *Κερκηναίους.* Rhod.

222. 17. *Πόλιν — ὁμώνυμον ἑαυτῆς κτίσαι*] Hanc *Myrinam* unus, quod quidem rescire potui, Agathias Scholasticus Praefat. L. I. p. 5. obiter memorat; de patria enim sua, *Μύρινα δὲ*, inquit, *οὐ τὸ Θρᾴκιον πόλισμα, οὐδὲ εἴ τις ἑτέρα κατὰ τὴν Εὐρώπην τυγχὸν ἢ Λιβύην τῶδε κέκληται τῷ ὀνόματι.* et fortasse ex hoc Diodori loco; legit enim hos libros diligenter. Wess.

222. 25. *Γοργόνων, οὐσῶν πλησιοχώρων*] *Gorgades insulae, Gorgonum quondam domus* dicuntur Plinio VI. 31. Alii Cernen ipsis incolendam dedere, quos inter fuisse videtur Palaephatus Incredib. Histor. c. 32. *Φόρκυν ἦν ἀνὴρ Κυρηναῖος· οἱ δὲ Κυρηναῖοι κατὰ γένος μέν εἰσιν Αἰθίοπες. οἰκοῦσι δὲ νῆσον τὴν Κυρήνην ἔξω οὖσαν τῶν Ἡρακλείων στηλῶν.* Sic quidem nunc legitur; quod tametsi tueri conatur H. Dodwell. Diss. de Peripl. Hann. c. 6. nunquam tamen tenebit, Cyrenen a Palaephato insulam, eamque ultra Herculis columnas, fuisse habitam: Cyrene enim Graecorum colonis frequentata, nemini non per Graeciam erat cognita, nec potuit adeo in sedem, longissime dissociatam, transferri, nedum eius incolae ex Aethiopico genere arcessi: taceo *κατὰ Καρχηδόνα* insulam hanc Gorgonum a Palaephato collocari, quod ipsum de Cerne in Plinii VI. 31. Corn. Nepos adfirmat, *ex adverso maxime*, inquiens, *Carthaginis.* Itaque Phorcyn *Κεραῖος, οἱ δὲ Κεραῖοι* et *νῆσον τὴν Κέρνην* in Palaephato fuisse suspicor. Mox *ἐφάμιλλον ἔθνος* gens est in contentione par atque

aemula, uti L. XV. 71. XVI. 86. Gorgonum autem populus non modo Atlantidas aequiparabat, sed insidiis adpetebat; quod egregie exprimit Co. et M. *ἔφεδρον*· adhiberi enim saepe solet, sicuti et *ἐφεδρεύειν* de insidiis Plut. T. II. p. 87. B. *ἐφεδρεύει σου τοῖς πράγμασιν ἐγρηγορὼς ὁ ἐχθρὸς ἀεί.* unde *ἔφεδρος τῆς βασιλείας*, qui illi insidiatur inf. IV. 51. et quae And. Dounaeus Praelect. in Demosthen. p. 132. Quare suum illi locum reddidi. Wess.

223. 41. *Αὐταῖς περιχυθέντος*] *Αὐτὰς* Co. M. male. Vid. XX. 53. 87. Wess.

223. 42. *Θάψασαν — ἐν τρισὶ πυραῖς*] *Sepulturae ignium*, uti Minutius Felix aiebat, tradidit. *Θάπτειν* conbustionem corporis conmodissime indicat. Appian. Hannib. p. 577. Hannibal, inquit Gracchum *ἔθαψεν, καὶ τὰ ὀστᾶ Ῥωμαίοις ἔπεμψεν rogo inpositum conbussit et reliquias Romanis misit.* Philostrat. Heroic. XI. p. 721. *ὡς οὐχ ὅσιοι πυρὶ θάπτεσθαι, οἱ ἑαυτοὺς ἀποκτείναντες, nefas esse eos igni, qui sibi manus intulissent, sepelire.* Quod posterius fuisse putarem in Epigram. CLXXII. Greg. Nazianz. in Anecdot. Muratorii p. 158.

Λίσσομαι, ἤν γε θάνω, ποταμῷ δέμας, ἠὲ κύνεσσιν
Ῥίψατε, ἠὲ πυρὶ θάψατε παντοφάγῳ.

non, uti editum, *δάψατε*, nisi poëtam videretur imitatus Iliad. *ψ*, 182.

— — — Ἕκτορα δ' οὔτι
Λώσω Πριαμίδην πυρὶ δάπτεμεν, ἀλλὰ κύνεσσιν.

Plura hoc de genere collegit Gisb. Cuper. I. Obser. 7. Wess.

223. 46. *Ὑπὸ Περσέως τοῦ Διὸς*] Fabulam fuse exponunt Critici in Apollon. Rhod. IV. 1515., et Lucianus D. Marin. XIV. Ovid. Metamorph. IV. 771. Wess.

223. 51. *Ἔθετο τὴν ἐπὶ τῆς Λιβύης στήλην*] Vid. L. IV. 18. Wess.

223. 64. *Ἐλευθεροκίλικας καλεῖσθαι*] Homines erant feri atque acres, qui ne regibus quidem unquam paruerunt, ut Cicero XV. Ep. 4. et V. Attic. Ep. 20. docet: atque haec caussa nominis. Sedes prope Amanum montem, urbemque praecipuam habebant Pindenissum. Wess.

223. 67. *Διὰ Φρυγίας τῆς μεγάλης ἐπὶ θάλατταν*] Descendit e Tauro ad mare Aegaeum Myrina, quorsum conmodissimum per Phrygiam maiorem iter est. *Mare magnum θάλατταν μεγάλην*, Oceanum vocant. Cicero Somn. Scip. c. 6. *terra parva quaedam insula est, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis.* Stephan. in *Ὠκεανός. προσαγορεύουσι ἐκεῖνον — οἱ τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντες μεγάλην θάλατταν.* Videor itaque haud iniuria restituisse; quod scripti libri dabant. Porro *παραθαλάττιον χώραν* si brevi post malueris, non admodum refragabor: nec gravis tamen mutandi caussa est. Vide Cl. Duker. in Thucyd. III. 91. Wess.

223. 68. *Τὴν ἐπιθαλάττιον*] Melius *παραθαλάττιον*. Rhod.

223. 73. *Κύμην*] Hanc et Aeolidis Myrinam Amazonibus nomen atque originem debuisse, vulgi fama erat, ut Strabo XI. p. 771. A. XII. p. 827. B. et Stephanus atque alii in Dissert. P. Petiti de Amazon. c. 33. ostendunt. De Pitane et Priene non eadem omnibus opinio: nam quod *Ninam* urbibus, quae Amazones auctores habuerunt, idem Petitus c. 35. annumerat, ea in re deceptus est a Poggii versione. Wess.

223. 78. *Ὁμώνυμον τῇ — ἀδελφῇ*] His vehementer pugnare Abr. Berkelius ea censet ad Steph. *Μυτιλήνη*, quae inf. L. V. 82. de Mitylene Macarei filia, unde urbi nomen venerit, perscripta leguntur: et sunt profecto contraria; nec opus tamen ut ea inter se conciliemus aut interpretatione leniamus. Diodorus enim non quid ipse arbitretur, sed ab aliis in literas relatum animadverterit, his libris inseruit: quae caussa, cur de urbium originibus, Deorumque natalibus saepe contraria et pugnantia complectantur. Perinde autem erit, sive *Μιτυλήνην* an *Μυτιλήνην* probaveris: utrumque veteribus in usu fuit, quamquam hoc nomi malunt. Vid. Is. Voss. in Melae L. II. 7. Wess.

224. 87. *Τὸ προτοῦ*] *Τὸ τοῦ προτοῦ* Vat. prave. Vid. *I.* 63. Wess.

Ibid. *Ὑπὸ τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ ποτὲ Θρᾳκῶν*] Haec verior nominis caussa, quam et L. V. 47. praeter alias adfert. Strabo VIII. p. 532. C. et X. p. 702. A. vetustissimos Graecorum *σάμους* appellasse *τὰ ὕψη*, *loca celsiora*, atque hinc insulae venisse nomen *Sami* prodit; haud quidem id male: si scisset tamen *Samin* et *Same* in Persica et aliis veteris Scythici sermonis dialectis non aliud esse ac terram, haud dubie assensus fuisset Th. Sigef. Bayero, adfirmanti insulam, quod Thracum esset sedes et terra, ita dictam videri in Memor. Scythic. T. III. Comment. Petro-Polit. p. 369. Wess.

224. 92. *Τοὺς ὀνομαζομένους Κορύβαντας*] Non alii videntur fuisse ac *Magni Dii*, *μεγάλοι θεοὶ*, Cabiri, Dioscuri. Orpheus Hymn. XXXVII. in Curetas

Κουρῆτες, Κορύβαντες, ἀνάκτορες, εὐδύνατοί τε
Ἐν Σαμοθρᾴκῃ ἄνακτες, ὁμοῦ Ζηνὸς κάροι αὐτοί.
Πνοιαὶ ἀέναοι, ψυχοτρόφοι, ἀερσιδεῖς,
Οἵτε καὶ οὐράνιοι Δίδυμοι κλῄζεσθ' ἐν Ὀλύμπῳ.

quam tamen natalium et dignitatis gloriam labentibus annis interverterunt, sibique vulgi superstitione sumpserunt Tyndaridae fratres, sicuti egregie docuit T. Hemsterh. in Lucian. D. D. XXVI. Iam quod additur, inter ipsa mysteria initiatis *ἐν ἀποῤῥήτῳ* tradi, quo Corybantes patre sint procreati, id secus atque oportuerat, accepit Thom. Galaeus ad Apollodori I. 3. 4. Vid. et infr. L. V. 49. Wess.

224. 98. *Μετὰ στρατιᾶς τῆς συνεισπεσούσης*] Praestat *συνεκπεσούσης*, qui pariter cum Mopso e Thracia armis Lycurgi fuerant eiecti, eiusque regionis possessione exciderant. De *Mopso* autem hoc ac *Sipylo* res obscura est: alios dabit Strabo extremo Lib. IX. Wess.

224. 20. *Ἐν οἷς παρεισάγει τὴν Ἥραν λέγουσαν*] Iliad. Ξ, 200.; quos quidem versus Aegyptii L. I. 12. usurpabant, ut sua in regione ad Nilum flumen Deorum natales constituerent: philosophi vero, ne poëta ignorasse videretur, aquam esse rerum omnium primordium, *τῶν ὅλων κοσμογόνον στοιχεῖον*, ut ait Heraclides Allegor. Homer. p. 439. Adeo quisque pro instituto suo poëtam in partes vocabat. Wess.

224. 27. *Καὶ παραθέσεις*] Citra flagitium negligi haudquaquam id potest. Cultissime Antipater in Stobaei Serm. LXV. p. 417. *αἱ μὲν ἄλλαι φιλίαι — ἐοίκασι ταῖς τῶν ὀσπρίων — κατὰ τὰς παραθέσεις μίξεσιν. αἱ δὲ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, ταῖς δι' ὅλων κράσεσιν.* ubi genus hoc non intellexit interpres. Vide II. 38. Wess.

225. 41. *Μεταγαγεῖν δ' αὐτοῦ τὴν προσηγορίαν*] Sic scripserat: non enim ipse *Uranus* coelo suum nomen, sed post eius mortem homines, de quibus bene fuerat meritus, indiderunt. *Κόσμος* pro Coelo inf. c. 61. Philo Iud. De mundo non Corrump. p. 939. B. *λέγεται τοίνυν ὁ κόσμος — μόνος οὐρανός. εἰς ὃν ἀπιδὼν Ἀναξαγόρας πρὸς τὸν πυνθανόμενον, — ἀπεκρίνατο, τοῦ τὸν κόσμον θεάσασθαι.* Ita *mundus* pro coelo Virgil. I. Georg. 5.

— — Vos, o clarissima mundi
Lumina, labentem coelo quae ducitis annum!

ubi vide Taubman. *Αὐτοῦ*, quod Mss. auctoritate scriptori asseruimus, Rhodomanno verius quoque visum fuisse, ea, quae Notis suis deinceps adstruxit, adfirmant. Wess.

225. 46. *Οὐρανοῦ δὲ μυθολογοῦσι γενέσθαι*] De Atlantidarum religione et republica longe alia Plato in Critia p. 113. Haec autem Eusebius maximam partem excerpsit L. I. Praep. Evang. 2. p. 57. Wess.

225. 48. *Ἐκ Τιτανίας*] Vid. infra V. 66. Wess.

225. 55. *Τήν τε καλουμένην Βασίλειαν*] Aristophanes *σωματοποιεῖ τὴν Βασιλείαν ὡς γυναῖκα* in Avib. v. 1535. sed ridiculi caussa: notant tamen Critici ex Euphronio Iovis filiam fuisse *Βασίλειαν*, ut adeo in fabulis, nam et Cratinus eius commeminit, olim haud obscura fuerit. Wess.

225. 56. *Ὑπ' ἐνίων Πανδώραν μετονομασθεῖσαν*] Explicat Philo Iud. De Mund. non Corrump. p. 944. D. *παρ' ὃ μοι δοκοῦσιν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ποιηταὶ Πανδώραν αὐτὴν ὀνομάσαι, πάντα δωροῦμένην.* quibus genuina commentatur Lib. De Mund. Opif. p. 30. D. Hesych. *Πανδώρα, ἡ γῆ, ὅτι, τὰ πρὸς τὸ ζῆν*

πάντα δωρεῖται, ἀφ' οὗ καὶ ζελδωρος καὶ ἀνησιδώρα. ubi nollem ultimae voci vim fecisset eruditissimus Gronov.; optimi enim coloris est, ut praeter Schol. in Comici Aves v. 972., unde haec Hesychius depromsit, Pausan. I. 30. p. 77. et Alciphron L. I. Epist. 3., cum eleganti Steph. Bergleri nota, docent. Wess.

225. 63. *Διαδέξασθαι τὴν βασιλείαν*] Visum hoc est commodius et cultius. *Basileam* successisse non erat, cur adderetur: tenor orationis id pro se loquitur. Genus loquendi probat Diodor. II. 33. 34. et infr. c. 61. saepeque alias. Wess.

226. 74. *Εἰς τὸν Ἠριδανὸν ποταμὸν*] Ergo et Eridanus in Atlantidarum finibus? An voluit imperium eorum usque in Europam atque Etruriam fuisse propagatum, ut Plato in Timaeo p. 25. A.? De fluvio uberius inf. V. 23. Wess.

226. 78. *Σύγκοπον γενέσθαι*] Viribus defectam corruisse: est enim *συγκοπὴ κατάπτωσις ὀξεῖα τῆς δυνάμεως praeceps virium omnium collapsus*, explicante Galeno XII. Method. Medic. p. 167., adeoque amplius et gravius est *τῷ λειποθυμῆσαι*. Wess.

226. 85. *Σελήνην δὲ τὴν μήνην*] Vetus *Lunae* nomen in Graecia erat *μήνη*, quod ex Phoenicum מני formatum, Deam *Lunam*, uti *Μὴν Lunum* significabat, docente, et Diodori haud oblito, Camp. Vitringa in Esai. LXV. 11. p. 903. Wess.

226. 86. *Διεγερθ. δὲ, τοῖς ὄχλοις τόν τε ὄνειρον*] Addidi binas voces, quas et oratio et insignis Codd. concordia negligi vetabant. Solebant autem ea, quae per quietem viderant, expergefacti, si dira essent soli narrare, si laeta aliis. Vid. Sophocl. Elect. 425. Aristoph. Ran. 1379. et utrobique Criticos veteres. Wess.

226. 92. *Τῷ δὲ διὰ τῶν τυμπ. — ψόφῳ ἐνθεάζουσαν*] Proprium hoc magnae matri eiusque cultoribus. Lucian. Alexand. c. 13. *σείων ἅμα τὴν κόμην ἄνετον, ὥσπερ οἱ τῇ μητρὶ ἀγείροντες καὶ ἐνθεάζοντες.* Lymphati enim discurrebant, ut Medea *ἐνθεάζουσα* inf. IV. 52. eamque ad rem haud parum conferre tympanorum et cymbalorum circumstrepentes soni putabantur. Philostrat. Epist. XIV. *οἱ τελούμενοι τῇ Ῥέᾳ μαίνονται, πληγέντες τὰ ὦτα κτύποις ὀργάνων.* quibus non multum dissimilia Dionysius T. II. p. 177. Alioqui vatibus, Deo plenis, et futura canentibus tribuitur, sicuti IV. 69. ubi fortasse plura. Paullo autem ante *λελυμένην τὰς τρίχας* si volueris ex Eusebio, auxilio esse poterunt Codd. vetusti, id c. 59. probantes. Wess.

226. 3. *Καὶ ταῖς διὰ τῶν τυμπ. — ἀπομιμουμένους*] Explicabunt haec, ex optimis Vindobon. schedis, ne claudicare pergerent, correcta, praestantes Diogenis Tragici versus in Athen. IV. p. 636. A. et Apollon. Rhod. I. 1139. Wess.

226. 8. *Βασιλέα Φρυγίας καὶ Λυδίας Μήονα*] Eustath. in Homer. p. 368. *Μήονες λέγονται ἀπό τινος Μήονος ἢ Μαίονος, τραπέντος μὲν τοῦ ά εἰς ή, τοῦ δὲ ί μένοντος ἀνεκφωνήτου.*

qui quidem Maeon regioni rex imperavit. Claudian. II. in Eutrop. 244.

— — — Sed quid non longa valebit
Permutare dies? dicti post Maeona regem
Maeones.

Dindyme, quam tori consortem adscivit, a monte Dindymo prope Cyzicum, in quo matris Dindymenes fanum, nomen accepit, nisi si contra evenisse velint, quod paene suspicor. Vid. Schol. Apollon. Rhod. I. 985. Wess.

226. 10. *Τὸ προσαγορευόμενον Κύβελον*] Plerisque mons *τὰ Κύβελα*. Strabo XII. p. 852. A. *ἀπὸ τῶν Κυβέλων ἡ Κυβέλη*. Hesychius: *Κύβελα, ὄρη Φρυγίας*. quibus gemina Schol. Comici in Aves v. 877. *Cybelum* Virg. Aen. III. 110.

Hinc mater cultrix Cybeli, Corybantiaque aera
Idaeumque nemus.

ubi Servius, *cultrix*, inquit, *Cybeli, id est, montis Phrygiae, in quo colitur, a quo Cybele dicta.* Wess.

227. 19. *Πολυκάλαμον σύριγγα πρώτην ἐπινοῆσαι*] Alii Panos inventum esse aiunt. Virgil. Ecl. II. 32.

Pan primus calamos cera coniungere plures
Instituit.

Describitur autem multo elegantissime ab Achille Tatio IV. p. 475. et Tibullo II. 5. 31.

Fistula, cui semper decrescit arundinis ordo;
Nam calamus cera iungitur usque minor.

ubi vide Ian. Broekhus. Porro quae sequuntur de remediis morborum, quae Cybele invenerit, ea haud iniuria *medicam ἰατρὸν* adpellari Diogeni Tragico in Athen. XIV. 9. p. 636. A. ostendunt. Wess.

227. 26. *Ὀρείαν μητέρα*] Hunc eius titulum declarat Cornut. De nat. Deor. c. 6. et Ger. Io. Voss. II. Idolol. c. 54. Wess.

227. 31. *Μετενεγκεῖν ἐπὶ τοὺς αὐλοὺς τὴν ὅλην ἁρμονίαν*] Non deerant, qui Marsyae auctori *σύριγγα καὶ αὐλούς*, quin et *σύριγγα πολυκάλαμον* tribuerent, ut Metrodorus et Euphorion in Athen. V. p. 184. A. cum animadversione Salmas. ad Solin. p. 584. crebrior tamen fama vigebat, Hyagnidem, Marsyae, ut ferebant, patrem, primum tibias invenisse, artemque illis canendi alios docuisse, apud Plut. de Music. p. 1133. E. et in Marmore Pario Epoch. 10. Marsyae vero dabant *τὸ μητρῷον αὔλημα*, sive eos tibiarum modos, quorum usus erat in sacris magnae Matris, teste Pausan. X. p. 873. Sed haec, ut in rebus antiquissimis, non omnia expedita, sed et scribentium diversis opinionibus paene pugnantia reperias. Vid. Ezech. Spanh. ad Callim. Hym. Dian. 245. et T. Hemsterh. in Lucian. D. D. XII. 1. Wess.

227. 34. *Ἡλικίας* Vind. Co. quod malo. Vide sup. II. 5. Wess.

227. 36. *Ὕστερον δὲ κληθέντα Πάπαν*] Erat cum non spernendum arbitrarer Coisl. *Πᾶνα*, cuius in Rheae sacris non exigua olim dignitas. *Πάριδρος γὰρ ὁ Πὰν τῇ Ῥέᾳ*, ut Critici notant ad Pindari Od. III. Pythionic., quin ipsi Pindaro, sicut iidem monent, *Ματρὸς μεγάλας ὀπαδὸς*, *magnae matris sectator:* quae forte caussa, cur eundem *μεγάλας θεοῦ κύνα παντοδαπὸν* alio in carmine dixerit apud Aristotel. Rhetor. II. 24. p. 111. Nunc nihil muto. *Πάπας* Bithynorum sermone Iovem atque Attin indicabat. Eustath. in Hom. p. 565. *ἐνταῦθα δὲ χρήσιμον καὶ τὸ τοῦ Ἀδριανοῦ εἰπόντος ἐν Βιθυνιακοῖς, ὅτι ἀνιόντες εἰς τὰ ἄκρα τῶν ὀρῶν Βιθυνοὶ ἐκάλουν ΠΑΠΑΝ τὸν Δία, καὶ Ἄττιν τὸν αὐτόν· ὁμοίως καὶ Ἡροδότου τὸ, καλεῖται Ζεὺς ὑπὸ Σκυθῶν ὀρθότατα Παπαῖος. ἐξ ὧν συνάγεται θεῖαν εἶναί τινα λέξιν τὸ ΠΑΠΑΣ καὶ πάππος καὶ τὰ τοιαῦτα.* Bene. Herodoti locus, quem signat, legitur L. IV. 59. Wess.

227. 41. *Καὶ τὸν Ἄττιν ἀνελόντος*] Multo aliter de fatis Attidis Imp. Iulian. Orat. V. p. 165., aliter Nicandri Schol. Alexiph. v. 8., qui Adonidis fabulam cum huius exitu permiscet: quod non est mirandum, quando Deum matrem et Venus, Attidis et Adonidis sacra per Phrygiam et Lydiam saepe pro iisdem habebantur, docente Proclo Diadocho in Ptolem. Tetrab. p. 79. Wess.

227. 45. *Ταύτην ὀλολύζουσαν*] Ob Attin interemptum: *ὀλολύζουσα ἐπὶ τῷ Ἄττῃ*, quo modo Lucian. Dial. D. XII. 1., cui iunge Clement. Alex. Protrept. p. 20. et Strabon. X. p. 720. Wess.

227. 52. *Ἣν Ἑρμῆν εὑρεῖν*] Vid. L. I. 16. Wess.

227. 55. *Καὶ τῶν Νυσαέων*] Est ex Stephani *Νυσαεὺς*, quod in antiquorum numis et Diodoro frequens; nec reiectaneum tamen prorsus *Νυσαίων*, de quo ad L. I. 27. Musae autem iudices sedent in hac lite apud Lucian. D. D. XVI. 2. et Liban., quos antestatus est Cl. P. Burman. in Ovidii VI. Met. v. 400. Wess.

227. 56. *Πρῶτον κιθαρίσαι ψιλὴν*] Est *ψιλὴ κιθάρισις*, cum solo nudoque citharae cantu psallitur; quod genus musicae qui exercent, illi *ψιλοὶ κιθαρισταὶ* Athenaeo XIV. 9. p. 637. F. *Psilocitharistae* in Domit. c. 4. Sueton., ubi Casaub. hunc Diodori locum haud praeteriit. Apollo sola itaque cithara primum insonuit, post dein vocem congruentem illi adiunxit, ut solent citharoedi. Vid. Plat. Ion. p. 533. B. Wess.

228. 68. *Δύο τέχνας ἅμα πρὸς μίαν συγκρίνεσθαι*] Nempe tibiarum certamen cum arte gemina vocis et fidium: nec adeo tamen iudicum iniquitas Marsyae, quam Apollinis, cum capistro os et buccas substringentem prae se contemnentis, ira nocuit. *Οἶμαι*, Plutarch. ait VII. Sympos. p. 713. D., *καὶ τὸν Μαρσύαν ἐκεῖνον ὑπὸ τοῦ θεοῦ κολασθῆναι, ὅτι φορβείᾳ καὶ αὐλοῖς ἐπιστομίσας ἑαυτὸν ἐτάλμησε ψιλῷ μέρει διαγωνίζεσθαι πρὸς ᾠδὴν καὶ κιθάραν.* quo de loco plura Cl. Salmas. ad Solin. p. 585. Wess.

228. 72. *Ἐξουσίαν ταύτην — δίδοσθαι τῆς κρίσεως*] Nisi erro, scripsit *τῆς χρήσεως*. mentio *κρίσεως*, cum agatur de usu oris in fidium tibiaeque cantu, non est opportuna admodum. Porro *τὴν ἰδίαν τέχνην* paullo post praeoptavi, sententia orationis adstipulante. Wess.

228. 78. *Ἐκδεῖραι ζῶντα τὸν ἡττηθέντα*] Vide Cel. I. Perizon. in Aelian. XIII. V. H. 21. et L. Beger. Thes. Brandenb. T. III. p. 196. Wess.

228. 79. *Βαρέως ἐπὶ τοῖς — ἐνέγκαντα*] Huic simile est XIV. 61. *τῶν δὲ Σικελιωτῶν οἱ πλεῖστοι χαλεπῶς φέροντες ἐπὶ τῷ μὴ βούλεσθαι*. et c. 99. Aspendii *χαλεπῶς ἐνεγκόντες ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασι*. Isaeus princ. Orat. de Ciron. Heredit. *ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀνάγκη ἐστὶ χαλεπῶς φέρειν*. Contra Demosthen. in Theocrin. p. 723. *Ἵνα μὴ δοκῆτε αὐτὸν ῥᾳθύμως ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις φέρειν*. et in Timocrat. p. 474. Posses et neglecta praepositione, ut Xenophon. III. Hellen. p. 388. Lysander *βαρέως φέρων τῇ ἀτιμίᾳ* et L. V. p. 429.; quod genus cum Ioseph. amplectatur XVII. A. I. 10. 3. et XVIII. 7. 10., mihi quidem dubium non est, quin scripserit, uti Codd. scripti edunt, *ἢ δεινῶς φέρουσα τοῦ νεανίσκου τῷ ψηφίσματι τοῦ θανεῖν* L. XVIII. A. I. 3. 4. Wess.

228. 80. *Ἐκρῆξαι τὰς χορδὰς*] Confer inf. L. V. 75. Wess.

228. 82. *Μοίσας ἀνευρεῖν τὴν μέσην*] De his Musicae intervallis copiose Aristoxenus II. Harmon. p. 49. Cl. Ptolemaeus II. Harmon. c. 10. et Philosophus Probl. XIX. 3. etc. Wess.

228. 83. *Θάμυριν*] *Θαμύραν* Co. M. Pogg. Vid. infr. c. 67. Wess.

228. 93. *Πρὸς ᾧ θρηνοῦντας*] Veris initio, cum sol aequinoctialem circulum ingreditur, teste Schol. Nicandri Alexiph. v. 8. et praeter ceteros Iuliano Orat. V. p. 168. C. Wess.

228. 96. *Τὸ παλαιὸν βωμοὺς ἱδρυσαμένης*] Haec mihi sana non videntur: sermo est de Phrygibus, qui olim aras Cybelae statuerint, dein templum illi Pessinunte erexerint; quare rectius Euseb. *βωμοὺς ἱδρυσαμένους*. *Ἐν Πισινοῦντι* habebis et Eclog. 2. Lib. XXXVI., sed *Πεσινοῦντι* aut *Πεσσινοῦντι*, ut Pogg. legisse videtur, praestat. Vid. ad Hierocl. Synecd. p. 697. et Tzetz. in Lycophron. v. 355. Wess.

228. 1. *Μίδου τοῦ βασιλέως*] Rectius *Μίδου*. Inter antiquos enim Phrygiae reges nobilissimus est Midas, tot praestantiss. auctorum monimentis celebratus; *φιλοχρυσίαν* eius exaggerat Ovid. L. XI. Metamorph. Memorabile est ad eum Sileni responsum apud Plutarch. in Consol. ad Apoll. p. 115. D. Vide proverbia, *Auriculas asini Mida habet*, item, *Mida locupletior*. Knod. *Μίδου τοῦ βασιλέως*] Ita Poggius legit, ratam certamque faciens Rhodom. coniecturam. Midas Deum Matris mysteria multitudini, ut religionis huius fraude sibi obstrictam et obedientem haberet, studiosissime tradidit, docente Clemente Alex. Protrept. p. 12. Iustinus

XI. 7. *Post hunc*, Gordium, *filius Mida regnavit, qui ab Orpheo sacrorum sollemnibus initiatus Phrygiam religionibus inplevit, quibus tutior omni vita, quam armis fuit.* Plura de callidissimi hominis artibus Simson. Chron. A. M. 3308. et Iac. Perizon. in Aelian. III. V. H. 18. WESS.

229. 12. *Καὶ τὸν σφαιρικὸν λόγον — ἐξενεγκεῖν*] Hercules, ab Atlante edoctus, cum Graecis *τὸν σφαιρικὸν λόγον* primus communicavit, infr. L. IV. 27., fueruntque adeo uterque rei astrologicae diligentissime intenti, ut praeter Is. Tzetz. in Lycophron. v. 879. Herodorus docet in Clement. Alex. I. Strom. p. 360. Et quamquam haud multum a fabulis absunt, quae de sphaera Atlantii memorabant, agnoscente H. Dodwello Dissert. III. Cycl. c. 1., quaeri haud sine caussa potest, haeccine sphaerae fabricam, an sphaericam coeli rationem et formam, cuius Atlas inventor fuerit, potissimum spectent? Posterius ut pro vero censeatur, vehementer Cl. Salmas. in Solin. p. 578. urget. Mihi prius placet: namque et Plinius II. N. H. 8. Atlanti auctori *sphaeram* tribuit, et Diodorus, non hoc tantum loco, sed et infr. IV. 27. *τὴν τῶν ἄστρων σφαῖραν* eum accuratissime confectam possedisse perhibet. WESS.

229. 19. *Ἔσπερον*] De eo Is. Tzetzes in Lycophron. v. 879. Noster autem infra IV. 27. Hesperum, non filium Atlantis, sed fratrem, ut fabulae saepe sibi sunt contrariae, facit. WESS.

229. 29. *Ἀστεροπήν*] Arato *Στεροπὴ* dicitur Phaenom. v. 263. Nonno Dionys. III. 330., qui *Meropen* prave *Μερόην* vocat, Apollodoro III. Bibl. c. 10. 1. Facit cum Diodoro poeta in Schol. Pindar. Nemeon. Od. II. et Hygin. Fab. LXXXIV. cum Munckeri nota, estque idem nomen: nam *Στεροπὴ καὶ Ἀστραπὴ καὶ Ἀστεροπὴ ταυτό ἐστι*, ut bene Diaconus in Aspidem Hesiodi. WESS.

229. 30. *Εὐφυεστάτοις ἥρωσι καὶ θεοῖς*] Illustrat haec Ovidius IV. Fast. 171., Schol. Germanici Arat. v. 243., quemque is exscripsit, Eratosthen. Cataster. 23. WESS.

229. 43. *Ἐκλήθησαν δὲ Ἀτλαντίδες καὶ Νύμφαι*] Articulum, qui fraudi fuit Rhodom., vertenti, *Atlantidum nomen etiam Nymphis attributum fuit*, hinc sustuli. Contra enim evenit; Nympharum nomen, quod commune id feminarum ea in gente nomen esset, Atlantides inpetrarunt. WESS.

230. 53. *Δέκα παῖδας γεννῆσαι*] De Curetum origine, numero, gestisque rebus dubia et incerta omnia: quos decem hoc loco et Iovis filios, eos novem atque aut Idaeorum Dactylorum posteros aut terrigenas perhiberi ait L. V. 65. Ennius quodam modo suffragatur Diodoro, cum apud Lactantium I. Instit. II. *Iupiter*, inquit, *aetate pessum acta, in Creta vitam conmutavit, et ad Deos abiit, eumque Curetes filii sui curaverunt, decoraverunt-que eum, et sepulcrum eius est in oppido Gnoso — inque sepulcro eius est inscriptum antiquis literis Graecis ΖΑΝ ΚΡΟΝΟΥ, i. e. Latine, Iupiter Saturni F.* Adde Ciceron. III. N. D. 21. WESS.

230. 54. *Προσαγορεῦσαι καὶ τὴν νῆσον — Ἰδαίαν*] Hoc Cretae nomen non praeteriit Stephan. in *Κρήτη*, neque Io. Meurs. I. Cret. 3. Vid. mox c. 71. Cretensium vero fabulas de Iove exsequitur infr. L. V. 70. WESS.

230. 63. *Κατέχειν τὰς ἀκροπόλεις*] *Διακατέχειν* etiam infra usurpat. RHOD. *Διακατέχειν* St. m. C. M. Cl. V. bene. Vid. infr. XV. 82. WESS.

230. 66. *Κρόνια προσαγορεύεσθαι*] Huiusmodi in Elide *Κρόνιον* inf. XV. 77. et in Sicilia *Cronium* eiusdem libri c. 16. et *Κρόνιος ὄχθος* Dionys. Halicarnas. L. I. A. R. p. 27. in Italia. WESS.

230. 74. *Τοῦ Κρόνου μετὰ τῶν Τιτάνων*] Paullo diversiore modo infra c. 72. WESS.

230. 81. *Εὐεργεσίαν δὲ τῶν ὄχλων*] Eusebii *τῶν ἀγαθῶν* blandiri posset, si vestigia Diodori diligentius legisset. Credo eius esse interpretamentum, multa, dum haec excerpit, mutantis et negligentis. Vide infra c. 72. WESS.

230. 82. *Ζῆνα, διὰ τὸ — τοῦ καλῶς ζῆν*] Eustath. vide in Homer. 436. et Cornutum de Nat. Deor. c. 2. et Recognit. S. Clement. L. X. 33. WESS.

230. 86. *Εἰς τὸν αἰῶνα*] Cur hoc mutarent, caussae nihil erat: sic cap. 56. et 73. *πρὸς τὸν αἰῶνα*. Lycurgus in Leocrat. p. 155. de Troia, a Graecis eversa, *τὸν αἰῶνα ἀοίκητός ἐστι* et Ioseph. I. B. I. 21. 10., quem vide cum Spanhem. nota. WESS.

230. 89. *Ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς*] L. I. 23. WESS.

231. 98. *Οἱ δὲ τρεῖς γεγονέναι παραδεδώκασιν*] Imo et quinque, uti Cicero III. N. D. 23. WESS.

231. 10. *Διμήτορα δὲ Διόνυσον — ὠνομάσθαι*] Hos inter Orpheus Hym. XLIX. 1.

Κλῦθι μάκαρ Διὸς υἱὲ ἐπιλήνιε Βάκχε διμάτωρ.

et Alexis in Athen. II. 2. p. 37. B.

Ὁ γὰρ διμάτωρ Βρόμιος οὐ χαίρει συνὼν
Ἀνδράσι πονηροῖς.

quos auctores habere potuit Ovidius IV. Met. 12.

— — Bacchumque vocant, Bromiumque Lyaeumque
Ignigenamque, satumque iterum, solumque BIMATREM.

Ut vero Diodorus ad vini ingenium Bacchi fabulam, secutus sacerorum interpretes, transfert, haud aliter Cornutus, in quibusdam tamen diversus, Nat. Deor. c. 30. WESS.

231. 15. *Νομίζεσθαι*] *Ὀνομάζεσθαι* Co. M. frequenti peccato. Vid. I. 23. WESS.

231. 17. *Ἐκ Διὸς καὶ Δήμητρος — διασπασθῆναι*] Iovis et Proserpinae filium a Titanibus dilaceratum plures tradunt. Clemens X. Recognit. c. 20. *Dehinc Persephonae, quae ei ex Cerere fuerat suscepta, Iupiter miscetur: ex qua Dionysum genuit, qui a Titanis discerptus est.* Hygin. Fab. CLV. *Liber ex Proserpina, quem Titanes carpserunt:* ubi plura Doctissim. Muncker. neque

ab his dissidet auctor infra L. V. 75. Tamen non longe hinc abit Cornutus c. 30. p. 220. *μυθολογεῖται δ' ὅτι διασπασθεὶς ὑπὸ τῶν Τιτάνων, συνετέθη πάλιν ὑπὸ τῆς Ῥέας.* Vide mox c. 64. Wess.

231. 29. *Ἔψειν τὸν οἶνον*] Eius moris caussam et rationem declarat Palladius in Octobr. Tit. XIV., et Geoponic. auctor L. VII. 4. Wess.

231. 36. *Δήμητραν γῆν μητέρα προσαγορεύεσθαι*] Uberius explicuit L. I. 12. Wess.

231. 39. *Περὶ ὧν οὐ θέμις τοῖς ἀμυήτοις ἱστορεῖν*] Supra omnia diligentissime cavebant, ne sacrorum arcana *τοῖς ἀμυήτοις*, hoc est profanis et religionis inprudentibus innotescerent: nam et infr. V. 48. *ὧν οὐ θέμις ἀκοῦσαι πλὴν τῶν μεμυημένων.* et Lucian. Saltat. c. 15. *τὰ μὲν ὄργια σιωπᾷν ἄξιον τῶν ἀμυήτων ἕνεκα.* quomodo et alii scriptores, cum in eorum mentionem incidissent, negant sibi fas esse, ea loqui quae sciant, ut exemplis bene multis, haud etiam neglecto Diodoro, Is. Casaub. Exercit. in Baron. XVI. 43. p. 394. condocefecit. Bacchus ipse, cum Pentheus orgiorum rationem mysticam scire desideraret,

Ἄῤῥητ' ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν

respondet in Euripid. Bacch. v. 472. Wess.

231. 42. *Θυώνην ὑπὸ τῶν ἀρχαίων* etc.] *Thyonae* nomen Semele inpetravit, postquam Dearum in numerum consecrata transiit, docente auctore L. IV. 25. Pindarus Pythionic. Od. III. 176.

—— Ἀτὰρ λευκωλένῳ γε Ζεὺς πατὴρ
Ἦλυθεν ἐς λέχος ἱμερτὸν Θυώνα.

quo loco Critici veteres, aut *ἀπὸ τοῦ θύειν*, quod est *inpetu ferri*, aut *ἀπὸ τῆς θυιάδος*, ut mox Diodor., dictam censent, sicuti *Σεμέλην*, quod vinum membra facit vacillantia, *ἀπὸ τοῦ σείειν τὰ μέλη.* a quorum instituta originatione non multum absunt Schol. in Apoll. Rhod. I. 636. Wess.

232. 49. *Πάλιν ἀναφυέντων*] Nisi spectatissima fides esset Codd. Coisl. et Mutin., *ἀναφυέντας* retinuissem: neque enim insolitum optimis scriptoribus est, ut accusativos absolute ponant; quo de genere Cel. Tib. Hemsterh. in Lucian. Halcyon. c. 8. et nos supr. c. 9. Wess.

232. 60. *Τὰ κατὰ τὰς οἰνοποιΐας*] Vulgato hoc melius: sic L. V. 75. Bacchus *εὑρετὴς τῆς ἀμπέλου — ἔτι δ' οἰνοποιΐας* discitque a patre Oenopion *τὴν οἰνοποιΐαν* c. 79. Porro *ξύλινοι καρποί*, quorum colligendorum modum ac rationem docuisse dicitur, omnes illi sunt, qui ex arboribus decerpuntur, quique Hebraeis עץ פרי *καρποὶ τοῦ ξύλου*, sive, quemadmodum Lucian. I. Ver. H. 39. *καρποὶ ἐκ δένδρων*, ut bene Is. Casaub., horum Diodori non oblitus, in Strabon. XV. p. 1016. Plato in Critia p. 115. B. *ἔτι δὲ τὸν ἥμερον καρπὸν, (ἔφερε) τόν τε ξηρὸν — καὶ τὸν, ὅσος ξύλινος.* Wess.

232. 73. *Ληναῖον ὀνομασθῆναι*] De eo L. IV. 5. Wess.

232. 74. *Καὶ καταπώγωνα λέγουσι*] Eodem titulo ornatur L. IV. 5.; estque in Pausan. V. 19. p. 426. Bacchus *γένεια ἔχων*, et in Naxiorum numo, et achate, quem L. Begerus T. I. Thes. Brand. p. 15. et 432. exhibuit. Wess.

232. 84. *Καὶ προσηγορίας πόλεων*] De his Th. Sig. Bayerus in Hist. Regn. Bactriani p. 4. Wess.

232. 88. *Ἐκ Διὸς καὶ Περσεφόνης*] *Primus* hic Dionysorum Ciceroni III. N. D. 23. *e Iove et Proserpina natus*, ubi Davis., virum doctissimum, consule, et Nostrum L. IV. 4. Wess.

233. 97. *Παράσημον δ' αὐτῷ ποιῆσαι κέρατα*] De Graecorum statuariis Plut. Isid. et Osir. p. 364. E. *διὸ καὶ ταυρομόρφου Διονύσου ποιοῦσιν ἀγάλματα πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων.* Quare et Bacchus *ταυρόκερως* Euphorioni in Schol. Arat. Phaen. v. 173., *ταυρόκερως θεὸς* Euripidi Bacch. v. 100., Sophocli apud Strabon. XV. p. 1008. *βούκερως*, Orpheo Hymn. XLIV. *ταυρομέτωπος*, Ovidio Epist. XV. 24. *Accedant capiti cornua, Bacchus eris.* Immo non deerant, qui *ταῦρον* adpellarent; cuius rei praeter alias hanc caussam dat Plut. in Quaest. Graec. p. 299. B. *ὅτι καὶ ἀρότρου καὶ σπόρου πολλοὶ τὸν θεὸν ἀρχηγὸν γεγονέναι νομίζουσι.* quae ab his nostri scriptoris non abludunt. Wess.

233. 3. *Ταῖς Βοιωτίαις*] *Τῆς Βοιωτίας* Co. uti supra I. 23. Wess.

233. 7. *Ὡμοιωθῆναι μέν τινι τῶν* etc.] *Beroae*, Semeles nutrici, apud Ovid. III. M. v. 278., fabulam elegantissimis versibus explicantem. Wess.

233. 11. *Κατὰ τὴν πρὸς τὴν Ἥραν συμπεριφοράν*] Consuetudinem conplectitur *συμπεριφορὰ* quamcunque, sive ea in conviviis, seu congressu familiari, seu amoribus instituatur. De conviviis elegantissime explicuit Is. Casaub. in Athen. IV. 26., occurritque inferius L. XVIII. 42. Usum familiarem indicat in Exc. Polyb. p. 1455. *καὶ τῆς συμπεριφορᾶς ἐπὶ πολὺ προκοπτούσης, cum familiaritas indies cresceret;* et p. 1457. *πάντα δ' ἦν αὐτῷ δεύτερα τῆς ἐκείνου συμπεριφορᾶς.* quamobrem *κοινωνίας καὶ συμπεριφορᾶς* coniungit Plut. T. II. p. 981. B. Ad amorem hic transfertur, sicuti *ἀφροδισιακαὶ συμπεριφοραὶ* Ecl. I. L. XXXII. p. 897. et de Alexandro, petenti Thalestri sese dante, XVII. 77. *καὶ προσδεξάμενος τὴν ἔντευξιν αὐτῆς, καὶ συμπεριενεχθεὶς ἡμέρας τρεισκαίδεκα.* Fortasse etiam apud Plutarch. Coniug. Praecept. p. 141., ubi uxor *ἅπτεται μάλιστα τοῦ ἀνδρὸς ὁμιλίᾳ τε καὶ ἤθει καὶ συμπεριφορᾷ*, nisi si eam ingenii facilitatem significet, qua sese mariti moribus accommodat, ut in Arrian. Dissert. Epict. L. III. 14.; quae tamen potestas vix locum capiet in eiusdem Plut. Sympos. VII. 8. p. 712. C. *ἢ χρόνος τις ἐπιμετρῆται τῷ ἔρωτι, συμπεριφορὰν αἰδοῦς ἔχων φιλάνθρωπον.*

Atque haec de voce, nullo suo merito neglectiore, paullo uberius dicta sufficiant. WESS.

233. 16. *Εἰς τὸν ἑαυτοῦ μηρὸν ἐγκρύψαι*] Non deerunt, quibus *ἐῤῥάψαι* potius videbitur, quod auctor ipse ita maluerit V. 52. et Apollodor. III. 4. 3. Aristid. T. I. p. 52. Orpheus Hymn. XLVII. atque alii; quibus ego calculum non addo, uti nec Euripid. Bacch. v. 96. *κατὰ μηρῷ δὲ καλύψας Χρυσέαισιν συνερείδει Περόναις κρύπτον ἀφ' Ἥρας.* Ipsam in femur insuti fabulam ex Phoenicum sermone diligenter atque erudite explicat Io. Cleric. in Theogon. Hesiodi v. 940. WESS.

233. 19. *Εἰς Νύσαν τῆς Ἀραβίας*] Vide supr. I. 15. WESS.

234. 40. *Καὶ τὰ μυστήρια φθορᾶς ἕνεκα τῶν* etc.] Sic Pentheus in Euripidis Bacch. v. 223. Addidi autem *ὑπ' αὐτοῦ* e scriptis Codd., ne a suo more dissentire auctor videretur. WESS.

234. 44. *Γυναικῶν χερσὶ ζῶντας διαμελιζοντα*] *Pentheum*, de cuius miserabili exitu idem Eurip. Bacch. v. 1130. et Ovid. III. M. 724. WESS.

234. 48. *Λόγχας τῷ κιττῷ κεκαλυμμένας*] De Bacchi in re bellica artibus Polyaen. I. Strateg. I. 1. *δόρατα ἦν κισσῷ πεπυκασμένα. ὁ Θύρσος εἶχεν αἰχμήν* quae hastilia an thyrsos auctor *λόγχας τεθυρσωμένας* adpellat IV. 4. Paullo diversiore modo Lucian. Bacch. c. 1. WESS.

234. 53. *Μύῤῥανον — — παρ' Ἰνδοῖς*] Non alius esse videtur ac Morrheus, de cuius et Deriadae in Bacchum expeditionibus plurima Nonnus Dionys. L. XXIX. et seq. WESS.

234. 62. *Ὃς ἐκαλεῖτο Θάροψ*] Hoc non audeo movere, etsi frequentioris usus sit *Χάροψ*: necdum enim inveni, qui alterutro cognomine Oeagri patrem vocaverit. Mox *τούτων* praestabit. WESS.

234. 65. *Λάθρα τούτου*] Lege *τούτων*. RHOD.

234. 67. *Ἐν τῷ καλουμένῳ Νυσίῳ*] Videtur prope Nysam Thraciae, cuius Stephanus in *Θεστίδειον* et *Νύσα* conmeminit, fuisse. Vide Iac. Gronov. ad posteriorem Stephani urbem. De poena Lycurgi in diversa abit Apollodor. III. 5. et Sophocl. Antig. v. 945. WESS.

234. 78. *Πολλὰ μεταθεῖναι τῶν ἐν τοῖς ὀργίοις*] Dixi supr. I. 23. WESS.

234. 81. *Ὧν ἐστι καὶ Ἀντίμαχος*] Fortasse eo in poëmate, cui *Thebaidos* nomen fecerat, praeter quam *Thebaidem* plura alia Colophonius hic Antimachus scripsit, diligenter recensita a L. Kustero in Suidae *Ἀντίμαχος*. WESS.

235. 87. *Διαγεγενημένου τοῦ σύμπαντος χρόνου*] Sic Longus Pastor. II. p. 41. *διαγενομένων ὀλίγων ἡμερῶν*. et III. p. 92. *δύο διαγενομένων ἡμερῶν*. Hero Automat. p. 265. *χρόνου δὲ ἱκανοῦ διαγενομένου*. De sacris Bacchi Trietericis Conr. Rittershus. in Oppiani Cyn. I. 24. WESS.

235. 89. *Μυθολογοῦσι δ' αὐτὸν καὶ λαφύρων* etc.] Repetuntur haec L. IV. 3. Wess.

235. 95. *Ἠλεῖοι καὶ Νάξιοι*] De Naxiis certa res est ex L. V. 50.; neque dubito de Eleis, etsi nunc quidem non succurrat, qui praeter Diodorum hoc tradiderit: cultui enim Bacchi erant deditissimi, iactitantes, quotannis eum, cum festum *τῶν θυίων* diem obirent, sacris illis interesse et manifesta praesentiae argumenta praebere, in Pausan. VI. 26.; quo et hymni spectant, quibus, ut *βοέῳ ποδὶ* adveniat, feminae rogant apud Plut. Quaest. Graec. p. 299. B. Wess.

235. 96. *Οἱ τὰς Ἐλευθερὰς οἰκοῦντες*] Boeotiae hanc ad ipsum Cithaeronis pedem urbem Bacchus in monumentum redditae libertatis condidit inf. IV. 2.; qua in re consentientem non habet Stephan., qui *Ἐλευθήρα* Apollinis filium, unde et *Ἐλευθῆραι* urbs ipsa in Schol. Comici ad Acharn. v. 242. oppidi auctorem perhibet. Incolae Bacchum praecipuo cultu venerabantur, *Ἐλευθερέα*, de quo P. Leopard. XI. Emend. 19., propterea etiam Athenis, nam et hae sacra eius receperant, dictum apud Pausan. I. 38. p. 93. et T. Hemsterh. in Lucian. D. Mort. XXVII. 2. Wess.

235. 98. *Καὶ Τήϊοι μὲν — παρ' ἑαυτοῖς* etc.] De Andriis simile quiddam reperio in Pausan. VI. 26. Teios autem Bacchum sibi vindicasse gentis numi, eius dei simulacro plerumque insignes, (vid. Thesaur. Friderician. p. 454.) testantur, et inprimis legatio ad Aetolos variasque Cretae civitates missa, qua obtestabantur, ut ipsorum urbem Aetoli et regionem sacram esse concederent et propter Bacchum inspoliatam, *ΤΑΝ ΤΕ ΠΟΛΙΝ ΑΥΤΩΝ ΚΑΙ ΤΑΝ ΧΩΡΑΝ ΕΠΙΧΩΡΗΣΩΝΤΙ ΙΕΡΑΝ ΕΙΜΕΝ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΝ ΤΟΥ ΔΙΟΝΥΣΟΥ*, in Antiq. Asiat. Edm. Chishul. p. 104. etc. Wess.

235. 1. *Αὐτομάτην*] *Αὐτομάτως* V. C. M. non male: nec necessario tamen. Vid. Lucam A. A. 12. 10. et Pausan. VI. 26. Wess.

235. 12. *Οἱ μὲν γὰρ Δρακάνῳ σὲ* etc.] Emenda *Δρακάνῳ σ', οἱ δ'*, et quod sequitur, *φασὶν, οἱ δ' ἐν, φασ' οἱ δ' ἐν*. Rhod. Idem Rhodom. censuerunt, ne diphthongus consona sequente corriperetur, Cl. Geor. Arnaldus Animadv. Critic. c. 6., et *Vanni Criticae* eruditus auctor p. 385.; immo Ios. Barnes. fragmentis Homeri haud aliter inseruit, a quorum ego iudicio etsi non dissentiam, nihil tamen contra libros mutare tutius visum est. *Dracanum* urbs et promontorium erat Icariae insulae apud Strabon. XIV. p. 947. A., celebre natalibus Bacchi. Theocrit. Idyl. XXVI. 33.

Χαίροι μὲν Διόνυσος, ὃν ἐν Δρακάνῳ νιφόεντι
Ζεὺς ὕπατος μεγάλαν ἐπιγουνίδα θήκατο λύσας.

Stephano *Δράκονον*, iurene an iniuria erudite disputavit T. Hemsterh. ad Lucian. D. D. IX. 2. Porro quem tertio addunt versum optimi Codd.

Κυσαμένην Σεμέλην τεκέειν Διΐ τερπικεραύνῳ,

eum ego genuinum censeo: nihil quidem certe habet, cur spernatur. Wess.

235. 18. *Ἔστι δέ τις Νύση ὕπατον*] Hoc praeter scriptos libros auctor ipse probavit I. 15. IV. 2.; Schol. vero Apoll. Rhod. II. 1215. *Ἔστι δέ τις Νύση ὕπατον κέρας* etc., quod sicuti et *ἄβατον* verissimum Io. Alb. Fabric., viro doctissimo, II. Bibl. Gr. 2. 4. visum est: mihi alia omnia placent: contra enim viri praestantissimi opinionem conspirarunt Diodori libri summo consensu; nec quidquam inest scripturae Schol. Apollon., cur praeponi debeat; *κέρας* enim non est; quod tametsi de celsioribus tumulis dici posse, *ὑψικέρατος πέτρα* Aristoph. Nub. v. 597. et colles in finibus Megarensium, quibus *κεράτων* nomen infr. L. XIII. 65. patefaciant, rarius tamen in montibus describendis teritur, forteque in hunc versum inmigravit ex Apollon. Rh. IV. 280. ubi *ὕπατον κέρας ὠκεανοῖο*, sententia prorsus diversa. Stat et a meis partibus Io. Iensius II. Lect. Lucian. p. 184. Wess.

236. 32. *Καὶ Διονυσίῳ τῷ συντεταμένῳ*] De eo supr. c. 52. Mox *μυθολογίας* M. C. V. uti sup. I. 3. Wess.

236. 39. *Ἔτι δὲ Κάδμον κομίσαντος*] Rhodom. vertentem, *et quod Cadmus literas, e Phoenicia allatas, primus ad Graecorum enuntiationem transtulerit*, merito redarguit I. Perizon. in Aelian. III. V. H. 32.; transcripsit enim ea versione in solidum Cadmo, quod Lino debebatur. Eum autem de Lino disputantem vide et T. Hemsterh. in Lucian. Iudic. Vocal. c. 5. Wess.

236. 43. *Τὰ γράμματα Φοινίκια κληθῆναι*] Firmat hanc scripturam Hesych. *Φοινίκια, Ἀνθοὶ καὶ Ἴωνες τὰ γράμματα*, auctorque ipse L. V. 74., sicuti *Φοινίκεια* Plut. IX. Sympos. 3. p. 738. E. et Scholia in Dionysium Mss., quae *διὸ καὶ Φοινίκεια λέγεται τὰ γράμματα· οἱ δὲ ὅτι Φοινίκων ἐστὶν εὕρεσις* etc. neque auxilium negabunt, id si rogent *τὰ Φοινικήϊα*, Herod. V. 58. et Euseb. X. Praep. Evang. c. 5.; ea vero cognomina, a regione, unde venerant, repetita, literis diutissime perseverasse in Graecia atque Asia, argumento sunt Teiorum Dirae in Antiq. Asiat. cum animadversione Edm. Chishul. p. 101. Wess.

236. 45. *Ἰδίᾳ δὲ τῶν Πελασγῶν πρώτων* etc.] Hoc praestat ob praecedens *καινῇ*. Habent autem haud parum haec difficultatis, distraxeruntque in partes viros eruditione praestantes Iac. Palmer. I. Graec. Ant. c. 9. et Amplis. Bouhier. Dissert. de Prisc. Graec. et Lat. Lit. c. 17. Pelasgi enim Cadmo multis annis sunt priores, literasque usurparunt diu ante eius adventum: porro Deucalionis aevo, cum aquae magnam Graeciae partem inundarent, varia quidem scripta pariter ac homines absorpta sunt, infr. V. 77., literas servarunt Pelasgi, teste Eustath. in Iliad. *B.* p. 358.; ad hoc insolens admodum est, ut res inventa non ab auctore nomen nanciscatur, sed ab illis, qui primi ea usi fuerunt: denique fieri vix potuit, ut post Cadmi in Boeotiam adventum literae a Pe-

Iasgis, ea regione et vicinia magnam partem a Deucalione et eius posteris iam tum deiectis, appellitarentur. Itaque aut falsus est Diodorus, et, quem sequitur, Dionysius, quae viri Amplissimi opinio, aut ex superioribus inprudenter hic inculcatum est τὸ μετατεθεῖσι· quod quidem si hinc emigraret, et gloriam antiquissimarum literarum Pelasgis relinqueret, et his nos difficultatibus expediret. Wess.

236. 49. *Θάμυριν*] *Θαμύραν* Co. semper. neque male. Vid. Plat. X. Republ. p. 620. A. et Suidam. Wess.

236. 52. *Ἔπειθ' ὑπὸ τοῖ Λίνου πληγαῖς*] Neque haec satis sunt plana atque expedita. Linus, quem Hercules citharae ictu obtruncavit, Orphei eius, qui cum Argonautis in Colchidem profectus abiit, frater fuit, Apollodoro II. 4. 9. auctore. Hic vero Linus, qui Pelasgicis literis quaedam scripsisse perhibetur, Herculc Thebano multis annis prior est, et Cadmo aequalis, ut hinc atque ex Pausan. IX. 29. colligas; nam quod Orphei dicitur magister, id enimvero incommodi nihil habet; cum plures eo nomine fuerint et aetate diversa; quod et Amplis. Boubier. Dissert. de Prisc. Gr. et Latin. Lit. c. 20. advertit. Itaque eiusdem nominis homines, sed aetatis diversissimae, incertum a Diodoro an Dionysio confusi conmixtique sunt. Graviore peccato, sed quod comica iocandi licentia excusat, Alexis in Lino fabula Herculi praecipientem facit Linum, ut ex librorum acervo sibi, quos vellet, legeret,

Ὀρφεύς ἐνεστιν, inquiens, *Ἡσίοδος*, *τραγῳδία*,
Χοίριλλος, *Ὅμηρος*, *Ἐπίχαρμος*, *συγγράμματα*
Παντοδαπά.

qui plerique omnes Lino multis seculis sunt posteriores, apud Athen. IV. 18. p. 164. C. Wess.

236. 54. *Κεχορηγημένον*] *Κεχρημένον* St. m. R. male. Vid. supr. I. 15. Wess.

236. 59. *Καὶ τὸν Ὅμηρον τούτοις προσμαρτυρεῖν*] Iliad. *B.* 595. et 600. e quo sumpsere ceteri, Apollodor. I. 3. 3. Plut. de Music. p. 1132. A., atque alii in Io. Alb. Fabric. I. Bibl. Gr. 35. 4. Wess.

236. 66. *Ὅταν τὰς πράξεις αὐτοῦ διεξίωμεν*] Lib. IV. 25. Wess.

236. 67. *Λῖνον — Πελασγικοῖς γράμμασι* etc.] Hae solae in Graecia literae erant Lini aetate, antequam Cadmus novas ex Phoenice asportaverat; quas cum statim non probaret, contentione orta Cadmi fraudibus interemptus occubuit, Zenobio Centur. IV. 45. indice. Iam quod additur de Bacchi gestis rebus, a Lino in literas relatis, ea res satis est dubia. Pausan. IX. 29. Linum hunc aut nihil scripsisse, aut, si quae scripserit, ad posteritatis memoriam non pervenisse, Diogenes vero Praefat. c. 4. de mundi origine, Solis Lunaeque cursu versus reliquisse adfirmat; qui dissensus in rebus adeo antiquis saepe frequentatur. Wess.

237. 71. *Προναπίδην τὸν Ὁμήρου διδάσκαλον*] Tatianus Orat. ad Graec. c. 62. *Προσναυτίδην Ἀθηναῖον* memorat, quem meritissimo Wilh. Worth. eundem atque hunc esse censuit. Firmat suspicionem Theodosius in Schol. ad Dionysium Thracem, *Προναπίδην τὸν Ἀθηναῖον Pronapiden Atheniensem* modum scribendi, quo nunc utimur, in communem usum, cum antea *βουστροφηδὸν* literas pingerent, introduxisse referens in Io. Alb. Fabric. I. Bibl. Gr. 27. Wess.

237. 73. *Θυμοίτην τὸν Θυμοίτου*] Habet Virg. Aen. II. 32. *Thymoetem* Troianum ex Homeri Iliad. *Γ*. 146.; de quo quidem nihil huiusmodi perscriptum reperi. Wess.

237. 76. *Χώραν τῆς οἰκουμένης*] Peregrina et superflua esse *τῆς οἰκουμένης*, praecedens genitivus (*τῆς Λιβύης*) arguit. Irrepsit autem per incuriam librarii ex fine commatis antecedentis. Rhod.

237. 79. *Νυσαίων* M. V. R. C. bene. Vid. sup. c. 59. Wess.

237. 86. *Τῶν Κεραυνίων καλουμένων ὀρῶν*] Cum his Africae *Ceraunüis* contendit Is. Vossius haud iniuria, *saltus Ceraunios*, quos Mela III. 8. eadem in regione memorat. Mox *Ἀμαλθείαν*, sicuti et in sequentibus, praestaret. Sic enim ipse IV. 35. atque alii passim. Wess.

237. 92. *Ἑσπέρου κέρας προσαγορευθῆναι*] Mela III. 9. *Ipsae terrae promontorio, cui Ἑσπέρου κέρας nomen est, finiuntur.* Quae eius verba iure me veterum Codd. scripturam probasse, abunde ostendunt, praetereaque Plin. VI. 31. Ptolem. IV. 9. Wess.

237. 3. *Μακρὰν ἀπ' ἐκείνων τῶν τόπων ἀπηρτημένην*] De temporum locorumque intervallo disiunctis satis hoc cultum. Sic L. XVII. 36. *αἷς τὰ προσήκοντα μακρὰν ἀπήρτητο·* et XX. 35. *μακρὰν ἀπηρτημένης τῆς Ῥωμαίων δυνάμεως.* Aristoteles VI. Polit. 4. de agro, ab urbe longius disparato, *ὥστε τὴν χώραν πολὺ τῆς πόλεως ἀπηρτῆσθαι.* Dionysius T. II. p. 177. *οἱ τοσοῦτον ἀπηρτημένοι τοῖς χρόνοις, qui tanto temporis intervallo ab illis absumus.* Quod et reddi oportuit Polybio L. XII. 8., ubi prave nunc legitur *τοῖς καιροῖς οὐ μακρὰν ἀπηρτίσθαι.* id enim longe diversum. Wess.

237. 8. *Καὶ κήποις, ὕδασιν ἀρδευομένην δαψιλέσι*] Nolui a scriptis Codd. hoc enixe probantibus, dissentire. Si qui tamen *ἀρδευομένοις* iustius opinabuntur, fruantur suo iudicio. Wess.

238. 12. *Ἐν αὐτῷ βιοῦντας*] Facile adducor, ut *κατοικοῦντας* scriptum fuisse concedam. Rhod.

238. 16. *Διὰ τὴν συνάγκειαν*] Propter convallem, arboribus opacam: *σύνδενδρος* enim *τόπος* Suidae *συνάγκεια*, Nostroque *δένδρων συνάγκεια* infr. IV. 86., *συνάγκειαι δένδρων ὑψηλῶν* V. 43. et *σκιαζομένη συνάγκεια* superius c. 24. Wess.

238. 25. *Τὰς μὲν θαλαττίαις πορφύραις* etc.] Vestes *θαλασσίαις πορφύραις πεποικιλμένας* habet L. XVII. 70.; et

πορφυρίδα θαλαττίαν Polyb. in Excerpt. p. 1473.; ποικίλην ἀπὸ θαλασσίης βάψιος τοῦ κόχλου Perictione in Florileg. Stobaei Tit. LXXXIII. p. 487. Puto purpuram Tyriam, et murice, non herbis, infectam indicari: neque enim ea videtur, quae Athen. XII. 3. p. 525. D. θαλασσοειδὴς, nedum quae *pelagia* Plinio, qua de Cl. Salmas. in Tertull. Pall. p. 187. Porro quin post pauca scripserit ἄλλαις φύσεσι περιλαμπομέναις, mihi quidem dubium non est: pendent enim ex verbis τὴν χρόαν ἐχούσας παραπλήσιον, et solet φύσεις περιλαμπομένας adpellare res egregie resplendentes, uti in c. 11. huius libri animadversum est. Wess.

238. 32. Ἐν δὲ τούτοις ἐννοσσεύειν] Hoc sermonis genius et scriptoris consuetudo postulant: ita enim II. 4. πλήθους περιστερῶν ἐννοσσεύοντος, ubi simili peccato Codd. aliqui ἐννοσεύοντος et V. 43. ὀρνέων πλῆθος ἐννεοσσεύεται, quod plane idem. Scio Herodoti I. 159. νενοσευμένα ὀρνίθων γένεα ἐν τῷ νηῷ, sed et id vitiosum esse visum et addita litera augendum Aemil. Porto non me praeterit. Wess.

238. 50. Παραδοῦναι τρέφειν Νύσῃ] Nysam Bacchi nutricem Plinius V. 18. Servius in Virgil. Eclog. VI. 15. Hygin. Fab. CLXXXII. cum Munckeri nota non neglexerunt: Aristaei filiam Baccho nutricem dat Apollon. Rhod. IV. 1132. sed *Macrin* nomine, quae in Euboea insula eum sinu exceptum foverit atque educarit. Wess.

238. 56. Δι' ὃν καὶ Τριτωνίδα προσηγορεῦσθαι] Fabulam hanc Afri Graecis approbarunt, Pausania I. 14. et Criticis ad Apollon. Rhod. I. 109. docentibus. Indidem venit in Graeciam *Aegis*, si fides Herodoto IV. 189.; de qua tamen sicuti et originatione Tritonidis et Tritogeniae non admodum inter sese consentiunt, ut Is. Tzetz. Lycophron. v. 519. et Eustath. in Homer. p. 602. abunde testantur. Conf. inf. V. 72. Wess.

239. 64. Γηγενὴς γὰρ ὑπάρχον] Describit Euripid. Ion. v. 989. De Phrygia Catacecaumena, et nominis caussa, longe meliora Strabo XIII. p. 931. C. Ego vero ἐπὶ θάλατταν, quam Rhodom. proscribit, non damno. Habebis simili loco positam c. 73. Wess.

239. 70. Ἐπὶ θάλατταν] His contextus absque incommodo carere potest. Rhod.

239. 74. Εἰς τοὺς περὶ τὰ Κεραύνια δρυμοὺς κατασκῆψαι] Rhodom. bene. Frequens est de tonitru et fulmine, uti monet Schol. in Eurip. Med. v. 94. Sic XVI. 81. ἀστραπαί τε καὶ βρονταὶ μετὰ μεγάλων πνευμάτων κατέσκηπτον. et XVII. 94.; nec minus de vehementi vento: Philo Iud. I. Vit. Mos. p. 629. D. νότος εὐθὺς ἤρξατο κατασκήπτειν βιαιότατος. Atque hinc mala, quae fulminis tempestatisque in modum incessunt atque invadunt, κακὰ κατασκήψαντα eidem Leg. ad Cai. p. 1018. D. et. p. 1030. B. Wess.

239. 80. *Φορεῖν τῷ στήθει*] Servius in Aeneid. VIII. 435. *Aegis proprie est munimentum pectoris aereum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum si in pectore numinis fuerit, Aegis vocatur; si in pectore hominis, sicuti in antiquis imperatorum statuis videmus, lorica dicitur.* Recte proin Euripid. Ion. 995.

Ταύτης Ἀθάναν δέρος ἐπὶ στέρνοις ἔχειν
Ἣν Αἰγίδ' ὀνομάζουσι, Παλλάδος στολήν.

ubi sine caussa aestuat Ios. Barnes. Wess.

239. 93. *Τῶν δ' ὡραίων τὰ δυνάμενα ξηραίνεσθαι*] Minus commode doctissimus interpres *uvas maturas* verterat: melius Hesych. *ὡραίων, τῶν πεπανῶν, καὶ ὡραίων τῶν καρπῶν.* Sunt enim maturi fructus. II. Galen. Alim. Facul. p. 319. *ὥραν ἔτους ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ μεσοῦντι τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν γίγνεσθαι συμβαίνει· χρόνος δ' ἐστὶν οὗτος ἡμερῶν τεσσαράκοντα. κατὰ ταῦτον οὖν τὸν χρόνον ἅπαντες εἰσὶν οἱ ὡραῖοι καλούμενοι καρποὶ, τινὲς μὲν ἤδη παρακμάζοντες, ἔνιοι δὲ ἀρχόμενοι, τινὲς δὲ ἀκμάζοντες, ἢ μετὰ τὴν ἀκμὴν, ἢ πρὸ αὐτῆς·* quae viri sollertissimi exscribere placuit, ut adpareret quam longe a vero abierit M. Meibom., *τὰ ὡραῖα immaturos* esse *fructus* pertendendo in Diogen. II. 32. Eleganter Plutarch. De Ser. Num. Vind. p. 549. multos sceleribus se immergere ait, *ὡς τῆς ἀδικίας τὸν μὲν καρπὸν εὐθὺς ὡραῖον καὶ προῦπτον ἀποδιδούσης* etc. Porro *τὰς κατὰ τρόπον φυτείας*, quae, sicuti convenit atque oportet, instituuntur, suffragantibus scriptis Codd. probavi: ad quem modum *ναυμαχία κατὰ τρόπον γενομένη* in Isocrat. Panathen. p. 356. et supr. I. 64. 70. Wess.

240. 11. *Ὀνομάσαι Κρήτην*] Vide L. V. 64. Wess.

240. 19. *Περὶ ὧν προειρήκαμεν*] Superius c. 53. etc. Mox aut eliminandum tollendumque est adiectivum *πολλὴν*, quod et Co. praeteriit, aut certe *στρατιὰν* scribendum: ego prius malo. Vid. II. 39. Wess.

240. 33. *Ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἄμμωνα τόπους*] Paullo ante *τόπους Ἀμμωνίους* adpellavit, qui sedem praebuisse videntur *τοῖς Ἀμμωνίοις*, Iovis Hammonis vicinis, de quibus L. XVII. 50. Wess.

240. 43. *Ἐξορκίσαι συστρατεύειν*] Scripsisse credo *συστρατεύσειν*. Sic I. 22. *ἐξορκίσαι πάντας μηδενὶ δηλώσειν*. Apollodor. III. 9. 9. *ἐξορκίσαι τοὺς μνηστῆρας βοηθήσειν*. Polyb. VI. 19. *ἐξορκίζουσιν, ἢ μὴν πειθαρχήσειν καὶ πονήσειν* etc. Wess.

240. 45. *Ὑποσπόνδων ὀνομασθέντων*] Qui pactis induciis dimittuntur, *ὑπόσπονδοι*. quo modo Lysander *τοὺς Ἀθηναίους ὑποσπόνδους ἀφῆκεν* L. XIII. 106. Hinc frequentissime *νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀποδοῦναι* victores, et *νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀπολαμβάνειν* victi perhibentur, cum caesos fide publica induciisque factis dant ac recipiunt terrae mandandos, ut copiose ostendit Desid. Herald. I. Advers. 9., eumque in haud paucis secutus Kirch-

man. Append. de Funerib. c. 4. Quid autem intersit *σπονδὴν* inter et *εἰρήνην* videbis ex Andocide Orat. de Pace ad Laced. p. 24. Wess.

240. 53. *Τῶν Νυσαέων*] Stephanus gentilia a Nysa haec format, *Νυσεὺς*, *Νυσαεὺς*, *Νυσαιεὺς* et *Νυσαῖος*. utraque ergo lectio bona est et utramvis pro authentica habeto. Rhon.

241. 55. *Οὗ τὸ γένος ὅθεν ἦν ὑπὸ πάντων ἀγνοεῖσθαι*] Nec latuit tamen Graeculis, quorum Theopompus *Νύμφης παῖδα* in Aelian. III. V. H. 18., Nonnus Dionys. XXIX. 261. Terrae filium facit. Paternum Satyrorum genus quidam ad Deucalionem, alii ad Centauros retulere, de quibus Is. Casaub. de Satyr. Poës. L. I. 2. Wess.

241. 57. *Ἔχοντος κατὰ τὴν ὀσφὺν οὐρὰν*] Silenum multi ex Satyrorum genere perhibebant, illis praeter grandaevitatem cetera similem. *Ideo Sileni χερόεντες passim dicti poëtis; et diserte Nonnus extremo L. XIX.*

—— Οὐ νέμεσις δὲ
Σιληνὸν κομόωντα βοοκραίροισι μετώποις
Ταυρείην κερόεσσαν ἔχειν ποταμηΐδα μόρφην.

attributa et infra umbilicum figura caprina: quam ob caussam δασύκνημοι poëtis nominantur, et λάσιοι et λαχνήεντες et δασύτριχες, idem Casaub., quem et vide de Sileni cauda p. 68. Lucianus Baccho c. 2. cauda Bacchi hunc nutritorem haud instruxit, rariusque conspicitur in veterum numis et gemmis. Wess.

241. 63. *Ζάβιρναν*] Urbem hanc feliciores invenient: mihi densae hic tenebrae, nec possum adeo verum eius nomen constituere. Wess.

241. 64. *Τὴν ὀνομαζομένην κάμπην*] Monstrum hoc, cuius collo centum connexa ferocissimorum animalium erant capita,

—— ἀμφὶ δὲ δειρὴν
Ἤνθεε πεντήκοντα καρήατα ποικίλα θηρῶν,

fulmine prostratum necat Iupiter, Afrosque hac peste liberat,

—— ὑψιμέδων Ζεὺς
Κάμπην ὑψικάρηνον ἀπηλοίησε κεραυνῷ,

in Nonni XVIII. Dionys. v. 237., ubi graphice multisque figuris exornatur. Wess.

241. 70. *Προσάγειν πρὸς τοὺς Τιτᾶνας*] Tametsi *προάγειν* tritissimum sit de exercitu in hostem versus se movente, ut XI. 30. XV. 41. XVI. 42., hoc non damnavero. Wess.

241. 81. *Τὰ πατρῶα βασίλεια*] Bene ex Grammaticorum decreto. Thomas Magister *πατρῶα, τὰ ἐκ πατέρων εἰς υἱοὺς χωροῦντα, καὶ πατρῶοι φίλοι.* Non item *πατρικαὶ φίλοι* inf. XI. 66. nec *ξένος πατρικὸς* XIV. 13., quo tamen modo Plato Lach. p. 180. E. et Demosthen. Legat. Fals. p. 248., pluresque alii, Grammaticis multo locupletiores. Vide Io. Georg. Graev. in Soloecist. Lucian. p. 737. Wess.

241. 1. *Θεὸν νομισθήσεσθαι*] Blandiri posset *ὀνομασθήσεσθαι* veterum Codd., nisi *τῶν νομισθέντων θεῶν* paullo post meminisset, et de Baccho *θεὸν νομισθῆναι* II. 38. dixisset. Librariis haec verba permiscere moris esse perpetui, dictum alias est. Vid. I. 28. Wess.

241. 2. *Τό, τε χρηστήριον ἱδρύσατο*] Danai Aegyptii curae templum Ammonis et eius structura tribuitur L. XVII. 50. Wess.

242. 4. *Παράσημον ἐσχηκότος αὐτοῦ τὸ κρίνος*] Parili modo Isis propter *βούκρανον κρίνος* bubulis cornibus instructa perhibebatur apud Plut. Isid. et Osir. p. 258. D. Corniger autem Ammon nemini ignotus est, et numis inscriptus et scriptorum diversis locis celebratus. Numos dabit Ezech. Spanhem. de Usu et Praest. numism. Diss. VI. p. 296., cetera Raderus in L. IV. 7. 23. Curtii. Wess.

242. 10. *Γεγονότα κερατίαν*] Dixi superius c. 64. Wess.

242. 20. *Ὀλύμπιον προσαγορευθῆναι*] Longe aliam tituli eius caussam adferunt Etymolog. *Ὀλυμπία* et Eustath. in Homer. p. 27. Wess.

242. 23. *Καὶ τὴν παράθεσιν τοῦ τε οἴνου*] Vide I. 15. Wess.

242. 25. *Καθάπερ πρὸς πολέμιον*] Hoc, vitio scribentis in *πόλεμον* conversum, sicuti et in Hesychii *Ἐξεπολέμωσε*, longe praestat, quamvis Pericles *ἀντετάττετο τῷ λοιμῷ καὶ τῷ πολέμῳ* in Maximi Tyr. Dissert. XLI. p. 241.; id enim alius est generis. Baccho, exercitu varias orbis partes obeunti, ob beneficum et liberale ingenium nemo ut hosti armata manu occurrebat neque adversabatur, quod *ἀντιτάττεσθαι*. unde *ὁ θεὸς ἀντιτάσσεται τοῖς ὑπερηφάνοις*, quorum superbos spiritus conprimit, in I. S. Petri V. 5., et *ἀντιτάττεσθαι ἡδονῇ καὶ πόνῳ* Epistol. XII. Diogenis, quae inter Graecanic. p. 341., *ἀντιτάττεσθαι ἐπιθυμίαις* Polyb. Excerpt. Vales. p. 153. voluptatibus et cupiditatibus tanquam acie directa sese opponere. Adde I. 24. 48. et II. 38. Wess.

242. 30. *Μεγάλαις τιμαῖς*] Hoc e sequente versu huc translatum est. Rectissime autem legetur *δωρεαῖς*. Rhod. Accedo Rhodom. coniecturae: mox ipse auctor neminem neque Graecum nec barbarum fuisse *ἄμοιρον τῆς τούτου δωρεᾶς καὶ χάριτος* addit, suspicionem confirmans. Alioqui *τιμαὶ καὶ χάριτες* opportune illis tribuuntur, qui bene de se meritis et honores et gratiam rependunt, infr. IV. 85. Wess.

242. 38. *Τὸ ἐκ τῶν κριθῶν πόμα*] Conf. supra I. 20. Wess.

242. 43. *Προσβεβοηθηκότος δὲ καὶ τοῦ Διὸς* etc.] Sic scripserat, uti Dionysius I. A. R. p. 37. *καὶ προσβοηθησάντων αὐτοῖς Ἀχαίων ἁπάντων*. Vulgatum ex scripturae compendio ortum arbitror, quod et L. XIV. 116. ex *ἐπιβοηθήσας ἐπὶ τὸν τόπον* intempestive fecit *ἐπιβοήσας*. Wess.

243. 49. *Καὶ πάντας ἀνελεῖν τοὺς Τιτᾶνας*] Vide L. V. 66. Wess.

243. 57. *Ἐξ Ἰοῦς τῆς Ἰνάχου Δὶ γενόμενον*] Cicero III. N. D. 23. inter quinque Dionysos nec Amaltheae Ammonisque filium, neque hunc memorat. Est autem idem atque Epaphus, de quo Aeschyl. Prometh. v. 850. et Apollodor. II. 1. 4. WESS.

243. 65. *Στρατιώτιδας δ' ἐπιλέξασθαι γυναῖκας*] Veterum Codd. haec scriptura est, quam res ipsa conprobat. Bacchus enim sibi militiae socias adscivit feminas, quod verbo significatur. Dionys. II. A. R. p. 86. *τριακοσίους ἄνδρας ἐκ τῶν ἐπιφανεστάτων οἴκων τοὺς ἐῤῥωμενεστάτους τοῖς σώμασιν ἐπιλεξάμενος.* et Noster infr. XIV. 5. 12.; posses alioqui vulgatum *περιδέξασθαι* levi opera mutare in *παραδέξασθαι*, ut visum fuit Rhodom. in Indice: qua mutatione res eodem recideret. Vitium natum est ex vocum simili paene figura, quae et in Dionysio XI. A. R. p. 734. ex *ἀπεδέξατο* exstruxit *ἐπελέξατο*, ut monuit diligentissimus Sylburg. WESS.

243. 67. *Καὶ τελετὰς ἃς μὲν μεταθεῖναι*] Exspectasses fortasse, *καὶ τελετῶν ἃς μὲν* etc. Sed alterum aeque commodum et praestans. Thucydid. I. 89. *τοῦ τε γὰρ περιβόλου βραχέα ἐστήκει, καὶ οἰκίαι, αἱ μὲν πολλαὶ ἐπεπτώκεσαν, ὀλίγαι δὲ περιῆσαν.* ubi recte Scholiastes, *ἀντὶ τοῦ οἰκιῶν. Ὅμηρος, οἱ δὲ δύο σκόπελοι.* Qui quidem Homeri versus Odyss. M. 73. eundem vocum ordinem conplectitur, egregieque illustrat Nostri verba L. II. 48. *οἱ δὲ τούτους ἐπιδιώκοντες, — οἱ μὲν ἀπόλλυνται, — οἱ δὲ* etc. Conf. L. Kuster. in Plut. v. 55. Aristophanis. WESS.

243. 69. *Εὑρετῶν*] *Εὐεργετῶν* R. familiari librariis errore. Vid. I. 17. WESS.

243. 73. *Ἐφ' Ἡρακλέους*] Idem et Dioscuris evenit, quorum antiquissimorum gloriam Ledae filii, Castor et Pollux, favente multitudinis superstitione, paullatim sibi totam vindicarunt. Conf. infra IV. 44. et quae admirabili eruditione ad Lucian. D. D. XXVI. 1. commentatus est T. Hemsterhusius. WESS.

Ibid. Δυοῖν γὰρ ὄντοιν τῶν προγενεστέρων] Uti haud absurdum est *ὄντων*, ita nec hoc reiectaneum: quod enim de Homero profitetur Eustath. p. 47. *ἰστέον, ὅτι ἔθος Ὁμήρῳ ἀδιαφορεῖν ἐν τοῖς δυϊκοῖς καὶ τοῖς πληθυντικοῖς· καὶ ποτὲ μὲν πληθύνειν τὰ δυϊκά, ποτὲ δὲ δυάζειν τὸ πλῆθος*, idem de aliis dici potest. Vid. L. IV. 44. XV. 82. et viri doctissimi Sam. Clarke animadversiones in Homeri Iliad. *A.* 566. WESS.

243. 75. *Γεγονέναι παρ' Αἰγυπτίοις*] De eo L. I. 19. WESS.

243. 77. *Τὸν δὲ δεύτερον ἐκ Κρήτης*] Ciceroni Hercules *tertius est ex Idaeis digitis, cui inferias adferunt*, L. III. N. D. 16. quem quidem Noster iisdem accenset L. V. 64., *γόητα* fuisse prodens, ut proin falsa sit Codd. eorum scriptura, qui *γενναῖον* praeferunt. HERCULEM CRETENSEM exhibet Postumi numus in Ansel. Banduri T. I. Numism. Imperat. p. 287.

De certamine autem Olympico, ab Hercule Cretensi statuto, dicam alias. WESS.

243. 79. *Ὀλυμπιακὸν* Co. M. Conf. Kuster. in Aristoph. Plut. v. 585. WESS.

243. 86. *Κληρονομῆσαι τὰς τῶν ἀρχαιοτέρων πράξεις*] Similem animadversionem instituit L. V. 76. WESS.

243. 92. *Οὐδαμῶς πρέπειν φασὶ* etc.] Haud profecto absurdi Libyes illi. Vera si ea sint, quae de Titanibus, a Iove et Baccho profligatis, prodita in vulgus sunt, fieri nullo poterit modo, ut Bacchus, Cadmi nepos, idem atque ille sit, qui Iovi eo bello suppetias tulit. Apollodorum consule L. III. 1. et fabulatores haec flocci facere advertes. WESS.

244. 96. *Τὴν πρόθεσιν τετελειωκότες*] Forte praestiterit *τετελεκότες*, ut extremo Lib. II.; quod quidem certe verum est in *περιγράψομεν*, quo modo L. XVI. 96. *ταύτην μὲν τὴν βίβλον αὐτοῦ περιγράψομεν.* quo de abunde disputatum est in L. I. 41. WESS.

ANNOTATIONES
IN
LIBRUM QUARTUM.

245. 1. *Περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν* etc.] Haec retineo, tametsi plurium Codd. auctoritas aliud postulet: sunt enim auctoris nostri ex L. IV. 1. Wess.

245. 11. *Περὶ τῶν ἀπογόνων τοῦ Ἡρακλέους*] Sic oportuit: vulgo quod legebatur, nimis ineptum erat. Wess.

245. 13. *Τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας*] Aeschyli *ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας* et auctor L. IV. 66. satis hoc tuentur. Wess.

246. 7. *Ἡ δὲ τῶν χρόνων ἀπαγγελία*] Prave id mutant. *Ἀπαγγελία* phrasin, narrationemque complectitur ambitu suo. Dio Chrysostom. propterea Orat. XVIII. p. 256. C. Herodoto *τὸ γλυκὺ τῆς ἀπαγγελίας*, etsi vitiose *ἐπαγγελίας* libri praeferant, Theopompo *ἱστορικόν τι περὶ τὴν ἀπαγγελίαν τῶν λόγων*, Ephoro *τὸ ἀνειμένον τῆς ἀπαγγελίας*, Xenophonti vero *εἶδος τῆς ἀπαγγελίας προσηνές* contribuit: male ergo in Plut. T. II. p. 45. A. Plato laudasse dicitur Lysiae *τὴν ἐπαγγελίαν*, atque in Iosepho *τὸ τῆς ἐπαγγελίας κάλλος* L. XIV. A. I. 1. 1. et Prooem. Bel. Iud. segm. 5. *τὴν ἐπαγγελίαν ἐναργῆ* contra Codd. auctoritatem retinuerant. Vid. infr. IV. 85. Wess.

246. 19. *Ἔφορος μὲν οὖν ὁ Κυμαῖος* etc.] De Ephoro eadem, sed distinctius, L. XVI. 77. Wess.

246. 23. *Ὁμοίως δὲ τούτῳ Καλλισθένης καὶ Θεόπομπος*] Callisthenes *Ἑλληνικὰ* sua exorsus ab Antalcidae pace perduxit ad eum annum, quo Delphicum templum a Philomelo Phocensi captum et expilatum est, docente Nostro L. XIV. 117. Theopompus vero *τὰ λοιπὰ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου* et *τὰ Φιλίππου πεπραγμένα* pluribus libris descripsit, de quibus Dionys. T. II. p. 131. et Diodor. XVI. 4. Uterque fabulosas antiquissimorum Graecorum res nusquam dedita opera exsecutus est; quamquam Callisthenes, Cicerone auctore L. V. Epist. 12. ad Lucceium, bellum Troianum contexere haud neglexerit. Perperam ergo Io. Meurs. auctoris verba intellexit, ac si Theopompum et Callisthenem ab Heraclidarum reditu Historias scribere ingressos fuisse indicarent, de Regn. Lacedaem. c. 6. Wess.

247. 32. *Τοὺς δ' ἡρωϊκαῖς θυσίαις ἐτίμησαν*] Puto *τι-*

μαῖς ἐτίμησαν Diodorum scripsisse, quamvis in Polyb. L. VIII. 9. καὶ γὰρ θυσίας αὐτῷ καὶ τιμὰς ἡρωϊκὰς ἐψηφίσαντο reperiatur. Neque enim aliter solet. Vid. IV. 24. V. 65. XI. 38. XIII. 35. Ἰσόθεοι τιμαὶ occurrunt I. 97. III. 57. IV. 49. et Lycurg. Orat. in Leocrat. p. 159., Plut. T. I. p. 16. A., Appian. II. B. Civil. p. 848. Distant autem, quod Heroibus inferias mittere solerent atque ἐντέμνειν καὶ ἐναγίζειν, ut apud Thucydid. V. 11. et Philost. Heroic. c. XIX. 14. 15.; unde ἔντομα victimae, illis mactari solitae, et ἐναγίσματα apud Apollon. Rhod. I. 587. cum Criticorum veterum nota, et Maxim. Tyr. Dissert. XXVI. p. 151. Diis vero coelestibus θύειν, quod in altari, victimae capite coelum versus erecto, fiebat, testibus schol. in Homeri Iliad. A. 459., ne nunc addam de templis, signis, ceterisque, de quibus Porphyr. Antr. Nymph. p. 115. edit. Barnes. Discrimen egregie signavit Plutarch. T. II. p. 255. et p. 857. D., Nosterque ipse L. IV. 40., quibus adstrue Is. Casaub. notata in Sueton. Caesar. c. 88. Wess.

247. 47. *Μεγίστας εὐεργεσίας κατατεθεῖσθαι*] De collocatis beneficiis usurpant: sic *χάριν βουλόμενος καταθέσθαι* L. XV. 91. cui simillimum Antiphontis O. de Caed. Herod. p. 136. *καὶ τῇ πόλει τῇ ἡμετέρᾳ χάριν καταθέσθαι*, et S. Lucae A. A. XXIV. 27. *θέλων χάριτας καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις*. Opportune ad hunc locum Gregor. Nazianz. Orat. III. p. 86. B. *ἔξορίᾳ δὲ παραδόντα οὕτως ἀμύνασθαι καὶ μεγίστην εὐεργεσίαν καταθέσθαι*. Wess.

247. 52. *Τὸν παρ' Ἕλλησι Διόννσον*] Dixit uberius L. I. 17. Wess.

247. 56. *Τοὺς Ἰνδοὺς τὸν θεὸν τοῦτον* etc.] Vide L. II. 38. Mox *τὰ* sine gravi caussa Rhodom. delet. Diodoro alia mens. Vid. III. 31. 32. 34. etc. Wess.

247. 60. *Τὰ περὶ τούτων εἰρηκότες*] Deleatur *τά*. Et in proximo versu reponatur *παρὰ τοῖς Ἕλλησι*. Rhod.

247. 70. *Ἁρμονίαν τὴν Ἀφροδίτης*] Eandem illi matrem et Martem patrem dat Apollodor. III. 4. 2. At aliter illi, de quibus L. V. 48. Diodorus. Haec autem exscripsit Euseb. II. P. E. 2. Wess.

247. 72. *Πολύδωρον*] *Πολυδώρην* Cl. prave. V. Apoll. III. 4, 2. Wess.

247. 76. *Ταῖς πρὸς τὴν Ἥραν συμπεριφοραῖς*] Vocis usum abunde declaravi L. III. 63. Wess.

248. 82. *Παραδοῦναι τῷ Ἑρμῇ*] Fabulae ordinem diversiore modo disponunt Apollodor. III. 4. 3. et Ovid. III. M. 310. De Nysae antro supr. I. 15. et Dionysi nomine Rittersh. in Oppian. I. Cyn. v. 27. Wess.

248. 99. *Οὐ πολὺ δὲ λειπόμενον τῆς — εὐωδίας*] Eandem odoris iucunditatem illi tribuit L. I. 34. III. 73. Non item Iulianus epigrammate *εἰς τὸν οἶνον ἀπὸ κριθῆς* Anthol. L. I. c. 59.

Κεῖνος νέκταρ ὄδωδε, σὺ δὲ, τράγον ἦ ῥά σε Κέλτοι
Τῇ πενίῃ βοτρύων τεῦξαν ἀπ' ἀσταχύων;

sed is aut narium taedio laborasse, aut in graveolentissimam incidisse videtur cerevisiam. *Ζύθος* Co. aliique. Vid. I. 34. Wess.

248. 7. *Ἦν Ἐλευθερὰς προσαγορεῦσαι*] Dixi ad L. III. 65. Wess.

248. 17. *Βαχχεῖά τε γυναικῶν*] Non alia sunt ac *Διονύσια*, perperamque a Io. Meurs. et Io. Ionstono distinguuntur, docente Ezech. Spanhem. in Aristoph. Ran. v. 360. Wess.

248. 19. *Εὐαζούσαις*] *Evoe*, *εὐοῖ* clamitantibus. *Βακχικὸν γὰρ ἐπίφθεγμά ἐστι τὸ εὐοῖ*, ut Harpocration ait. Unde Alexandri milites, cum evantes et bacchantes discurrerent, dicuntur *ἀνευάσαι τὸν θεὸν καὶ βακχεῦσαι* Arrian. V. 2. p. 198., ubi Inc. Gronov., vir doctissimus, usum vocabuli explanat, his quoque Diodori in partes vocatis, et *εὐάσμιος* apud Strabon. X. p. 721. A.; quod nihil aliud ac *βοᾶν εὐοῖ, σαβοῖ*, ut de Aeschine Demosth. Orat. pro Coron. p. 183., eodem Strabon. X. p. 723. A. indicante. Wess.

249. 29. *Φασὶν ἐπὶ τῶν δείπνων* etc.] Si haec sana sunt et eo ordine, quo ea scripserat Diodorus, multum me fallit opinio. Interpretationem apponam, ut facilius iudices, lector: *aiunt in ipsa coena, quando merum omnibus datur, dici solere boni genii; quando vero post coenam datur vinum aqua temperatum, inclamari solere Iovis sospitatoris.* Haec luxata et *ὕστερον πρότερον* posita, ut evincam, primum ratione certabo. Quis credat in coenae initio, dum sitis ardet, dari solitum merum, quod sitim non extinguit, imo accendit: post coenam vero exempta siti dari vinum aqua temperatum, quando sola voluptas ad bibendum incitat? imo e contrario, initio coenae et ea durante dabatur procul dubio vinum aqua mixtum, ut sitis extingueretur: post coenam vero, aut in eius fine, siti profligata, tunc dari debebat merum suo gustu excellente incitans ad bibendum. Aristophanis Scholiastes in duobus locis de hoc more loquitur, scilicet in Equitibus v. 85. ubi ait, *αἰρομένης τῆς τραπέζης, sublata mensa*, dari solitum boni genii calicem. Ad Vespas vero v. 999. ait *ἔθος δὲ ἦν, ὁπότε μέλλοι ἡ τράπεζα αἴρεσθαι, ἀγαθοῦ δαίμονος ἐπιῤῥοφεῖν, ὡς Θεόπομπος, mos erat, cum mensa mox tollenda foret, boni genii calicem sorbere, ut ait Theopompus.* Haec cum Diodori textu, ut nunc legitur, pugnant: et posito Diodorum scripsisse, ut nunc legitur, Theopompi auctoritas multum praevalere deberet, ubi de Graecorum more agitur. Sed iure suspicor codices Diodori hoc loco mendosos esse, et pro *μετὰ* legendum esse *κατὰ*, facili mutatione. Id me omnino suadet Hesychii locus, qui sic habet: *Ἀγαθοδαιμονισταὶ, οἱ ὀλιγοποτοῦντες.* Ratio huius significatus Theopompo egregie concordat; nempe qui parum valebant in potando, saepe inclamabant *ἀγαθοῦ δαίμονος κύλικα, cedo boni genii calicem*, et ideo vocabantur *ἀγαθοδαιμονισταὶ*, quoniam post hunc calicem datum finiebatur compotatio. His rationibus et auctoritatibus ductus, si mei arbitrii res foret, ita le-

gerem hunc Diodori locum: *φασὶν ἐπὶ τῷ δείπνῳ, ὅταν ἄκρατος οἶνος δίδοται πᾶσιν, ἐπιλέγειν, ἀγαθοῦ δαίμονος, ὅταν δὲ κατὰ τὸ δεῖπνον δίδοται κεκραμένος ὕδατι, Διὸς σωτῆρος ἐπιφωνεῖν*, id est, *aiunt post coenam quando merum omnibus datur, dici solitum boni genii. quando vero duranti coena datur vinum, aqua temperatum, dici solitum Iovis sospitatoris.* PALM. Doctissimi Palmerii coniecturam *respuit satis evidenter ipse Diodori narrationis, quem adtexit, ἐπιλογος. Ait, veteres inter coenandum (ita puto intelligenda τὰ ἐπὶ τῶν δείπνων, non ut Palmerius videtur intellexisse, initio coenae,) sibi invicem propinasse vinum meracum, idque poculum appellasse ἀγαθοῦ δαίμονος. finita vero coena, discessuris iamiam convivis, propinatum fuisse dilutum, vocatum Διὸς Σωτῆρος. Iam sequitur quasi αἰτιολογία istius rei: cur scilicet post meracum denique biberint dilutum: τὸ μανιῶδες καὶ ἡ τῶν φρενῶν παράλυσις, quae accidisset per meracum, temperetur deinde et διορθῶται diluto; quare illud poculum dixerint Διὸς Σωτῆρος, quod quasi eos defenderet a periculo, quod ceteroquin ipsis discedentibus, et multo meraco calentibus, posset evenire. Haec ultima Diodori verba in suis Exercitationibus describere omisit Palmerius; nec forte ea consideravit: quod si fecisset, haud dubie Diodorum ὑστέρου πρότερον non postulasset.* Hactenus doctissimus Io. Iensius in Epistola ad I. G. Graevium p. 401., plura superioribus adstruens defendendo Diodoro, quae quia copiosiora, non exscribo. Id addo, contra Palmerium Graecos plerosque omnes venire, inter postrema pocula, quae mensa sublata circumibant, *Διὸς Σωτῆρος κρατῆρα* referentes. Sic Aeschylus et Sophocles, a scholiasta Pindari in princip. Od. VI. Isthmionic. testimonium dicere iussi. Sic Nicostratus et Xenarchus apud Athen. XV. 14. p. 693.; e quorum quidem fragmentis adparet, sumpto *ἀγαθοῦ δαίμονος* poculo mensam auferri fuisse solitam, nec desiisse tamen conpotationem, nisi addito prius *τοῦ Διὸς Σωτῆρος*. Dabatur, cum *πρόποσις ἀγαθοῦ δαίμονος* instituebatur, *ὀλίγον τι, parum vini meraci*, ut solo gustu vim eius, *μόνον τῇ γεύσει τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ*, conbibones experirentur, uti Theophrastus apud Athen. l. c. ait. Hinc *ἀγαθοδαιμονισταὶ* Hesychio *οἱ ὀλιγοποτοῦντες*, non autem ex caussa, quam vir eruditus conmentus est. Sed longum ne faciam, accipe haec eiusdem Athenaei, quae suspicionem Palmerii plane iugulant, ex eodem L. XV. 5. p. 675. D. *Διὰ τοῦθ' οἱ Ἕλληνες τῷ μὲν παρὰ δεῖπνον ἀκράτῳ προσδιδομένῳ τὸν ἀγαθὸν ἐπιφωνοῦσι δαίμονα, τιμῶντες τὸν εὑρόντα δαίμονα. ἦν δὲ οὗτος ὁ Διόνυσος. τῷ δὲ μετὰ δεῖπνον κεκραμένῳ πρώτῳ προσδιδομένῳ ποτηρίῳ Δία Σωτῆρα ἐπιλέγουσι.* quae, quia auctoris nostri verbis accuratissime respondent, vertere nihil necesse fuerit. WESS. Il a ipsa Athenaei verba etsi parum commendare videantur librorum meliorum scripturam *προσεπιλέγειν* pro *πᾶσιν, ἐπιλέγειν*, ea tamen est verissima. XVII. 24.

μάλιστα δ' εὐεργέτει τὰς Ἑλληνίδας πόλεις ποιῶν αὐτὰς αὐτονόμους καὶ ἀφορολογήτους, προεπιλέγων ὅτι τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερώσεως ἕνεκα τὸν πρὸς Πέρσας πόλεμον ἐπανῄρηται.

249. 31. *Μετὰ τὸν δεῖπνον*] Expunge *ν* in articulo. Quis enim *δεῖπνον* masculino genere usurpavit? Rhon.

249. 45. *Τὸν ὑπό τινων Σαβάζιον ὀνομαζόμενον*] Fuit et inter Bacchi titulos *Sabazii* cognomen. Vide Io. Davis. in Ciceron. III. N. D. 23. et quae scripta a me sunt ad Hieroclis Synecdem. p. 633. Hunc tamen Iovis et Proserpinae filium *Zagreum* vero nomine fuisse perhibent Schol. Pindari ad initium Od. VII. Isthmion. et Is. Tzetzes in Lycophron. v. 355. Nonnus VI. Dionys. v. 164. de Proserpina:

— — *Αἰθερίων δὲ δρακοντείων ὑμεναίων*
Ζαγρέα γειναμένη κεράεν βρέφος.

nimirum Iupiter, ut erat versipellis, draconis sumpta specie Proserpinae illuserat; unde de illo et Baccho poëta:

— — — — — — — *ταῦρος*
Πατὴρ δράκοντος καὶ πατὴρ ταύρου δράκων

apud Clementem Alex. Protrept. p. 14. Wess.

249. 50. *Ἀφ' οὗ δὴ καὶ κερατίαν* etc.] Vide L. III. 64. Wess.

249. 52. *Τῷ σώματι γενέσθαι τρυφερόν*] Haec Diodorum descripsisse ex Philocho**r**o dubitandum non censet Scaliger in Chron. Eusebii ɔɔccxx., modo alterius verba cum illius dictis contendantur. Philochori haec sunt apud Euseb. p. 29. Chron. *γράφεται θηλύμορφος διά τε ἄλλας αἰτίας καὶ διὰ τὸν μιξόθηλυν στρατόν. ὥπλιζε γὰρ σὺν τοῖς ἄρρεσι καὶ τὰς θηλείας.* Vertit Hieronym. neglectis paucis, *pingitur Liber muliebri et delicato corpore propter mulieres in suo exercitu militantes: nam pariter ad arma viris feminas alligabat.* Equidem rerum quandam convenientiam in his agnosco, nec talem tamen, ut Philochorum exscriptum arbitrer. Wess.

250. 62. *Εἰσηγητὴν καὶ διδάσκαλον γινόμενον τῶν καλλίστων* etc.] Silenum, Bacchi hunc praeceptorem, veteres divinae humanaeque sapientiae rerumque gravissimarum scientia praeditum plerique perhibent, disserentemque introducunt de rebus ex interiore philosophia naturalibus et moralibus: ostendunt hoc post Is. Casaub. I. Poës. Sat. c. 2. viri doctissimi Ioach. Kuhn. et Iac. Perizon. in Aelian. III. V. H. 18. Wess.

250. 68. *Ἐσθῆσιν*] *Ἐσθήσεσιν* Co. M. haud male. Vid. S. Luc. Evang. XXIV. 4., nec necessarium tamen. Wess.

Ibid. Ἐσθῆσιν ἀνθιναῖς χρῆσθαι] Mollitiae et effeminati animi vestes pictae et floribus quasi sparsae olim argumentum erant: Sybaritis propterea et Cumaeis, luxu perditis, *ἀνθινοὶ χιτῶνες* tribuuntur in Athen. XII. 5. et 6.; tribuuntur et aliis, de quibus Hadr. Iunius I. Animadv. c. 13.; quo ingenio Bacchus cum esset,

haud absurde, etsi maximo suo malo, Pentheus in Ovid. III. M. 555. de eo,

Quem neque bella iuvant, nec tela, nec usus equorum:
Sed madidus myrrha crinis, mollesque coronae,
Purpuraque et pictis intextum vestibus aurum.

Ducis Bacchi exemplum probabant, ut fit, comites, quorum vestes floridae, αἱ τοῖς ἄνθεσιν ἐοικνῖαι ἐσθῆτες, apud Clement. Alex. II. Paedag. c. 10. p. 253. pluribus illustrantur ab Ezech. Spanhem. in Probat. Notar. ad Iuliani Caesar. p. 127. Wess.

250. 72. *Καὶ μιτροφόρον ὀνομάζεσθαι*] Sic praestat. Luciano D. D. XVIII. 1. propterea μίτρᾳ τὴν κόμην ἀναδεδεμένος, Libanio T. I. p. 351. D. διάδετος ταινίαις καὶ τοῖς στεφάνοις τὰς κόμας, et Sophocli Oed. Tyran. v. 218. atque auctori Epigrammatis L. 1. Florileg. C. 38. χρυσεομίτρης. Wess.

250. 74. *Διμήτορα — — προσαγορευθῆναι*] Dixi L. III. 62. Wess.

250. 83. *Κατὰ δὲ τὰς τῶν φίλων συναναστροφὰς*) Vaticani *ἀναστροφὰς* si malueris, Polybius, Teles, Arrianus, atque alii, quos Diatrib. de Iudaeor. Archont. c. 2. excitavi, auxilio esse poterunt. Diodorus tamen compositum praeoptat L. III. 20. Wess.

250. 95. *Βαχχεῖον*] Eusebius *Βάκχον*, nulla urgente caussa: inter enim Bacchi titulos et hic sollemnis, ut in Pausan. II. 2. et 7., variante tamen vocis tono. Vide ad L. 4. 81. Wess.

250. 98. *Καὶ πυριγενῆ — ὀνομάσαι*] Orpheo Hymn. XLIV. *πυρίσπορος*, quippe ὑπὸ κεραυνοῦ καὶ βροντῆς γενόμενος, ut Dio Chrysostom. ait Orat. XXVII. p. 286. C. Iulianus Epigrammate in Zythum L. I. Florileg. 59.

Τῷ σὲ χρὴ καλέειν Δημήτριον, οὐ Διόνυσον,
Πυρογενῆ μᾶλλον καὶ Βρόμιον, οὐ Βρόμιον.

quos quidem Iuliani versus non praeteriit accuratissimus Is. Casaubon. in Strabonis XIII. p. 932. B. *πυριγενῆ τὸν Διόνυσον* memorantis. Wess.

250. 99. *Θρίαμβον δ' αὐτὸν ὀνομασθῆναι*] *Sic triumphare appellatum, quod cum imperatore milites redeuntes clamitant per urbem in Capitolium eunti, io triumphe, io. Idque a Θριάμβῳ, Graeco Liberi patris cognomento, potest dictum esse.* Haec Togatorum doctissimus Varro L. V. L. L. p. 58. ubi in Coniect. Diodori haud oblitus est Ill. Scaliger. Wess. Dionysius p. 222. Schaef. *Ἴακχε θριαμβε.*

251. 7. *Καταπώγωνα*] In omnibus nostris exemplaribus scriptum est *κατὰ πώγωνα* duobus verbis: ego unum faciens ex duobus scripsi *καταπώγωνα*, ut illa ipsa exemplaria habent in loco, qui est supra in fine paginae 137. et principio 138. Steph. Ego vero in Codd. excerptis, quibus utor, nihil huiusmodi reperio. De Baccho *barbato* III. 64. et Is. Casaub. I. Sat. Poës. c. 2. p. 59. Wess.

251. 9. *Ὡραῖον καὶ τρυφερὸν*] Bacchus *ὡραῖος θεὸς* Aristoph. Ran. v. 397. cum nota Exech. Spanhem. WESS.

251. 12. *Καὶ Σατύρους — περιάγεσθαι*] Paria de Aegyptiorum Osiride superius L. I. 18. De Musis autem, Bacchi comitibus, Strabo X. p. 717. C. WESS.

251. 24. *Συνόδους συστήσασθαι τῶν — τεχνιτῶν*] Ultima neglexerat doctissimus interpres. *Οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται*, sive *Διονυσιακοὶ τεχνῖται*, in Aetolorum Decreto inter monumenta Asiatica Edm. Chishul p. 106. sunt *artifices scenici* in Ciceron. Orat. pro Archia c. 5. et Sueton. Caesar. c. 84. Plutarch. T. II. p. 87. F. *καὶ μὴν τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας ὁρῶμεν ἐκλελυμένους καὶ ἀποθύμους, καὶ οὐκ ἀκριβῶς πολλάκις ἀγωνιζομένους ἐν τοῖς θεάτροις ἐφ' ἑαυτῶν. et scenicos artifices videmus saepe remissos ac languidos, nec accurate, soli cum in theatris sunt, certantes.* Eundem in modum Polybius Excerpt. p. 1416. Artemidor. I. 19. Horum variis in locis Synodi seu conventus erant, veluti *Lebedi* apud Strabon. XIV. p. 952. *ἐνταῦθα τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν ἡ σύνοδος καὶ κατοικία τῶν ἐν Ἰωνίᾳ μέχρι Ἑλλησπόντου, ἐν ᾗ πανήγυρίς τε καὶ ἀγῶνες κατ' ἔτος συντελοῦνται τῷ Διονύσῳ.* Antea, ut ibidem addit, Tei, tum Ephesi, unde in Myonnesum ab Attalo, Pergamenorum rege, fuerant traducti, frequentes egerant: atqui hi sunt *Attalistae*, quorum psephisma publicavit idem Chishul atque explicavit Antiq. Asiatic. p. 140. Similem etiam Synodum Romae labentibus annis instituisse videntur, cuius SYNHODI ARCHIEREI, PRIMI SACERDOTIS SYNHODI meminerunt vetusti lapides, de quibus Cl. Salmas. in Spartiani Hadrian c. 14. et Octav. Falconer. ad Inscript. Athlet. p. 2303. edit. Gronov. WESS.

251. 32. *Υἱὸν εἶναι Διονύσου καὶ Ἀφροδίτης*] Placuerunt hi eius natales Lampsacenis, praecipuis flagitiosi numinis cultoribus, teste Pausan. IX. p. 771., et Criticis veteribus in Apollon. Rhod. I. 932. Aliis Bacchi Nymphaeque Chiones filius habebatur, ut Schol. Theocrit. ad Idyl. I. 21. indicat: aliis e Titanibus aut Idaeis Dactylis unus, de quibus Lucian. de Saltat. c. 21. WESS.

251. 35. *Τοὺς παλαιοὺς μυθῳδοὺς* etc.] Hoc non temere sprevero, tametsi Euseb. cum illis faciat, qui *μυθωδῶς* praeferunt. Verum autem esse, quod hic adfirmatur, vel illud Iuvenalis, *vitreo bibit ille Priapo*, probaverit. Plura si desideres, satis fortasse tibi faciet L. Begerus Thesaur. Brandenb. T. I. p. 261. etc. WESS.

251. 44. *Μόνον δὲ τὸ αἰδοῖον εἰς τὸν ποταμὸν ῥῖψαι*] Uberius haec explicuit L. I. 22. WESS.

252. 54. *Τινὲς δὲ Τύχωνα*] Sic oportuit. Etymologus, *Τύχων, Τύχωνος, δαίμων ἐστὶ περὶ τὴν Ἀφροδίτην.* Hesychius, *Τύχων, ἔνιοι τὸν Ἑρμῆν, ἄλλοι δὲ τὸν περὶ τὴν Ἀφροδίτην.* ita enim scripserat, quod nec Io. Meursii diligentiam L. II. Athen.

Attic. c. 14. fugit. *Tychon* e novitiis Atticorum diis erat, quem Mercurium alii, alii Priapum aut Veneris asseclam perhibebant. *Typhon* diversi fuit ingenii, sed qui et locum eius invasit in Clement. Alexandr. Protrept. p. 80., eodem Meursio egregie animadvertente. Wess.

252. 56. *Ὀπωροφύλακα τῶν ἀμπελώνων*] Unde Stephan. *ἀμπέλων* deprompserit, iuxta cum ignarissimis scio: possumus quidem certe eo carere. *Φυλάκισσαν ἐν ἀμπελῶσιν* Cantic. Salom. 1. 6. et *ὀπωροφυλάκιον ἐν σικυηράτῳ* Esai. 1. 8. non dissimili sententia Alexandrini interpretes. Ipse Priapus in Antistii Epigrammate *ἀγροφύλαξ πολυκτεάνοις ἐν ἀρούραις*, et in alio Luciani *ξηρῶν κληματίδων φύλαξ* L. IV. Florileg. p. 477. Wess.

252. 58. *Ἔτι δὲ πρὸς τοὺς βασκαίνοντας* etc.] Huiusmodi, puto, erat, quod *προβασκάνιον ἐν σικυηράτῳ, οὐδὲν φυλάσσον* Epistol. Ieremiae V. 70. adpellat, quodque egregie interpretatur scholiastes, *προβασκάνιον*, inquiens, *καὶ κεράμβηλα Ἑλλήνων οἱ λόγιοι καλοῦσιν, ἅτινα ἵστῶσιν οἱ ἀγροφύλακες πρὸς φόβον ὀρνέων, ἢ καὶ ἀνθρώπων· ταῦτα δὲ καὶ μορμολύκεια καλοῦνται.* Quo quidem scholio nihil aptum magis est ad illustrandum Hesychii *κεράμβηλον*. Wess.

252. 65. *Τυχεῖν τῆς ἐξ ἀμφοτέρων — προσηγορίας*] Ipse Hermaphroditus ea propter in Ovidii IV. M. 384. ad Mercurium et Venerem:

— — *Nato date munera vestro,*
Et pater et genitrix, amborum nomen habenti.

Vide et v. 288. et Lucian. D. D. XV. 2. et Manethon. I. 127. Wess.

252. 72. *Ἀποφαίνονται τέρατα ὑπάρχειν*] Plinius VII. N. H. 3. *Gignuntur et utriusque sexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, et in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis.* Qui mala portendere cum vulgi superstitione censerentur, ea ut averruncarentur, aut in proximum mare demergebantur, aut vivi exurebantur: posterioris generis exempla dabit auctor Eclog. I. L. XXXII., prioris Scheffer. ad Iul. Obsequent. de Prodig. c. 81. Wess.

252. 80. *Ὀλέγοι δὲ τῶν ποιητῶν*] In his et Mimnermus, de quo Pausan. IX. 29. p. 766. *Μίμνερμος δὲ — φησὶν ἐν τῷ προοιμίῳ θυγατέρας Οὐρανοῦ τὰς ἀρχαιοτέρας Μούσας, τούτων δὲ ἄλλας νεωτέρας εἶναι Διὸς παῖδας.* De numero Musarum similis discordia: Plutarch. VIII. Sympos. 14. in confesso esse ait, veteres tres tantum novisse Musas; Hesiodumque earum numerum auxisse. Ciceronem III. N. D. 21., et quae illi adscripsit Io. Davis. vide. Wess.

252. 86. *Ταῦτα λέγει*] *Ταῦτα* redundat. Versus autem Homericus Hymn. in Apollinem sic legitur numero 189., *Μοῦσαι μέν θ' ἅμα πᾶσαι ἀμειβόμεναι* etc. Rhod.

252. 88. *Ἡσίοδος δὲ*] In Theogonia versu 77. Rhod.

253. 99. *Παρθένους τε αὐτὰς οἱ πλεῖστοι — μυθολογοῦσι*] Vix tamen ulla in novenario earum numero reperitur, e qua non aliquis furtivis amoribus conceptus legatur: quorum haud paucos nobis annumerat Eustath. in Homer. p. 830., plures Tzetz. ad Hesiod. Op. et D. princip., sed in plerisque vitiosus. Wess. Conf. Schol. Vat. Eur. Rhesi v. 346.

253. 3. *Ἀπὸ τοῦ μυεῖν τοὺς ἀνθρώπους*] Placuit ea originatio Etymologo, estque multo probabilior eorum commento, qui apud Plut. T. II. p. 480. E. et Synes. in Dion. p. 42. C. ex *ὁμοῦ οὖσας* conflatum earum nomen opinabantur. Ego cum Platone in Cratyl. p. 406. A. fecero, *ἀπὸ τοῦ μῶσθαι καὶ τῆς ζητήσεως ab investigando* derivante; a qua sententia non abludunt Cornut. Nat. Deor. c. 14. et Helladius in Photii Cod. CCLXXIX. p. 1582. Vide Frid. Sylburg. Animadv. in Clenardi Grammatic. p. 529. Wess.

253. 10. *Ἀπὸ τοῦ θάλλειν ἐπὶ πολλοὺς χρόνους*] Ita vulgo legebatur, abrupta et defecta sententia. Ego Codd. vetustos secutus explevi. Nomina autem haec Musarum multimodis explicari posse ex Plutarcho VIII. Sympos. 14. et Cornuto N.D. c. 14. videbis. Wess.

253. 18. *Ἀπαθανατιζομένους τῇ δόξῃ*] Carminibus aeternae famae traditos; quo modo Eupolis dicitur *ἀπαθανατίσαι τοὺς ἄνδρας* Longino de Styl. Sublim. c. 16. p. 122. et Hippon cultissime *ἀπαθανατίσαι τὸν θάνατον τὸν ἑαυτοῦ* Clement. Alex. Protrept. p. 48. Nec minus venuste, etsi usu diversiore, Philosophus Ethic. X. 7. *χρὴ δὲ οὐ*, inquit, *κατὰ τοὺς παραινοῦντας ἀνθρώπινα φρονεῖν, ἄνθρωπον ὄντα, οὐδὲ θνητὰ τὸν θνητόν, ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται ἀπαθανατίζειν*, i. e. *immortalitatem meditari atque aeterna moliri.* Sed vide ad Lib. I. 1. et II. 20. Wess.

253. 24. *Μεταβιβάσωμεν*] Recipe *μεταβιβάσομεν*, quo modo alias in transitione loquitur. Rhod. Simile vitium supra II. 48. Wess.

253. 33. *Καὶ τὸν λόγον ἐξισῶσαι τοῖς τηλικούτοις*] *Una, sed maxima difficultas, quod haec aequare dicendo, arduum.* Sic Plin. L. VIII. Ep. 4. Sallustius vero Catilin. 3. *inprimis arduum videtur res gestas scribere: primum quod factis dicta sunt exaequanda.* Atque hae perpetuae historicorum querelae; estque profecto non omnium *ἰσόῤῥοπος τῶν ἔργων ὁ λόγος*, ut Pericles apud Thucydid. II. 42. ait. Libanius ea propter T. II. p. 102. prorsus ad Diodori mentem, *πολλαχῇ δέ μοι δοκεῖ χαλεπὸν εἶναι τὴν εὐφημίαν ταῖς τῶν βασιλέων ἀρεταῖς ἐξισῶσαι.* Wess.

254. 45. *Ἐκ τῆς ἀσθενείας τῶν νῦν ἀνθρώπων*] *Nostri temporis hominum;* qui *οἱ νῦν* Straboni I. p. 67. A., *οἱ νῦν ἄν-*

θρωποι Plutarcho T. II. p. 478. C. et Homero saepissime *Οἷοι νῦν βροτοί εἰσι.* Wess.

254. 52. *Καὶ ταῖς ἐπισημασίαις συναύξομεν* etc.] Significationibus, acclamatione, plausu, ut bene interpres. Polyb. VI. 4. *εἰκὸς μὲν τὸν τοιοῦτον ὑπὸ τοῦ πλήθους ἐπισημασίας τυγχάνειν εὐνοϊκῆς, non est dubitandum, quin hunc acclamationibus prosequatur faustis multitudo.* Eratosthen. Catasterism. c. 28. de sagittario ex Sositheo, *συμμίσγοντα ταῖς Μούσαις, καὶ ἀκούοντα αὐτῶν, ἐπισημασίαις ἐπαινέσαι χρόνον ποιοῦντα.* Sic lego: non ut vulgo *ἐπὶ σημασίας*, probante Schol. Germanici et vertente: *qui inter Musas saepius commoratus plausu cantus earum distinguebat.* Pro quibus Noster XVII. 106. *χρόνῳ μεγάλῳ τὸ γεγονὸς ἐπισημαίνεσθαι.* Polyb. I. 32. *μετὰ χρυσῆς ἐπισημαίνεσθαι.* Cicero I. Attic. 16. *Itaque et ludis et gladiatoribus mirandas ἐπισημασίας sine ulla pastoricia fistula auferebamus.* Vide ibi Victorium et infra XI. 26. Wess.

254. 55. *Ἐξημερῶσαι*] *Ἡμερῶσαι* Co. M. conpositum auctor mavult. Vid. I. 15. Wess.

254. 60. *Τὴν πατροπαράδοτον εὐσέβειαν διαφυλάττειν*] Simili usu *πατροπαράδοτον εὔνοιαν* XV. 74. XVII. 2. et *πατροπαράδοτον ἡγεμονίαν* XVII. 4. dixit; quorum pleraque locorum non fugerunt diligentiam eruditissimorum virorum L. Bos et Io. Alberti, *ἀναστροφὴν πατροπαράδοτον* S. Petri Epist. I. cap. 1. 18. explicantium. Wess.

254. 65. *Ἠλεκτρυόνα*] *Ἠλεκτρύονα* omnes. Vid. infr. c. 61. Wess.

254. 66. *Τὴν Πέλοπος Εὐρυμέδαν*] Matrem Alcmenes non Eurydicen, ut Scholion perperam indicat, sed Lysidicen, Pelopis ac Hippodamiae filiam, nominat Plutarchus, auctor gravissimus et fide dignus, quem merito sequimur. Tametsi quidam Anaxo, filiam Alcaei, matrem Alcmenae assignent: quod negocium hic nobis minime facesset, quibus haud dubium est, quin *Εὐρυμέδαν* pro *Ἀνασιδίκην* a librario, aliud tum cogitante, sed tamen ultimas duas syllabas ex nomine *Ἀνδρομέδαν* quod paulo antecedit in memoria adhuc retinente, suppositum sit. Atque haec finis ratio fuerit. Quod ad principium, ex *Ἀνσι* in *Εὐρυ* facillimam esse mutationem, nemo non videt. Rhod. *Τὴν Πέλοπος Εὐρυδίκην*] Sic refinxi, obsecutus vetustis Codd.; quod pravum quidem est, nec longe tamen remotum a *Ἀνασιδίκῃ*, quam matrem Alcmenae dat Plutarch. in Thes. p. 4. A. Apollodoro II. Biblioth. 4. 5. breviumque scholiorum auctori Iliad. Ξ. 323. Anaxo, Alcaei filia, Alcmenes mater dicitur. Vid. et Pausan. VIII. 14. Wess.

254. 71. *Περὶ αὐτὸν ἀρετὴν*] *Τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ.* ut L. II. 46. *διαβεβοημένης — τῆς περὶ αὐτὰς ἀρετῆς.* Wess.

254. 74. *Τριπλασίαν τὴν νύκτα ποιῆσαι*] Hinc Herculem Lycophron v. 33. *τριέσπερον λέοντα* vocat, monentibus Schol. Homeri Iliad. Ξ. 323. Tzetze et Io. Meursio: nimirum oportebat ex hoc Iovis et Alcmenae congressu proseminari magnum aliquem et multis certaminibus insignem Deum, *μέγαν καὶ πολύαθλον θεὸν*, qui quidem una nocte ut absolveretur, fieri non poterat: *τοῦτον ἐν μιᾷ νυκτὶ ἀποτελεσθῆναι ἀδύνατον*, ut urbanissimus scurra Lucian. D. D. X. 1. iocatur, Aristide T. I. p. 56., sed serio, quae hominis superstitio, adstipulante. Wess.

255. 87. *Κατ' τὴν ἐκείνην*] Ordinem apostrophus ostendit *κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν*. Rhod.

255. 89. *Συνεργὸν ἔχουσαν Εἰλείθυιαν*] Poetam vide Iliad. *T.* 118. Apollodor. II. 4. 5. et Pausan. IX. 11. Wess.

255. 1. *Πεδίον Ἡράκλειον*] Thebani locum peregre advenientibus ostendebant, in quo Iuno Herculi infanti mammam praebuerat apud Pausan. IX. 25.; alii rem in coelo gestam fabulantur, circulique lactei originem inde derivant, ut Eratosthen. Catasterism. cap. ult. Wess.

255. 13. *Ὁ δὲ παῖς οὐ καταπλαγεὶς*] Sequor Euseb. et illi concordes Codd.; augent additae voces, ut statim cap. 10., seriem rei gestae, de qua Apollodor. II. 4. 8. Wess.

255. 15. *Διόπερ Ἀργεῖοι, πυθόμενοι τὸ γενόμενον* etc.] Apollinis responso Herculis hoc nomen, cum prius Alcaeus esset, Eustath. in Homer. p. 989. et Is. Tzetz. ad Lycophron. v. 662., etsi in sententia et scriptura oraculi discordes, contribuunt. Vide superius I. 24. Wess.

255. 27. *Ἐργίνῳ τῷ βασιλεῖ τῶν Μινυῶν*] Orchomeniorum rex erat Erginus, qui captis Thebis gravique tributo pressis, odii, non nisi Orchomeniorum exitio, de quo L. XV. 79. terminandi, civitatibus his materiam dedit. Belli initium et caussas exponit Pausan. IX. 37. et Apollodor. II. 3. 11. Wess.

255. 29. *Τῶν δεδουλωμένων ὑπεροχὴν*] Forte *δουλευσαμένων* scriptum fuit, vel quod verosimilius *δεδουλωκότων*. Tum sic vertendum erit, *eminentia illorum, qui iugo servili Thebanos oppresserant, nequaquam* etc. Ego ne quid temere mutarem, *τῶν δουλωμάτων*, quamvis minime placeat, interim legi. Rhod. Non sequor Rhodom. Vulgata mendi suspicione caret. Thomas Magist. *Δουλοῦμαι τὸν δεῖνα Ἀττικοὶ, οὐ δουλῶ.* cuius decretum ex omni parte verum etsi non sit, saepe tamen ea forma adhibetur. Euripid. Supplicib. v. 492. — *καὶ τὸν ἥσσονα Δουλούμεθ' ἄνδρες ἄνδρα καὶ πόλις πόλιν.* Aristides T. II. p. 21. *πάντα δουλοῦται καὶ κατέχει ῥᾳδίως.* Imo ne quid dubii supersit, auctor ipse inferius c. 28. *διὰ τὸ*, inquit, *Θησέα δεδουλῶσθαι τὴν ἡγεμόνα τῶν Ἀμαζόνων*, suum egregie vindicans. Wess.

256. 32. *Ἐκπραττομένους*] *Εἰσπραττομ.* Co. M. ut L. I. 18. sed vide Pausan. VII. 12. Wess.

Ibid. *Ἀκρωτηριάσας ἐξέβαλεν*] Naribus auribusque praecisis. *Ἀποτεμὼν αὐτῶν τὰ ὦτα καὶ τὰς ῥῖνας καὶ διὰ σχοινίων τὰς χεῖρας δήσας ἐκ τῶν τραχήλων* Apollodorus ait: qua e crudelitate Herculi nomen venit *Ῥινοκολούστης* apud Pausan. IX. 25. p. 758. Wess.

256. 39. *Οὐ γὰρ ἦν εὑρεῖν κατὰ τὴν πόλιν* etc.] Par olim conditio Israëlitarum principio regni Saulis, 1. Samuel. XIII. 22. Erat enim hoc e veterum inventis ad domitos in officio continendos, ne quo ferro, nisi ad agrum colendum, uterentur: quare et Postumius Ligures *ita exarmavit, ut vix reliquerit ferrum, quo terra coleretur*, in Flori L. II. 3. cum nota Freinshem. Wess.

256. 46. *Αὐτόν τε τὸν Ἐργῖνον ἀνεῖλε*] Sic in Marmore Inscript. Don. I. 98. et Apollodor.; Scholiastes Theocriti Idyl. XVI. 105. Herculem de Orchomeniis et eorum rege *Ὀργίλῳ* commissa pugna victoriam reportasse refert; satis quidem recte, modo *Ἐργίνῳ* refinxeris: Pausanias enim L. IX. 37. Erginum post acceptam cladem in plures annos superasse adfirmat. Wess.

256. 64. *Τούτων δὲ πραχθέντων*] Opinor scriptum olim fuisse *προσταχθέντων*, atque ex scribendi compendio, ut saepe, alterum progenitum. Iovis atque Apollinis mandata, quorum meminerat, id persuadent. Vid. ad L. I. 2. Wess.

256. 66. *Οὐδαμῶς ἄξιον ἔκρινε δεῖν τῆς ἰδίας ἀρετῆς*] Laudem illi Codd. meruissent, qui *ἄξιον* neglexerunt, si ineptum, et nihili, hoc quidem loco, verbum, *δεῖν* praeteriissent: quod cum pertinacissime defendant omnes, rectius erit *ἄξιον ἔκρινεν εἶναι τῆς* etc., ut bene advertit Cl. Io. Iensius in Epist. ad Io. Georg. Graevium, p. 407. Wess. Wesselingio favet MS. Vind., Iensio Diodorus supra p. 90. 24. *ἄδικον ἔκρινεν εἶναι.* 142. 17. *κρινόντων ἄξιον εἶναι.*

256. 74. *Τούτους ὡς πολεμίους κατετόξευσε*] De horum numero et mortis genere magna veteres inter lis est, diligenter exposita a criticis ad Pindari Isthmionic. Od. IV.; Is. Tzetz. in Lycophron. 38. *καὶ τοὺς τέσσαρας παῖδας αὐτοῦ τοξεύσας ἀνεῖλεν, Ὀνίτην, Θηρίμαχον, Δημοκόοντα καὶ Κρεοντιάδην. ὁ δὲ Πίνδαρος ὀκτὼ λέγει παῖδας — — ἕτεροι δὲ καὶ δύο υἱοὺς Ἰφικλέους τοῦ ἀδελφοῦ.* Ex quorum posteriorum numero Nicol. est Damascenus in Excerpt. Vales. p. 441.; cum Tzetze vero consentit Schol. Luciani D. D. XIII. 2., in *Δημοκόοντος* nomine adaeque vitiosus, ut Cel. T. Hemsterh. ostendit. Wess.

Ibid. *Μόλις*] *Μόγις* C. M. frequenti librariorum more. Conf. II. 48. Wess.

257. 82. *Ἄθλον τὸν ἐν Νεμ.* V. alique, nec absurde. Vide II. 46. Wess.

257. 83. *Ἄτρωτος δὲ ὢν σιδήρῳ*] *Leonem Nemaeum, quem Luna nutrierat, in antro Amphitreto Atrotum necavit.* Sic lego in Hygin. Fab. XXX.; nam *Amphriso*, ut in editis, ineptum est.

Leo in monte *Treto*, quod perforatus esset ex re ipsa dicto, cubile posuerat: hinc antrum eius *amphitretum*. Habet montem *Τρητὸν* prope Nemeam Pausan. II. 15., et Leonis originem lunarem Aelian. XII. H. A. 7. insuperque ex Achille in Commentariis Arateis Politian. Miscell. c. 17. Wess.

257. 94. *Ἅπαν τὸ ἴδιον σῶμα περιλαβὼν*] Aliis fortasse se probabit *περιβαλὼν*, quos non sequor, tametsi nihil vulgatius horum commutatione in vetustioribus schedis, ut L. XI. 30. videbitur. Obstat et vocis forma et quod praecessit *περιθέμενος*. Wess.

257. 96. *Ἧς ἐξ ἑνὸς σώματος ἑκατὸν αὐχένες*] Totidem capita illi affinxit Ovid. IX. Met. 70.

Vulneribus foecunda suis erat illa: nec ullum
De centum numero caput est inpune recisum,
Quin gemino cervix herede valentior esset.

Novem duntaxat Gregor. Nazianz. Orat. III. p. 92. C. Septem alii, de quibus ad Ovidium Nobilissim. Heinsius et in Hygin. Fab. XXX. Muncker. Wess.

257. 4. *Λαμπάδι καομένῃ ἐπικαίειν*] Nicandrum Ther. v. 688. et Apollodor. II. Bibl. 4. 2. adi. Wess.

257. 8. *Ἐρυμάνθιον* Co. quod praestat ex Ethnicographi praecepto. Wess.

257. 9. *Ἐν πεδίῳ τῆς Ἀρκαδίας*] Quod Mutin. schedae offerunt singulare est, et ea dignitate, ut paene verum, modo *Λαμπείᾳ* scribatur, esse iudicem. Aper Erymanthius in monte, unde illi nomen, incubabat: pars Erymanthi erat Lampea; *εἴη δ' ἂν τοῦ ὄρους τοῦ Ἐρυμάνθου μοῖρα ἡ Λαμπεία* Pausan. ait L. VIII. 24. Immo eo in montis clivo, cui Lampea titulus, aper cubilia habebat. De eo enim Apollon. Rhod. I. 126.

— — — Ὅς ῥ' ἐνὶ βήσσῃς
Φέρβετο Λαμπείης, Ἐρυμάνθιον ἀμφέγα τῆρος.

Bene ergo *ἐν τῇ Λαμπείᾳ τῆς Ἀρκαδίας*. Vulgatum, quod scholion huius esse arbitror, sua in sede reliqui, ne nimium unis schedis tribuisse viderer. Wess.

257. 16. *Ὡς τὸ ἆθλον*] *Τὸν* haud dubie legendum. Rhod. Rhodom. sequitur Ammonium, qui *ἆθλος καὶ ἄθλον διαφέρει. ἀρσενικῶς μὲν γὰρ τὸν ἀγῶνα δηλοῖ, οὐδετέρως δὲ τὸ ἔπαθλον.* quod discrimen etsi recentiores Graeci fere observent, vetustissimis negligebatur: Homerus certe quidem *ἄεθλον* sive *ἆθλον* pro certamine posuit Odyss. *T*, 584. *Ω*, 85.; fecit et Pindar. Olympion. Od. I. 5. atque alii: unde *Herculis athla* in princip. Fab. XXX. Hygini. Noster *τὸν ἆθλον* mavult: quare et hic et cap. 25. ac c. 41. corrigendum censeo. Vid. Eustath. in Hom. p. 1879. Wess.

257. 17. *Ταμιευσάμενος ἀκριβῶς τὴν συμμετρίαν*] Dicuntur milites *ταμιεύεσθαι*, cum non omnes suas vires primo impetu effundunt, sed eas, ut Seneca ait, *dispensant*. Dio Chryso-

stom. Orat. XI. p. 177. de Hectore cum Achille congresso, ἅτε οὐδὲν οὐ ταμιευσάμενος ἐν τῷ ἀγῶνι. ubi Is. Casaub. vocis usum eleganter, sicuti et ad Sueton. Caes. c. 32., explicuit. Hoc qui negligunt, illis Ioseph. IV. B. I. 1. 6. τῆς ὁρμῆς τὸ ἀταμίευτον tribuit. Wess.

258. 20. *Εἰς χαλκοῦν πίθον*] Aut bis se meticulosus homo illud in dolium abdidit, aut discedit Noster ab Apollodoro, qui Nemeo allato leone illum in id vas demergit, L. II. Biblioth. 4. 1. Wess.

258. 37. *Πρὸς τοὺς ἀπὸ μὲν μητρὸς θεοὺς*] De Centaurorum origine copiosius infra cap. 72. Wess.

258. 42. *Ἕτεροι δὲ βουφόνους πελέκεις*] Hesiodus Hercul. Scut. v. 190. armat eos ἔγχεσιν ἠδ' ἐλάταις *hastis atque abietibus.* Nostri *βουφόνοι πελέκεις* secures sunt earum ex genere, quibus victimas caedebant: quare in poëtae Odyss. Γ. 442.

— *Πέλεκυν δὲ μενεπτόλεμος Θρασυμήδης*
Ὀξὺν ἔχων ἐν χειρὶ παρίστατο, βοῦν ἐπικόψων.

et *βουφόνος victimarius* Pausan. I. 24. p. 57. et *βουτύπος* Apoll. Rh. II. 91. ὁ τοὺς θυομένους βοῦς τῷ πελέκει τύπτων, sicuti explicant Critici veteres. Wess.

258. 46. *Ἐρημισμένῳ*] *Ἠρεισμένῳ* Co. M. Vide I. 47. Wess.

258. 52. *Ἀργεῖος καὶ Ἀμφίων*] Apollodorus *Ἄγχιον καὶ Ἄγριον* Centauros cum Hercule conmittit; haud scio an hinc adiuvandus, an contra Diodorus. Variant in horum nominibus vetusti scriptores, alios atque alios conmemorantes. *Ὀρεῖον* eiusque cum Hercule certamen non praeteriit Pausan. III. 18. p. 256. Tu Hesiod. Scut. Herc. v. 185. vide. Wess.

259. 66. *Φολόη γὰρ ὀνομαζόμενον*] Satis itaque inproprie Centauros Oppian. II. Cyneg. v. 5. adpellat

Ἀμφίποδος Φολόης ἀνεμώδεος ἄγρια φῦλα
Θηρομιγῆ.

et Statius III. Theb. v. 604. *Pholoës habitatores opacae.* Id excusari difficulter poterit, quod montem eum ex media Arcadia in Thessaliam transferat Lutatius eum in poëtae versum Achilleid. I. 238. Wess.

259. 72. *Τὴν χρυσόκερων — ἔλαφον*] Cornutam hanc cervam plerique perhibuerunt, et tametsi eos redarguat Aristoteles de Poës. c. 25., tuetur Aelian. VII. H. A. 39. scholiastesque Pindari in Od. III. Olympion. et praeter ceteros Ezech. Spanhem. in Callimachi H. in Dian. v. 102. Wess.

259. 75. *Τῆς κατὰ τὸ σῶμα ῥώμης*] *Τοῦ σώματος* Co. M. vulgatum Diodori est, ut I. 65. saepeque alias, et statim iterum. Wess.

259. 76. *Διὰ τῆς στειβίας χειρώσασθαι*] Praestat *στιβίας. Στειβεύειν* enim, vel potius *στιβεύειν*, venatorum canumque est, cum per saltus camposque feras vestigando quaerunt. Nicol. Damascen. Exc. Vales. p. 449. τὸν δὲ ἐν κυνηγεσίοις θη-

ρᾶν ἀναγκάζων καὶ στιβεύειν ἐν ὄρεσιν. Sic lego: neque enim *στιβεύων* ibi opportunum. Noster L. V. 3. *τοὺς κυνηγεῖν εἰωθότας κύνας μὴ δύνασθαι στειβεύειν.* unde in fragmento Sostrati *στιβευταὶ κύνες* apud Stobensem Ioan. Serm. LXII. p. 403. sunt *canes vestigatores*, sive *odorisequi*, sicuti dicuntur poëtae, quem ego Livium Andronicum nunquam putavero, in Grammat. Mar. Victorini L. I. p. 2512. Wess. *Στιβίας* reponit Rhod. in Add.

259. 85. *Χειρώσασθαι τὰ ζῶα*] Nihil necesse mihi videtur, ut hinc quidquam demutetur. De avium multitudine consentit Apollodor. II. 4. 6. sed ab editoribus male habitus, *εἰς ταύτην*, paludem Stymphalidem, *ὄρνεις συνέφυγον πλωΐδες* etc. Scripti libri *ἄπλετοι*, quod arripi oportuerat, inmensam multitudinem distincte explicans, sicuti in Polybio III. 100. *ἄπλετον πλῆθος*, et Plutarcho T. II. p. 420. B. *ἄπλετοι ἐτῶν περίοδοι.* Quod enim nunc legitur *πλωΐδες* nimis est poëticum, atque ex Apollon. Rhodio translatum. Wess.

259. 87. *Κατασκευάσας χαλκῆν πλατάγην*] Etymolog. *πλαταγὴ, κρόταλόν ἐστι χαλκοῦν*, tono voci ex Herodiani sententia adscripto. Apollon. Rhod. II. 1057.

Ἀλλ' ὄγε χαλκείην πλαταγὴν ἐνὶ χερσὶ τινάσσων
Δούπει ἐπὶ σκοπίης περιμήκεος.

ubi Critici veteres plura. Wess.

259. 92. *Τὴν αὐλὴν τοῦ Ἀυγέου*] Hoc malo: sic et c. 33.; *Ἀυγείου* poëtarum est, quamquam nec solutae orationis scriptoribus plane insolens, uti admonere haud neglexit Sylburg. in Pausan. V. 1. p. 377. Wess.

259. 97. *Τὸν Πηνειὸν καλ. ποταμὸν*] Peneum Thessaliae fluvium esse pueris fere notum est. Sed qua naturae conversione certe miranda in Peloponnesum migravit? Hoc populus librariorum curat scilicet. Restituamus ergo quasi postliminio *τὸν Ἀλφειὸν*, nativum Elidis in Arcadia Peloponnesi amnem. Haec Rhodom. quae deinceps deleri iussit: Nam, inquit, et Peloponnesus fluvium habet Peneum, qui primariam Elidis urbem perfluit, ut Strabo annotat l. VIII. et Gerbelius in eruditiss. Graeciae descriptione: *ὁμοπατρίας* causae sunt variae populorum Graeciae obmigrationes. Rhod. *Τὸν Πηνειὸν καλούμενον ποταμὸν*] Hunc fluvium ad Augiae stabulum repurgandum ab Hercule derivatum Pausanias L. V. 1. p. 377. non *Πηνειὸν*, sed *Μυνήϊον* vocat. Est tamen etiam Peneius in Eleorum regione, teste Strabone lib. VIII. p. 519. B., ubi eum ter nominat. Ideo nihil mutandum: credo eundem esse Peneum Diodori et Strabonis et Minyeium Pausaniae. Scilicet *Πηνειὸς Μινυήϊος* dictus est forte ad differentiam Thessalici Penei. Nam Minyae in iis partibus etiam habitavere, ut nos docet Strabo eodem libro VIII. p. 533. B. Non potest autem intelligi de Anigro, qui etiam Minyeius dictus est, qui per arenas fluens et gravis odoris aquas volvit, non est commodus educationi boum, et qui non

poterat deduci ad Elidem, ubi regnabat Augias, multo terrarum spatio et ipso Alpheo intercedente. Vel igitur apud Pausaniam legere oportet *Πηνειοῦ* pro *Μιννήϊον*, quod non puto, eo quod Anigrus etiam *Μιννήϊος* dicebatur, vel Peneius et Minyeius idem et unus fluvius fuit, quod credo. Sed hanc quaestionem fuse tractamus in nostra Graecia Antiqua. PALM. Rhodomanni coniecturam probant schedae Coisl. et Mutin., estque ad hanc rem *Alpheus* satis opportunus: nec minus tamen commodus *Peneus*. Apollodorus II. 4. 5. de stabuli Augeae purgatione ab Hercule inchoata, *καὶ τὸν Ἀλφειὸν ποταμὸν, καὶ τὸν Πηνειὸν σύνεγγυς ῥέοντα παροχετεύσας, ἐπήγαγεν*. Eum itaque aliorsum ne derivemus. In Pausania vero, mei si res arbitrii foret, libens legerem, *καὶ τοῦτο ἐξειργάσατο ἐκτρέψας τοῦ Πηνειοῦ τὸ ῥεῦμα ἐς τὴν κόπρον*. tum quod Apollodorus, Diodorus, Ptolemaeus et Strabo hoc nomine flumen adpellent, tum praeterea quod simili paene peccato ex Peneo *Μηνειὸν* librarii fecerint in Strabon. VIII. p. 519. B., reprehensi a Xylandro suo merito. WESS.

260. 6. *Ἐπ' αὐτῷ ναυστοληθεὶς*] Hoc malui, ut ambiguum vitaretur. Hercules tauro vectus mare, quod Cretam et Peloponnesum distinguit, tramisit. Servium in Aeneid. VIII. 294. et inf. c. 61. vide. WESS.

260. 9. *Κάλλιστον τῶν τόπων πρὸς τηλικαύτην* etc.] Philostratus idem docet, loci amoenitatem et commoda describens L. VIII. Vitae Apollon. c. 18. WESS.

260. 12. *Στεφανίτην δ' αὐτὸν κατεσκεύασεν*] Certamina, *ὧν τὰ ἆθλα ἐν στεφάνῳ μόνῳ, στεφανίτας ἐκάλεσαν*, Pollux III. 153. ait: quo modo saepe alii, Lycurg. in Leocrat. p. 154., Demosthen. in Leptin. p 308., Aristid. T. III. p. 421., Diogen. Laert. III. 88., qui *τοὺς ἀπὸ τῶν στεφανιτῶν ἀγώνων* in Graecia *εὐγενεῖς* sive nobiles esse habitos addit. Hinc diversi erant *ἀγῶνες θεματικοὶ*, cuiusmodi *ἀμφορίτης* in Pindari Schol. ad Olymp. Od. VIII. et *δωρίτης* atque *ἀργυρίτης* Plutarch. T. II. p. 820. E. et *χρηματίτης* in Schol. ad Pindari O. IX. Olymp. Porro quod adnectitur, Herculem sine ulla mercede de humano genere bene fuisse meritum, id ex Artemidoro II. 42. optime illustravit Olear. in Philostrat. VIII. Vit. Apoll. c. 7. p. 341. WESS.

260. 15. *Μηδενὸς τολμήσαντος — συγκριθῆναι*] Cum nemo auderet, ne Hercules sine adversario victor abiret, Iupiter pugilis personam induit, et cum eo in arenam descendit. Huc respicit Lycophron. Alexand. v. 41. et Is. Tzetz. WESS.

260. 19. *Καταγωνίσασθαι — καταπονῆσαι*] Ex duobus his infinitivis *καταγωνίσασθαι* et *καταπονῆσαι* alteruter abundat. STEPH. *Καταγωνίσασθαι* in margine Scholii vicem antea obtinuit, ut *τὸ καταπονῆσαι* explicaret: sed postea a librario in contextum qua cura quaque incuria translatum fuit. RHOD. Cum Rhodom. facit P. Faber I. Agonist. c. 31., neque ego dissentio. WESS.

260. 28. *Ἀθηνᾶ μὲν πέπλῳ*] Apollodor. II. 3. 11. ἔλαβε Hercules *παρ' Ἑρμοῦ μὲν ξίφος, παρ' Ἀπόλλωνος δὲ τόξα, παρὰ Ἡφαίστου θώρακα χρυσοῦν, παρὰ δὲ Ἀθηνᾶς πέπλον. ῥόπαλον μὲν γὰρ αὐτὸς ἔτεμεν ἐκ Νεμέας*· prorsus, si clavam excipias, ut Diodorus. Nollem itaque Apollodoro adscripsisset Th. Galaeus, *lege πέλτον vel παλτόν. Inepte Herculi peplum dat interpres:* id enim nimis calidum. Minerva Herculi *peplum* dono dedit *πρὸς εἰρηνικὴν ἀπόλαυσιν καὶ τέρψιν*, ut pacis tempore sese eo reficeret atque oblectaret; thoracem vero Vulcanus, ut eo munitus in proelia descenderet, ut auctor explicat. Wess.

260. 36. *Τὰ μικρὰ μυστήρια ἀνεστήσατο*] Parva haec mysteria Herculis caussa fuisse instituta agnoscit Schol. Aristophan. Plut. v. 846. et Is. Tzetz. in Lycophron. v. 1327. In illis purgatus lustratusque fuit, et multa edoctus, quae deinceps in maioribus suis ipse oculis usurparet. Elegantissime propterea de somno Plut. T. II. p. 107. E. *τὸν ὕπνον εἶναι τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια. προμύησις γὰρ ὄντως ἐστὶ τοῦ θανάτου ὁ ὕπνος.* Post dein Hercules ad inferos Cerberi caussa descensurus maioribus mysteriis Eleusine initiatus est, ut praeter Apollodor. II. 5. 12. et Plut. Thes. p. 16. A. Diodor. docet c. 25.; nam *τὰ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια* sunt maiora; minora quippe *ἐν Ἄγραις*, loco prope Athenas, ut ex Ethnicographo atque aliunde notum, tradebantur. Atque haec Io. Meursii caussa, percepta ab Hercule mysteria Eleusin. c. 5. confundentis, monenda fuerunt. Wess.

260. 38. *Πρώτη μὲν ἐμίγη γυναικὶ θνητῇ Νιόβῃ*] De Niobe eadem Apollodor. II. 1. 1., cuius posterorum Inachi longam seriem considerare si volueris et stemma digerere, verum esse reperies, decimam et sextam a Niobe, Phoronei filia, censendam esse Alcmenam, Herculis matrem. Wess.

261. 52. *Ἵνα τῇ ταύτης τιμῇ ὁ ἀγαθὸς κοσμηθείς*] *Si non scripserit Diodorus ἵνα τῇ ταύτης προσηγορίας (sive ἐπωνυμίας) τιμῇ, non video, quo illud ταύτης referri queat. At vero si προσηγορίας, vel simile non excidit, forte legendum ταύτῃ.* Haec Doctissim. Io. Iensius in Epist. ad Graev. p. 408.; cuius ego quidem conatum etsi non improbo, considerandum tamen propono, positne praevocabulum *ταύτης* pendere ex voce *ὀνομασίας*, quae verbo, quod praecessit, inest. Homericum quidem certe Iliad. *ψ*, 9.

Πάτροκλον κλαίωμεν. ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων,

si ὃ γὰρ ad *κλαυθμοῦ* vocabulum, ut volunt, pertineat, simillimum erit. Mox *ἀετὸν* R. Cl. 1. semper, quomodo I. 19. Wess.

261. 58. *Παραδόντος τὸ πῦρ τοῖς ἀνθρώποις*] Hac de re distinctius L. V. 67. Wess.

261. 61. *Τὸν μὲν ἀετὸν κατετόξευσε*] Ipse Prometheus in cognomine Luciani Dial. c. 20. *ἤδη τις ἐκ Θηβῶν ἀφῖξται*, inquit Mercurio, *σὸς φίλος — κατατοξεύσων — τὸν ἀετόν*. Vide superius L. I. 19. Wess.

261. 70. *Τὸν ἴδιον κύριον Διομήδη*] Sine detrimento *ἴδιον* omitti potest. Sequens autem *παρέλαβε* in *παρέβαλε* ut mutetur, sensus efflagitat. Rhod.

261. 74. *Ἱερὰς ἐποίησεν Ἥρας*] Ut vagae et sine custode essent, Iunoni consecratae, *ἄφετοι τῇ Ἥρᾳ*, quemadmodum in Arrian. VII. Exp. Alex. c. 20., de quo veterum more plura Is. Casaub. in Sueton. Caesar. c. 81. et auctor c. 18. Porro quod de harum prosapia, in Alexandri usque aetatem perennante, adnectitur, id verum esse Apollodor. II. 4. 8. infitiatur. Iam *τὰς ἵππους* quod dixerit, id neminem morabitur, moris, de quo Schol. in Euripid. Phoenis. v. 3., modo meminerit. Wess.

261. 77. *Τὸ χρυσόμαλλον δέρας*] Hoccine an *δέρος* malueris, perinde erit. Apollonio Rhod. nunc *δέρος*, modo *δέρας* dicitur, ut II. 1228. III. 88. IV. 1318. etc., Apollodoro *τὸ χρυσόμαλλον δέρας* I. 9. 16. et Liban. T. I. p. 273. C.; atque hoc monuisse sufficiat: recurret eadem rursus varietas in sequentibus. De Iasonis expeditione c. 41. Wess.

261. 84. *Πλησίον Θεμισκύρας πόλεως*] Conf. supr. II. 46. Wess.

261. 86. *Ἀμαζόνων*] *Ἀμαζονίδων* Vat. Reg. Vid. supr. II. 46. Wess.

262. 91. *Πρώτη — αὐτῷ συνάψασα μάχην Ἄελλα*] Enumerat nobilissimas Amazonum, *τὰς μάλιστα διαφερούσας*, quae cum Hercule in certamen descenderint, Stephanus in *Θιβαῖς*, sed longe aliis nominibus insignes. Wess.

262. 95. *Καιρίᾳ πληγῇ περιπεσοῦσα*] Haud omnino reiectaneum est optimarum schedarum *καιρίῳ πληγῇ*, quo usus auctor est I. XVIII. 31. Vulgatum tamen habet XI. 69. XIII. 13. Wess.

262. 99. *Ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσιν*] Dedi concordi Codd. consensui, ut hic et brevi post ita scriberetur, neque invito, ut arbitror, Diodoro, quippe c. 20. *ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσι ταῖς ἀλκαῖς διαφόρους* memorante. Alioqui *πολεμικὸν ἔργον* de rebus bellicis I. XIII. 87., et *ἔργον* de proelio haud sane inconditum esse solet. Vid. Appian. Hannibal. p. 568. et II. B. C. p. 716. Wess.

262. 5. *Ἀλλ' ἑαυταῖς συνασπίζουσαι*] Parmae obiectu invicem se defendentes, ut feminae illae, quae sumptis clypeis *συνήσπιζον τοῖς ἰδίοις ἀνδράσι* I. XVII. 84. pro quo *παρασπίζειν* Appian. III. B. C. p. 927. Wess.

262. 8. *Ὁμόσασα παρθένος εἶναι*] Longe rectius *παρθένος οὖσα διαμένειν*. Rhod.

262. 11. *Μελανίππη*] Iustino II. 4. *Menalippe*. Nostri *Melanippe* praestat, probante plurium exemplis Munckero in Hygin. Fab. XXX. et CLXXXVI. Wess.

262. 16. *Ἀντιόπην μὲν ἐδωρήσατο Θησεῖ*] In diversa

discedunt veteres. Philochorus adsentitur Nostro in Plut. Thes. p. 12. A.: alii *Hippolyten* Theseo datam perhibent, ut Plutarchus monuit et auctor c. 28., qua de lite plura Bernart. in Statii XII. Theb. v. 543. De Melanippe similis discordia; interfectam tradit vetus poeta in Schol. Pindar. Od. III. Nemeon., liberatam autem, accepta Hippolytes zona, ab Hercule, Apollon. Rhod. II. 968.

— — — *Ἀρητιάδα Μελανίππην*
Ἥρως Ἡρακλέης ἐλοχήσατο. καί οἱ ἄποινα
Ἱππολύτη ζωστῆρα παναίολον ἐγγυάλιξεν
Ἀμφὶ κασιγνήτης.

Iam Apollodorum si audis, Hippolyten Hercules obtruncatam spoliavit, ablato baltheo, L. II. 4. 9. Adeo Amazonum in rebus sibi non constant. Wess.

262. 26. *Ὅτι Χρυσάωρ, ὁ λαβὼν ἀπὸ τοῦ πλούτου* etc.] Pater erat Geryonis, id nomen ab aureo gladio, *χρυσὸν ἄορ ἔχων* Hesych. explicat, sortitus. Vid. infr. V. 17. Simili ex caussa Apollo *χρυσάωρ* Pindaro extrema Od. VIII. Pythion. et Apoll. Rhod. III. 1282. Wess.

262. 29. *Ταῖς ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσιν* etc.] Repone *τοῖς* pro *ταῖς*, cum nusquam alio quam ad *ἀνδραγαθήμασι* prior articulus referatur. Nisi *ἀνδραγαθίαις* forte auctor scripserit. Rhod.

263. 37. *Σφόδρα γὰρ εὐφυῶς ἡ νῆσος αὕτη κεῖται*] Verum hoc esse situs indicat. Opportune Aristoteles II. Polit. c. 8. *δοκεῖ δ' ἡ νῆσος*, Creta, *καὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν τὴν Ἑλληνικὴν πεφυκέναι καὶ κεῖσθαι καλῶς. πάσῃ γὰρ ἐπίκειται τῇ θαλάσσῃ, σχεδὸν τῶν Ἑλλήνων ἱδρυμένων περὶ τὴν θάλασσαν πάντων. insula autem videtur ad imperium Graecorum obtinendum nata pulcerrimeque posita: ad omne enim mare vergit, cunctis fere Graecis mare accolentibus* etc. Wess.

263. 43. *Οὐδὲν ἔτι τῶν ἀγρίων ζώων ὑπῆρχεν ἐν τῇ νήσῳ*] Propterea *ἄθηρος* Plutarcho T. II. p. 86. B. et Greg. Nazianz. Carm. XIII. 49., cuius utriusque et plurium aliorum, eandem rem adfirmantium, verba non fugerunt accuratam Io. Meursii diligentiam L. II. Cret. c. 8. Nec desunt tamen insulae serpentes, si ipsis Cretensibus fides, e quorum ore id se accepisse memorat Io. Brodaeus III. Miscellan. c. 11. Wess.

263. 49. *Τοὺς — καταπαλαισθέντας ξένους ἀποκτείναντα*] De Antaeo alia Aegyptii L. I. 21. Thebani Herculis virtutem et Antaei inmanem crudelitatem Pindarus cultissime descripsit Od. VII. extrema Isthmion. *καί τοι κατ' Ἀνταίου δόμους Θηβᾶν ἀπὸ Καδμειᾶν μορφὰν βραχὺς, ψυχὰν δ' ἄκαμπτος προσπαλαίσων ἦλθ' ἀνὴρ, τὰν πυροφόρον Λιβύαν Κρανίοις ὄψρα ξένων Ναὸν Ποσειδάωνος ἐρέφοντα σχέθοι.* Uberius Philostratus II. Icon. 21., atque ex eo P. Fab. I. Agon. 13. Wess.

263. 56. *Πολλὴν δὲ ἐλαιοφόρον*] Vulgatum, auctoritate opus si esset, Aeschylo Pers. v. 885. et Strabone patronis L. XII. p. 855. A. tueri se potuerat. Ego quod scripti Codd. probabant, restituendum censui. Wess.

263. 59. *Τοὺς παρανομοῦντας ἀνθρώπους — ἀποκτείνας*] Ob hanc caussam Hercules *καθαρτὴς ἀνομίας καὶ ἀδικίας, εἰσαγωγεὺς δὲ δικαιοσύνης καὶ ὁσιότητος* in Arrian. Epictet. III. 26. p. 354. quibus gemina commentatur Aristides T. I. p. 57. Wess.

263. 68. *Ἀνεῖλε Βούσιριν*] Busiris, modo unquam fuerit, Hercule Thebano multis aetatibus prior est, ut dudum docuit Isocrat. Laud Busir. p. 334. et Theo Progymn. c. 6. Vide supra L. I. 88. Wess.

263. 71. *Ἑκατόμπυλον*] Polybio I. 73. *Ἑκατοντάπυλος τῆς Λιβύης*. Noster suum probat in Excerpt. Vales. p. 273., insuperque docet Carthaginienses ductu atque auspiciis Hannonis urbem suo imperio subdidisse. Wess.

263. 78. *Τὸν πρὸς Γαδείροις ὠκεανὸν*] Sic oportuit. *Τὰ Γάδειρα* ipse adpellat L. V. 20. et L. XXV. 11. Wess.

264. 84. *Τὰς διωνομασμένας τῶν βοῶν ἀγέλας*] Adeo frequens *τοῦ διονομασθῆναι* de rebus in utramque partem celebribus in his libris usus est, ut mirer H. Steph. Thes. T. II. p. 1326. uno, eoque ipsi parum certo, exemplo potuisse defungi. Vid. mox c. 21. et 22. 29. XII. 84. XIV. 67. Neque auctoris idiotismus est: usurparunt et Strabo XIII. p. 916. A., ubi sine caussa adhaerescit Xylander; recurrit enim eodem libro p. 928. C.; et Dionysius T. II. p. 138. Par caussa est *τοῦ διωνύμου*, cum pro illustri ponitur, quod Stephan. ut probaret, difficulter a se inpetravit ad Appiani Iberic. p. 470., licet illi sit ea potestate tritissimum in Hannib. p. 533. et L. IV. B. C. p. 996. et p. 1049. Wess.

264. 88. *Ἐν δωρεᾷ*] *Ἐν δωρεαῖς* Co. M. ut supra I. 79. Wess.

264. 97. *Ἐπ' αὐτῷ*] Ad *ὠκεανὸν* refer et vide Apollodor. II. 4. 10. et Strabon. III. p. 260. Wess.

264. 2. *Ὅπως ἁλιτενοῦς — γενομένου*] Neglexerat interpres, forsan eradendum opinatus; cui, tametsi eam opinionem suffragio suo Reg. et Vat. firmant, non adstipulor. Plura III. 44. Wess.

264. 7. *Τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάττῃ*] Paullo superius *ἡ ἐντὸς θάλαττα*, sive, uti Auctor de Mundo c. 3., *ἡ ἔσω θάλαττα*. quo utroque modo mediterraneum mare designare solent. Strabo II. p. 182. C. de eo mari *ἡ ἐντὸς καὶ καθ' ἡμᾶς λεγομένη θάλαττα*. Romanis *nostrum mare*, veluti Sallustio Iugurth. c. 17. 18. et Apuleio de Mund. c. 3. Alioqui *ἡ καθ' ἡμᾶς θάλαττα* mare nobis est vicinum, unde et mediterraneo apud Graecos is titulus venit: *τὴν θάλατταν τὴν καθ' ὑμᾶς* mare Aegyptium in Orat. ad Alexandr.

p. 372. A., et *τὴν θάλατταν τὴν καθ' αὑτὴν*, quod Tarsum paene alluit, in Tarsic. II. p. 415. D. Dio Chrysost. adpellat. Verum de hoc genere opportuniore loco. WESS.

264. 16. *Περὶ τὸν Μινυεινὸν ῥεῖθρον*] Haud scio, an non scribendum sit *τὸ περὶ τὴν Μινύαν ῥεῖθρον*. Minyam enim Thessaliae urbem facit Stephanus. *Μινύειον* autem (quem Homerus Iliad. XI. v. 721. *Μινυήϊον* vocat) Strabo lib. VIII. p. 533. in descriptione Elidis, Messeniae fluvium vocat, a Minyis e Thessalia eo profectis. Unde fieri potest, ut huius quoque nominis fluvius in Thessalia exstiterit. Ego cum haec verterem, *χῶρον* vel *ἀγρὸν* subintelligi existimabam. Licet inter possessiva *Μινυεινὸν* mihi nondum sit deprehensum. RHOD. Hic locus firmat meam in superiore nota coniecturam. Nam fluvius, de quo hoc loco sermo fit, non potest alius esse, quam Cephissus, qui per Orchomeniorum Minyeiorum fines fluens, in Copaidem lacum se exonerat, et a hiatu quodam terrae ibi absorbebatur. Pausanias in Boeoticis c. 38. p. 787. ait Thebanos asserere Herculem obstructo illo subterraneo meatu Cephissum in Orchomeniorum fines immisisse, ut eos ulcisceretur. Cephissus est igitur procul dubio quem vocat Diodorus hoc loco Minyeium, *Μινυήϊον ῥεῖθρον*, eo quod per fines Orchomeniorum fluebat, qui ab omnibus Minyae cognomine perpetuo appellabantur: eodem modo Peneus per Minyeiorum in Elide et Triphylia habitantium fines fluebat. Minyeius dictus est, ut et Anigrus, et Minyeius est cognomen magis quam nomen, et pluribus fluviis conveniebat. PALM. Miror viros doctissimos ad haec offendisse; praesertim cum margini a Stephano adscripta a vero proxime abessent. *Orchomenus*, *Minyeus antea dictus* Boeotiae, non Thessaliae, ut prave Plin. IV. N. H. 8., urbs erat, *Μινύειος* Theocrito Idyl. XIV. 104. Strab. VIII. p. 534. A. Pausan. VIII. p. 784. atque aliis adpellata. Sub eius moenibus fontes habet fluvius *Melas*, qui ab ipsis paene fontibus navium capax, mox in stagna et lacus diffunditur, auctore Plut. in Pelop. p. 286. et Syll. p. 465. C. Atque hoc videtur esse flumen *τὸ περὶ τὸν Μινύειον Ὀρχομενὸν ῥεῖθρον*. Id vero si nolis, Cephissus erit, cuius meatus Hercules cum obstruxisset, ut late per Orchomeniorum agros stagnaret, effecit apud Pausan. VIII. 38. Vide et Hieroclis Synecd. p. 644. et inprimis Is. Vossium ad Melae II. 3. 50., loci huius primum instauratorem. WESS.

265. 28. *Ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν στρατείαν ἅλης Ἀλησίαν*] Optima conclusione hinc conficiunt viri egregii Franc. Fabricius ad Oros. L. VI. 11. et Is. Casaubon. in L. IV. p. 291. Strabonis, prave *Alexiam* eam urbem passim scribi. WESS.

265. 37. *Θεοῦ προσαγορευθέντος*] Solent Graeci *τὸν ἀποθεωθέντα*, hoc est *Divum*, semper *θεὸν* nuncupare. Strabo IV. p. 267. *οὕτω δὲ καὶ ὁ θεὸς Καῖσαρ ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν εἰρηκεν*. et Noster L. V. 21. De Alesia a Caesare subacta ipse diligenter

L. VII. B. G. 68. Situm describit Hadr. Vales. Notit. Gall. p. 11. Wess.

265. 41. Ὡδοποίησε τὴν τραχύτητα τῆς ὁδοῦ] Ammian. L. XV. 10. *Et licet haec, quam diximus, via media sit et compendiaria, magisque celebris, tamen etiam aliae multo antea temporibus sunt constructae diversis. Primam Thebaeus Hercules ad Geryonem exstinguendum, ut relatum est, et Tauriscum lenius gradiens, prope Maritimas composuit Alpes, hisque Graiarum indidit nomen.* Sic enim postrema recte constituisse Henr. Vales. opinor. *Graiarum Alpium* nomen ab Herculis expeditione repetunt Corn. Nepos Hannib. c. 3. Plin. III. N. H. 17., etsi Livius L. V. 34. neque id sine caussa, fabulis iter hoc transcribat. Wess.

265. 55. Φέρει καρποὺς πρὸς βίαν ὀλίγους] Blandiri posset πρὸς βίον ex Clarom. 2., nisi auctor ipse L. V. 39. ingenium soli Ligustici descripsisset asperum, inmite, quodque, nisi vi quadam coactum, frugibus ferendis parum se accommodet. Eadem Strabonis sententia L. V. p. 334. Genus loquendi firmabit Sophocles Oedip. Colon. v. 838. 1180. Wess.

265. 65. Παράδοξον καὶ καθ' ἡμᾶς etc.] Pro καὶ lego τοῖς, et sequens γενέσθαι amando. Rhod. Ego vero retineo utrumque. Significat sua quoque aetate id contigisse, quod Aristoteles et Posidonius et forte plures de sui temporis Ligurum feminis memoriae prodiderant. De Posidonio testis Strabo est L. III. p. 290. B., ubi Is. Casaub. haud obscure Diodorum taxat, nulla Posidonii mentione facta, ea exscribentem. Sed dissimile exemplum est, ut Strabonem conferenti patebit, et vir magnus deinceps animadvertit; nec excusari tamen prorsus bona fides auctoris potest, uti alias videbimus. De Aegyptiis mulieribus non dissimilia tradit Aelian. VII. H. A. 12. Mox ἐν οἷς, sive ἐν αἷς potius, hoc enim genus voci indere solet L. II. 49., commodius visum fuit. Wess.

266. 82. Ὑπὸ Ῥωμύλου τοῦ Ἄρεος] Initia urbis originemque Romuli pluribus exsecutus erat L. VII., quod ex egregio fragmento apud Syncellum Chronograph. p. 194. superstite cognitum exploratumque habemus. Wess.

266. 86. Κάκιος καὶ Πινάριος] Ex lib. I. Dionysii Halicarnassensis p. 26. edit. Rob. Stephan. Ποτίτιος restituo. Pro quo Ποτίκιος forte, ut alibi κ pro τ in propriis habetur, Diodorus scripsit. Horum familiae ut exstinctae fuerint, lege apud Livium IX. 29. et Alexandrum Genialium dierum lib. II. c. 14. Rhod. Factum ego vero Diodoro vehementer velim, ut tamen opera, a Rhodom. sedulo inpensa, recte procedat, vereor. Poggius quidem *Potitium* et *Pinarium* et statim *Potitiorum* in *Palatio cochleas* vertit, quod, si e scripto suo libro hausisset, Rhodomanni partes haud parum adiuvaret. Verum contra eum veniunt libri omnes, etiam Clarom., ceteroqui Florentino,

quo usum suspicor Poggium, consentientes: obest praeterea *Caci* cochlea, seu scalae Caci, quas Romae fuisse ostendam. Quare suspicor furacissimum Cacum, ut olim Herculem, ita et Diodorum in fraudem induisse. Legerat Cacum abductis in antrum bubus Herculem circumscribere fuisse adnisum: cuius memoria cum altius haereret, non sine errore pro *Potitio* Cacum sive *Cacium* posuit. Wess.

266. 90. *Τὸ τῶν Πιναρίων — γένος διαμένει*] Livius sua aetate *fuisse* significat L. I. 7.; Cicero durasse in sua tempora Orat. Pro Dom. c. 52., Claudius autem Mamertinus Panegyr. Maxim. Aug. c. 1. *hodieque*, inquit, *testatur Herculis ara maxima, et Herculei sacri custos familia Pinaria:* haud scio an satis ex vero. Wess.

266. 92. *Τοῦ δὲ Κακίου ἐν τῷ παλατίῳ κατάβασίς ἐστιν*] Haec liquidissimo arguunt, venisse ab auctore *Κάκιον*, non ut voluere, *Ποτίτιον*. *Scalae* enim *Caci* eo fuere loco. Solinus Polyhist. c. 1. *Romam condidit Romulus. — dictaque est primum Roma quadrata, quod ad aequilibrium foret posita. Ea incipit a Silva, quae est in area Apollinis, et ad supercilium SCALARUM CACI habet terminum, ubi tugurium fuit Faustuli.* Falluntur, qui in Aventino eas scalas quaesivere, iure reprehensi a Fam. Nardino VI. Rom. Vet. c. 12., oblito tamen huius loci, quo illarum situs monti Palatino manifestissime vindicatur. Wess.

266. 97. *Ἐκδεκατεύειν Ἡρακλεῖ τὴν οὐσίαν*] Lege quae hac de re annotat Alexander lib. III. Genial. Dier. Causas huius decimationis recenset Plutarchus in Problem. Quaest. Rom. XVIII. Vide Proverbium *Hercule dextro*. Rhod.

266. 7. *Κατέθυσε τῷ θεῷ πᾶσαν τὴν δεκάτην*] Non L. Lucullus solum, sed et Sulla, de quo Plutarch. T. I. p. 474. A. *ἀποθύων δὲ τῆς οὐσίας ἁπάσης τῷ Ἡρακλεῖ δεκάτην, ἑστιάσεις ἐποιεῖτο τῷ δήμῳ πολυτελεῖς.* et Crassus, omnium ditissimus, quo de idem T. I. p. 543. C. *ἀποθύσας μὲν τῷ Ἡρακλεῖ δεκάτην καὶ τὸν δῆμον ἑστιάσας, τρεῖς μυᾶς ἑκάστῳ Ῥωμαίων σιτηρέσιον ἐκ τῶν αὐτοῦ παρασχών.* quae ultima, tametsi immensae Licinii Crassi fuerint opes, nimia sunt et in *τρεῖς μῆνας* cum interprete convertenda. Plura de *Herculanea parte*, sive decimis, Ph. Beroaldus App. Adnotat. c. 11. Idem autem esse videtur *καταθύειν, ἀποθύειν δεκάτην* atque *ἐκδεκατεύειν τὰς οὐσίας*, ut paullo superius Noster dixit, *δεκατεύειν τοῖς θεοῖς* XI. 3. *δεκάτην καθιεροῦν* ibid. c. 65. *δεκάτην ἐξελέσθαι, δεκάτην ἀποστέλλειν*, quae omnia in his libris saepe obvia sunt. Wess.

266. 9. *Παρὰ τὸν Τίβεριν ἱερὸν ἀξιόλογον*] Fuisse creditur *Herculis Victoris* in foro Boario, quo nomine et aliud erat ad portam trigeminam in Macrobii Satur. III. 6. A priore non multum distabat *Ara Maxima*, ad quam *δεκατεύσεις χρημάτων συχνὰς καθ' ἑνιαυτούς* suo tempore in Herculis honorem fieri Dionŷ-

sius I. A. R. p. 33. docet. Templum et ara describuntur a Bart. Marliano III. Topogr. Rom. 15. Wess.

267. 11. *Θυσίας*] *Οὐσίας* M. quod frequens peccatum. Vide L. Kuster. in Aristoph. Equit. v. 103. Wess.

267. 19. *Ὁ τόπος Οὐεσούσιος*] Rectius *Οὐεσούϊος Vesuvius* foret, ut apud Strabon. V. p. 378., qui quoque docet, et aliunde id satis constat, loca ea quondam arsisse, eiusque incendii multa argumenta durare Porro *Phlegraeos campos* in hac vicinia fuisse, Polyb. III. 91. et Strabo consentiunt, quamquam aliam tituli caussam adferentes, quemadmodum in huius L. V. p. 373. Is. Casaub. docuit. Wess.

267. 21. *Τοὺς δ' οὖν Γίγαντας*] Vide inferius L. V. 71. et Apollodorum L. I. 6. 2. Wess.

267. 28. *Διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ κατὰ τὸ σῶμα μεγέθους*] Imo vero quod obscuris parentibus essent nati, cuius loci hominem *fraterculum Gigantis* adpellat Iuvenal. IV. 98., ut bene explicuit Angel. Politian. Miscell. c. 18. Conf. Stanleium in Aesch. Prometh. v. 351. Wess.

267. 33. *Περὶ τὴν Ἄορνον — λίμνην*] Eadem fere de lacu Averno Strabo V. p. 374. ubi Casaub. et Dio Cassius L. XLVIII. p. 443. Lycophron. v. 704. cum nota Potteri. Wess.

267. 34. *Ὀνομαζομένην*] Pro hoc participio *ὀνομαζομένην* lego *νομιζομένην*. Steph. et Rhod.

267. 35. *Μεταξὺ Μισηνοῦ καὶ Δικαιαρχείων*] Dio Cassius *μεταξὺ Μισηνοῦ καὶ Πυτεόλων*, quod idem. Urbem autem *Δικαιαρχίαν* Strabo V. p. 375. Pausan. IV. 35. p. 371. Iosephus. Vit. suae c. 3., at *Δικαρχίαν* L. XVIII. A. I. 6. 3. *Δικαάρχειαν* Stephanus adpellat. Iam quod H. Stephan. paullo ante *νομιζομένην* legit, id haud iniuria fieri suspicor. Vid. I. 32. Wess.

267. 38. *Φαίνεται τῇ χρόᾳ κυάνεον*] Legendum *κυάνεος*, nisi forte credibile sit eum dixisse *ἔχουσα ὕδωρ καθαρώτατον, φαίνεται κυάνεον*, pro *ὕδωρ ὃ ἔχει, καθαρώτατον ὄν, φαίνεται κυάνεον*. Steph. et Rhod. *κυάνεον* bene habet. *ἔχουσα* est enallage nominat. pro genit. dictum. *nam quum habeat ille lacus aquam purissimam, apparet ea aqua caerulea.* v. Wesseling. ad p. 148. 80. Reisk.

267. 40. *Γεγενῆσθαι νεκυομαντεῖον πρὸς αὐτῇ*] Huc referebant *τὰ περὶ τὴν νεκυΐαν τὴν Ὁμηρικὴν*, Ulyssemque aiebant ad inferos descendisse: quam fabulam secutus poëta Aen. VI. 137. *Facilis descensus Averno* etc., admonente Servio, deque Aenea, ad inferos se penetrante, plura commentus est. *Νεκυομαντεῖον*, pro quo *νεκυομάντιον* Pausan. L. IX. p. 769., olim et hic fuisse Strabo V. p. 374. A. prodidit. Wess.

267. 43. *Ἐκχῶσαι*] Potius *ἐγχῶσαι*. Rhod. *Τὸν μὲν ἔκρουν ἐγχῶσαι*] Sine controversia hoc verum est. Strabo V. p. 375. C. Herculem ait aggerem *διαχῶσαι, τὰς βοῦς ἐλαύνοντα τὰς*

Γηρυόνου. quare Lycophron v. 697. viam eam *λέοντος ἀτραποὺς βοῶν χωστὰς Leonis*, i. e. Herculis, *vias boum aggestas* adpellat. Vide Ph. Cluverii L. IV. I. A. p. 1122. Wess.

268. 51. *Τὰς κεφαλὰς καὶ τοὺς πόδας ἀνατιθέναι τῇ Ἀρτέμιδι*] Veterem venatorum morem, cuius vestigia nunc passim perennant, exponit Schol. Aristoph. Plut. 944. *ἦθος ἦν τοὺς θηρῶντάς τινα ἄγραν, μέρος τι τοῦ θηρωμένου, κεφαλὴν, ἢ πόδα προσηλοῦν πασσάλῳ ἐπί τινος δένδρου πρὸς τιμὴν τῆς Ἀρτέμιδος.* Nosterque Lib. IV. 83. V. 29. Symmachus V. Epist. 68. *honori*, inquit, *numinum datur, cornua sacrare cervorum, et aprugnos dentes liminibus adfigere.* Plura si velis, Ezech. Spanhem. in Callim. Hym. Dian. p. 205. adi. Wess.

268. 55. *Τὴν κεφαλὴν — ἑαυτῷ ἀνατίθησι*] Multo hoc significantius et superum contemptoris ingenio congruentius: neque enim Dianam ob neglectos ferae pedes tantum irae, etsi non nunquam *ἀκρόχολον*, concipere decebat. Videtur venator ea fuisse sententia, qua ille apud poetam,

Dextra mihi Deus et telum quod missile libro,
Nunc adsint: voveo praedonis corpore raptis
Indutum spoliis ipsum te, Lause, tropaeum
Aeneae. —

Aeneid. X. 773. Id vero opportune, quod hinc explicent diras, quibus Ibin v. 507. confixit Ovidius,

Isque vel exanimis faciat tibi vulnus: ut illi,
Ora super fixi quem cecidere suis.

Sed quod *Thoantem* hunc venatorem vetus adpellet interpres, id, unde acceperit, divinare non possum: quamquam illud quidem certe mihi adparet, eum Latina Poggii versione fuisse usum, dum haec commentaretur: *In Andragathia regione venator quidam nomine Thoas, insolenter locutus in Dianam, capite inmanis apri, quod in pinu suspenderat, cadente est interemptus.* Regionem enim *Andragathiam* facili opera Poggius nobis exstruxit, deceptusque *ἀνδραγαθίας* vocabulo Abr. Ortelium in fraudem induit, ut suum in Thesaur. adderet, *Andragathiam in Bruttiis, Posidoniatarum regionem* ex Diodoro. Mox ineptam Grammatici glossam eo relegavi, unde malum pedem intulerat. Wess. Eandem fabulam sive ex Diodoro sive aliunde narrat Libanius vol. I. p. 235. R.

268. 67. *Εὔξασθαι τοῖς θεοῖς ἀφανεῖς γενέσθαι τοὺς ἐνοχλοῦντας αὐτὸν*] Si *αὐτῷ* malueris ex Reg. et Coisl., auxilio occurrent Lysias Orat. V. 14. *ἐν γοῦν ἐπίστανται, μὴ ἐνοχλεῖν τοῖς ἠδικημένοις.* et Iuncus in Stobaei Florileg. Tit. CXX. p. 610. *ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἐνοχλεῖ τοῖς ἀνθρώποις, οὐ βραχὺς πόνος.* Sed hoc leve et paene arbitrarium est. Id Diodoro privum, quod cicadas occidione occisas refert, et ex agri Locrensis vicinia ita exterminatas, ut generis eius nullae [reliquiae] durarent. Ceteri

auctores sunt, cicadas in Rhegino silere omnes, ultra flumen Alecem, quod utramque regionem disiungit, in Locrensi vocales esse et canere. Sic Pausan. VI. 6. p. 466., Aelian. V. H. A. 8., quodam tamen cum discrimine, et Strabo VI. p. 399., ubi Is. Casaub. intactum non praeteriit Diodorum. Wess.

268. 75. *Ὄντος τοῦ διαστήματος σταδίων τριῶν καὶ δέκα*] Haud longe hinc abest Plinianum III. H. N. 8. Sicilia *quondam agro Bruttio cohaerens, mox interfuso mari avulsa, XII M. in longitudinem freto, in latitudinem autem MIↃ passus iuxta columnam Rheginam.* Alii contractius faciunt freti spatium, ut dictum est uberius ad Itin. Anton. p. 491. Porro ut Hercules adprehenso tauri cornu fretum tramisit, ita Daphnis *δύο βοῶν δύο κεράτων ταῖς δύο χερσὶ λαβόμενος* mare emensus ad continentem adnatat in Longi Pastoral. I. p. 33.; quod exemplum etsi Herculeum natandi modum illustret, non is tamen omnibus se probare potuit. Aliud Pausanias III. 16. p. 248. his, sed corruptissimis, verbis sectatur: *ταύτας γὰρ (τὰς βοῦς) τότε ἤλαυνεν Ἡρακλῆς, διανηξαμένας δὲ ἐπὶ Σικελίαν, κατὰ τὸν Ἕλειον τὸν κῦφον ἀνευρήσων ἐπεδιέβη.* Spectat *scyphum*, quo maria Herculem transvectum fabulantur apud Macrob. V. Saturn. c. 5. Id pulcre vidit vir doctissimus Ioach. Kuhnius; quod vero prava corrigit, *κατὰ τὸν Ἥλιον σκῦφον*, *solis scypho*, nimium est. Equidem *κατὰ τὴν Ἐλέαν τῷ σκύφῳ*, mei si res arbitrii foret, praeferrem: ut indicet Pausanias, ad urbem Eleam sive Veliam scyphum ingressum esse Heroem atque inde in Siciliam traiecisse. Velia non longe ab insula distat: et si longius abesset, qui scypho maria potuit transgredi, fretum hoc sine discrimine superaret. Wess.

268. 77. *Βουλόμενος ἐγκυκλωθῆναι πᾶσαν Σικελίαν*] Sic mox *τότε δ' ὁ Ἡρακλῆς ἐγκυκλούμενος τὴν Σικελίαν.* et cap. 24. *αὐτὸς δὲ κυκλωθεὶς τὸν Ἀδρίαν.* quo usu Synesius Catast. p. 303. B. *κυκλώσομαι τὸ θυσιαστήριον*, *altare circumibo*, ex Psalmo XXV. 6. Alioqui *ἐγκυκλωθῆναι* non aliud saepe esse solet ac incingere. Strabo V. p. 330. C. *ὅσην ἐγκυκλοῦνται τὰ Ἀπέννινα ὄρη.* et p. 333. B. *ὁ ἐγκυκλούμενος τὰ ἕλη.* Huc tamen pertinebunt, si mendo careant, Plutarchi T. II. p. 50. D. *οἱ ἀμφὶ πλουσίαν τράπεζαν ἐγκυκλούμενοι.* Wess.

268. 80. *Νύμφας ἀνεῖναι θερμὰ λουτρὰ*] *Ibycus* Vulcani beneficio, Minervae vero *Pisander* calidas has aquas acceptas refert, quamquam aliud tempus respiciens, in Schol. ad Aristoph. Nub. v. 1047. Zenobius Centur. VI. 29. *ἡ Ἀθηνᾶ τῷ Ἡρακλεῖ ἀνῆκε πολλαχοῦ θερμὰ λουτρὰ πρὸς ἀνάπαυλαν τῶν πόνων.* Diodoro accedit Pindarus extrema Od. XII. Olympion. *θερμὰ Νυμφῶν λουτρὰ* adpellans et Hesych. in *Ἡράκλεια λουτρά.* Factum vero inde est, ut lavacra omnium optima ab Hercule nomen inpetrarint. *Λουτρῶν τὰ ἥδιστα, Ἡράκλεια ἐπωνυμίαν ἔχοντά ἐστι* Aristides T. I. p. 64. Wess.

268. 82. *Τὰ μὲν Ἡμεραῖα*] Lege *Ἱμεραῖα* et pro *Ἐγεσταῖα*, *Αἰγεσταῖα*. Vid. Strabon. lib. VI. in descriptione Siciliae. RHOD. *Τὰ μὲν Ἱμεραῖα*] Priorem viri doctissimi coniecturam suo suffragio firmat liber Coislin., estque circa omne dubium certissima: ut mirum non sit, in ea probanda conspirasse Is. Casaub. in Strab. VI. p. 421. Ph. Cluver. II. Sicil. Antiq. p. 285. et Cl. Salmas. in Solin. p. 79. Altera non necessaria videri posset, quod *Ἔγεσταν* et *Ἐγεσταίους* Stephan. exemplo Thucydidis (vid. Sylburg. in Dionys. I. A. R. p. 42.) produxerit, nisi si Noster *Αἰγεσταίους* maluisset L. XII. 83. XIII. 6. et *Αἴγεσταν* XIV. 48. Quibus tamen in locis scripti libri *Ἐγεσταίους* et *Ἔγεσταν* cum praeoptent, ut contra Codd. consensum obnitar, induci non possum. WESS.

268. 87. *Ἀφροδίτης καὶ Βουτᾶ τοῦ τότε βασιλεύοντος*] Venerem et Neptunum illi parentes dant Apollodor. II. 5. 10. et Tzetzes in Lycophron. v. 866.; Diodoro adstipulatur Servius V. Aeneid. v. 412. Rectius autem fore arbitror *τοῦ ποτὲ βασιλεύοντος*. Eryx ea tempestate regno praecrat, non Butas. WESS.

269. 99. *Λωριεὺς ὁ Λακεδαιμόνιος*] Anaxandridae regis Spartanorum filius, Cleomenis frater, quem sibi in regni successione praelatum cum aegrius ferret, ductis in Siciliam circa Olympiad. LXVIII. colonis, Minoam instauravit, et novo Heracleae nomine donatam posteris tradidit. Herodotus V. 46. et Pausan. III. 16. huic rei auctores sunt. WESS.

269. 7. *Ἐν τοῖς οἰκείοις χρόνοις ἀναγράψομεν*] Huius promissi oblitus est, nisi si illis in libris memorarit, qui magno rei literariae damno interciderunt. Ph. Cluverius vigesimo postquam instaurata esset anno, sub tempus expeditionis Xerxis in Graeciam, ab Hamilcare, Siciliam ingenti CIↃ CIↃ navium et trecentorum millium exercitu invadente, deletam opinatur L. I. Sicil. Ant. p. 218. Mihi non liquet. Diodorus quidem certe ea in expeditione tam diligenter versatur, ut Heracleae stragem, si Hamilcari deberetur, neglecturus non videatur. WESS.

269. 12. *Τὸν καλλιστεύοντα τῶν ταύρων καθαγίσας*] Videtur taurus ab eo mactatus et in Cyanen demersus; quem morem post deinceps sollemnem habuerunt Syracusani, ut est L. V. 4. Ceteroqui *καθαγίζειν* de victimis, quae arae inpositae igne consumuntur apud Herodot. IV. 35. unde *καθαγίζειν ἐπὶ πυρὸς* Aelian. XIII. H. A. 21. et *καθαγίζειν τὰ ἱερεῖα πάντα igne penitus absumere* in Pausan. IX. p. 717. Vide inferius V. 32. et Iac. Perizon. ad III. V. H. 1. Aeliani. WESS. Ceterum *ΛΕΥΚΑΣΙΠΣ*, de quo mox 20., conspicitur in Syracusanorum numis apud Parutam Tab. CXLIV. ad quam vide Cl. Havercampi commentaria p. 859. IDEM in Add.

269. 21. *Καὶ Γαυγατᾶν* etc.] Ph. Cluver. I. Sicil. A. p. 30. *Καυχατᾶν* citat ex coniectura, uti suspicor. Si Codd. stat et valet auctoritas, *Γαυχάταν* praeoptandum. Ego vero in his nihil finio: neque enim constitutum habeo, sintne *omnia haec nomina*

Graecae originis. Rhodom. in Notarum Addend. *Πεδιοκράτην* corrigit. WESS.

269. 27. *Περὶ τὴν πόλιν τῶν Ἀγυριναίων*] Patria Diodori est, cui hanc gratiam rependit, ut eius sacra repetitasque ex ultima antiquitate fabulas copiosius declaret. Vide L. I. 4. WESS.

270. 43. *Ἡρωϊ Γηρυόνῃ*] Geryonis oraculum iuxta Patavium, quod Tiberius, Illyricum petens, adierit, memorat Sueton. Tib. c. 14. De hoc nihil legere memini. WESS.

270. 49. *Κόμας ἱερὰς Ἰολάῳ τρέφουσι*] De veterum superstitione, pro bona corporis valetudine crinem deo sacrum pascentium, nihil addo. Dixerunt abunde alii, Hadr. Iunius de Com. c. 4. Is. Casaub. in Theophrasti Charact. c. 21. Hendr. Lindenbrog. ad Censorin. D. N. c. 1. Stanleius Aeschyl. Choeph. v. 7. WESS.

270. 51. *Τὸν θεὸν Ἅλεων κατασκευάσωσι*] Vulgatae usque huc controversiam scripturae non esse motam, demiror, nihili quippe et prorsus inconcinnae. Haec pro se ipsa loquitur, et facile adsensum inpetrat. Aelian. XII. H. A. 1. *καὶ λέγουσιν Ἅλεων εἶναι τὸν θεόν.* Ipse Deus O. M. in Epist. ad Hebr. VIII. 12. *Ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν.* WESS.

270. 54. *Ἀλλ' οὗτοι μὲν* etc.] Videndum est quid pro *οὗτοι* debeat hic reponi. STEPH. H. Stephan. aliquid deesse opinatur. Sed integra erit sententia, si *ἀλλὰ μὴν* substituas. Propius tamen ad mendose exarata accedit *ἀλλ' ἤτοι μήν.* RHOD. *Ἀλλ' οὗτοι μὲν — ἀποκαθίστασθαί φασι*] Si anacoluthon, aut nominandi casum pro quarto, de quo genere Critici veteres ad Pindari Od. VII. Pythion. v. 6., positum agnosceres, salva fortasse res foret. Verum aliud scripti libri dant, quod amplecti oportere iudico. Non suam Diodorus, sed popularium hanc esse opinionem, significat. WESS.

270. 59. *Τὰς ἀπαντήσεις καὶ θυσίας τῷ θεῷ παρέστησαν*] Patet, verbum *παρέστησαν* unice sibi postulare vocem *θυσίας*, neque commode illi connecti posse *ἀπαντήσεις*· quod loquendi genus, quo duobus pluribusve nominibus additur verbum, quod ad eorum unum tantum potest referri, optimo cuivis excidit utroque in sermone. Thucydid. I. 17. de tyrannis, *προορώμενοι, ἔς τε τὸ σῶμα, καὶ ἐς τὸ τὸν ἴδιον οἶκον αὔξειν.* Hic enim *αὔξειν* duntaxat respicit *οἶκον.* cetera aliunde pendent, ut bene Scholiastes. Demosthen. II. in Aphob. p. 518. *τοῦτον δ' ὀγδοήκοντα μνᾶς (γεγράφθαι ἐν τῇ διαθήκῃ) καὶ τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν, καὶ τὴν οἰκίαν οἰκεῖν.* Ubi par ratio obtinet. *Οἰκεῖν οἰκίαν* bene coagmentantur; non item reliqua. Columella VI. R. R. 32. *quae cum expleta sunt, ut cicatricem et pilum ducant, maxime proderit fuligo.* Florus IV. 12. 37. *aliis os, aliis manus amputabant.* Virgil. Aeneid. IV. 375.

Amissam classem, socios a morte reduxi.
Aeneid. X. 71.

Tyrrhenamve fidem, aut gentis agitare quietas?
Vid. Servium Aeneid. VIII. 260. Wess.

270. 67. *Λαχίνιον μὲν κλέπτοντα τῶν βοῶν*] De Lacinio ab Hercule obtruncato Servius Aen. III. 552. Crotonem, unde urbi nomen, habent scholia in Theocriti Idyl. IV. 32. Wess.

271. 79. *Μετέσχε τῶν ἐν Ἐλευσῖνι μυστηρίων*] Vide superius c. 14. Wess.

271. 80. *Μουσαίου τοῦ Ὀρφέως υἱοῦ*] Pater Musaei controversus est, atque aliis Eumolpus perhibetur; quos quidem egregie tueretur epigramma in Schol. ad Comici Ran. v. 1065. et Diogene I. 3., si eiusdem esset aetatis. Aliis Antiphemus, ut Androtioni in Schol. Soph. Oedip. Col. v. 1046. Discipulum Orphei qui ferant, non desunt; quo sensu accipiendum putat Io. Alb. Fabricius I. Biblioth. Graec. 16. 3., cum a Platone, Diodoro, Iustino Martyre et aliis Orphei filius appellatur. Ego vero viro praestantissimo cupidissime largior, praeceptores discipulis *υἱῶν καὶ τέκνων* blandiora vocabula indidisse; quem tamen morem in historiarum conditoribus haud temere recipio. Wess.

271. 85. *Ποίημα συνέταξε θαυμαζόμενον*] Quodnam designet, non adfirmavero: Hymnosne, an Theologica, an de quo Euripides Alcestid. v. 967.

— οὐδέ τι φάρμακον
Θρῄσσαις ἐν σανίσι, τὰς
Ὀρφεία κατέγραψε
Γῆρυς. —

Plura enim illi tribuebantur, incertae pleraque fidei, de quibus Celeb. Io. A. Fabric. I. Bibl. Gr. 18. Wess.

271. 91. *Μέγιστος ἐγένετο — ἔν τε ταῖς τελεταῖς*] Diximus supra L. I. 23. Wess.

271. 99. *Παραπλησίως τῷ Διονύσῳ*] Commeminit Bacchici descensus ad inferos, ut matrem superorum in numerum transcriberet, Plutarch. T. II. p. 566. A.; et ne locum, unde in auras emerserat, ignoraremus, Troezenii in Dianae Sospitae templo, quod in urbis foro excitaverant, peregre advenientibus ostentabant in Pausan. II. 31. Quod matrem autem, diis insertam, *Θυώνην* (vid. superius III. 62.) adpellavit, id in consecratione, ut nomen mutarent, sollemne erat, docente Ezech. Spanhem. in Caesar. Iuliani p. 12. Wess.

271. 8. *Μετὰ Πειρίθου*] Pirithoum, aeternis constrictum vinculis, diro mulcandum supplicio inferis, Theseo Herculem liberatorem ad superos comitante, relinquit c. 65., Criticis in Apollon. Rh. I. 102. haud invitis. Wess.

271. 17. *Τινὲς δὲ λέγουσι ποίμνας προβάτων* etc.] In his nomen suum profitetur Agroetas in Schol. Apollon. Rhod. IV.

1397., Pherecydi, ut ibidem explicatur, prior placuit opinio. De *aurea* Homeri *Venere* eleganter Aelian. IV. H. A. 2., et cultissime omnium urbanissimus Lucian. D. Mort. IX. 3. Wess.

272. 21. *Λέγουσιν, ὅτι — τετευχέναι*] Novum videri possit *λέγουσιν ὅτι τετευχέναι*, et tollenda potius particula *ὅτι*. Sed ita loquitur cum alibi, tum p. 167. *μυθολογοῦσιν ὅτι εἰπεῖν*. et p. 192. *μυθολογῆσαι διότι ὑπάρχειν*. et p. 306. *ἔφασαν ὅτι δεῖξειν*. Ibidem vero *ὅτι* est *παρέλκον* et in alia sermonis forma. Steph. Loquuntur et alii ita. Strabo XV. p. 1064. A. de Indis *ὅτι προσόρμους οὐκ ἔχειν*. Philostratus VIII. Vit. Apoll. 7. p. 333. *καὶ οὕτω ἀθάνατος ὤν, ὡς μήδ' ὅτι Εὔφορβον εἶναι λελῆσθαι*. S. Lucas A. A. XXXVII. 10. *θεωρῶ, ὅτι — — μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν*, ubi ex Polybio et Arriano plura doctissimus Raphelius. Sine caussa ergo Berkelius haec Stephani in *Ἀμφιγένεια* mendi manifesta censuit, *φασὶ γὰρ, ὅτι ἐκεῖ παραγενομένη Λητὼ τεκεῖν τὸν Ἀπόλλωνα*. Wess.

272. 33. *Ἔσπερον καὶ Ἄτλαντα*] Conf. supra L. III. 60. Wess.

272. 38. *Τὰ πρόβατα μῆλα καλοῦντας*] Vide Schol. Sophocl. Aiac. v. 608. et in Theocrit. Idyl. IV. 10. Eustath. in Homer. p. 1383. et Ezech. Spanhem. in Callimachi H. Apoll. v. 51. Wess.

272. 40. *Ἑσπερίδα*] *Εὐεσπερίδα* Reg. vid. infr. c. 57. Wess.

Ibid. Συνοικῆσαι τῷ ἀδελφῷ] *Non dubium potest esse, quin scripserit Diodorus συνοικίσαι. Quis namque ignorat, συνοικεῖν esse* in matrimonio cum aliquo vivere, *συνοικίζειν* in matrimonium dare, *quod voluit heic Diodorus. Sic supra c.* 10. *βασιλεὺς Κρέων, θαυμάσας τὴν ἀρετὴν τοῦ νεανίσκου τήν τε θυγατέρα Μεγάραν συνῴκισεν αὐτῷ*, nuptui collocavit. *Eamdem Megaram ipse Hercules, ut refert Noster infra c.* 30., *dedit in matrimonium Iolao, τελέσας τοὺς ἄθλους τὴν μὲν ἑαυτοῦ γυναῖκα Μεγάραν συνῴκισεν Ἰολάῳ. Sic c.* 33. *in fine ὁ Τεύθρας ἄπαις ὢν ἀῤῥένων, τὴν θυγατέρα Αἰγιόπην συνῴκισε τῷ Τηλέφῳ· et in eiusdem c. principio Hippolyte dicta erat συνοικιζομένη Ἄξονι. Res haec nimis nota est, quam ut aliunde ulterius eam confirmare pergam ac ineptus fiam.* Bene haec Cl. Io. Iensius in Epist. ad Graevium p. 408., cuius coniecturae, si vel contra eam venissent scripti libri, fidenter locum dedissem: nihil enim horum permutatione frequentius. Vid. L. XII. 32. et Pausan. VIII. 4. p. 606., et *καὶ συνῴκησεν ἐρασθέντι τῷ Τεύθραντι* lege, non, uti editur, *συνῴκισεν*. Wess.

272. 51. *Ἀνταῖον μὲν ἀνελεῖν*] Vide supra c. 17. Wess.

272. 56. *Βασιλέα τῶν Αἰθιόπων*] In Arabia Emathionem ab Hercule occisum Apollodorus II. 5. 11. adfirmat. Sed vide eiusdem L. III. 11. 4. Wess.

273. 68. *Τὴν τῶν ἄστρων σφαῖραν φιλ.*] Dictum ante ea de re est L. III. 60. WESS.

273. 73. *Αἰνιττομένων τῶν ἀνθρ. τὸ γένος*] Ex *γεγονὸς* corruptum hoc esse divino. RHOD.

273. 80. *Δεδουλῶσθαι*] *Καταδεδουλῶσθαι* Co. M., ut Demosthen. de Chersones. p. 64. et Noster L. V. 15. Vide supra c. 10. WESS.

273. 81. *Ὡς ἔνιοι γράφουσι*] Conf. c. 16. WESS.

273. 84. *Τὸν Κιμμέριον Βόσπορον*] Sic debuerant, si recordati fuissent Aeschyli Prometh. v. 731.

Ἔσται δὲ θνητοῖς εἰσαεὶ λόγος μέγας
Τῆς σῆς πορείας, Βόσπορος δ' ἐπώνυμος
Κεκλήσεται. —

Atque infra XII. 31. XIV. 93. XX. 22. WESS.

273. 87. *Ὅπου νῦν ἐστι τὸ Ἀμαζονεῖον*] Stephanus *Ἀμαζόνειον*, sic enim ipse et Plutarch. et Suidas, *τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἔνθα Θησεὺς τῶν Ἀμαζόνων ἐκράτησε*. Immo ipsa in urbe fuit, teste Plut. Thes. p. 12. F. Aeschylus Amazonum castra in Areopago locat Eumen. v. 688. Conf. Maussac. in *Ἀμαζόνιον* Harpocrat. et Io. Meurs. Thes. c. 20. WESS.

273. 94. *Ἃς μὲν κατέκοψαν*] Plutarchus conditionibus bellum fuisse positum in Thes. p. 13. significat, prudenter addens, *καὶ θαυμαστὸν οὐκ ἔστι ἐπὶ πράγμασιν οὕτω παλαιοῖς πλανᾶσθαι τὴν ἱστορίαν*. Nostro praeter alios adstipulatur Lysias Orat. Funeb. c. 2. WESS.

273. 2. *Ἐπανίωμεν*] Supra *ἐπάνιμεν*. RHOD.

273. 11. *Θέσπις γὰρ ἀνὴρ ἦν*] Infra, videlicet p. 171. et 205. et alibi, genitivus est *Θεσπίου*, non ab hoc nominativo *Θέσπις*, sed a *Θεσπίας*. STEPH. et RHOD. *Θέσπιος γὰρ ἀνὴρ ἦν* etc.] Hoc nomine usus est Pausan. IX. 26. *οἱ δὲ Θέσπιόν φασιν ἐξ Ἀθηνῶν ἐλθόντα τὸ ὄνομα τῇ πόλει δοῦναι· γεγονέναι δὲ ἀπὸ Ἐρεχθέως αὐτόν*. Loquitur de Thespiis, earumque conditore, prorsus ut Noster. Tamen puellarum patrem non Thespium sed Thestium c. 28. p. 763. fuisse perhibet; qua in re consentaneos habet Athen. XIII. 1. Greg. Nazianz. Orat., III. p. 81., et his priorem Apollodor. III. 3. 9., ut monere haud neglexit diligentissimus Sylburgius. *Thespium* vocant Tzetzes Chiliad. II. 121., Hygin. Fab. CLXII. ubi plura Muncker. WESS.

274. 20. *Πατὴρ υἱῶν πεντήκοντα*] Omnes partu mares ediderunt, geminos tamen maior minorque natu, Pausan. IX. 28. et Apollod. II. 7. 8. Bene Greg. Nazianz. Orat. III. p. 108. B. *καὶ ταῖς πεντήκοντα Θεστίου θυγατράσιν ἐναθλεύων Ἡρακλῆς, ἐν μιᾷ νυκτὶ ὁ Τριέσπερος, καὶ τρισκαιδέκατον ἆθλον τοῦτον ἐπιτελέσας, οὐκ οἶδ' ὅπως τοῖς ἄλλοις γε οὐ συναριθμούμενον* etc. WESS.

274. 22. *Εἰς Σαρδῶνα*] Sic mox semel iterumque et L. XIV. 63., at rectius *εἰς Σαρδάνα* II. 35. et XV. 24., uti Polyb.

I. 24. Appian. Hannib. p. 550. Strabo V. p. 342. B. et optimus quisque. Ego Mss. sequar. WESS.

274. 24. *Καὶ συστρατευομένου*] Praeteritum sensus postulat, *συστρατευσαμένου*. RHOD.

274. 26. *Δύο μὲν κατέμειναν ἐν ταῖς Θήβαις*] Paullo aliter Apollodor. II. 7. 6. Hercules *πέμψας πρὸς Θέστιον, ἑπτὰ μὲν κατέχειν ἔλεγε παῖδας, τρεῖς δὲ εἰς Θήβας ἀποστέλλειν, τοὺς δὲ λοιποὺς τεσσαράκοντα πέμπειν εἰς Σαρδὼ τὴν νῆσον.* Sic enim recte MSS., quod et sagaci coniectura adsecutus erat Kuhn. in Pausan. VII. 2. Ergone hic *τῶν — παίδων τρεῖς μὲν* etc. scribendum, ut Apollodoro consentiat? quod profecto pronum foret, si hunc ducem unice sectaretur. Porro, cum *δημούχους* eorum posteros, qui Thespiis consederant, adpellatos ait, id magistratuum fuisse nomen innuit. Habet eundem titulum, etsi alia in re, Sophocles Oedip. Col. v. 448.

Ἐὰν γὰρ ὑμεῖς, ὦ ξένοι, θέλητέ μου
Σὺν ταῖσι ταῖς Σεμναῖσι ΔΗΜΟΥΧΟΙΣ θεαῖς
Ἀλκὴν ποιεῖσθαι. —

Eumenides enim Oedipus intelligit, Coloni civiumque praesides. Propius absunt *γᾶς τᾶσδε Δαμοῦχοι*, i. e. Theseus et qui cum eo Atticae regionis gubernatores erant, eiusdem Fab. v. 1080. WESS.

274. 35. *Ἰόλαιον*] *Ἐτυμολογώτερον* est *Ἰολαεῖον*, quod Favorini Lexicon approbare videtur, ubi pro *Ἰολάειον Ἰόλλειον* mendose scriptum est. RHOD. *Ἦν — καλεῖσθαι Ἰολαεῖον*] Visum est hoc praestare, modo arcessatur ad sententiam ex anterioribus *φασίν*. *Ἰολαεῖον* satis tuebuntur *Ἰοαλεῖοι* infra L. V. 15.; alteri, si qui pertinacius defendere velint, suffragabitur Pausan. X. 17. p. 837. *ἔστι δ' οὖν*, inquiens, *καὶ κατ' ἐμὲ ἔτι χωρία τε Ἰολάϊα ἐν τῇ Σαρδοῖ* etc. Mihi tamen meliorum Codd. potior videtur auctoritas. WESS.

274. 43. *Μεταστήσας*] Redde contextui suum *καταστήσας*. RHOD.

274. 44. *Δαίδαλον ἐκ τῆς Σικελίας*] Prudentius Diodorus, quam quidem illi, qui ab Aristaeo in Sardiniam deductum tradebant, merito reprehensi a Pausan. X. 17. Opera vero Iolai auspiciis per insulam condita, et ad Graecorum quidem morem ac modum, tetigit etiam Aristotel. Mirabil. p. 727. ed. Duvall. WESS.

274. 50. *Ὠνόμασε δὲ καὶ τοὺς λαοὺς Ἰολάους*] Puto scripsisse *Ἰολαείους*, ut L. V. 15.; in cuius nominis origine Diodoro accedunt Strabo V. p. 344. A. et Pausanias: mirum vero, Latinos Livium, Melam, Plinium eos *Ilienses* nuncupare; quos etsi corruptos, atque ex Diodoro et Strabone corrigendos confidentissime decreverit Salmas. in Solin. p. 70., vereor, ut omnium adsensum impetret. Pausanias, qui Iolaenses in Sardinia campos non praeteriit, *Iliensium* commeminit, *Ἰλιεῖς μὲν ὄνομα καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι ἔχουσι* inquiens L. X. p. 838., ac Troia arcessens, quem-

admodum et Silius XII. 362., ubi Salmasio iure optimo obloquitur Clariss. Drakenburgius. Equidem in hac Graecorum Latinorumque discordia non temere dissensero cum Ph. Cluverio Sard. Antiq. p. 484., fabulis omnia, quae de Iliensibus, Troia profugis, et Iolaensibus prodita sunt, transcribente, natis ex *Iolaensium* sive *Iliensium* in Sardinia indigenarum nomine; quod cum Poenorum sermone *altos* sive *montanos* indicet, sagacissime S. Bochartus *omen*, ait, *vel Iliensium vel Iolaensium factum ex Poeno* עלאי, *Olaë, quasi altos dixeris, i. e. montanos, quia, Poenis insulam invadentibus, in celsa loca se contulerant, quod et Pausanias et Strabo et Diodorus disertis verbis asserunt*, L. I. de Phoenic. Colon. c. 31. p. 575. Wess.

275. 57. *Καθάπερ οἱ Πέρσαι τὸν Κῦρον*] Conf. Herodot. II. 89. Pausan. VIII. 43. p. 690. Wess.

275. 71. *Τὸ δ' ἀποτέλεσμα τούτων ἀκολ.*] Id vero negant Strabo ceterique scriptorum, qui Sardorum res tetigerunt. Poeni Romanique insulam imperio suo subiecerunt, victisque imperarunt; quod cum Is. Casaubon. exploratissimum haberet, temerare non potuit, quin Diodor. perstringeret in Strabon. V. p. 344. Fortasse tamen id tantum voluit Noster hoc loco et L. V. 15., Iolaenses illos, in insulae montana refugientes, in antris seclusa miseram degisse vitam, reliquis victorum imperio parentibus. Wess.

275. 79. *Τὴν τοῦ βίου διεξαγωγὴν — ποιούμενοι*] Etiamsi vulgatum per se erat commodum, hoc postulat Codd. concors auctoritas. Callicratides ex Pythagorae sectatoribus in Io. Stobaei Sermon. LXXXIII. p. 485. *ἃ δ' ὑπερβάλλουσα κόσμιον ἐλευθέριόν τε καὶ διεξαγωγὰν, καταρχὰ ἔβριος καὶ ὀλέθρου ῥιζοῦται τοῖς ἀνθρώποις*· ubi caussa non erat, cur *διαγωγὰν* mallent. Wess.

275. 86. *Εἰρημένοις*] *Προειρημένοις* Co. R. solita permutatione, ut supra I. 53. et in Epist. ad Hebraeos X. 15. Wess.

275. 87. *Μεγάραν συνῴκισεν Ἰολάῳ*] Plutarchus mira credulitate Hercules, ait, *τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Μεγάραν Ἰολάῳ συνῴκισεν ἐκκαιδεκαέτει τότε ὄντι τρία καὶ τριάκοντα ἔτη τότε γεγενημένην*, Amator. T. II. p. 754. E. Euripides, Seneca, Lucianus et Hyginus Herculi furenti Megaram occidendam tradiderunt. Vid. T. Hemsterh. in Lucian. D. D. XIII. 2. Wess.

275. 1. *Μή που νεμόμεναι τυγχάνουσι*] Consentit Sophocles Trachin. v. 274.

Ὡς ἵκετ' αὖθις Ἴφιτος Τιρυνθίαν
Πρὸς κλιτὺν, ἵππους νομάδας ἐξιχνοσκοπῶν.
Τότ' ἄλλοσ' αὐτὸν ὄμμα, θατέρᾳ δὲ νοῦν
Ἔχοντ' ἀπ' ἄκρας ἦκε πυργώδους πλακός.

Apollodorus ab utroque in multis recedit L. II. 6. 2., quod in hoc genere, ut dictum alias est, nihil mirum. Wess.

276. 5. *Παρεκάλεσεν αὐτὸν καθᾶραι τὸν φόνον*] Homicidas velut conscelcratos atque inquinatos olim aversabantur omnes; quare ex amicis aliquem supplices adibant, ut lustratione instituta purgarentur. Hercules non Neleum tantum sed et Hippocoontis familiam Spartae, quorsum *καθαρσίων εἵνεκα* venerat ut sese Iphiti caede contaminatum abluerent ac lustrarent, rogarat, Pausan. III. 15. p. 244. auctore. Tangunt autem atque illustrant hunc morem Ism. Bulliald. in Theon. Mathem. p. 216. et H. Vales. in Damasceni Excerpt. p. 441. et Stanleius in Aeschyli Eumen. v. 579. *Τοῦ φόνου* Reg. non male. Vide tamen Apollodor. I. 6. 2. Wess.

276. 18. *Τῶν ποτε Μαιόνων, νῦν δὲ Λυδῶν*] Ita Stephanus gentem nominat: qui *Μῆονες* poëtis Ionum dialecto vocantur. Rhod. *Τῶν τότε Μαιόνων*] Sic scripsisse auctorem, quae sequuntur certo confirmant. Strabo XIII. p. 877. C. *Λυδοὶ οἱ τότε Μῆονες*. et eo multis annis prior Herodotus I. 7., *ἀπό τευ ὁ δῆμος Λύδιος ἐκλήθη ὁ πᾶς οὗτος, πρότερον Μῆων καλεόμενος*. quae quoque illorum Codd. scripturae, quibus *Μῆόνων* vox probatur, auxilio esse poterunt. Wess.

276. 22. *Τοὺς ὀνομαζομένους Κέρκωπας*] Notae horum fraudes et strophae vel ex *Κερκωπίζειν* et *Κερκώπων ἀγορὰ*, de quibus Zenob. I. 5. IV. 50. Harpocration in *Κέρκωψ*, Eustath. in Homer. p. 1864. atque alii. Wess.

276. 25. *Συλέα δὲ τοὺς παριόντας ξένους* etc.] Eadem Apollodorus, cuius verba in controversiam cum venerint, adscribenda sunt: *Συλέα δὲ*, ait, *ἐν Αὐλίδι τοὺς παριόντας ξένους σκάπτειν ἀναγκάζοντα — ἀπέκτεινε*. Mentio enim Aulidis doctissimum Th. Galaeum offendit, opinatum venisse ab Apollodoro *Συλέα δὲ τὸν Λύδιον*, uti in Tzetzae Chil. II. 332. Sed quid si in Lydia regio fuerit, cui nomen *Aulidis? Αὐλαὶ* quidem certe fuerunt in hac vicinia prope Aphrodisiadem, memoratae a Damascio in Vit. Isidori apud Phot. Cod. CCXLII. p. 1050.; poteritque adeo *ἐν Αὐλαῖς* tantisper refingi, dum *Aulis* aliunde eruatur, medicina leniore. Wess.

276. 28. *Λεηλατούντων*] Tertium λ pro τ typographicum est erratum. Verbum a *λεία* et *ἐλάω* compositum *praedam agere* significat. Rhod. *Ἰτώνων δὲ λεηλατούντων* etc.] *Ἰτώνη* Lydiae urbem Stephanus et cives eius *Ἰτωνίους* memorat in *Ἴτων*. Videtur eiusdem memoria fuisse in Doniana inscriptione Classe I. 98., sed quae nunc ea parte lacera est et defecta. Wess.

276. 34. *Λαμὸν ἐγέννησε*] Ovidius ratum hoc habet: sic enim Deianira Epist. IX. 53.

Una, recens crimen, praefertur adultera nobis,
Unde ego sum Lydo facta noverca Lamo.

Palaephato tamen Incredibil. c. 45. *Laomedes*, *Agelaus* Apollodoro II. 7. 8. Herculis et Omphales filius adpellatur. Wess.

276. 36. *Υἱὸς Κλεόλαος*] Facit vicinia nominum *Κλεολάου* et *Κλεοδαίου*, ut in dubio haeream, utro horum nuncupatus sit Herculis hic filius. *Cleodaeum* Herculis nepotem praeter Pausan. III. 15. p. 246. alii plures memorant in Sylburgii nota: et eum tamen *Κλεόλαον* Apollodor. II. 8. 2. vocat. Tua itaque, utrum malis, optio est. Ego interea tamen in vulgato acquieseam: tum Apollodori caussa, *Κλεολάου* cognomen huic inponentis L. II. 7. 8., tum quod nihil in eo nomine insolens sit, Cleolausque Clitoriensis in Pausan. VIII. 27. reperiatur. Illud paene addere neglexeram, Herodotum l. 7. et Hellanicum in Stephani *Ἀχέλη* in omnia alia discedere. WESS.

277. 42. *Μικρὸν ὕστερον διέξιμεν*] Inferius c. 43. WESS.

277. 46. *Ὀχτὼ* Mut. *ὀχτὼ*, *ὡς* quoque Vind. et Co. prave. Vid. Apollodor. II. 6. 4. WESS.

277. 49. *Ἀλλ' οἷον τότε*] Iliad. V. 638. ubi tamen exemplaria, etiam Romanum cum parecbolis seu paraphrasi Eustathii, *οἷόν τινα* habent. RHOD. *Ἀλλ' οἷόν τινα*] Sequor schedas Coislin., hoc probantes non hic tantum, sed et c. 50.; quo loco cum *Ἐξ οἵης* plerique omnes praeferant, idque in editis Homeri legatur, nolui scriptis libris refragari. WESS.

277. 56. *Τὸν Ἀμφιαράου υἱὸν Ὀϊκλέα*] Lege *τὸν Ἀντιφάτου*. nam Oïcles fuit Amphiarai quidem pater, Antiphati vero filius, et aliter non quadraret ad rationem temporis historia. Nam prius illud Ilii excidium Hercule duce factum multis annis praecessit expeditionem septem ducum ad Thebas, ubi Amphiaraus vigebat: ideo male convenit eius filio, ut cum Hercule Troiam potuisset exscindere. Tum Amphiaraus duos tantum filios habuit, Alcmaeonem et Amphilochum, ut ait Homerus Odyss. *O*. 248. et omnes antiqui. Ideo lege meo periculo *Ἀντιφάτου*. PALM. Nisi si alius hic sit Oicles, quod difficulter mihi persuadeo, vera est viri doctissimi divinatio. Stemma hominis ita recensent Critici in Pindari Nem. Od. IV. *Μελάμποδος Ἀντιφάτης, οὗ Ὀϊκλῆς, οὗ Ἀμφιάραος*. neque aliter Poeta Odyss. *O*, 244. et auctor ipse c. 70. WESS.

277. 68. *Καὶ πολλοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ κατασφάξας*] De conflictu, si qui in eo cadant, tritum hoc. Polybius XI. 2. *ἐν χειρῶν νόμῳ κατέστρεψε τὸν βίον*. et c. 17. *ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρε τὸν τύραννον*. Noster saepissime L. XIX. 43. XX. 56. et 67. WESS.

277. 71. *Τοὺς ἵππους*] *Τὰς* Co. M. ut cap. 50. WESS.

277. 81. *Εἰς Ὦλενον προσδεξάμενον*] Hoc personale seu proprium viri esse vix crediderim. Nam et insolentior est syntaxis, ac fere poetica, et dubium an Olenus quispiam nominatus fuerit. Ex Homeri autem Iliad. II. 639. et Strabone L. VIII. p. 594. Olenum Achaiae et Aetoliae urbem fuisse, notius est quam ut hic inculcetur. Quid igitur faciendum? Commodissima equidem ratio foret, si divisim legeretur *πρὸς Δεξάμενον*, ut hospitis Her-

culei nomen hic expressum acciperetur, nisi idem, quod Poggio in suo *Ephicano* accidit, nobis quoque eventurum vereremur. Tunc autem versio talis esset: *Re infecta Olenum ad Dexamenum regreditur.* Quod si εἰς motum ad personam hic significare contendas, hoc modo interpretandum est: *Ad Olenum, qui antea illum susceperat,* (τὸν προσδεξάμενον) *reversus est.* Nostra interim versio, *ad Olenum regressus, a N. quodam hospitio excipitur,* medium quasi tenet. Rhod. Lege confidenter πρὸς Δεξάμενον. Dexamenus fuit Oleni rex, qui Herculem excepit hospitio. Pausanias in Eliacis I. 3. et Achaicis c. 19. Hyginus c. 31. Apollodorus II. 5. 6. Palm. Εἰς Ὦλενον πρὸς Δεξαμενὸν] Vera est viri doctissimi et salutaris medicina, sed sera. Iam olim eam Diodoro fecerat excellenti eruditione vir P. Leopardus III. Emend. c. 5., cuius si recordatus fuisset aut Muncker., haud pauca eorum, quae Hygino Fab. XXXI. adscripsit, in solidum illi haud dubie transcripsisset: aut Kuhnius, non hercle tulisset aequo animo in Pausan. VIII. 18. τίς ὁ δεξάμενος ἐν Ὦλένῳ βασιλεύς. Fabulam hanc Timocles ἐν Κενταύρῳ ἢ Δεξαμενῷ declarasse videtur, citatus ab Athenaeo L. VI. 9., ubi vertentem Dalecampium, in *Centauro aut Labro*, castigavit Is. Casaubonus. Wess.

278. 82. Ἱππολύτης συνοικιζομένης Ἀξάνι] Forte Ἀξᾶνι ex Coisl. et Mut. praestiterit, quo nomine inter Arcadis liberos fuisse perhibetur, unde *Azaniae*, Arcadiae parti, cognomen venerit, dissentiente tamen Schol. Apollon. Rhod. II. 53., a Pausania VIII. 4. et criticis in Euripid. Orest. v. 1646. De puellae nomine res quoque dubia: Apollodorum si audis L. II. 5. 5. Mnesimache fuit; Hyginum si sequaris Fab. XXXI., Deianira. Praeterea *Eurytion* alius est, atque ille apud Poetam Odyss. φ, 295., ubi in scholiis Bacchylides huius commeminit. Wess.

278. 90. Τῆς Ἀρκαδίας ἐν Φενεῷ] Vide Pausan. VIII. 14. diligenter opera, quae Hercules Phenearum in commodum eo tempore absolverit, describentem. Wess.

278. 93. Εὔρυτον τὸν Αὐγέου] Vel est hic locus mendosus, vel est Diodori μνημονικὸν σφάλμα. Nam Eurytus non fuit Augeae filius, sed ex fratre Actore nepos ex Molionibus unus, quos Hercules insidiis exceptos in Cleonis occidit, ut docet Apollodorus II. 7. 2. Pausanias in Argolicis c. 15. Repone igitur τὸν Ἀκτορος, vel, si mavis, τὸν Αὐγέου ἀνεψιόν. Palm. Εὔρυτον τὸν Αὐγέου] In his sine dubio error est, in quo tollendo cum scripti libri operam frustrentur, facile patior Diodoro inputari. De caede Molionidarum Pindarus Olymp. Od. X. 35. et Pausan. II. 25. Αὐγαίου Co. semper. Vid. supr. c. 13. Wess.

278. 96. Ἐφόνευσεν Αὐγέαν] Negat Pausan. V. 3., non item Apollodor. II. 7. 2. Wess.

278. 3. Οἰωνὸν δὲ τὸν Αἰχμυνίου] Id puero nomen fuisse firmabunt haec Pausaniae III. 15. Οἰωνὸς ἡλικίαν μὲν μειράκιον,

ἀνεψιὸς δὲ Ἡρακλεῖ. Λικυμνίου γὰρ παῖς ἦν, τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Ἀλκμήνης etc. restituendum ergo fuit. WESS.

278. 8. *Τυνδάρεω*] *Τυνδάρεων* Co. M. satis recte. Vide Pausan. I. 33. et II. 18. ubi vulgatum, cum nota Sylburg. WESS.

278. 9. *Καὶ τὴν βασιλείαν Τυνδαρέῳ*] Postremam vocem auctori, ad sensum necessariam, reddidi. Delit eadem in veteri marmore, sed lacero et exolescentibus literis mire corrupto, Class. I. 98. Donii. *ΣΠΑΡΤΑΝ ΤΕ ΛΑΒΩΝ ΛΟΡΥΑΛΩιον ΤΟΝ ΠΙΠΟΚΟΩΝΤΑ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΠΑΙΔΑΣ ΦΟΝΕΥΣΑΣ Τυνδάρεων ΣΥΝ ΚΑΣΤΟΡΙ ΚΑΙ ΠΟΛΥΔΕΥΚΕΙ ΦΕΥΓΟΝΤα ΚΑΤΑΓΑΓΕ ΚΑΙ ΕΔΩΚΕ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΑ ΤΟΥΤΩ.* Sic fuisse puto. Adde Pausan. II. 18. p. 151. WESS.

278. 13. *Ἴφικλος*] *Ἰφικλῆς* Pausaniae VIII. 14., qui et eum in pugna cum Eleis et Molionidis letali vulnere percussum discessisse tradit. Plutarchus in nominis scriptura Pausaniae, in praelii loco et tempore Diodoro adstipulatur extremo Libro de Fraterno Amor. p. 492. T. II. Puto utroque modo dixisse, ut *Πάτροκλον*, *Ἐτέοκλον*, qui aliis *Πατροκλῆς*, *Ἐτεοκλῆς*, apud Eustath. in Iliad. p. 112. WESS. Mox verissime libri duo optimi *Κηφεὺς καὶ Κηφέως υἱοί*, quod Poggius quoque expresserat et firmat Apollodorus II. 7. 3.

278. 18. *Παρὰ Ἀλέῳ*] *Παραλέῳ* Cl. *παρὰ Λεῷ* Euseb. II. Praep. Evang. p. 56. Conf. P. Leopard. II. Emend. c. 16. WESS.

278. 25. *Καὶ προσέταξε καταποντίσαι*] Hecataeus Augen una cum filio arcae parentis iussu inclusam et in mare abiectam tradiderat, teste Pausan. VIII. 4.; id secutus est in *Auge* sua Euripides apud Strabon. XIII. p. 915. Nostri ordinem rei gestae praeter alios confirmant Tegeatae in Pausan. VIII. 48. et Alcidamas Orat. in Palamed. p. 185. WESS.

279. 27. *Κατὰ τὸ Παρθένιον ὄρος*] Conf. Callim. H. Del. v. 70. quaeque ad eum conmentatus est Ill. Ezech. Spanhem. Mox *ἐπί τινα χρείαν ἀναγκαίαν* idem est ac Epicteti in Florileg. Io. Stobaei Tit. CXX. p. 610. *τὶ τῶν ἀναγκαίων ποιεῖν*. WESS.

279. 39. *Κορύθου τοῦ βασιλέως*] Eadem Apollodor. III. 9. 1. Forsan ab eo Tegeatarum quidam *Κορυθεῖς* apud Pausan. VIII. 45. sunt appellati. WESS.

279. 48. *Ἅπαις ὢν ἀῤῥένων*] Addere alii solent *παίδων* vocem. Demosthen. Orat. advers. Spud. p. 590. *ἄπαιδος δ' ἐκείνου τελευτήσαντος ἀῤῥένων παίδων*. Andocid. de Myster. p. 15. Damascen. Excerpt. 486. Paullo aliter Herodotus I. 109. *καὶ ἄπαις ἔρσενος γόνου*. Mallem hic priores imitatus esset Diodorus, sicuti bene c. 41. WESS.

279. 62. *Μόνης δὲ τῆς Ἀρτέμιδος ὠλιγώρησεν*] Homerum Iliad. I. 530. etc. cultissime haec describentem vide. WESS.

279. 68. *Πολλοὺς τῶν ἀρίστων* etc.] Hoc malo, uti c. 32. *αὐτὸς μὲν μετὰ τῶν ἀρίστων προῆγεν ἐπὶ τὴν πόλιν*. Apollodo-

rus hac ipsa de re I. 8. 2. *τοὺς ἀρίστους ἐκ τῆς Ἑλλάδος πάντας ἐκάλεσε.* Infra c. 42. et 44. aliud valet. Wess.

279. 72. *Ἀταλάντης τῆς Σχοινέως*] De Atalanta, fueritne Iasii an Schoenei filia, veteribus non convenire, notissima res est. Ezech. Spanhem. ad Callim. H. Dian. v. 216. tanta diligentia eam scriptorum discordiam exsecutus est, ut aliis otium fecerit. Wess.

280. 75. *Συγκυνηγετοῦντες ἠγανάκτησαν*] Scholion recte et erudite *συγκυνηγοῦντες*, quamvis Favorinus inter synonyma *τοῦ κυνηγεῖν* etiam *κυνηγετεῖν* recenseat. Rhod. *Συγκυνηγοῦντες ἠγανάκτησαν*] Iniquum censui contra tot Codd. venire velle: alioqui *κυνηγετεῖν* eius est dignitatis, ut fideiussore Favorino non egeat. Usurpant Noster III. 44. IV. 86. Strabo XV. p. 1037. A., Aelian. I. H. A. 8., Diogen. Laert. II. 72., Pausan. V. 7. p. 390., *συγκυνηγετεῖν* in Ms. Oxonien. Incredib. c. 14. Palaephatus, *ἐκκυνηγετεῖν* Lycophron. Alex. v. 1025., *κυνηγετῆρ* Manetho L. IV. 337. etc. De data autem Atalantae apri pelle Nostro consentit Accius Meleagro, *Romanet gloria apud me, exuvias dignavi Atalantae dare*, in Non. Marcello p. 470. et p. 499. *cuius exuvias et coronam huic muneravit virgini.* quorum haec a Thestii filiis, illa ab ipso Meleagro videntur prolata. Wess.

280. 78. *Ἀταλάντην*] *Ἀταλάντῃ* Co. M. Vid. supr. III. 43. Wess.

280. 85. *Ἐπὶ τῇ τῶν ὁμαίμων ἀναιρέσει*] Denuo scriptorum librorum potior est auctoritas. Notum omnibus Sophocleum Antig. v. 523. *Ὅμαιμος ἐκ μιᾶς τε καὶ ταὐτοῦ πατρός* neque in obscuro Aeschyli VII. C. Theb. v. 357. *Ἁρπαγαὶ δὲ διαδρομᾶν ὁμαίμονες.* et nobile illud ex eadem Fabula v. 687. *Ἀνδροῖν δ' ὁμαίμοιν θάνατος ὧδ' αὐτοκτόνος, Οὐκ ἔστι γῆρας τοῦδε τοῦ μιάσματος.* Wess.

280. 90. *Ὅτι τότε τελευτήσει Μελέαγρος*] Sic oportuerat, aut *τότε τελευτήσειν Μελέαγρον, τὸν υἱὸν* etc., ut nemo nescit. Apollodorus, cuius verba aemulatur auctor, L. I. 8. 2. *τότε τελευτήσει Μελέαγρος, ὅταν ὁ καιόμενος ἐπὶ τῆς ἐσχάρας δαλὸς κατακαῇ.* Accius Meleagro, *Eum vitae finem ac fati internecionem fore Meleagro, ubi torris esset interfectus flammeus*, apud Nonium c. 1. p. 15. Conf. Schol. in Iliad. I. 544. Iam, quod *Ἀλθαίαν* Meleagri matrem adpellat, id bene habet; mallemque adeo a doctissimo Io. Christ. Wolfio id nominis ita restitutum fuisse Theophilo II. ad Autolyc. c. 7. 8., quam *Ἀλθέας* propugnatum. Wess.

280. 2. *Καὶ παρακελεύσασθαι ταύτην ἀφανίσαι*] Nihil erat profecto, cur hinc abiret Reg. Cod. Isocrates Evagor. prope finem, *καὶ γὰρ ἐκεῖνοι παρακελεύονται τῶν δρομέων οὐ τοῖς ἀπολελειμμένοις, ἀλλὰ τοῖς περὶ τῆς νίκης ἀγωνιζομένοις.* et Noster c. seq., qua *adhortandi incitandique* potestate vix quidquam tritius. De ipsa re Apollodor., etsi in omnibus Nostro non consentaneus,

I. 8. 4. *Ἱππόνουν τὸν πατέρα πέμψαι πρὸς Οἰνέα, πόρρω τῆς Ἑλλάδος ὄντα, ἐντειλάμενον ἀποστεῖλαι*, sive potius, *ἀποκτεῖναι*. Sic enim scripsisse eum suspicor; namque *ἀποστεῖλαι* absolute ita positum incongruens est et sermoni et rei, de qua agitur. Wess.

280. 14. *Ὡμοιωμένου τοῦ ποταμοῦ ταύρῳ*] Conf. Sophocl. Trachin. v. 10. 514. et Strabon. L. X. p. 703. Wess.

281. 24. *Οἱονεί τινὸς ἀμαλακιστίας*] Forte haec respexit Etymolog. in *Ἀμάλθεια* scribens: *Εἰσὶ δ' οἱ φασὶ παραπεπλάσθαι τὸ ὄνομα. εἶναι γὰρ αὐτὴν ἀμαλακιστίαν· παρὰ τὸ μὴ μαλάσσεσθαι καὶ ταπεινοῦσθαι.* Aliud sectatus est vetus scriptor in Stob. Serm. LIV. p. 369. ex Socratis opinione tradens, Amaltheae cornu *εἶναι σύμβολον, ἂν μή τις ᾖ μάλθων, ἀλλὰ ἐργάτης, πάντα ἔξειν ἀγαθά. κατὰ μὲν τὴν Ἀμάλθειαν, τοῦ μὴ μάλθωνος ταττομένου. κατὰ δὲ τὸ κέρας τοῦ βοὸς ἐργατικωτάτου ὄντος, τὸν ἐργάτην ἐνσημαίνεσθαι. symbolum esse eius, qui cum minime mollis, sed operi assiduo intentus sit, bona omnia consequitur. Amaltheam hominem haudquaquam segnem, cornu bovis, animalis laboriosissimi, rusticum operis studiosum indicare.* Addit deinceps, *διὸ καὶ ἔχοντες αὐτὸ εἰσάγονται ὅ, τε ἀγαθὸς δαίμων καὶ ἡ ἀγαθὴ τύχη.* quod verissimum esse ostendunt veteres numi et Dio Chrysostom. Orat. LXIV. p. 591. D. Wess.

281. 28. *Φυλέα τὸν βασιλέα τῶν Θεσπρωτῶν*] *Phylanta* adpellat Apollodor. II. 7. 8. et, quí eum exscripsit, auctor Argum. in Sophocl. Trachinias, nisi si utrobique peccatum sit, quod suspicor. Noster sponsorem dabit Homer. Iliad. *O*, 530. De Ephyra Thesprotorum abunde I. Palmer. II. Gr. Antiq. c. 5. Wess.

281. 31. *Παρ' Οἰνεῖ*] *Παροινεῖ* Euseb. II. P. Ev. p. 56., sed quem bene hinc correxit Viger. et ante eum P. Leopard. II. Emend. 9. Wess.

281. 32. *Εὐρυνόμου τοῦ Ἀρχιτέλους*] Nomen infelicis pueri controversum est: qui tamen *Eurynomum* vocarit, neminem praeter Diodorum reperio. *Eunomus* dicitur Herodoro in Athen. IX. cap. ult. et Apollodor. II. 7. 6., et forte verius. Adde Criticos veteres in Apollon. Rhod. I. 1212. Wess.

281. 39. *Νέσσον*] *Νέσον* Co., ut in vetustis Strabon. Edd. L. XII. p. 692. Wess.

Ibid. Μισθοῦ διαβιβάζοντα τὸν ποταμὸν] Conf. Hygin. Fab. XXXIV. cum Muncker. animadversionibus. Wess.

281. 56. *Ἔχων — συστρατεύοντας τῶν Ἀρκάδων*] Vid. supr. c. 34. et Apollodor. II. 7. 7., ubi et *Melienses* Arcadibus iunguntur; et Herodot. VIII. 73. Wess.

281. 60. *Τόν τε βασιλέα τῶν Δρυόπων ἀνεῖλε*] Idem docebatur in marmore Doniano Clas. I. 98., nunc temporum iniuria mirifice lacero. Aliunde tamen novimus, Herculem ex Phylantis filia Midea tulisse Antiochum. Docet id Pausan. X. 10. et I. 5., ubi *ἐκ Μήδας* recte mutant viri docti. *Μήδαν τὴν Φίλαντος*

Schol. Sophocl. Trachin. v. 464. adpellat, adaeque perperam. De Phylante diligenter Th. Reinesius, ut solet, Epist. XXIV. ad Rupert. p. 88. Wess.

282. 65. *Γληνέα καὶ Ὀδίτην*] Prius verissimum est: *Γληνὸς* enim sive *Γληνεὺς* dicebatur. Schol. Sophocl. Trachin. v. 53. *ἦσαν γὰρ αὐτῇ*, Deianirae, *παῖδες ἐξ Ἡρακλέους Ὕλλος, Κτήσιππος, Γληνὸς, Ὀδίτης*. Sic refingo corruptum *Ὀλίτης*, secutus T. Hemsterhusii iudicium; qui tamen *Hodites* aliis *Onytes* aut *Oneites* audit. Vide viri doctissimi notas in Luciani D. D. XIII. 2. et Cl. Th. Galaeum ad Apollodor. II. 7. 8. Wess.

282. 67. *Ἔκτισαν πόλιν Κάρνστον*] *Styra*, vicinum Carysto oppidum, Dryopibus dedit Pausan. IV. 34. p. 366. Nimirum *Dryopes* ab Hercule Apollini fuerunt consecrati, ut perhibent, et quaquaversum dispersi. Ipsa in Delo Poëta hoc genus habet Aeneid. IV. 146. Wess.

282. 72. *Ὦκησαν*] Verius est *ᾤκισαν*. quae quidem verba passim commutari, nota res est. Wess. in Add.

282. 73. *Ἀσίνην, Ἑρμιόνην, ἔτι δ' Ἰώνα*] Harum *Hermionem*, de qua ad Synecdem. Hierocl. p. 647., et *Asinen* Dryopibus contribuit Herodot. VIII. 73., posteriorem quoque Pausan. IV. 34. et Strabo VIII. p. 573., *Ἴονας*, sic Homerum imitatus Iliad. *B*, 68. vocat, Asinaeis vicinas, haud praeteriens. Conf. Iac. Gronov. ad Stephani *Ἰιών*. Wess.

282. 75. *Ὧν ἐβασίλευεν Αἰγιμαῖος*] Retineo *Αἰγίμιος*. nam p. 182. idem recurrit. Rhod. *Ὧν ἐβασίλευεν Αἰγίμιος*] Vere Rhodoman. Regi nomen fuisse *Αἰγιμίον* Pindarus, Apollodorus, Pausanias atque alii, quos diligenti opera conductos explicuit Henr. Valesius L. I. Emend. c. 32. et, cuius curae eos Valesii libros debemus, P. Burmannus, Franc. F., auctores sunt. Incoluisse autem Dorienses *Hestiaeotim*, regionem ad Ossam atque Olympum, docebunt Herodot. I. 56. et Harpocrat. in *Τετραρχία*. Wess.

282. 77. *Κορωνὸς ὁ Καινέως*] Vulgo quod legebatur *ὁ Φορωνέως*, id gradu possessioneque deieci. Coronus patre Caeneo natus est, propterea*que Κορωνὸς ὁ Καινέως* Apollodor. I. 8. 17. et *Κορωνὸς Καινείδης* Apollon. Rh. I. 57. et Homero Iliad. *B*, 746. dictus; quo de plura ne addam, facit diligentia Clariss. P. Burmanni in Catalogo Argonaut. Wess.

282. 80. *Ἐπὶ τρίτῳ μέρει*] Conf. L. II. 24. Wess.

282. 89. *Φυλάττειν τοῖς ἀφ' ἑαυτοῦ*] Repetiverunt eam partem Doridis Heraclidae, et Aegimio concedente incoluerunt, ut docetur c. 60. Huc referre soleo *τεθμοὺς Αἰγιμίου*, de quibus Pindar. Pythion. Od. I. 122.

— *Θέλοντι δὲ Παμφύλου*
Καὶ μὰν Ἡρακλειδᾶν ἔκγονοι
Ὄχθαις ὑπὸ Ταϋγέτου ναίοντες, αἰ-

Εἰ μένειν τεθμοῖσιν ἐν Αἰγιμίου
Δωριῆς. —

statuta intelligens, quibus edixerat, ut Doriensibus permixti Heraclidae tertiam semper regionis partem sibi praecipuam haberent. *Τὸ ἐπιβάλλον μέρος* attigimus L. I. 1. WESS.

282. 90. *Ὑπὸ Κύκνου τοῦ Ἄρεος*] Duplici et ancipiti certamine cum Cycno depugnavit, prioreque victus, posteriore victor Hercules discessit, Pindaro Olympion. Od. X. 19. et Stesichoro, a Criticis in Scholiis exscripto, auctoribus. WESS.

282. 91. *Ἐκ δὲ τῆς Ἰτώνου πορευόμενος*] Apollodor. II. 7. 7. *Ἴτωνα* vocat. Nostri, sive *Ἰτώνου* seu *Ἰτώνης*, ut schedae Mutin., legeris, nihil habere, cur illo posterius censeatur, Stephanus in *Ἴτων* cum Berkel. nota commonstrabit. WESS.

282. 93. *Ὀρμενίῳ τῷ βασιλεῖ συνέμιξεν*] Aut *Ὀρμενίου*, cuius in mentem venit Ed. Simsonio ad A. M. 2787., aut *Ὀρμενίων* legi oportet. *Amyntor* enim est, quem Ormenio imperasse, Strabo IX. p. 670. disertim docet. Male ergo in Apollodoro I. 7. 7. legitur: *ὡς δὲ εἰς Ὀρχομενὸν ἦκεν, Ἀμύντωρ αὐτὸν ὁ βασιλεὺς οὐκ εἴα διέρχεσθαι.* quod pravum esse, ipsa itineris, quod Heros ingressus erat, ratio ostendit. Itone Trachinem pergebat, quorsum Orchomeno transiens pervenire non potuit: ne dicam Ormenii regem fuisse Amyntorem, non Orchomeni. Scribe itaque *ὡς εἰς Ὀρμένιον ἦκεν.* Error natus est correctoris Grammatici nimia sedulitate, quae et hoc loco in Mut. et Coisl. Mss. *Ὀρχομενίῳ* exstruxit. WESS.

282. 97. *Τὴν δὲ Ἀστυδάμειαν αἰχμάλωτον λαβὼν*] Ctesippi matrem Astydamiam, Amyntoris filiam, Apollodor. II. 7. 8. non neglexit, Pindaro Olymp. Od. VII. 43. non suffragante, sed Tlepolemi genitricem perhibente, notato tamen ea propter a Schol. Homer. Iliad. *B*, 658. WESS.

282. 3. *Μολίονα καὶ Πύτιον*] In utroque nomine vitii aliquid inhaerere suspicor. Hesiodum in scholiis ad Sophocl. Trachin. v. 269. de Euryti stirpe canentem audi:

Τοῦ δ' υἱεῖς ἐγένοντο Δηΐων τε Κλύτιός τε,
Τοξεύς τ' ἀντίθεος, ἠδ' Ἴφιτος ὄζος Ἄρηος.

ei et Aristocrates, a Schol. sententiam dicere iussus, adsentitur, Euryti filios *Τοξέα*, *Κλύτιον*, *Δηΐονα* commemorans; neque de *Clytio* in diversa abit Apollon. Rhod. I. 87. Quare *Πύτιον* in *Κλύτιον* converte, quod propere faciendum esse, Cl. P. Burman. in Argonaut. Catalogo recte decrevit. De *Molione* idem arbitrabor, tametsi maius *Δηΐονα* inter et *Μολίονα* discrimen intercedat, donec Eurytus eum pro suo agnoscat. WESS.

283. 5. *Ἀκρωτήριον — — Κηναῖον*] Nullo praeter Sophoclem fideiussore hoc indiget Trachin. v. 243. 763. 1002. WESS.

283. 8. *Χιτῶνα καὶ ἱμάτιον*] Rhodom. vertit *indusium et tunicam*, me non probante. *Χιτὼν* tunica est, et *ἱμάτιον* vestis, quae illi iniicitur, sive pallium; pro tunica hac ipsa in fabula *ἐνδυτῆρα πέπλον* Sophocl. Trachin. v. 684. Vid. infr. XI. 26. et praeter Salmas. in Tertull. Pall. p. 397. Oct. Ferrar. III. R. Vest. c. 1. Wess.

283. 20. *Τὸν μὲν διακονήσαντα Λίχαν*] Hoc cur despicerem, nihil erat. Conf. Sophocl. Trachin. v. 790. et Apollodor. II. 7. 7. et loco *τὸν Κήυκα* refinge *τὸν Λίχαν*. Wess.

283. 27. *Ἀγχόνῃ τὸν βίον κατέστρεψεν*] Si fides Nutrici, testi oculatae, ipsa se gladio traiecit in Sophocl. Trach. v. 940. Hyllus idem maternae mortis genus patri exponit in Senecae Herc. Oet. v. 1457. A nostri tamen partibus contra utrumque stat Apollodor. II. 7. 7., et, qui eum exscripsisse videtur, Zenobius I. 33. Wess.

283. 30. *Πυρὰν ἐὐμεγέθη*] Sollemne hoc rogo nomen, quo Hercules deflagravit, quod et ipsi in Oeta monte loco pertinacissime adhaesit. Livius XXXVI. 30. *Herculique sacrificium fecit in eo loco, quem* Pyram, *quod ibi mortale corpus eius dei sit crematum, appellant.* Praeivit Graecis ea in re Hercules, cum ad Philoeteten in cognomine Sophocl. fabula v. 1427. *Τόξων ἐμῶν μνημεῖα πρὸς πυρὰν ἐμὴν Κόμιζε.* — Plura solita sibi sedulitate Tib. Hemsterh. in Luciani Tim. c. 12. Wess.

283. 36. *Μόνος Φιλοκτήτης ἐπείσθη*] Conf. Muncker. Hygin. Fab. XXXVI. et de ossilegio, *ὀστολογίᾳ*, Desid. Herald. I. Advers. c. 7. Wess.

283. 43. *Μεθίστασθαι*] *Μεθεστᾶσθαι*. Parenthetica autem *εἰς θεοὺς* glossema sapiunt. Pro *ἁγιασμοὺς* in proximo versu repone *ἁγισμούς*. Rhod. *Εἰς θεοὺς μεθεστᾶσθαι*] Possunt profecto sine damno abesse, quae viro doctissimo displicuerunt. Ad eum modum Pausan. I. 32. p. 79. *ἐπεὶ δὲ ἀπελθόντος ἐξ ἀνθρώπων Ἡρακλέους, ἐζήτει* etc. Philostrat. VIII. Vit. Apoll. c. 27. *ὡς μετ' οὐ πολὺ μεταστησομένου ἀνθρώπων.* cuius ego verbis praepositionem deesse arbitror, haud negligendam. Diodoro tamen et Apollodoro II. 8. 1. III. 10. 2. editum se probavit, uti ad L. I. 20. ostendi. Quod vero *ἁγισμοὺς* recipit, id factum laudo, tametsi, mei si res arbitrii foret, *ἐναγισμοὺς* praeoptarem. Habet enim id vocabuli, et *ἐνάγισμα* atque *ἐναγίζειν* sedem quandam in Heroum sacris, cum inferiae illis mittuntur, ut hic Herculi: nam de *consecratione*, qua de interpres, nihil omnino. Sic in Strabon. XIII. p. 891. A. B. Pausan. VII. 16. 17. Philostrat. Heroic. VIII. 3. Nostro XVII. 17. Opportune Herodotus II. 44. de utroque Hercule, altero Olympio, altero Heroe, *καὶ τῷ μὲν ὡς ἀθανάτῳ, Ὀλυμπίῳ δὲ ἐπωνυμίην, θύουσι. τῷ δ' ἑτέρῳ, ὡς ἥρωϊ, ἐναγίζουσι.* quae nec D. Heraldum fugerunt Animadv. in Martial. X. 61. Ptolem. Hephaestion L. III. p. 313. ed. Gal. de Ropalo, Her-

culis filio, καὶ ὡς ἥρωϊ τῷ πατρὶ ἐνήγισε, καὶ ὡς θεῷ θύσειεν. Sed haec uberius princ. huius libri declaravimus. Wess.

284. 47. *Ταῦρον καὶ κάπρον καὶ κριὸν θύσας*] Haud dissimilis erat victima, quae Athenis *Τριττύς*, cum ἓν καὶ τράγον καὶ κριὸν, ut in Aristoph. Plut. v. 820., aut cum θυσίαν κάπρου, κριοῦ, ταύρου, sicuti apud Hesych. in *Τριττύα* et Eustath. in Homer. p. 1676., mactarent. Conveniunt quoque Romanorum *suovitaurilia*, de quibus Varro II. R. R. 1. et Festus, et, qui hoc saeri genus sollerti cura consideravit, Ph. Ruben. I. Elect. c. 11. Porro quod subnectit, Athenienses Herculi Deo primos omnium sacra fecisse, id religiosissima civitas non adgressa est, nisi monitore Apolline, qui, ut Hercules inter homines agere desiit, εὐθὺς ἐξηγεῖτο νεὼς μὲν Ἡρακλέους ἱδρύεσθαι καὶ θύειν ὡς θεῷ, auctore Aristide T. I. p. 60.; quamquam Marathonii, modo locuples eorum propria in caussa sit testimonium, popularibus primum talis cultus exemplum praebuerunt, φάμενοι πρώτοις Ἑλλήνων σφίσιν Ἡρακλέα θεὸν νομισθῆναι in Pausan. I. 32.; quod utrum tamen concessuri sint, si captis arbitris res ageretur, Sicyonii, vehementer dubito. Sed vide eundem Pausan. II. 10. Wess.

284. 60. *Τὴν Ἥραν ἀναβᾶσαν ἐπὶ τὴν κλίνην* etc.] Adoptionis hunc ritum, etsi nollem huc advocatam Pharaonis filiam ex Philon. I. Vit. Mos. p. 605. C., dispar enim exemplum, diligenter explicuit Cl. Ever. Otto Iurisprud. Symbol. Exercit. III. 4. Addo, propter eam Lycophroni Iunonem dici Herculis *δευτέραν τεκοῦσαν*, *secundam genitricem*, Alex. v. 89., eiusque tituli caussam hanc dare Is. Tzetzen, ὅτι αὐτὸν διὰ τοῦ κόλπου ἤνεγκεν, ὡς τίκτουσα καὶ τεκνοποιουμένη. quae his Diodori egregie congruunt. Idem valebat in *δευτεροπότμῳ*, sive eo, qui bello captus postliminio redibat et quadam *παλιγγενεσίᾳ* patriae reddebatur, ὁ δεύτερον διὰ γυναικείου κόλπου διαδύς. ὡς ἔθος ἦν παρὰ Ἀθηναίοις ἐκ δευτέρου γεννᾶσθαι, quae Hesychii verba in *Δευτεροπότμος*. quibus iunge Plut. Quaest. Rom. p. 265. A. Iam auctor quod adfirmat, perennasse inter barbaros eum adoptandi morem, id, tametsi non satis adpareat, quos intellexerit, abunde testantur serioris aetatis exempla. De Balduino, ab Edesseno principe adoptato, haec Guibertus Abbas III. Histor. Hierosol. c. 13. *Adoptationis autem talis pro gentis consuetudine dicitur fuisse modus. Intra lineam interulam, quam nos vocamus camisiam, nudum intrare eum fecit, et sibi adstrinxit: et haec omnia osculo libato firmavit; idem et mulier postmodum fecit.* Plura ex medii aevi Graecia si desideres, cumulate tibi satisfacient Du Cangius in Ioinvill. Dissert. XXI. XXII. et Ever. Otto, viri doctissimi. Wess.

284. 67. *Κατὰ τὴν νεκυίαν*] Scribe *Νεκυΐαν*. Locus est Odyss. L. XI. v. 601. Rhod. *Κατὰ τὴν νεκυΐαν*] De titulo hoc partis Odyss. *Α.* multa Langbaen. in Longin. c. IX. p. 52., de

simulacro autem Herculis, *εἰδώλῳ*, Lucian. D. Mort. XVI. cum eruditis observationibus Tib. Hemsterh. WESS.

284. 70. *Καταλεγόμενον ὑπὸ τοῦ Διὸς εἰς τοὺς* etc.] Diffidere lectoris prudentiae viderer, si operose probarem, veram esse hanc scripturam: quod enim continuo consequitur, *ἀδύνατον γὰρ ἦν τοῦτον καταλεχθῆναι*, ad eam stabiliendam abunde est. WESS.

284. 79. *Διελθεῖν περὶ αὐτῶν*] Duas postremas voces neglexissent alii: Diodoro hoc pleonasmi genus perplacet. Vide XII. 56. et L. I. 97. et S. Lucam A. A. VII. 21. WESS.

285. 85. *Καὶ τὸ παράβολον τῶν ἄθλων*] *Miranda certamina* non aequiparant amplitudinem et potestatem *τοῦ παραβόλου*, sed *παραδόξου*, quod in Cod. Coislin. *Periculosa* sunt et *audacia*, ut mox *παράβολοι στρατεῖαι*, et *παράβολοι πράξεις* XV. 31. XIX. 4., et *παράβολα ἔργα* Polyb. XVII. 34. Ioseph. VI. A. Iud. 10. 2. WESS.

285. 97. *Λέρας*] *Λέρος* Co., ut saepe Apollon. Rhod. II. 1228. IV. 1318. WESS.

285. 1. *Ἄξενον προσαγορεύεσθαι*] Conf. Schol. Apollon. Rh. II. 550. et Cl. Salmas. in Solin. p. 203. WESS.

285. 3. *Καὶ τὸ ἆθλον δυσέφικτον*] Scriptum fuit *τὸν*, ut supra p. 153. et aliquanto post p. 171. *πρός τε τὸν ἆθλον*. quod sphalma typographicum ex compendio scriptionis ortum videtur. RHOD. Vid. supr. c. 12. WESS.

285. 12. *Πρός τε τὸ ἆθλον καὶ τῆς* etc.] *Primo adspectu ad illa, πρός τε τὸ ἆθλον καὶ ἐξ., adhaesi, fateor, et putavi vel in fine excidisse καινότητα, aut simile, vel legendum καὶ τὴν κ. τ. ν. ἐπιβολήν. at deprehendi postea locum satis sanum et sincerum esse, atque ita intelligendum:* Ubi spectatores inusitatae huius fabricae admiratione percellerentur, et fama per Graeciam esset vulgata praeterquam gloriosi certaminis *(quod hac expeditione susciperetur)* etiam novae huius navis structurae, multos ex principibus iuventutis studuisse expeditionis huius fieri participes. *Ut voluerit scilicet Diodorus, praeter famam illius ἄθλου, vel maxime novae huius machinae navalis famam fuisse ditatam. Videri quoque posset pro τὸ ἆθλον legendum τὸν ἆθλον, si* certamen *sit intelligendum, ut vertit quoque Rhodomannus, quod nempe aurei velleris gratia esset subeundum. Nisi potius recte sit excusum τὸ ἆθλον, intelligaturque ipsum vellus aureum, quod quasi splendidum esset futurum istius expeditionis laborumque exhauriendorum praemium.* Haetenus doctissimus Io. Iensius in Epist. ad I. G. Graevium p. 409., incertus animi, quid potissimum amplectatur. Mihi Rhodom. Latina non displicent, modo, uti ille censuit, *τὸν ἆθλον* legatur, et propositum certamen notet. Movit has turbas mutata constructio, cuius in utriusque linguae scriptoribus exempla haud rara videri, patefecit vir Celeb. Iac. Gronov. ad Arriani L. VII. Exp. Alex. c. 6. Quare de Latinis illis,

praeterquam gloriosi certaminis, nihil admodum addam: bona si forent, scripsisset auctor *πρός τε τῷ ἄθλῳ*, ut Pausan. IV. 8. p. 298. Nam *ἐπιβολὴ κατὰ τὴν ναυπηγίαν* Diodori studiosum non offendet, haud ignarum idem illi esse atque *ἐπιβολὴν τῆς ναυπηγίας*, quemadmodum I. 65. IV. 13. etc. Wess.

285. 21. *Καὶ τὴν Σχοινέως Ἀταλάντην*] Mallem Noster cum Apollodoro I. 8. 16. domi Atalantam reliquissent, nec tot iuvenibus comitem et unam parum provide addidissent. Longe melius decori rationem habuit Apollon. Rhod. I. 771. Wess.

285. 23. *Ἀργὼ προσαγορευθῆναι*] Tu vide S. Bochart. II. Phal. 11. p. 739. Wess.

286. 29. *Ἑλέσθαι σφῶν αὐτῶν στρατηγὸν Ἡρακλέα*] Dissentit praeter alios Apollon. Rh. I. 345. Puto Diodorum vestigiis Dionysii Milesii, quo de L. III. 66., inhaesisse, Herculi Argonautarum principatum contribuentis in Apollodori I. 8. 19. Wess.

286. 30. *Ἀνδρείαν*] *Ἀνδρίαν* Cois. Vid. Schol. Demosth. Orat. de Cherson. p. 63. Wess.

286. 33. *Τῆς Τρωάδος πρὸς Σίγειον*] Val. Flaccum II. 445. cultissimis versibus haec describentem consule: nam Argonauticorum scriptores Orpheus et Apollonius diversa sectantur. Wess.

286. 38. *Κῆτος ἀνεῖναι ἐκ τοῦ πελάγους*] Fabulam respicit Poëta Iliad. Y, 145., ubi Critici veteres plura. Wess.

286. 48. *Ἐκπεσόντος οὖν χρησμοῦ*] Sortium olim in divinationibus frequens erat usus: *εἰώθασι δὲ διὰ κλήρων μαντεύεσθαι τὸ πρὶν*, Schol. ait in Pindari Od. IV. Pythion.: quae cum iactae aut in urnis concussae exirent, dicebantur *ἐκπίπτειν*, Latinis *excidere*. Mansit hinc in oraculis, tametsi voce ederentur. Sic infra c. 48. *μετὰ δὲ ταῦτα — Αἰήτῃ χρησμὸν ἐκπεσεῖν*. et L. XIX. 2. *ἐξέπεσε χρησμὸς ὅτι μεγάλων ἀτυχημάτων αἴτιος ἔσται*. Diogen. Laert. I. 32. *ἐκπίπτει χρησμὸς, δοῦναι τῷ σοφωτάτῳ*. Aelian. III. H. V. 45. *Φιλίππῳ φασὶ χρηστήριον ἐκπεσεῖν*. Ubi dictionis hoc genus Latinorum exemplis ita confirmavit Cel. Iac. Perizon. ut plura addere supervacuum sit. Wess.

286. 51. *Ἐπανελθεῖν εἰς Ἡσιόνην*] Hoc scriptorum est Codd.; verteris haud male ex Hygino F. LXXXIX. *Hesionae sors exiit*. Alii simili in re aliud probant. S. Lucas A. A. I. 26. *καὶ ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν*. Plato X. R. P. p. 617. E. *ῥίψαι ἐπὶ πάντας τοὺς κλήρους. τὸν δὲ παρ' αὐτὸν πεσόντα ἕκαστοι ἀναιρεῖσθαι*. Euripid. Troas. v. 291. *Ἃ δυστυχεστάτῳ προσέπεσε κλήρῳ*. Sed desino. Tu vide non absimile huic exemplum in Hygini II. Astron. Poët. c. 40. Wess.

286. 59. *Διαφθερεῖν* Mut., quod sequor. Vide L. III. 54. Wess.

286. 60. *Δώσειν ἐπαγγ. τ. ἀνικήτους Ἵππους*] Erant ex ea stirpe, *ἧς Τρωΐ περ εὐρύοπα Ζεὺς Δῶχ', υἷος ποινὴν Γανυμή-*

δεος, ut Homerus canit Iliad. *E*, 265., cui, si equorum studio teneris, iunge Criticorum scholia in Orest. Euripidis v. 1392. WESS.

287. 76. *Ποιήσασθαι τοῖς Σαμοθρᾳξὶ τὰς ὑπὲρ τῆς*] *Maris et terrae tempestatumque potentes* Samothraces dii sive Cabiri vulgi quadam persuasione censebantur. Orpheus Hymn. XXXVII. 4. *Οἵτε Σαμοθρᾴκην ἱερὴν χθόνα ναιετάοντες Κινδύνους θνητῶν ἀπερύκετε ποντοπλανήτων.* Quare mari iactati eorum opem inplorabant, uti Orpheus, cum altera vice Argonautae tempestatibus conflictarentur, infr. c. 49.; cumque sacris Samothraciis initiati e periculis praesenti deorum ope eripi perhiberentur, idem sociis auctor est, ut illis se sacris inbuendos tradant Argonautic. v. 465. Vide infr. L. V. 49. et Tob. Guthberlethum Myster. Cabir. c. 10. WESS.

287. 83. *Εὐχὰς μὲν τίθεσθαι τοῖς Σαμοθρᾳξὶ* etc.] Cabiri diu provinciae huius possessionem tenuere, nec nisi aegre eius se honoris fructu privari passi sunt a Tyndaridis fratribus, *quorum simul alba nautis Stella refulsit, Defluit saxis agitatus humor; Concidunt venti, fugiuntque nubes, Et minax, sic Di voluere, ponto Unda recumbit*, apud Horat. I. Od. 12. 27. Quam rem, obscuram ante et intricatam admodum, Tib. Hemsterh. in Luciani D. D. XXVI. ita declaravit, ut palmam omnibus praeripuisse videatur. WESS.

287. 88. *Ἐπὶ τιμωρίᾳ διορύττομένοις*] Auctoritas Hesychii nos movet, ut *διωρισμένοις* legamus. Is enim *διορίσαι* pro *ἐξορίσαι* usurpari annotat. Et sequentia ita corrigo, *καὶ μάστιξι πληγὰς συνεχεῖς λαβοῦσι.* RHOD. *Ἐπὶ τιμωρίᾳ διωρυγμένοις*] Nimius est Rhodom. conatus; quod dedi sua auctoritate stabiliunt Codd. scripti, et haec Schol. Sophocl. in Antigon. v. 1095. Idaea *τυφλώσασα τοὺς τῆς Κλεοπάτρας παῖδας ἐν τάφῳ καθείρξεν.* Defossi ergo a noverca et sepulcro inclusi Phinidae fuerunt; de quorum numero et diversis apud veteres nominibus plura si desideres, P. Leopardus VII. Emend. c. 24. cumulate tibi satisfaciet. WESS.

287. 95. *Ἰδαίαν τὴν Δαρδάνου*] Sic praestat. Vid. Apollodor. III. 14. 3. Schol. Apollon. II. 179. *Δίαν* appellat, sed vitio exscriptorum: melius II. 140. Mox *οἱ πρόγονοι* sunt privigni, in quos novercarum solet esse odium. Isaeus Orat. pro Euphileto apud Dionys. T. II. p. 110. *εἰώθασι δέ πως, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, διαφέρεσθαι ἀλλήλαις αἵ τε μητρυιαὶ καὶ οἱ πρόγονοι.* quod forte expressit ex Euripid. Ion. v. 1329. *προγόνοις δάμαρτες δυσμενεῖς ἀεί ποτε.* Adde Philon. Iud. de Nobil. p. 909. D. et Manethon. v. 205. WESS.

287. 1. *Ἐν ταῖς ἀνάγκαις ὄντας*] *In tormentis.* Plutarch. de Garrul. T. II. p. 505. D. *ἐκβιαζόμενον τὸ σῶμα ταῖς ἀνάγκαις* de Zenone philosopho dirum in modum torto; et Noster de

eodem Excerpt. Vales. p. 250. *μετὰ δὲ ταῦτα σπεύδων ἀπολυθῆναί ποτε τῆς ἀνάγκης.* Plura ad L. III. 13. WESS.

287. 6. *Μηδένα γὰρ πατέρα λαβεῖν παῤ υἱῶν* etc.] Pater, Seneca ait L. I. Clement. c. 14., *nisi magnae et multae iniuriae patientiam evicerint, nisi plus est quod timet, quam quod damnat, non accedit ad decretorium stylum.* et post pauca: *tarde sibi pater membra sua abscindat; etiam cum abscideriť, reponere cupiat, et in abscindendo gemat, cunctatus multum diuque.* quae philosophi cum his Phinei conponere haud oblitus est H. Grotius II. I. Bel. et Pac. 24. 2. WESS.

287. 10. *Ἀδελφοὺς δὲ ὄντας Κλεοπάτρας*] Conf. Apollon. Rh. II. 238. WESS.

288. 17. *Αὐτόν τε τὸν Φινέα — ἀνελεῖν*] Sequitur Diodorus Dionysium Milesium, quem vide in Schol. Apollon. II. 207. WESS.

288. 28. *Τυφλωθῆναι φασὶ τοὺς Φινείδας*] Hos inter Apollodor. III. 14. 3. et Sophocles Antigon. 1090. De Phineo Hesiodus in Schol. Apoll. Rhod. II. 181. Orpheus Argon. v. 671. atque alii. Mox *πρὸς ὑδρείαν* Poggius ridicule verterat *ad hydram*, merito propterea notatus a P. Leopardo VII. Emend. 24. WESS.

288. 38. *Συστρατεῦσαι τοῖς ἀριστεῦσιν*] Tacent Orpheus v. 678. Apoll. Rhod. II. 530. V. Flaccus IV. 630. WESS.

288. 43. *Θύειν Ἀρτέμιδι Ταυροπόλῳ τοὺς καταπλέοντας*] Ipsa Iphigenia apud Euripid. in cognomine fabula v. 39. barbarum sacrificii morem exponit, et Noster L. II. 46. Praeterque Orpheum Argon. v. 1073. Ovidius II. ex Pont. Ep. 2. 57.

Sacrifici genus est, sic instituere priores,
Advena virgineo caesus ut ense cadat. WESS.

288. 51. *Τούτων δὲ τὸν μὲν Αἰήτην βασιλεῦσαι* etc.] Haec accuratissime respondent excerptis ex L. I. Argonautic. Dionysii Milesii in Schol. Apollon. Rhod. III. 200. 242.; ut non iniuria suspicer, Diodorum, sicuti superiore libro in Arabiae Aethiopiaeque rebus Agatharchidem, ita in Argonautarum expeditione describenda hunc ducem sibi elegisse. WESS.

288. 58. *Τὸ καλούμενον ἀκόνιτον*] *Ortum fabulae* Aconiti *narravere, e spumis Cerberi canis, extrahente ab inferis Hercule, ideoque apud Heracleam Ponticam, ubi monstratur is ad inferos aditus, gigni*, sic Plinius XXVII. N. H. 2. et ante eum Ovidius VII. M. 407. Hecaten vero aconitum et ceteras venenatas herbas reperisse, ac Medeam docuisse, canit Apollon. III. 529.

Τὴν Ἑκάτη περιαλλα θεὰ δάε τεχνήσασθαι
Φάρμακ', ὅσ' ἤπειρός τε φύει καὶ νήχυτον ὕδωρ.

et Statius IX. Th. 734. *Ἀκόντιον* Clar. Simili vitio in Hesychio *ἀκόντιχον*. WESS.

289. 66. *Ἔτι δ' υἱὸν Αἰγιαλέα*] *Apsyrtum* alii vocant, aut

Metapontium, ut Dicaeogenes in Schol. ad Medeam v. 167. Euripidis. Noster Dionysium auctorem habuisse videtur. WESS.

289. 68. *Ἐξευρεῖν ῥιζῶν παντοίας φύσεις καὶ δυνάμεις*] Nisi Mss. obviam venissent, vulgatum se tueri potuerat. *Proprie autem δύναμις est facultas alicui rei indita: in his similibusque locis, res ipsae vocantur δυνάμεις.* quae Is. Casaub. verba ex Animadv. in Athen. I. 15. excerpere placuit: sunt enim accommoda et verissima. Vide mox c. 51. WESS.

289. 74. *Οὓς ἔνιοι Σκύθας προσαγορεύουσι*] Vide L. II. 43. WESS.

289. 79. *Καὶ νῆσον ἔρημον καταλαβομένην*] *Aliam Aeaeam* Odyss. *A*, 70. *M*, 3., quam, qui in erroribus Ulyssis *ἐξωκεανισμὸν*, ut Strabonis verbo dicam, probabant, in externo mari sive oceano locabant: qui vero in mari interno, quod Europam Asiamque inter et Africam diffunditur, Heroem erroribus actum tradebant, eandem in Tyrrheno aut Siculo mari quaerebant. Pendet enim ex Ulyssis itineribus Circes insulaeque fabula. Strabonem vide I. p. 38. et Ph. Cluver. III. Ital. Antiq. p. 995., deque *Circaeo promontorio* Apollon. Rhod. III. 200. 311. WESS.

289. 96. *Εἰς ἐλευθέραν αὐτὴν ἀποθέσθαι φυλακήν*] Non male explicuit Schol. Vaticanus. Noster Excerpt. Vales. p. 317. *λαβόντες αἰχμάλωτον* (Perseum) *εἰς ἐλευθέραν ἀπέθεντο φυλακήν*. ubi *ἐλευθέριον* Vales. cur praeferret, nihil profecto caussae fuerat. WESS.

289. 98. *Εἴς τι τέμενος ἡλίου*] In Hecates luco Medeam, sacris operantem, describit Apollon. Rh. III. 250. et Val. Flacc. VI. 73. Verum uterque in fabulae ordine a Dionysio Milesio, quem Diodorus sequi solet, dissentit. WESS.

289. 2. *Περὶ*] *Παρὰ* Co. M. et forte melius. Fatalis autem hic error est librariorum *παρὰ* pro *περὶ* aut contra scribentium. Vid. I. Fr. Reitzium ad Lucian. Catapl. c. 23. WESS.

289. 6. *Τὸν ὑπάρχοντα αὐτῇ κίνδυνον ὑπὸ τοῦ πατρὸς*] Mallem *ἀπὸ τοῦ πατρὸς*, ut mox c. 48. *αἱ ἀπὸ τῆς μητρυιᾶς ἐπιβουλαί*. ad quem modum *ὁ ἀπὸ πολεμίων φόβος* L. XIV. 68. et *ὁ ἀπ' αὐτῶν φόβος* L. XX. 9. quamquam ibi Codd. aliqui *ὁ ὑπ' αὐτῶν*, sollemni exscribentium peccato; qui error sexcentos Diodori et aliorum locos foedavit. Adscribam, quando in eum sermonem incidi, unum atque alterum exemplum. Lysias Orat. pro Polystr. c. 10. de servis ad Deceleam profugis *οὐ μόνον* inquit, *ἐνθάδε, ὅτε οἷοί τ' ἦσαν, κακὸν εἰργάζοντο, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ τείχους ἔφερον καὶ ἦγον ὑμᾶς*. imo *ὑπὸ τοῦ τείχους*. ad moenia enim urbis praedatum excurrebant, resque Atheniensium agebant et ferebant. Vid. Thucydid. VII. 27. Pausanias VII. 27. *βίος δὲ αὐτῶν ταῖς πολλαῖς ἐστιν ἀπὸ τῆς βύσσου, τῆς ἐν τῇ Ἠλιδι φυομένης*. prave editi *ὑπὸ τῆς*. Gregor. Nyssen. Epist. 2. Monument. L. A. Zacagnii p. 358. *καὶ ὑπὸ τῶν ἀργῶν ῥημάτων ἀπαι-*

τεῖσθαι τὸν λόγον ἐν τῇ προσδοκωμένῃ τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐξετάσει, perperam. Matth. XII. 36. ἀπὸ τῶν aut ὑπὲρ τῶν scriptum fuisse ostendit. Atque haec exempli caussa ex aliis scriptoribus: Dioloro conmodior dabitur locus. De eo autem loquendi, quod prae manibus est, genere dixi supra L. I. 83. Wess.

289. 10. *Διὰ τῶν ὅρκων δοῦναι πίστεις*] Conf. Apollon. IV. 95. Wess.

290. 17. *Φρίξον τὸν Ἀθάμαντος μυθολογοῦσι*] Fabulam exponunt Pindarus Od. IV. Pyth., Apollodor. I. 9. 1. Apollon. Rh. II. 1145. Hygin. Fab. III. atque alii plures. Wess.

290. 23. *Κατενεχθῆναι*] *Καταχθῆναι* Co. M. satis conmode. Conf. Xenoph. Ephes. I. p. 15. et L. Bos in A. A. XXVII. 12. Wess.

290. 25. *Θύσαντα τὸν κριὸν ἀναθεῖναι* etc.] Iovi *φυξίῳ*, *fugientium praesidi*, cum inmolavit, mactatique pellem Aeetes dono acceptam in Martis luco suspendit: sic Apollon. II. 1151. IV. 119. et Apollodor. I. 9. 1. Vide tamen Scholiastem Pindari Pythion. Od. IV. 417. non dissimilia his nostri scriptoris conmentantem. Wess.

290. 27. *Ὅτι τότε καταστρέψει τὸν βίον*] *Aeetae Solis filio erat responsum, tam diu eum regnum habiturum, quam diu ea pellis, quam Phryxus consecraverat, in fano Martis esset*, inquit Hyginus F. XXII., ubi Muncker. Wess.

290. 35. *Ἀφ' ὧν καὶ τερατώδεις — πλασθῆναι μύθους*] Fabulae involucro aurum obtegi, quod Iason quaesitum ierit, non dubium est: veterum id agnoverunt Strabo XI. p. 763., et Appian. Mithrid. p. 401. Ornamenta vero fabulae alii aliter, ut fit, interpretantur. Vide, si tanti est, Palaephat. Incredib. c. 31. et Simson. Chron. A. M. 2743. praetereaque S. Bochartum L. IV. Can. c. 31. Wess.

290. 46. *Προτομὴν ἐπὶ τῆς πρῴρας ἐχούσης κριοῦ*] Schol. Apollon. Rh. I. 256. *ἔνιοι δέ φασιν αὐτὸν ἐπὶ κριοπρώρου σκάφους πλεῦσαι.* e quorum opinione insigne sive *παράσημον* navis fuit arietis caput, quod ipsi navi nomen, ut moris erat, fecerit. De Pegaso Bellerophontis Palaephat. Incred. Hist. c. 20. *ὄνομα δὲ ἦν τῷ πλοίῳ Πήγασος, ὡς καὶ νῦν ἕκαστον τῶν πλοίων ὄνομα ἔχει.* Aliarum exempla collegerunt Th. Reinesius Inscript. Clas. VIII. 46., Io. Scheffer. L. III. Milit. Naval. c. 1. et Stanleius in Aeschyl. VII. c. Theb. v. 214., quibus, in re nota, plura adstruere operae pretium non videtur. Wess.

290. 55. *Τὸν δὲ παιδαγωγὸν ὀνομαζόμενον Κριὸν*] Dionysii Milesii haec fuit sententia in Schol. Apollon. Rh. I. 256. II. 1147. IV. 119. Wess.

290. 57. *Τὸ δέρμα*] Nihil hic mutant scripti libri, qui c. 49. *τὸ δέρμα* aegre probarunt; quasi flagitium foret, nisi *δέρας*

aut *δέρος* hac in re usurpares: non ea mens Pindaro, cui Od. IV. Pythion. *δέρμα κριοῦ βαθύμαλλον* et *δέρμα λαμπρόν*. Wess.

291. 67. *Ἀπέχον ἑβδομήκοντα σταδίους*] Orpheus Argon. v. 892. abesse ait *Ἔννέ' ἐπ' ὀργυιῶν*, quod qui de *novem ulnis* accipiunt, longissime errant. *Ὀργυιὰ* spatium, quod expansa brachia absolvunt, seu sex circiter pedes indicat: quo tamen modo ubi propius admovetur lucus: melius instituit Apollonius Rhod. III. 1270. De Sybari Colchorum urbe haec L. IV. Can. c. 31. Bochartus: *Et veteris regiae Colchorum Σύβαρις* Sybaris *nomen compositum videtur ex ignoto Συ et Βάρις. Ita Graeci efferunt Hebraeum* בירה Byra, *quod pro regia occurrit aliquoties in Esdrae, Danielis et Estherae libris. Sic Daniel. VIII. 2. ἐν Σούσοις τῇ Βάρει.* Quae, ut lenissime dicam, ex eorum sunt genere, quibus adsensum si recuses, nihil praeter novitatis gratiam relinquitur. Wess.

291. 79. *Περιεσπειραμένον τὸ δέρμα*] De serpentibus, quae spiris suis aliquid innectunt, supr. III. 3. 36. Lucian. Conscrib. Hist. c. 29. *καὶ ἄλλους, περισπειραθέντων (δρακόντων) ἀποπνιγῆναι* quod sine dubio longe praestabilius, quam *περιπειραθέντων*, ut olim edebatur. Pausan. X. 33. *δράκοντα δὲ ἰσχυρὸν ἀνέχειν τὴν φρουράν, ἐσπειρωμένον τὸ ἀγγεῖον.* Wess.

291. 86. *Ἴφιτον τὸν Εὐρυσθέως ἀδελφόν*] Scripserat *Ἴφιν τὸν Εὐρ. ἀδελφόν.* quae non animadversa menda viris doctissimis fraudi fuit, ut et in genere Herois dubii haererent, et *Iphin* a solo Val. Flacco I. 411. VII. 423. Argonautis insertum opinarentur. Meae correctionis fidem praestabit Dionys. Milesius in Schol. Apollon. Rh. IV. 223. *Διονύσιος δὲ ὁ Μιλήσιος φησὶν, ὅτι καταλαβὼν τὴν ναῦν ὁ Αἰήτης, παραταξαμένων τῶν ἀριστέων, Ἴφιν ἀνεῖλεν Εὐρυσθέως ἀδελφόν.* Et post pauca, *οἱ δὲ ἀριστεῖς ἠγωνίζοντο ἀχοντίζοντες, οἱ δὲ περὶ Αἰήτην ἵππευον. ἔνθα δὲ καὶ Ἴφιν τελευτῆσαι, τὸν Σθενέλου μὲν υἱὸν, Εὐρυσθέως δὲ ἀδελφόν.* Cetera mitto: haec coniecturam adfirmant, et suspicionem, in quam ingressus sum, de Dionysio in Argonauticis Diodori duce, ratam habent. Wess.

291. 87. *Ἔπειτα τοῖς ἄλλοις — περιχυθέντας*] Facit auctoris consuetudo, ut hoc verum legitimumque decernam. Vide eius L. III. 55. XX. 53. 87. Wess.

291. 94. *Λαέρτην*] Laerten Arcesii Apollodor. I. 8. 16. Argonautis comitem adiunxit, nec praeteriit hominem Cl. P. Burman., etsi Diodori oblitus, et quis omnium recordatur? in Argonaut. Catalogo. Wess.

291. 1. *Καθάπερ καὶ πρότερον*] Conf. supr. c. 44. Wess.

291. 4. *Προειπεῖν μὲν Ἡρακλεῖ* etc.] Glaucum, e mari emergentem, Herculique atque aliis futura canentem, Argonautis ostendit Apollon. Rh. I. 1310., sed in Colchos, certamine necdum absoluto, ituris. Wess.

292. 16. *Βασιλεύοντος τότε τῆς χώρας Βύζαντος*] Numis Byzantiorum inscriptus *BYZAΣ* urbis conditorem, quae propterea *Βύζαντος ἄστυ* Oppiano V. Halieut. v. 521., indicat. Genus Herois et res gestas post Rittershusium operose exponit Ansel. Bandurius L. I. Antiq. Constantinop. p. 451. Id ad hunc locum adpositum atque opportunum est, Dionysium Miles. auctorem esse, Byzantii Iasonis et Medeae nuptias fuisse sociatas, in Schol. Apollon. Rh. IV. 1154. Wess.

292. 20. *Τὸν ἔτι καὶ νῦν τιμώμενον*] *Hieron, τὸ καλούμενον Ἱερὸν* L. XIX. 73. intelligit. Polyb. IV. 39. *ἀπὸ δὲ τοῦ Πόντου, τὸ καλούμενον Ἱερόν. ἐφ' οὗ τόπον φασὶ κατὰ τὴν ἐκ Κόλχων ἀνακομιδὴν, Ἰάσονα θῦσαι πρῶτον τοῖς δώδεκα θεοῖς, ὃ κεῖται μὲν ἐπὶ τῆς Ἀσίας, ἀπέχει δὲ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ δώδεκα στάδια. Ubi fama est, Iasonem e Colchis revertentem primum omnium XII Diis sacrificasse: est autem ille locus in Asia situs; abest ab Europa duodecim fere stadia.* Scriptorum alii a Phryxo in Colchos pergente dedicatum Argonautis exemplo fuisse, ut ibi sacris operarentur, asseverant in Schol. Apollon. Rh. II. 534. et Demosth. in Leptin. p. 284., nec alia mens Dionysio Byzantio in Bospori Anaplo. Vid. diligentissimum P. Gyllium III. de Bosp. Thr. c. 5. Wess.

292. 24. *Τοί̓ς τε ἵππους καὶ τὴν Ἡσιόνην* etc.] Eandem rem copiose descripserat c. 32. Wess.

292. 42. *Ἡρακλέα πάντων ἄριστα διαγωνίσασθαι*] Dissentit Apollodor. II. 6. 4. quem, si lubet, vide. Wess.

292. 52. *Ὅμηρον ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσιν*] Hoc Diodori est. Vid. L. XII. 40. Pausan. III. 2. p. 207. *ἤνιξατο δὲ καὶ Ὅμηρος — — ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσι.* Scripsi praeterea in primo Homeri versu *Ἀλλ' οἷόν τινα* ex caussa c. 32. exposita. Wess.

293. 59. *Καὶ τ. μεγ. θ. τὰς εὐχ. ἀποδόντας πάλιν, ἀναθεῖναι*] Sic erant distinguenda: non enim bis phialas, uti vulgata indicabant, diis Samothracibus consecrarunt Argonautae; sed altera vice periculis exsoluti vota reddiderunt. De titulo *μεγάλων θεῶν* nota omnia sunt ex Tob. Guthberl. de Myster. Deor. Cabir. c. 1. 3. etc. Wess.

293. 67. *Τοὺς ἐφέδρους τῆς βασιλείας — ἀνελεῖν*] Ex palaestra sumptum esse vocabulum quis est qui ignoret? *Ἔφεδρος tertiarius* dicitur, qui duobus in certamen commissis et victo altero, cum victore congreditur, explicante Schol. in Aiac. Sophocl. v. 613. Philo Iud. Leg. Cai. p. 996. C. de Caio Tiberium fratrem pessum dante, *τοῦτον μὲν δὴ καθάπερ ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἔφεδρον ὑπολαβὼν εἶναι, καταπαλαίει.* Hinc qui ex insidiis consurgunt aut malis artibus alios regno evertere conantur *ἔφεδροι τῆς βασιλείας* hic et L. XI. 49. Eleganter Philo Iud. De Ioseph. p. 545. A. *ὑγεία δ' ἀβέβαιον, διὰ τὰς ἐφέδρους ἀσθενείας.* cuius loci vim non percepit interpres, utî nec *πόλεμον ἔφεδρον* L. I.

Vit. Mos. p. 652. E. et *χειμῶνα ἔφεδρον* Leg. Cai. p. 1019. C. Conf. Ezech. Spanhem. in Ioseph. XVI. A. I. 3. 3. WESS.

293. 69. *Ἄδελφὸν Πρόμαχον* etc.] Meminit pueri Apollodor. I. 8. 27., sed pessime a criticis habitus. Verba haec sunt: *ἡ δὲ Ἰάσονος μήτηρ ἐπαρασαμένη Πελίᾳ, νήπιον ἀπολιποῦσα παῖδα, ὡς πρὸς πόλεμον πρόμαχον, ἑαυτὴν ἀνήρτησε.* ubi *ὡς πρὸς πόλεμον*, ut pulcre perspexit Th. Galaeus, nihili sunt, et ab eo intempestive addita, qui *πρόμαχον* defensorem et propugnatorem esse posse, sicuti in Aeschyli VII. C. Theb. v. 425. 487., non nescius, parum animadvertebat nomen pueri proprium esse, scribique *Πρόμαχον* oportere. Adde Tzetz. in Lycophron. 175. et de *tauri sanguine* infr. XI. 58. WESS.

293. 70. *Ἀμφινόμην δὲ τὴν μητέρα μέλλουσαν ἀναιρεῖσθαι*] Apollonius Argonautic. I. 258. Iasonis matrem *Ἀλκιμέδην* vocat: alii aliter. PALM. Vide Schol. Apollon. I. 45. et Cl. P. Burman. Catal. Argonaut. in Iasone. WESS.

293. 85. *Οὓς μὲν γὰρ — — τινὰς δὲ* etc.] Posses ex Mutin. *τοὺς μὲν γὰρ*, si quae necessitas urgeret. Infr. XVIII. 70. *τοὺς μὲν εἰς τάξεις κατελόχιζον, οὓς δέ.* XIX. 64. *τοὺς μὲν πεσεῖν, οὓς δὲ ζωγρηθῆναι.* Sed hoc in genere multa mutare solent. Vid. III. 73. IV. 28. XI. 61. et Raphel. Annot. ex Polyb. in S. Paulli et Roman. XIV. 2. WESS.

293. 90. *Πεντήκοντα καὶ τρισὶν ἀνδράσι*] Constat numerus. LIV nomina dederant c. 42., e quibus Iphis strenue pugnans occubuerat in Colchis c. 45. WESS.

294. 4. *Πρὸς τὴν ὑπερκειμένην τῆς θαλάττης σκοπὴν*] Non recte Rhodom. *de specula*, ac si ea in regia fuisset. Mari imminebat; neque enim verum est Is. Vossii ad Melae II. 3. 35. decretum, *ὑπερκεῖσθαι* semper accipi de locis remotis mari: imminebat inquam mari, atque ex ea observaturi erant Argonautae signa, quae e regia datura Medea erat. Vid. c. 53. Videtur autem saxum aut excelsior tumulus fuisse, ut plerumque solebant. Xenophon. VI. Cyr. Instit. p. 131. *ἵσως βουλόμενοι λαβεῖν τὴν σκοπήν. ἡμεῖς ἐσμὲν μία δεκὰς οἱ ἐπὶ ταύτῃ τῇ σκοπῇ. καὶ ὁ Κῦρος ἐκέλευσε — ἐλάσαντας ὑπὸ τὴν σκοπὴν* etc. De *fumi* autem interdiu et noctu ignis signo copiose Stanleius in Aeschyl. Agam. v. 1. et Freinshem. in Curt. V. 2. 7. WESS.

294. 8. *Τρίχας δυνάμεσί τισι χρίσασαν*] *Medicamentis quibusdam*, ut mox *διά τινων δυνάμεων*, et XVII. 103. XIX. 33. Hippocrates de Medic. p. 24. *φάρμακα καὶ δυνάμεις ἁπλαί.* WESS.

294. 16. *Ἐπ' ἀγαθῷ δαίμονι*] Non multum videtur diversum esse a formula *ἐπ' ἀγαθῷ τῆς πατρίδος* L. XIII. 38. *Δαίμων* fortuna est, uti in Aeschyli Pers. v. 947. et eorum locis, quae L. Kuster. conduxit in Aristophan. Plut. v. 6. WESS.

294. 19. *Συνθεαζούσης*] *Συνθειαζούσης* Rhod. Doctissimi Rhodom. coniecturam scripti Codd. si comprobarent, nihil dissentirem: iam cum *θειάζειν* atque *ἐνθειάζειν* dixerint, in vocabulo, nusquam mihi nisi in Diodoro reperto, nil temere movero. Videntur cives *ἐνθουσιάσαι ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς τῆς Ἀρτέμιδος*, ut L. V. 49., atque adeo *Dianatici* fuisse, quorum furorem et habitum, in omnem terrorem compositum, egregie depinxit Maxim. Taurin. Serm. XXXII. Anecd. Murator. T. IV. p. 100. Wess.

294. 25. *Ἐπὶ δρακόντων ὀχουμένην τὴν Ἄρτεμιν*] Cererem eiusmodi currui poëtae et numi Erythraeorum ac Nicaeensium inponunt in Exech. Spanhem. Diss. IV. de Usu et Praest. Num. p. 211., verum illi cum Diana communia multa erant, observante Servio in Georgic. I. 5. Virgilii. Mox *ἀφελοῦσαν*, Steph. et Rhodom. secutus iudicium orationisque seriem, recipiendum censui. Wess.

294. 29. *Τὸ γῆρας ἀφελόντα*] Haud dubie *ἀφελοῦσαν*. Steph. et Rhod.

294. 39. *Ἀποκλείσασθαι*] Lege *ἀποκλύσασθαι*. Rhod. *Ἀτοκλύσασθαι* etc.] Et hoc restitui, Codd. addicentibus. In Hesychii *Ἀποκρισάμενοι*, *ἀπολυσάμενοι*, *ἐπιπλυνάμενοι*. *Ἀποκλύσασθαι*, *ἀποκαθαίρεσθαι* aliud mendae genus. Si sani coloris sit *ἀποκρισάμενοι*, neque ex *ἀποκλυσάμενοι*, aut *ἀποχρισάμενοι* natales acceperit, ut suspicor, legi quidem certe oportet *ἀπολουσάμενοι*, *ἀποπλυνάμενοι*. Aliud est in Luciani Philopseud. c. 37. ubi *ἀλλὰ δεήσει ἡμῖν ἐπικλεισθῆναι τὴν οἰκίαν ἐπαντλουμένην*, pro *ἐπικλυσθῆναι*. Wess.

295. 47. *Τῶν δὲ ἐνεργημάτων ὑπὲρ τ. ἀνθ. φ. φανέντων*] Vulgatum, quod hoc quidem loco tueri se non poterat, sede sua everti. *Ἐνέργημα* rem factam optime exprimit, quamquam Christiani alia id potestate instruxerunt: vocant enim maligni spiritus adficientem atque adfligentem hominum corpora vim *ἐνέργημα*. Prudentius Apoth. v. 400.

Audiat insanum bacchantis energima monstri.

atque huc referre solent S. Barnabae Epist. c. 19. verba: *τὰ συμβαίνοντά σοι ἐνεργήματα, ὡς ἀγαθὰ πρόσδεξαι*. nescio an male: possunt de rebus, quae unicuique Christianorum eveniunt, et aequo animo ferendae sunt, intelligi. In sequentibus *μεγάλης ἀποδοχῆς ἀξιοῦντος* cur maluerim, et ea declarabunt, quae L. I. 69. adscripsi, et *μεγάλης ἀποδοχῆς ἀξιούμενος* I. 52. *μεγάλης ἀποδοχῆς καταξιῶσαι* II. 60. IV. 55. etc. Wess.

295. 50. *Κατὰ μόνας ἐντυχεῖν τὸν πατέρα ταῖς θυγ.*] Haec duo *τὸν πατέρα* repudiantor, ut paulo inferius *καὶ εὐκόλως*. Rhod. *Κατὰ μόνας ἐντυχοῦσαν* etc.] Tametsi voces illas, sicuti vir doctissimus edixit, eliminaris, nondum oratio constabit: Peliae enim eadem res bis inponitur, monentisque Medeae ratio nulla est. Quare fretus Coislin. et Mutin. libris Diodori verba in hanc formam refinxi. Wess.

295. 61. *Ἐν λέβητι καθειρῆσαι τὸ σῶμα τοῦ Πελίου*] Conf. Ovid. VII. M. v. 328. Apollodor. I. 8. 27. Pausan. VIII. 11. Wess.

295. 68. *Καὶ διά τινων φαρμάκων παραχρουσαμένην*] *Τὰς ὄψεις αὐτῶν*, ut Proteus, varias induens formas, *παραχρούμενος τὰς ἀνθρωπίνας ὄψεις* in Dionys. T. II. p. 167. Vid. supr. I. 30. et Hygin. F. XXIV. Wess.

295. 74. *Μόνην δ' Ἄλκηστιν — ἀποσχέσθαι*] Non absolvit Alcestin Palaephatus, sed paternae caedis ream profugisse Pheras ad Admetum, supplicemque sedisse ad focum, cum frater Acastus insequeretur. Ἄλκηστις, inquit Hist. Incred. c. 41. *καταφεύγει εἰς Φέρας πρὸς Ἄδμητον, τὸν ἀνεψιὸν αὐτῆς. καὶ καθιζομένην ἐπὶ τῆς ἑστίας οὐκ ἐβούλετο Ἄδμητος Ἀκάστῳ ἔκδοτον ἐξαιτουμένῳ δοῦναι.* Sic lego: *καθιζόμενος* enim pravum est et peius vertitur, *domo se sua tenens*. Puto Alcestin sceleris sive erroris societate fuisse exemtam, quod mirus eius in maritum amor passim cantaretur. Vid. Nostrum Excerpt. Vales. p. 222. Wess.

295. 77. *Εὐχὰς ποιήσασθαι τῇ Σελήνῃ*] Solebat praeter ceteros *ad magorum cerimonias advocari et Luna noctium consoia*, sicuti in Apolog. p. 295. Apuleius profitetur: aderant quoque faces: quare

— — — Ardentiaque ossa
E mediis rapit illa rogis, ipsamque, parentes
Quam tenuere, facem.

in Lucani VI. 534. Wess.

295. 87. *Εἰς τὰ βασίλεια καταντῆσαι καὶ τοὺς* etc.] Explevi orationem, hiulcam ante, ex Coisl. et Mut. schedis. *Καταντᾶν veniendi* potestate Diodoro maxime frequentatur. Infr. c. 62. *Ἀνδρόγεως εἰς τὰς Ἀθήνας κατήντησε.* et c. 85. *οἱ μὲν γὰρ καταντῶντες εἰς τὴν νῆσον ἔπαυτοι.* Palaephat. Incr. Hist. c. 15. *εἰς ὄρος καταντήσασα.* Adde S. Lucam A. A. XVI. 1. XVIII. 19. XXI. 7. Wess.

296. 95. *Ἐλεήσαντα τὰ πάθη*] Lege *κατελεήσαντα*, et infra pro *ἑαυτὸν φροντ. ἑαυτοῦ φροντίδα*. Rhod. *Κατελεήσαντα*] Adstipulor viro doctissimo et scriptis libris. Argivi *κατελεοῦντες τὰς τύχας τῶν ἀκληρούντων* sunt L. XIV. 6. obvii, cuius etiam c. 112. vide. Wess.

296. 99. *Ἐπαγγειλάμενον ἐπιεικῶς — προσενεχθήσεσθαι*] Sermonis tenor satis hoc conprobat. *Ἐπιεικῶς προσφέρεσθαι* de blanda lenique tractatione habes I. 55. III. 64. XII. 76., quibus contraria *πικρῶς προσφέρεσθαι* XIII. 21., *ὠμῶς καὶ βιαίως* XVI. 5., *ὀλιγώρως καὶ παρανόμως* Lysias Orat. VIII. 4. *ὑπερηφάνως καὶ χαλεπῶς* Plut. Thes. p. 6. E. Wess.

296. 6. *Ἀξίως ἑαυτὸν*] Videtur *ἑαυτὸν* in *αὐτῶν* aut *αὐτὸν* esse mutandum. Sed malim *ἀξίως αὐτῶν*, id est, *pro earum digni-*

tate. STEPH. *Ἀξιῶσαι αὐτὸν φροντίδα ποιήσασθαι*] Posses levi opera cum Rhodomanno *ἀξίως ἑαυτοῦ*, aut *αὐτῶν* cum Stephano. Ego tamen scriptos Codd. duces praefero. Indicant Iasonem voluisse et aequum censuisse, ut regiis virginibus cura inpenderetur. Vid. Lycurg. in Leocrat. p. 149. et infra L. XVII. 69. WESS.

296. 10. *Ἀδμήτῳ τῷ Φέρητος Θετταλῷ*] Hoc quidem certe constat ex Euripid. Alcest. v. 83. et 435. et Nostri Excerpt. Vales. p. 222. De reliquis dubia admodum res est. Pausanias VIII. 11. nomina Peliadum nusquam sibi in poetarum scriptis lecta fuisse profitetur: Miconem autem pictorem earum imaginibus Asteropeiam et Antinoen inscripsisse. Unde iusta conclusione Th. Galaeus mihi confecisse videtur, ea puellarum nomina ex Pausan. in Apollodori I. 8. 27. ingesta fuisse, quod et verborum ordo confirmat abunde. Is. Tzetz. in Lycophron. v. 175. et eo prior Hygin. Fab. XXIV. annumerant nobis praeter Alcestin tres quatuorve Peliae filias, quas inter tamen nec Amphinome neque Evadne. Praeterea floruit hac quidem tempestate Andraemon, Oxyli pater, cuius si Leonteus fuerit frater, patre editus est Coronο, modo tamen idem sit Leonteus; at is Andraemon uxorem duxit *Gorgen* Oenei filiam, notissimam ex Apollod. I. 8. 1. et Pausan. X. 38. Porro Evadnae celebres olim fuere duae: altera Iami mater, Capanei uxor altera, memoratae a Schol. Pindari Olymp. Od. VI. 46. Posteriorem librarii Vat. et Reg. quin designent, mihi dubium non est: latet enim in corruptiore scriptura *Καπανεῖ τῷ Κεφάλου*. Nec sic tamen res expeditur. Capanei Evadne filia fuit *Iphidis*, teste Euripid. Suppl. v. 985., *Iphias* propterea semel iterumque Ovidio appellata. Capaneus ipse patre natus est Hipponoo in Apollodori III. 6. 3. Iam Cephalus filium genuisse, cui aut *Canae*, aut *Ceneo*, aut *Oeneo* nomen fuerit, nusquam traditur. Novi virum eruditissimum ad Marmora Oxon. p. 138. adscripsisse: *Oeneum alterum Cephali filium avo Deioneo in Phocidis regno successisse, et Evadnen Peliae filiam duxisse*, idque *tradere Diodorum.* Sed cum infida Poggii versione in fraudem inductum, res est exploratissima. Equidem suspicatus eram, cum primum haec sub stili acumen venerant, scripsisse Diodorum, *Εὐάδνην Κηλεῖ τῷ Κεφάλου.* Vidit enim ex se natum Cephalus Celeum, auctore Eustath. in Homer. p. 307.; quod penitius consideratum nunc displicet: namque is Cephalus non Phocensibus, nedum Phylacae, ut Coisl. et Mut., quippe a fratre eius conditae, sed Cephalleniae imperavit. Hoc amplius, *Celeus* pater fuit Arcesii, cuius filius Laertes inter Argonautas haud incelebre nomen. Ergone *Cephalus* hic Phocensium rex longe alius est, ac Deionei filius, infelicis Procridis caede famosus? Ego ab ea opinione haud procul absum, censeoque Diodorum, ut multa alia, ex Dionysio Milesio haec nobis esse admensum. Viderint tamen peritiores. WESS.

296. 15. *Καὶ καθιερῶσαι τὴν Ἀργὼ τῷ θεῷ*] Saepe navigatione finita id veteres fuisse solitos, docebit Procopius L. IV. B. Goth. c. 22. *Argo* tamen illustrius accepit decus, astris a Minerva inserta apud Eratosth. c. 35. Wess.

296. 20. *Φασὶ τὸν Ἡρακλέα συμβουλεῦσαι τοῖς* etc.] Citius contigit, si ea vera, quae c. 14. perscripta leguntur. Sed is dissensus de ludorum origine neminem morabitur, cum ipsis vetustioribus res ea multo fuerit incertissima, ut notum ex Pausania V. 7. Vero autem non absimile est, institutos esse, ut Graeciae iuventus sese exerceret, et ad mutuum auxilium, si eo opus foret, parata esset: quae quoque caussa instituti concilii Amphictyonici apud Dionysium IV. A. R. p. 229. Wess.

296. 30. *Τὸν παρὰ τὸν Ἀλφειόν*] Series orationis et Mss. hoc requirunt. Posses alioqui doctissimum Iensium sequi, qui Epist. ad Graev. p. 410. *lego τῆς τῶν Ἠλείων χώρας, τῆς παρὰ τὸν Ἀλφειόν*. Eleorum regionis, quae erat iuxta Alpheum. *Nempe locus in Elea regione Alpheo amni vicinus ad id electus est; propterea sequitur, διὸ καὶ τὴν παραποταμίαν καθιερώσαντα τῷ μεγίστῳ τῶν θεῶν* etc. Eleorum autem ad Alpheum regio totius Graeciae consensu, sive Hercules ei rei auctor fuerit, sive eius posteri, inmunis et sacrosancta censebatur, nefarii vero et scelesti, qui aut arma in eam inferrent, aut bello vexatae non succurrerent, Strabone VIII. p. 548. C. auctore. Vid. infr. L. XIV. 17. Wess.

297. 34. *Καὶ θεωροὺς ἀποστεῖλαι τοὺς ταῖς πόλεσι* etc.] Legatis, qui ad sacra certamina mittebantur, quique eorum sollemnitatem aliis nuntiabant, proprium *θεωρῶν* nomen. Etymologus, *Ἀρχιθέωρος, ὁ ἡγούμενος τῶν θεωρῶν. Θεωροὶ δὲ εἰσὶν οἱ τὴν θεωρίαν φέροντες τοῖς θεοῖς εἰς τοὺς Ἑλληνικοὺς ἀγῶνας καὶ ὑπὲρ τῶν πατρίων θύοντες*· quo usu, quod H. Vales. ad Harpocrat. haud latuit, *ἀρχιθέωρος εἰς Ἴσθμὸν καὶ Ὀλυμπίαζε* Andocides Orat. de Myst. p. 17. et Orat. in Alcibiad. p. 32.; Dinarchus in Demosth. p. 100.; Lysias Or. XX. c. 2. Prorsus autem, ut hoc loco, Polybius de Antiocho Epiphane apud Athen. V. 5. *ἐξέπεμψε πρεσβεῖς καὶ ΘΕΩΡΟΥΣ εἰς τὰς πόλεις, καταγγελοῦντας τοὺς ἐσομένους ἀγῶνας ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Δάφνῃ*, ubi vide Casaubon. et Duker. in Thucydid. V. 16. Wess.

297. 38. *Ὀλυμπιακῆς* Reg. Vide I. 95. Wess.

297. 44. *Στρατόπεδόν τε κράτιστον συστήσασθαι καὶ πᾶσαν* etc.] Etsi dubitari non possit, res non unius Herculis, sed plurium, a Graecis in unum quoddam historiae corpus fuisse congestas, vero perquam adfine est, Herculem Thebanum egregii ducis et bellatoris officia obiisse, exercituque instructo magnum sibi nomen atque auctoritatem parasse: quod et prudentissimus scriptor Dionysius I. A. R. p. 33. agnoscit, et fabulae veterum, modo

addita a poëtis ornamenta auferas, confirmant. Vide supr. I. 23. et G. Io. Vossium I. Idolol. c. 12. WESS.

297. 51. *Ὑπὲρ Ἰάσονος*] *Περὶ Ἰάσονος* Reg. Vid. supr. I. 89. WESS.

297. 53. *Καὶ συμβιώσαντα δεκαετῆ χρόνον*] Consentanea Diodoro commentatur Apollodorus, *καὶ δέκα μὲν ἔτη διετέλουν εὐτυχοῦντες*, inquiens I. 8. 28., liberos tamen utriusque *Mermerum* et *Pheretem* nuncupans, quemadmodum et Pausan. II. 3. atque Hygin. F. XXV. cum Munckeri nota. Conf. Schol. in Eurip. Med. 273. WESS.

297. 62. *Τὸν Ἰάσονα Γλαύκης ἐρασθέντα τῆς Κρέοντος*] Creontis hanc filiam Creusam Clitodemus in Schol. Eurip. Med. v. 19. et Schol. ad Ovidii Ibin v. 605. vero nomine fuisse perhibet: cuius dissensus caussam quaerit Iac. Palmer. Exercit. p. 370. WESS.

297. 68. *Ἀλλὰ καὶ τοῖς τέκνοις σπεύδοντα συγγενῆ τὸν* etc.] Hunc colorem Iason nuptiis dat, ut Medeam placet, in Euripidis Med. v. 593. WESS.

298. 77. *Ῥιζιόν τι προσθεῖσαν*] Describitur a Nicandro Alexiphar. v. 249., ubi Critici veteres *Naphtham* fuisse malunt, non dissentiente, uti et Muncker. monuit, Plut. in Alexand. p. 686. A. WESS.

298. 83. *Δῶρα κομίσαι τῇ νύμφῃ φαρμ. κεχρισμένα*] Euripid. Med. v. 947. et 1186. elegantissimis versibus insidiosa dona et infelicem novae nuptae succurrentisque patris exitum depingit. WESS.

298. 89. *Ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ προελθεῖν αὐτὴν ὀργῆς*] Non erat, ut hoc pro reiectaneo censeretur. Euripid. Troas. 972. *Οὐκ εἰς τοσοῦτον ἀμαθίας ἐλθεῖν δοκῶ*. Lysias Orat. II. 1. *οὐκ ἄν ποτ' αὐτὸν εἰς τοσοῦτον τόλμης ἡγησάμην ἀφικέσθαι*. et Orat. XI. 22. *εἰς τοσοῦτον ὑπεροψίας ἐλθόντες*. Themist. Orat. III. p. 348. *εἰς τοσοῦτον εὐκλείας προῆλθεν*. Demosth. I. in Aphob. p. 506. *εἰς τοσοῦτον αἰσχροκερδείας ἦλθεν*. quae cum dicendi genus satis constabiliant, desino. WESS.

298. 91. *Τὸν μετὰ τῆς νύμφης* etc.] Considera num rectius *τὸν ἀπὸ τῆς*. RHOD. *Offendo ad ἐπεὶ ἐξέφυγε τὸν μετὰ τῆς νύμφης κίνδυνον. Nympha haec est Glauce, quam novissime duxerat Iason: ab ea metuere poterat Medea κίνδυνον. Immo inceptis novis nuptiis iam imperata Medeae fuerat abstinentia συμβιώσεως καὶ ὁμιλίας cum Iasone: quod illa periculum, et alia, quae forte sibi impenderent, interemtis Glauce et Creonte, nunc effugerat. Putem autem vel post vocabulum νύμφης locatum fuisse ἡ όνον, ut sit*, ubi effugit periculum post sponsae caedem; *vel Diodorum scripsisse παρὰ, vel potius ἀπὸ τῆς νύμφης κίνδυνον*, periculum, quod Medeae a Glauce partim evenerat, partim esset eventurum. *Non latet tibi, eruditissime Graevi, non*

raro Graecos construere substantivum cum praepositione, vel suppresso verbo aliquo, vel pro simplici genitivo. Sic eadem pagina Diodorus de Thessalo Medeae filio, φασὶ τὸν Θεσσαλὸν μὲν τὸν διαφυγόντα τὸν ἀπὸ τῆς μητρὸς φόνον. Sic supra ex Diodoro nostro habuimus τὸν ἀπὸ Διὸς ὄμβρον. Haec Cl. Iensius in Epist. ad Graev. p. 411., qui si animadvertisset, Iasonem commune sibi cum sponsa periculum effugisse, sincera haec non incrustasset. Medea apud animum constituerat Iasonem pariter cum Glauce interimere: *ὃν ποτ' ἐγὼ νύμφαν τ' ἐσίδοιμ' αὐτοῖς μελάθροις διακναιομένους* ipsa ait in Eurip. Med. v. 163.; Glauce illaetabili incendio deflagrante Iason periculum vitavit; quare irata et furiis incensa mulier filiis trucidatis in maximam eum calamitatem detrudere molitur. Wess.

298. 95. *Ἐν τῷ τῆς Ἥρας τεμένει θάψαι*] Sumsit ex Euripid. v. 1378.

— *Ἐπεί σφας τῇδ' ἐγὼ θάψω χερὶ,*
Φέρουσ' ἐς Ἥρας τέμενος Ἀκραίας θεοῦ.

qui Iunonem *Ἀκραίαν* nuncupat, ut Critici veteres notant, *παρὰ τὸ ἐν ἀκροπόλει ἱδρῦσθαι.* Prave ergo Apostolius I. 82. *Κορινθίων Ἥρᾳ Ἀσκραίᾳ θυόντων.* Melius Suidas in *Αἰξ.* ubi L. Kuster. simili menda Hesychium liberat. Wess.

298. 97. *Τοῦτον μεσίτην γεγονότα τῶν ὁμολογιῶν*] Hercules nuptiarum fuerat conciliator, receperatque Medeae, Iasonem eius in amore fore assiduum: hinc *μεσίτης τῶν ὁμολογιῶν, sponsaliorum medius atque interpres.* Longe augustiore sententia de Christo nostro auctor Epist. ad Hebr. III. 1. *κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν.* quippe Deum inter et homines sequestre, atque assensus, quem mandatis eius praebemus, internuntio ac sacerdote: quo referre soleo summi Iudaeorum pontificis apud Philon. De Somn. p. 598. A. titulum, *ὁ μὲν δὴ μέγας ἀρχιερεὺς τῆς ὁμολογίας,* qui vulgo perperam distractus circumfertur. Wess.

298. 2. *Ἐκ τοῦ ζῆν ἑαυτὸν μεταστῆσαι*] Non ita Euripides, fragmento putrescentis navis Argus, *Ἀργοῦς κάρα σὺν λειψάνῳ πεπληγμένος,* in caput inpacto periisse significans Med. v. 1387. Cum Diodoro sentit Neophron. in Schol. ad eum poetae versum. Vid. Nic. Loensem L. IV. Epiph. Miscell. c. 18. Wess.

298. 5. *Ἀποστειλάντων αὐτῶν Πυθῶδε*] Malim *Delphos,* ut L. XV. 8. 49. Apollon. Rh. I. 209. et Herodot. I. 54. cum L. Bos animadversione Obs. Critic. c. 2. Miserunt autem sciscitatum Phoebi oracula, quod pestilentia ipsorum liberi occiderent ob caedem, qua Medeae filios lapidibus coopertos obtruncarant ipsi, si fides Pausaniae II. 3. p. 118. et Philostrato Her. XIX. 14. p. 740. hisque antiquiori Apollodor. I. 8. 28. Noster enim atque Euripides in alia omnia abeunt; quamquam non defuerunt, qui poetam acceptis quinque talentis scelus id in Medeam derivasse

traderent, ut Parmeniscus in Schol. ad Med. v. 9. et Aelian. V. V. H. 21. Utcunque id fuit, neque enim conperta res, Corinthii Medeae liberos publice deinceps inferiis ceterisque piamentis placarunt, *μιξοβαρβάρους*, quippe hybridas, appellantes, quod Schol. Pindar. Od. XIII. 76. Olympion. et in Med. Euripidis v. 273. uberius docent. Wess.

299. 15. *Ἀφ' ἑαυτοῦ προσαγορεῦσαι Θετταλοὺς*] Diceres Strabonem his consentire, *Θετταλοὺς τοὺς ἀπὸ Ἰάσονος καὶ Μηδείας* memorantem L. XI. p. 804. A. Ceteri gentis et regionis nomen aut a Thessalo Haemonis filio, aut Thessalo Phidippi patre Heraclida repetere adsolent. *Οἱ δὲ ἀπὸ Θεσσαλοῦ τοῦ Φειδίππου πατρὸς, τοῦ Ἡρακλείδου, μετὰ τὰ Τρωϊκὰ κληθῆναι φασὶν*, veteres Grammatici aiunt in Apollon. Rh. III. 1089. Quare in corrupto et mutilo Strabonis loco extremi L. IX. *τοὺς δὲ ἀπὸ Ἐφύρας τῆς Θεσπρωτίδος, ἀπογόνους Ἀντίφου καὶ Φειδίππου υἱῶν Θετταλοῦ τοῦ Ἡρακλέους, ἐπελθόντας ἀπὸ Θετταλοῦ τοῦ ἑαυτῶν προγόνου τὴν χώραν ὀνομάσαι* ex egregia Iusti Lipsii ad Vell. Paterc. I. 1. correctione citra dubium legendum est. Wess.

299. 19. *Περὶ ὧν ἐν οἰκειοτέροις μνησθησόμεθα καιροῖς*] Stetit haud dubie promissis. Sed periit, ut multa, hic eius labor, neque adeo finire licet, quo libro ea fuerit exsecutus. Wess.

299. 21. *Ἀπεκτονότα*] *Ἀπεκταγκότα* Co. Vid. Steph. Thes. T. II. p. 472. Wess.

299. 23. *Ἀγνοοῦσαν — βοήθειαν*] Restituatur *ἀπογνοῦσαν*. Rhod. *Ἀπογνοῦσαν τὴν — — βοήθειαν*] Parui scriptis libris et Rhodom., quicum consentit Io. Iensius haec notans: *Rhodomannus vertit*, desperata in praesens eius ope. *Recte: ita enim mens Diodori postulat: quare sine ulla haesitatione legam ἀπογνοῦσαν*, desperantem, Epist. ad Io. Georg. Graev. p. 413. Genus loquendi auctori frequens adeo est, ut exempla conducere necesse non sit. Wess.

299. 27. *Ὑφ' Ἱππότου τοῦ Κρέοντος ἐξατουμένην*] Haec puto in animo erant Euripid., cum Medeae Aegeum conpellanti ea, quae succedunt, tribueret in cognomine Fabula v. 748.

Φίλος γένοι' ἄν, κἀπικηρυκεύμασιν
Οὐκ ἄν πίθοιο, τἀμὰ μὲν γὰρ ἀσθενῆ.

Prospiciebat enim, non defore, qui post admissum Corinthi scelus noxae se dedi peterent. De Hippote Creontis filio scholiastes ad eandem Tragoed. v. 20. Wess.

299. 31. *Ἐγκληθεῖσαν ἐπὶ φαρμακείᾳ*] Uberius haec Plutarchus Thes. p. 5. D. Wess.

299. 38. *Καὶ τοὺς ἄλλους ἀφ' ἑαυτοῦ* etc.] Scripserat *τοὺς λαοὺς, populos*, ut bene Rhodom., mendam inter vertendum, sicuti coniicio, animadvertens. Vitium peperit vocum in contractiore scriptura similitudo, idque semel atque iterum in superio-

ribus eluimus. Vid. III. 43. 45. 72. Ceterum quae mox adduntur de *Medo* Aegei filio et Aeeta in regnum restituto, ea non inprobat Apollodor. I. 8. 28. eumque secutus Tzetzes in Lycophron. v. 175. Wess.

300. 58. *Ἀναπλεύσαντας γὰρ αὐτοὺς διὰ τοῦ Τανάϊδος*] Absurdam hanc opinionem personatus Orpheus sequitur, Argonautas Maeotidem intrasse ac longis erroribus actos in Oceanum devenisse canens Argonaut. v. 1054.; neque alia inbutus fuit Scymnus, si eius sententiam bona fide expresserunt Critici ad Apollon. Rhod. IV. 284. Wess.

300. 60. *Καὶ τόπον*] Lego *τρόπον* pro *τόπον*. Steph. H. Steph. *τρόπον* legit. Tum vertendum, *navique modo quodam protracta*. Rhod. *Καὶ κατὰ τόπον τινὰ τὴν ναῦν διελκύσαντας*] Sic praestat. *Τόπος* et *τρόπος* saepe quidem a librariorum natione confunduntur, cuius culpae hic adfines non sunt. Posses alioqui neglecta praepositione locum tueri his Zosimi L. V. c. 29. Argonautae *μηχαναῖς ἐπιθέντες τὴν Ἀργὼ, καὶ τετρακοσίων σταδίων ὁδὸν ἄχρι θαλάσσης ἑλκύσαντες*. Sed quod dedi, potius videtur. *Διέλκειν* de navi, cum per Isthmi iugum trahitur, elegans esse, nemo ignorat: mitto ergo acerbissimum inpurissimumque Aristophan. in Thesmophor. v. 655. iocum. Tu vide tamen Suidam in *Ἰσθμὸς* et Is. Casaub. in Strab. VIII. p. 583. Wess.

300. 67. *Σεβομένους — τοὺς Διοσκούρους*] Tacitus Mor. Germ. c. 44. apud Naharvalos, nationem Lygiorum, antiquae religionis lucum esse, in quo Castor et Pollux, ut Romani numinis barbarici cultum interpretabantur, praecipuo honore colantur, auctor est: sed ea et fabulosa sunt, et commode huc referri haud possunt, sicuti diligenti cura commonstravit Ph. Cluverius L. I. Germ. Antiq. c. 30. Adde Apollon. IV. 651. Wess.

300. 76. *Ἀργῷον ἀπὸ τῆς νεὼς προσαγορευθῆναι*] Meminit portus Apollonius IV. 658.

Ἐν δὲ λιμὴν Ἀργῷος ἐπωνυμίην πεφάτισται

pluresque alii, laudati a P. Leopardo XIII. Emend. c. 3. Wess.

300. 80. *Λιμένα Τελαμῶνα*] A Telamone, Argonautarum uno. Cluver. II. Ital. Antiq. p. 477. et Itiner. Anton. p. 500. vide. Wess.

300. 81. *Αἰήτην, τὸν νῦν Καιήτην προσαγορευόμενον*] Studiosissimo veterum fabularum tenebrarumque Lycophroni *Ἀργοῦς τε κλεινὸν ὅρμον, Αἰήτην μέγαν* propterea appellare Alexand. v. 1274. libuit. Tzetzae, *Αἰήτης λιμὴν ἐν Ἰταλίᾳ, ἔνθα φασὶν ὁρμισθῆναι τὴν Ἀργώ*· cuius in mentem si venisset hic locus, plura, loquacem hominem bene si novi, nobis admensus fuisset. Origo ipsa a vero abhorret, recteque adeo Strabo fecit, quod nullam eius rationem habuerit; quamquam nec ea, quam dat L. V. p. 356., magno Casaubono se probare potuit. Wess.

300. 86. *Λωρήσασθαι χαλκοῦν τρίποδα*] Plenius de tripode Herodotus IV. 179. et Lycophron. v. 887., qui a Medea Tritoni datum canit, Apollon. Rhod. IV. 1549. Pindar. Pythion. Od. IV. Wess.

300. 88. *Παρὰ τοῖς Εὐεσπερίταις*] Vulgatum *Ἑσπερίταις* tametsi firmetur eo loco, quem L. XVIII. 20. videbimus, hoc praeoptavi. Pausan. IV. 26. p. 342. *τὸ πλεῖστον δὲ αὐτῶν ἔς τε Λιβύην ἀφίκετο, καὶ Λιβύης ἐς Εὐεσπερίτας. οἱ γὰρ Εὐεσπερῖται πολέμῳ κακωθέντες ὑπὸ βαρβάρων* etc. Ubi doctissimus Kuhnius rectissime Sylburgii suspicionem deseruit. Urbs *Ἑσπερίδες* et *Εὐεσπερίδες*, ut ex Ptolemaeo et Stephano notum, postea *Beronice*, de qua in Diatrib. de Iud. Archont. c. 3. plura, dici coepta est. Wess.

300. 90. *Ἀνὰ τὸν Ἴστρον πλεύσαντας*] Sic Apollonius et ante eum Timagetus, ut Critici docent ad Poëtae L. IV. Argon. v. 259. et 284.; qui tamen cum adfirmant praeter Timagetum ante Apollonii aetatem neminem ea fuisse opinione, vereor ut fidem mereantur: fuit enim communis veterum is error, Strabone teste I. p. 98. Wess.

300. 91. *Διὰ τῆς ἀντιπροσώπου φύσεως*] Hic *ῥύσεως* ab auctore positum esse, quis neget? Quid enim *φύσεως* hic esset? Intelligit ergo alium fluminis alveum, seu profluxum, in fontibus ipsis occurrentem, cuius ductu in Adriaticum mare sint devecti. Rhod. *Διὰ τῆς ἀντιπροσώπων ῥύσεως*] Scripti libri et res ipsa ita cum malint, vulgatum possessione cur non deiiciam? Puto hanc Diodori mentem fuisse: Argonautas adverso flumine ad Istri fontes pervenisse, inde vero alveo, in diversa tendente, in Hadriaticum mare delatos esse: flumina enim *ἀντιρρόσωπα* ea sunt, quae in contrariam partem decurrant, ut L. XVIII. 5. *ποταμοὶ τὰς ῥύσεις ἔχοντες ἀντιπροσώπους*, quorum alii in Euxinum, alii in Caspium aut Oceanum mare devolvuntur. Wess.

301. 97. *Εὑρέθη τὰς πηγὰς ἔχων ὁ ποταμὸς* etc.] Ister videlicet, unde Istris sive Histris cognomen venit: quod non animadversum fraudi summo viro fuit ad Strabon. VII. p. 443. Meminit *Istri*, Istriae amnis, Mela II. 4.; quod flumen idemne sit ac *Quieto*, ut nostrae aetatis Geographi vocant, an Timavus non convenit inter eruditos. Stabat pro *Quieto* Cluver. cum res Germanorum illustraret L. I. G. A. c. 30., in rebus vero Italicis Timavum maluit L. I. I. A. c. 21. p. 208. Ego vero difficulter mihi persuadeo, Melam tam turpi errore Istrum et Timavum, quos distincte nominat, voluisse confundere. Wess.

301. 6. *Καὶ τινων ἑτέρων ἀνδρωθέντων*] Sic I. 53. *καὶ πάντες ἀνδρωθέντες ὑπῆρξαν ἀθληταὶ μὲν τοῖς σώμασι. Et quum omnes adolevissent* etc. qua potestate satis id verbum teritur. Anton. Liberal. c. 13. *ὁ δὲ παῖς ἐπεὶ τάχιστα ἠνδρώθη, ἀνὴρ ἐγένετο γενναῖος.* Apollodor. II. 4. 2. *καὶ ἠνδρωμένου Περσέως.*

et 7. 7. *τὴν Ἰόλην ἀνδρωθέντα γῆμαι.* Euripid. Here. Fur. v. 42. *μήποθ' οἵδ' ἠνδρωμένοι.* Rarius hoc Iosephi est, neque in Lexicis obvium, *συνήνδρωτο δ' αὐτῶν ταῖς ἡλικίαις ἡ διάθεσις* de Herodis filiis, quibus cum ipsa aetate odium in matris inimicos creverat, L. I. 23. 1. Belli Iud. Aliud indicat in Vales. Excerpt. Dionis p. 626. cum de Vestalibus virginibus, stuprum passis, *ὅτι τρεῖς ἅμα ἠνδρώθησαν.* quo usu medicorum principi frequentari Oeconom. Foesii docebit. WESS.

301. 10. *Διὸ Κῆϋκι μὲν τῷ βασιλεῖ προηγόρευσι* etc.] Verba, quibus metu perculsus Ceyx Heraclidas, ut Trachine discederent, apud Hecataeum conpellabat, servavit Longinus de Stil. Subl. c. 27. p. 156., a Tollio et Zach. Pearce inprimis egregie illustrata. Exactos dein plerisque Graeciae urbibus fuisse Euripid. Heraclid. v. 19. 50. 145. etc. significat. WESS.

301. 20. *Τὴν ἔμφυτον αὐτοῖς*] *Παρ' αὐτοῖς* C. M. V. Cl. 1. sine gravi caussa. Vid. XIX. 1. XX. 31. 58. WESS.

301. 22. *Εἰς Τρικόρυνθον*] Non aliter scribit Stephan. in *Τρικόρυνθον*, Diodorum citans, quem nostrum esse, cave credas, prave tamen. Vero nomine *Τρικόρυθος* dicebatur, uti ipse in *Τετράπολις*, et, quem sequitur, Strabo IX. p. 588. A. et p. 611. B. praefert. Vidit et hoc Io. Meursius Lib. de Pop. Attic. et cum Holstenio ad Steph. Pinedo. Atticae vero Tetrapolin profugos Heraclidas incoluisse Euripid. in cognomine Tragoedia v. 82. testatur: in cuius beneficii memoriam cum labentibus annis Lacedaemonii Atticam armis incursarent, sola Tetrapoli abstinuerunt, sicuti L. XII. 54. videbimus. WESS.

302. 34. *Ὑπὸ Ὕλλου τοῦ Ἡρακλέους ἀνῃρέθη*] Ab Iolao captum et interfectum Euripides Heraclid. v. 859. Strabo VIII. p. 579., et quos ibi laudavit Is. Casaubon., adfirmant. Isocrates capti, et cum supplex victoribus fuisset, interfecti Eurysthei meminit Panathen. p. 407. *τοσοῦτον γὰρ ἐδέησε γράψας κύριος γενέσθαι τῶν ἱκετῶν, ὥστε ἡττηθεὶς μάχῃ καὶ ζωγρηθεὶς ὑπὸ τῶν ἡμετέρων, αὐτὸς ἱκέτης γενόμενος τούτων, οὓς ἐξαιτήσων ἦλθε, τὸν βίον ἐτελεύτησε.* quibus in verbis me vehementer offendit participium *γράψας*: neque enim literis res acta, sed armis; mallem, si liceret, *πράξας κύριος γενέσθαι, cum inpense studuisset, ut eos suam in potestatem rediget.* Nam *προσδοκήσας*, quod hoc ipso in negotio usurpat Panegyr. p. 76., et lenius est et longius a ductibus vocabuli recedit. Utcunque ceciderit; coniecturae enim nihil admodum tribuo: cum Diodoro paria facit Apollodor. II. 8. 1., filios Eurysthei nominatim annumerans. WESS.

302. 45. *Ὕλλος — εἰς μονομαχίαν προεκαλέσατο*] Frequentis olim usus inter dissidentes reges singularia erant certamina, longe profecto honestiora et magis e re civium, quam quae vulgo levi saepe ex caussa inter privatos sumuntur. Exempla principum, ut popularium sanguini parceretur, inter se congredien-

tium non addo: sunt enim in his libris haud rara, et ab incomparabili Is. Casaub. ad Athen. IV. 13. diligenter collecta. WESS.

302. 49. *Μὴ κατιέναι — — ἐντὸς ἐτῶν πεντήκοντα*] Verius dixisset *ἐντὸς ἐτῶν ἑκατὸν*, ut Herodot. IX. 26. et Schol. Thucyd. I. 12. Centum enim circiter anni post hanc cladem exierunt, antequam in Peloponnesum Heraclidae redirent. Vid. supr. I. 5. et viros egregios Dion. Petav. IX. D. T. 32. et Barbeyrac. Hist. Foed. et Pactor. I. T. p. 11., deque Echemo Tegeatarum rege Pausan. I. 41. VIII. 5. WESS.

302. 65. *Παρ' Αἰγίμιον τὸν Δώρου* etc.] Conf. supr. c. 37. et Strabon. IX. p. 654. B. WESS.

302. 69. *Τὸν Ἠλεκτρύονος*] Retine scripturam marginalem *Ἠλεκτρίωνος*. Hoc enim Hesiodus in principio Aspidos suae utitur. Licymnium vero Electrionis et Mideae filium esse, ex Apollodoro Reineccius, diligentissimus nostrae aetatis Genealogus, in familiis regum Mycenaeorum ostendit. Ad quem in caeteris etiam Genealogiis recte cognoscendis lector dimissus esto. RHOD. *Τὸν Ἠλεκτρύωνος*] Sic malim, quamquam supr. c. 9. constanter Mss. *Ἠλεκτρυόνα*, nec aliter in Apollodoro II. 4. 6. Melius Pausan. II. 22. et 25. De Licymnii caede Pindar. Od. VII. Olympion. v. 49. et Schol. Homer. Iliad. *B*, 663. WESS.

302. 71. *Οἱ ὑπὸ Τριόπα τοῦ Φόρβαντος*] Pausan. eodem modo L. IV. 1. et infr. Noster V. 77. Alioqui saepe vitiosum *Triopae* nomen in libris circumfertur, sicuti et Phorbantis Exemplis si indigeas, succurrent P. Leopard. IV. Emend. IX. Muncker. in Hygin. Fab. CXLV. et Astronom. II. 14. WESS.

302. 74. *Τρεῖς καταστῆσαι πόλεις* etc.] De illis L. V. 77. XIII. 75. WESS.

303. 75. *Ἰήλυσον*] *Ἤλυσὸν* Co. *Ἠλυσὸν* Vind. perperam. Vid. Wasse in Thucyd. VIII. 44. WESS.

303. 84. *Καὶ τὰ μυθολογούμενα σύμβολα ἀνῃρημένος*] Haec et quae succedunt pessime a quibusdam libris absunt: intelliguntur ensis et crepidae, quas Aegeus *ὑπὸ πέτρᾳ θεῖναι γνωρίσματα εἶναι τῷ παιδὶ* perhibetur in Pausan. I. 27. p. 66. et Plutarch. Thes. p. 2. C. WESS.

303. 89. *Ὀνομαζόμενον Κορυνήτην*] *Peripheten*, Vulcani filium, *ὃς ἀπὸ τῆς Κορύνης, ἣν ἐφόρει, Κορυνήτης ἐπεκαλεῖτο* Apollod. III. 15. 1. et Pausan. II. 1. Nihil autem intererit, sive tu mox *ὅπερ* an *ἥτις ἦν* legeris. WESS.

303. 92. *Τὸν ἐν Ἰσθμῷ κατοικοῦντα Σίνιν*] Origo vocis *ἀπὸ τοῦ σίνεσθαι* et Euripid. Hippol. v. 977. atque Ovidii Ib. vs. 409. *Ut Sinis et Sciron et de Polypemone natus*, hoc requirunt: neque dissidet Apollod. III. 15. 2. nec Pausan. I. 37. *Σίννις* tamen Plutarcho Thes. p. 4. Aristoteli III. Rhetor. p. 123. cum Sylburg. nota, atque aliis. WESS.

303. 97. *Τὴν ἐν Κρομμυῶνι — ὖν*] Si huic agri Corinthiaci loco nomen a Cromo, Neptuni filio apud Pausan. venerit, potior scriptura Cod. Clar. 1. foret: sed nec sibi in vocis origine nec scriptura veteres constant, quemadmodum Sylburg. ad Pausan. II. 1. et Io. Meurs. Thes. c. 6. monuerunt. *Κρομμυὼν* L. XII. 65. recurrit. Scripsi autem *τρίτον δὲ*, secutus Mss. et Rhodom., qui *verisimilius*, inquit, *τρίτον δὲ, ut absolute, quomodo superiora πρῶτον μὲν, δεύτερον δέ.* Wess.

303. 100. *Σκίρωνα*] *Σκείρωνα* Co. ut Xenoph. II. Memor. p. 581. Isocr. Laud. Helen. p. 309. Wess.

303. 1. *Σκιρωνίδας πέτρας*] Scopuli longissime per agrum Megaricum porrecti Oneos montes et rupem Moluridem contingebant, latrociniis, quod praeter eos in Atticam iter esset, opportuni atque infames seriore etiam tempore, uti Alciphron. L. III. Ep. 70. testatur. Describuntur a Strab. VIII. p. 582. C. IX. p. 602. C. De Scirone quae Megarensium fuerit opinio, ex Plut. Thes. p. 4. E. cognosces. Wess.

303. 2. *Ἀπονίπτειν ἑαυτὸν*] Aut reponendum *ἑαυτοὺς*, aut dicendum eum post *παριόντας* subiecisse *ἑαυτὸν*, tanquam post *ἕκαστον τῶν παριόντων*. Steph. *Ἑαυτὸν*] Pro *αὐτὸν*, non autem *ἑαυτούς*, quod respectus hic fiat ad Scironem ipsum, qui pedibus ad abluendum peregrinis, qui iter illac facerent, in praecipiti quodam loco porrectis, in mare illos deturbabat, ut Plutarchus in vita Thesei refert. Rhod. Foret profecto commodius *ἑαυτοὺς*, nec muto tamen libris vetantibus: praesertim cum scriptori huic persit familiare a multitudinis numero ad singularem transilire: ut mox *διαπαλαίοντα τοῖς παριοῦσι, καὶ τὸν ἡττηθέντα* etc. et haec ad Scironem ipsum, ut optime Rhodom., pertineant. Plut. Thes. p. 4. E. *ὡς δ' ἔνιοι λέγουσιν, ὕβρει καὶ τρυφῇ προτείνοντα τῷ πόδε τοῖς ξένοις, καὶ κελεύοντα νίπτειν, εἶτα λακτίζοντα καὶ ἀπωθοῦντα νίπτοντας εἰς τὴν θάλασσαν.* Iam de *Chelone* quod subnectitur, testudinem indicat, quae ad scopulos adnatans deiectos in mare devorabat. Pausan. I. 44. p. 108. *χελώνη δὲ ὑπενήχετο ταῖς πέτραις, τοὺς ἐσβληθέντας ἁρπάζειν.* Schol. Eurip. Hippol. v. 979 *ὃς τὴν χελώνην ἔτρεφεν, οὗ μέμνηται Καλλίμαχος. οὗτος ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας νίπτειν τοὺς πόδας, καὶ λακτιζομένους ὑπ' αὐτοῦ βρῶμα ἐποίει γίνεσθαι τῆς χελώνης.* Wess.

303. 6. *Περὶ τὴν Ἐλευσῖνα Κερκύονα*] Io. Meurs. Thes. c. 7. consule. Wess.

303. 9. *Ἐν τῷ λεγομένῳ Κορυδάλλῳ*] Liquidam literam in pagi huius nomine geminat quoque Stephan.; *Κορύδαλος* aliis placet, e quo numero Strabo IX. p. 605. Athen. IX. p. 390. A. Aelian. III. H. A. 35. Ammonius in *Κόρυδος*. *Corydalum* vero Procrustes incoluerit, an propius Eleusinem propter Cephissum amnem, non convenit Diodoro cum Pausan. I. 38. p. 92. et Plutarcho Thes. p. 5. B., quamquam nec illi plane inter se consentanei

Ceterum Procrustae ex re ipsa natum titulum simili fere modo explicat Hygin. Fab. XXXVIII. Wess.

304. 16. *Τὸν ἐν Μαραθῶνι ταῦρον*] Vide supr. c. 13. et Io. Meursii Thes. c. 10. Wess.

304. 22. *Προσαναδραμόντας τοῖς χρόνοις*] Ita quidem constanter exaratum habetur. Sed haud scio an non melius sit *προαναδραμ. ut prius ad superiora tempora recurramus.* Rhod. Non debuerat vir doctissimus huic loquendi generi controversiam movere, quippe eleganti et Nostro in frequenti usu. Infr. c. 69. *περὶ δὲ τῶν Αἰολέων τούτων ἀναγκαῖον, προσαναδραμόντας τοῖς χρόνοις — ἐκθέσθαι.* et c. 75. *ἀναγκαῖον δὲ τοῖς χρόνοις προσαναδραμόντας — διελθεῖν.* et XVI. 1. XVIII. 19. Habet ex Polybiana imitatione: Polyb. enim I. 12. *ἐάν που προσανατρέχωμεν τοῖς χρόνοις περὶ τῶν ἐπιφανεστάτων πολιτευμάτων.* et c. 5. *κἂν δέῃ τοῖς χρόνοις βραχὺ προσαναδραμόντας — ποιήσασθαι τὴν ἀνάμνησιν.* nam utrobique ita legendum et scripti Codd. et Is. Casaub. ac Boecler. docuerunt. Alioqui *ἀναδραμεῖν τοῖς χρόνοις* simili in re usurpat, sicuti L. II. 14. et 57., a quo nec Diodorus abstinuit L. XI. 67. Wess.

304. 24. *Τέκταμος ὁ Δώρου*] Haud scio, an scriptura Codd. Clarom. potior sit: *Τεύταμος* quidem certe L. V. 81. adpellatur, fuitque eo nomine *Τεύταμος* Argyraspidum dux, in rebus Eumenis haud obscurus, L. XVIII. 59. et Plut. Eumen. p. 590. F., et *Τεύταμος* Biantis Prienaei pater apud Laert. Diog. I. 82.; nec longe abit *Τευταμίας* Larissaeorum rex. Apollodor. II. 4. 3. De Aeolensibus et Pelasgis Cretae incolis dicetur alias. Vide interea Io. Meursii Cretam L. I. 4. Wess.

304. 27. *Ἐγέννησεν Ἀστέριον*] Asterium, quem et *Ἀστερίωνα* adpellat, sicuti *Κρήτης ἄστερον στρατηλάτην* Lycophron. v. 1301., Europam uxorem habuisse consentit Apollod. III. 1. 2. Wess.

304. 35. *Τοῖς Κρησὶν ἐνομοθέτησε*] Vulgatissima opinio est, Minoem Cretensibus leges dictasse; venit tamen in partes Rhadamanthus apud Platon. principio L. I. de Leg.: qui, si Ephoro fides in Strabon. X. p. 730. B., Minoe multis annis fuit prior, illique legum ferendarum exemplum, quod imitaretur, praebuit. Wess.

304. 39. *Οὗτος πρῶτος Ἑλλήνων — ἐθαλασσοκράτησε*] Repetuntur eadem L. V. 54. et 79. Oenomaus apud Euseb. V. Praep. Evang. c. 19. *ἐθαλασσοκράτει τότε ὁ Μίνως καὶ μέγα ἐδύνατο, καὶ πᾶσα ἡ Ἑλλὰς αὐτὸν ἐθεράπευε.* Apollodor. III. 1. 3. *θαλασσοκρατήσας δὲ πρῶτος πασῶν τῶν νήσων σχεδὸν ἐπῆρξεν.* Sic lego; nec addo, ut Th. Galaeum coarguam, Diodorum parum considerate perstringentem, plura, quoniam excellentissima eruditione Is. Casaub. maris imperium, quo Minos plurimum valuit, et plures post eum Graecorum, exposuit ad Polybii L. I. p. 27. Wess.

304. 42. *Καὶ Κατρέα*] Pausaniae VIII. 53. p. 707. *Κατρέα δέ φασιν εἶναι Μίνω* hoc egregie firmat, nec minus scripti Codd., in Apollod. III. 1. 2., 2. 1. *Κατρέα* offerentes. Ipse Diodorus L. V. 59. non aliud postulat. WESS.

304. 45. *Παναθηναίων συντελουμένων*] Dicebantur *Ἀθήναια*, quibus postea *Παναθηναίων* nomen factum, cum Theseus omnes agri Attici incolas in unum civitatis ius redegisset, ut testatur Pausan. VIII. 2. Adsentitur tamen Nostro Apollodor. III. 14. 7. Conf. Scaliger. in Euseb. Chron. DCCLXXXIX. et Io. Meursii Panathen. c. 3. WESS.

304. 49. *Μήπως*] *Μήποθ'* Co. M. Forte rectius. Vid. Eurip. Herc. Fur. v. 42. WESS.

304. 53. *Περὶ Οἰνόην τῆς Ἀττικῆς*] Duplex erat Oenoe in Attica regione, altera ad Eleutheras, ad Marathonem altera. Harpocration *Οἰνόη, ἡ μὲν δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος, πρὸς Ἐλευθέραις, ἡ δὲ τῆς Αἰαντίδος, πρὸς Μαραθῶνι.* Prior hic designari videtur, quae in ipsis Boeotiae finibus Thebas ex agro Attico profecturis transitum dabat. De ea Thucydides II. 18. cum nota doctissimi Wasse. WESS.

304. 59. *Ἀττικὴν καὶ τὴν*] Tres has voces non legit Cl. 1., signatus etiam asterisco a Steph., sine caussa tamen. Vid. ad Anton. Itiner. p. 526. WESS.

305. 65. *Ὁ μὲν Αἰακὸς ἐπετέλεσε τὰς εὐχὰς*] Iovi *Ἑλλανίῳ* sive *Πανελληνίῳ* victimas obtulit, inpetravitque, ut largior imber in Graecos deplueret, apud Pausan. II. 29. p. 179. et Schol. Pindari Od. V. 19. Nemeon. Apollodor. III. 11. 6., sed qui in caussa et origine eius sterilitatis longissime a Diodoro recedit. Porro quod praecessit, *καὶ κελεύειν ὑπὲρ αὐτῶν εὐχὰς ποιήσασθαι*, cultum est. Aeschin. Legat. male gest. p. 45. *πρέσβεις πρὸς ὑμᾶς ἦλθον ἐκ Φωκέων, βοηθεῖν αὐτοῖς κελεύοντες.* Lysias Orat. I. c. 8. *ἐκέλευον συνδειπνεῖν.* Habet his similibusque locis rogandi quandam potestatem. WESS.

305. 69. *Εἶθ' ὁ μὲν θεὸς ἔχρησεν*] Oraculum Oenomaus, qui eius caussa Apollinem, ut meruit, perstrinxit, in Eusebii L. V. Evang. Praep. c. 19. servavit. WESS.

305. 73. *Δι' ἐτῶν ἐννέα*] Visum hoc fuit legitimum ob haec Plut. Thes. p. 6. D. *Legati Atheniensium ἐποιήσαντο συνθήκας, ὥστε πέμπειν δι' ἐννέα ἐτῶν δασμὸν ἠϊθέους ἑπτὰ καὶ παρθένους τοσαύτας.* quem annorum numerum mox iterum recepi, damnata Simsonii Chron. A. M. 2775. *δι' ἐτῶν β'* corrigentis coniectura, quippe fulcro, ut dictum alias, defecta. WESS.

305. 76. *Ὁ Μίνως πολεμῶν ἐπαύσατο τὰς Ἀθήνας*] *Athenas oppugnare desiit:* ea enim vis verbo cum quartum adsciscit casum. Pausan. VIII. 46. *Ἄνγουστος Ἀντώνιον πολεμῶν, bello adgressus Antonium*, quod a peritissimo Sylburg. sollicitatum nollem. Apollodor. III. 14. 8. *ἐπολέμησε στόλῳ*, Minos, *τὰς*

Ἀθήνας. Palaephat. Hist. Inered. c. 16. *ἀνὴρ Κνώσιος, ὀνόματι Ταῦρος, ἐπολέμει τὴν Τυρίων χώραν*. Ita lego ex Ms. Oxoniensi: in vulgata enim manifestum peccatum. Alciphron III. Ep. 22. de vulpibus, uvas infestantibus, *ἐπεὶ γὰρ ἐπολέμουν τὰς σταφυλάς*. Ex Diodoro similia si desideres, vide V. 46. XIII. 43. 84. XIV. 37. XV. 19. XVI. 41. etc. Wess.

305. 83. *Καθάπερ καὶ πρότερον ποιεῖν εἰώθεισαν*] Mittebantur pueri puellaeque in certissimam perniciem, propterea que navis omnia luctus argumenta praeferebat: *διὸ καὶ μέλαν ἱστίον ἔχουσαν, ὡς ἐπὶ συμφορᾷ προδήλῳ, τὴν ναῦν ἔπεμπον*, Plutarch. Thes. p. 7. D. ait: fuisse autem in more, ut navis, quae mortuum veheret, velis, nigro colore infectis, armaretur, testis Philostratus est Heroic. VIII. 3. Wess.

305. 94. *Ἀφελόμενον τοῦ Θησέως τὴν παρθένον*] Hac fabula consultum egregie Herois honori est; ceteroqui non decerant, qui perfide Ariadnam, cui salutem debebat, deseruisse praedicarent in Plut. Thes. p. 8. E. Vid. infra V. 72. et Schol. Apollon. Rh. III. 996. Wess.

306. 4. *Ἀναβάντα γὰρ εἰς τὴν ἀκρόπολιν*] Locum arcis, unde praeceps abiit Aegeus, distinctius signavit Pausan. I. 22. p. 52. Wess.

306. 10. *Τοὺς δήμους ὄντας μικροὺς — μεταγαγεῖν εἰς τὰς Ἀθήνας*] Prudentissimum Thesei hoc consilium Thucydid. II. 15. Isocrat. Helen. Laud. p. 312. et Plut. Thes. p. 10. E. eosque secuti Io. Meurs. Thes. c. 17. et Io. Marsham. Can. Chron. p. 297. uberius exponunt. Wess.

306. 12. *Διὰ τὸ βάρος τῆς πόλεως*] Propter *opes, potentiam* atque *amplitudinem*: quae omnia *τὸ βάρος* suo ambitu conplectitur. *βάρος καὶ ἀξίωμα τῆς πόλεως* Athenis Atticis tribuitur L. XVI. 8., et Byzantium *πόλις βάρος ἔχουσα* XIII. 66. Ad quem modum *βάρος τοῦ οἴκου* de familia locuplete et potente Plut. T. II. p. 749. E., Olynthus *πόλις βαρεῖα* inf. XVI. 8., Agrigentum *βαρυτάτη πόλις* Polyb. I. 17., Panormum *βαρυτάτη πόλις τῆς τῶν Καρχηδονίων ἐπαρχίας* c. 38. eiusdem Lib. I. et saepe alias. Conf. L. III. 13. et 60. Polybii. Wess.

306. 18. *Καὶ ποιησάμενος — συμμαχίαν*] De Deucalione Minois longe diversa Plut. Thes. p. 8. D. Wess.

306. 22. *Παρὰ τοῖς Αἴθρας ἀδελφοῖς*] Vulgatae litem non fuisse motam, vehementer demiror: quae enim haec Aethra soror, Hippolytine an Thesei? Imo vero Aethra Thesei mater est, in cuius paternis aedibus apud maiores avunculos Hippolytus educatus fuit. Pausan. I. 22. Theseus *Ἱππόλυτον πέμπει παρὰ Πιτθέα τραφησόμενον*. Auctor Argum. in Eurip. Hippol. *οὗ*, Troezene, *συνέβη τὸν Ἱππόλυτον παρὰ Πιτθεῖ τρέφεσθαι*. quare iuvenis infelix elegantissime Euripidis cognomine in Fab. versu 10.

— *Ἀμαζόνος τόκος*
Ἱππόλυτος, ἁγνοῦ Πιτθέως παιδεύματα.

Iustum itaque et optimae monetae merito censetur, quod amplexus sum. Wess.

306. 26. *Ἱδρύσατο ἱερὸν Ἀφροδίτης παρὰ τὴν ἀκρόπολιν*] Dicebatur *Ἀφροδίτης ἐφ' Ἱππολύτου*, teste Euripide Hippol. v. 32. et eius commentatore, quem Cl. P. Burman. illustrat Diss. Iov. Fulg. c. 8. p. 178. Wess.

306. 34. *Φαίδρα μὲν φοβηθεῖσα τὸν ἔξετασμὸν*] Tragico cothurno magis aptam et congruentem scenam instruxit Eurip. Hippol. v. 856. 885., necem iuvenis v. 1235. illis coloribus depingens, ut curru excussum, habenis inplicatum raptatumque misere videre putes. Wess.

306. 42. *Παρὰ τοῖς Τροιζην. ἔτυχεν ἱσοθέων* etc.] Vid. Euripid. Hippol. v. 1424. et Pausan. II. 32. Wess.

306. 43. *Καταστασιασθεὶς καὶ φυγὼν*] A Menestheo, ut notum ex Plut. Thes. p. 15. B. et Philostr. Heroic. XIX. 3. Quod autem ibi miratur doctissimus Olearius a Io. Meursio Thes. c. 30. praeteritam fuisse Deidamiam, Thesei filiam, id ab eo scribi potuisse profecto demirabere, si Philostratum inspexeris ipse. Wess.

306. 45. *Τά τε ὀστᾶ μετήνεγκαν καὶ τιμαῖς* etc.] Circa annum Olymp. LXVII. quartum, cum Scyron Cimon Miltiadis occupasset, Pausan. I. 17. et Plut. Thes. p. 17. auctoribus: quibus Io. Meurs. Thes. c. 31. et S. Petitum L. Attic. p. 12. adde, et *Θησεῖον* satis illustratum opinaberis. Wess.

307. 58. *Δεκαετῆ μὲν τὴν ἡλικίαν*] Duris Samius *ἑπταετῆ*, cum a Theseo raperetur, fuisse tradidit, Tzetze in Lycophron. v. 143. indice; quod vero non admodum simile, Theseus quinquagesimum aetatis annum eo tempore attigerat, et spe prolis puellam id aetatis raperet? Ceteri, a Meursio Thes. c. 26. laudati, *ἄωρον* et necdum nubilem fuisse perhibent. Wess.

307. 70. *Εἰς Ἀφίδναν*] Conf. Isocrat. Laud. Helen. p. 305. Strabon. IX. p. 607. B. 609. cui *Ἀφύδνα*, sicuti et Homeri interpreti Iliad. *Γ*, 144., minus recte, si ab *Aphidno* id nomen sit. Wess.

307. 72. *Φύλακας τῆς παρθένου*] Honestior hic titulus optime convenit Aethrae, Aphidno ceterisque amicorum, quorum curae puellam asservandam commisit apud Plut. Thes. p. 15. B. Wess.

307. 80. *Διὰ τὴν Ἡρακλέους χάριν ἀπολυθῆναι*] Vide supr. c. 26., et de omni hac fabula Pausan. I. 17., eius originem, atque, ita ut dicam, cubilia recte vestigantem. Wess.

307. 88. *Τὴν μητέρα Θησέως Αἴθραν*] Id fieri potuit: minus convenit, quae de *Aethra* Troiam cum Helena profecta, nec, nisi urbe eversa, Athenas reduce apud veteres fabula est. Vid. Schol. Iliad. *Γ*, 144. Demosth., si tamen is Orationis auctor, Laud. Funeb. p. 746. et Plut. Thes. p. 16. B. Wess.

307. 95. *Τὸν γὰρ ἐξ αὐτοῦ τεκνωθέντα*] Aemulatur haec Euripidis Phoenis. v. 18.

Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοχα δαιμόνων βίᾳ.
Εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ', ἀποκτενεῖ σ' ὁ φύς,
Καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος.

Indidem v. 25. sumta quoque putem, quae de Oedipi nomine sequuntur. Wess.

308. 5. *Τὴν καθ' ἑαυτὸν ὑποβολὴν*] Diodori hoc esse, ut multis probem, nihil necesse videtur. Res ipsa, et quae statim succedunt, pro me pugnant. Ὑποβάλλεσθαι feminarum est, quae liberos maritis supponunt, et ex se peperisse adfirmant, quos aliunde acceptos alunt, ut in Pausan. IV. 9. p. 302.; ὑποβολὴ actus ipse: unde Athenis ὑποβολῆς γραφὴ actionis erat genus, εἴ τις ἐγκαλοίη τινὶ ὡς ὑποβολιμαῖος εἴη, docente Grammatico in Bibl. Coislin. p. 493. Oedipum vero Corinthi in contentione quadam suppositititium per contumeliam fuisse dictum, testis ipse in Sophocl. Oed. Tyr. v. 790.

Ἀνὴρ γὰρ ἐν δείπνοις μ' ὑπερπλησθεὶς μέθης,
Καλεῖ παρ' οἴνῳ πλαστὸς ὡς εἴην πατρί.

et apertius Apollodorus III. 5. 7. τελειωθεὶς δὲ ὁ παῖς, Oedipus, καὶ διαφέρων τῶν ἡλίκων ῥώμῃ, διὰ φθόνον ὀνειδίζεται ὑπόβλητος. Quod in editis erat, originem librariis debet, solito sibi more ἐπιβουλὴν, ἐπιβολὴν et ὑποβολὴν confundentibus. Vid. supr. I. 4. Wess.

308. 7. *Κατὰ δὲ τὴν Φωκίδα*] Iterum ex Eurip. Phoenis. v. 37. Wess.

308. 11. *Σφίγγα, δίμορφον θηρίον*] Nec protrita neque tralatitia sunt, quae de Sphinge eruditissimus S. Bochart. I. Phal. c. 16. p. 433. disputavit. Wess.

308. 26. *Γεννῆσαι δύο μὲν υἱοὺς, Ἐτεοκλέα* etc.] Ex Eurip. Phoenis. v. 55., ubi vetus interpres ex Pherecyde longe diversa: alia quoque Pausan. IX. 4. p. 741. Quae mox de Oedipode, ne domo prodiret, a filiis prohibito, adduntur, congruunt eiusdem Fabulae v. 64. Wess.

308. 33. *Πρεσβυτέρου δ' ὄντος Ἐτεοκλέους*] Sophocli Oed. Colon. v. 1290. Eteocles φύσει νεώτερος natu minimus est. Diodorus ducem suum Euripid. sequitur Phoenis. v. 71. Wess.

308. 39. *Τοὺς ἀνεψιοὺς ἀνελόντα*] In hac parte veteris historiae turbae sunt ingentes. Apollodor. I. 8. 5. esse ait, qui Alcathoum patruum interfecisse memorent: alios tradere, Melanis patrui iugulasse filios, quos inter neque Alcathous nec Lycopeus tamen: Pherecydem docere, contrucidasse Tydeum fratrem Olenium. Atque hunc forte auctorem habuit Statius I. Theb. v. 402. et II. 113. *fraterno sanguine pollutum* canens, quamquam de Menalippo, fratre eius, accipit Lutatius, sibi parum constans et de Toxeo, eiusdem, ut ait, fratre, similia notans Theb. I. 282.

Magis haec Scholiastae Homeri Iliad. Ξ, 119. miscerent et turbarent, *Τυδεὺς γὰρ ἀνελὼν Λυκωπέα καὶ Ἀλκάθουν, ἑαυτοῦ παῖδας, ἔφυγεν*, nisi ipse se corrigeret, et fratres patrueles, Agrii filios, ab eo interemtos adderet: vel sic tamen opinor, Criticum eum priorum commentaria parum considerate excerpsisse, Alcathoumque et Lycopeum Tydei filios fecisse, qui patrueles erant; id a me impetrant haec Eustath. p. 971. *οὗτος Λυκωπέα καὶ Ἀλκάθουν ἀνεψιοὺς ἐπιβουλεύοντας τῷ πατρὶ Οἰνεῖ ἀπέκτεινεν ἐν ἀγρῷ, καὶ σὺν αὐτοῖς ἄκων τὸν πατράδελφον Μέλανα*· quae doctissimi praesulis id quoque ostendunt, eum Diodoro interpretes Homeri fecisse. Wess.

309. 42. *Κατά τι λόγιον συνοικίσαι*] Verba oraculi si requiras, dabunt veteres Critici ad Euripid. Phoenis. v. 416. Wess.

309. 50. *Ἐνταῦθα φασὶ τὸν μὲν Τυδέα ἐνεδρευθέντα* etc.] *In his verbis facile est deprehensu, nomen Τυδέα perperam pro Πολυνείκην positum. Utique Polynices fuit, non Tydeus, (qui proditor exstiterat) insidiis Eteoclis tentatus; at mirifice servatus, caesis quinquaginta illis, qui in insidiis ab Eteocle fuerant locati. Polynices, inquam, fuit, quem insidiis circumvenire gestiebat Eteocles, ne regno forte pelleretur ab illo reduce. Satis id clarum puto, si totius narrationis περίοδος recte consideretur.* Haec Cl. Io. Iensius Epist. ad Graev. p. 413., sed quae ἄῤῥητα ἀμείνω. Ego illis nihil reponam, nisi haec Apollodori III. 6. 5. *πέμπουσι Τυδέα προερροῦντα Ἐτεοκλεῖ τὴν βασιλείαν παραχωρεῖν Πολυνείκει, καθὰ συνέθετο*· et post pauca: *οἱ δὲ πεντήκοντα ἄνδρας ὁπλίσαντες ἀπιόντα ἐνήδρευσαν αὐτόν*. Wess.

309. 56. *Παρθενοπαῖον τὸν Ἀταλάντης τῆς Σχοινέως*] Diodoro adstipulatur Apollodor. III. 9. 2.; Iasi filiam Parthenopaei matrem Schol. Eurip. Phoenis. v. 152. facit, cumque eo alii. Vide Bernart. ad Statii Theb. IV. 248. Wess.

309. 62. *Ὃν Ἀφροδίτην μυθολογοῦσιν Ἁρμονίᾳ δωρήσασθαι*] Diu in dubio fuit animus, retineretne Ἀθηνᾶν an reciperet Ἀφροδίτην· nam Barthii coniectura ὃν τὴν Ἄτην, quam ad Statii Theb. II. 269. proiecit, et ratione caret et tanto viro indigna est. Tandem Venus vicit, tum quod auctor ipse c. 68. illi acceptum referat dirum id monile, et Grammatici veteres consentiant: quorum Pindari interpretes ad extremam Od. III. Pythion. *τῷ δὲ Κάδμῳ γαμοῦντι τὴν Ἁρμονίαν ἡ Ἀφροδίτη χρυσοῦν ὅρμον ἐδωρήσατο*. Statii vero Theb. II. 266. *a Vulcano Veneri fabricatum deinde Harmonies fuisse.* Habet tamen et Minerva in Diodoro patronum, ut L. V. c. 49. videbitur: quae discordia fortasse nata est, quod Venus monile, Minerva peplum Harmoniae dederit, utraque vero deinceps ab aliis coniuncta commixtaque sint: id colligo ex Schol. Eurip. Phoenis. v. 71., ubi de utroque munere, Harmoniae dato, ὧν τὸν μὲν ὅρμον Ἀφροδίτη,

τὸν δὲ χιτῶνα Ἀθηνᾶ ἐχαρίσατο. Sic enim ea legi oportere, nemo, qui attentius locum inspexerit, inficiabitur. WESS.

309. 65. Στασιάζοντος περὶ τῆς βασιλείας] Causam et originem contentionis eius declarant Pindarus Od. IX. 30. Nemeonic. et Apollodor. III. 6. 2. WESS.

309. 73. Ἀλκμαίωνι] Vaticani libri Ἀλκμεόνι in Ἀλκμέωνι mutatum recipiendum duxi. Duae enim huius nominis formae sunt, Ἀλκμαίονος et Ἀλκμέωνος, ut Ἀχταίονος et Ἀχτέωνος, quod infra c. 81. s. ab me restitutum. Ac falluntur qui recte scripta Ἀλκμαιονίς Ἀλκμαιονίδαι tanquam vitiosa corrigunt Bentleius Epist. ad Mill. p. 19., Fiorillo ad Herod. p. 90., editores quidam Pausaniae II. 18. 9., Strabonis l. X. p. 695. A., Schol. Aristoph. Nub. v. 64. Neque Apollodori II. 4. 4. τοῦ δ' Ἀχταίωνος πρῶτοι φάγον, aut τοῦ aut Ἀχταίωνος idonea quis auctoritate poetae tribuerit, quem credo potius forma Ἀχταῖος usum esse, οὗτοι δ' Ἀχταίου πρῶτοι φάγον, quae etiam paullo ante ab emendatore expulsa est. Ita dicitur Ἀστέριος et Ἀστερίων, Ἰάσιος et Ἰασίων, Λύκος et Λύκων. Choeroboseo autem (Bekkeri Anecd. p. 1313.) unum Ἀχταίωνος probanti periit nuper locus Euripidis Bacch. v. 377., ubi duo vel tres libri recte Ἀχτέωνος.

309. 82. Διὰ τῆς κλίμακος ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβαίνων] Fulmine percussus in praeceps ruit, ut elegantissime audacissimi hominis casum describit Euripid. Phoenis. v. 1180. Fabulae originem Fl. Vegetius IV. R. M. 21. ostendit, *sed qui*, inquiens, *scalis nituntur, frequenter periculum sustinent, exemplo Capanei, a quo primum scalarum oppugnatio perhibetur inventa: qui tanta vi occisus est a Thebanis, ut extinctus fulmine diceretur.* WESS.

310. 85. Ἄφαντος ἐγένετο] Non moveor auctoritate Clar. 1., ut hoc sede sua evertam. De Hespero L. III. 60. ὑπὸ πνευμάτων συναρπαγέντα μεγάλων ἄφαντον γενέσθαι. Similiter de Aristaeo IV. 84. περὶ δὲ τὸ ὄρος τὸ καλούμενον Αἶμον — ἄφαντον γενέσθαι. Pindarus Od. I. 72. Olymp. raptum Ganymedem conpellans ὡς δ' ἄφαντος ἔπελες etc. quae exempla eos cum describant, qui hominum conspectui eripiuntur, satis utique adparet, quid velint S. Lucae Ev. XXIV. 31. καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. WESS.

310. 88. Τὴν ἀναίρεσιν τῶν νεκρῶν οὐ συνεχώρησαν] Id quidem satis nefarium et communibus hominum moribus contrarium erat, uti egregie III. H. Grotius II. I. B. et P. 19. condocefecit. WESS.

310. 93. Πάντας τοὺς — ἔθαψαν] Pactone an bello ius sepeliendi a Thebanis sit obtentum, scriptoribus non convenit. Bellum gloriae civitatis magis congruens Attici scriptores Eurip. Suppl. v. 591. Isocrates Paneg. p. 75. Apollodor. III. 7. 1. eos-

que secutus Pausan. I. 39. elegerunt; pacto rem transactam adfirmat Plut. Thes. p. 14. A. Wess.

310. 96. *Ἐπίγονοι ὀνομασθέντες*] Sollemne hoc VII. ducum filiis cognomen fuit: Apollodor. III. 7. 2. *μετὰ δὲ ἔτη δέκα οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες, κληθέντες ΕΠΙΓΟΝΟΙ* etc. Conf. Pindar. Od. VIII. 61. Pythion. Strabon. VII. p. 501. C. IX. p. 632. B. Pausan. IX. 9. X. 10. p. 822. et infr. L. XIX. 53. Wess.

310. 99. *Πολεμεῖν τὴν προειρημένην πόλιν*] Vid. supr. c. 62. Wess.

310. 11. *Τὸν δὲ πέπλον παρὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Πολυνείκους*] Hoc verius, quam Apollod. III. 7. 2. *λαβοῦσα παρὰ Θερσάνδρου τοῦ Πολυνείκους τὸν ὅρμον καὶ τὸν πέπλον.* fatale enim monile Eriphyle a Polynice acceperat *δῶρον ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ*, ut Pausan. IX. 41. scribit, et c. 67. Noster. Wess.

310. 19. *Συνετρίβησαν ταῖς ἐλπίσιν*] Infr. XVI. 60. *οἱ δὲ Φωκεῖς συντριβέντες ταῖς ἐλπίσιν. Spes fractior* apud Ciceron., et alia de hoc genere, eo loci considerabuntur. Wess.

311. 25. *Τιλφωσσαῖον*] Sequor schedas Mutin. Harpocrat. *Τιλφωσσαῖον, Δημοσθένης κατ' Αἰσχίνου* (p. 230. 232.) *ὄρος ἐστὶ μικρὸν ἀπέχον τῆς λίμνης τῆς Κωπαΐδος.* Demosthenem sectatur Aristides T. II. p. 255. At Strabo montem *Τιλφώσσιον*, fontemque ex eius pede ebullientem *Τιλφῶσσαν* vocat IX. p. 630. B., *Τιλφούσιαν* Apollod. III. 7. 3. fontem; *Τιλφώσιον* montem infr. XIX. 54. Diodorus; *Τιλφοῦσαν* et *Τιλφούσιον* Paus. IX. 33. cum Sylburg. nota. Wess.

311. 28. *Ἀκροθίνιον τῷ Θεῷ*] Schol. Apollon. I. 308. *ὑπὸ τῶν Ἐπιγόνων ἀκροθίνιον ἀνετέθη Μαντοῖ ἡ Τειρεσίου θυγάτηρ εἰς Δελφοὺς πεμφθεῖσα.* Sic enim plerique omnes adpellant, Apollod. III. 7. 4., Pausan. VII. 3. IX. 33. Vid. ad priorem locum doctissimum Kuhnium et Barthium in Statii Theb. IV. 464. Wess.

311. 33. *Τὸν ποιητὴν Ὅμηρον*] Homeri nomen manifestum hic esse glossema, quod putidum faciat sermonem, contendit ad Stat. Theb. IV. 464. repetitque idem decretum ad Theb. VII. 701. doctissimus Barthius, ut id nomen auferat Nostri L. XVIII. 1. Mihi omnia alia placent. Tametsi enim saepe *ὁ ποιητὴς* nuncupetur, non uni is haesit titulus, videturque temerarium contra scriptos Codd. *Ὁμήρου* vocabulum ubique auferre. Habuimus *τὸν ποιητὴν Ὁμηρόν* I. 69. et *Ὅμηρον τὸν ποιητὴν* c. 96. et infr. c. 77. *ποιητὴς Ὅμηρος* Palaephat. p. 66. Lucian. Astrol. c. 22. Diogenian. apud Euseb. VI. Praep. Evang. c. 8. p. 262. atque aliis. Conf. tamen Hoeschel. ad Photium p. 981. Wess.

311. 37. *Τὸ γὰρ ἐνθεάζειν κατὰ γλῶσσαν ὑπάρχειν συβυλλαίνειν*] Posterius haud multum discrepat a *σιβυλλιᾷν*, quod

explicant veteres Critici ad Aristoph. Equit. v. 61., estque furentis Sibyllae, cui,

— — *Non vultus, non color unus,*
Non comtae mansere comae; sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument:

ut de furibunda vate Virgil. Aen. VI. 47. Eadem vis inest τῷ ἐνθεάζειν; eorum quippe, qui deo, ut videri volebant, pleni, futura canunt. Herodot. I. 63. de Acarnane ariolo, ὃ μὲν δή οἱ ἐνθεάζων χρᾷ τάδε. Apollodorus II. 8. 3. ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς μάντις χρησμοὺς λέγων καὶ ἐνθεάζων. Lucian. Alexand. c. 13. ὥσπερ οἱ τῇ μητρὶ ἀγείροντες καὶ ἐνθεάζοντες. hoc genus enim, prorsus ut ibi Alexander, *quatere flexibile caput*, quemadmodum Maecenas ait apud Atilium Fortunatian. p. 2677., sive ἀσθμαίνειν καὶ περιδινεῖν τὴν κεφαλὴν in Dion. Chrysost. Orat. I. p. 12. A., solebat. Iam κατὰ γλῶσσαν quod inquit, idem erit, sive tu cum Rhodom. malueris *quadam Graecorum dialecto*, sive Io. Alb. Fabric. I. Bibl. Gr. IV. 5. secutus, *veteri* aut *insolentiore vocabulo*. Saepe enim γλῶσσα de vocibus, uni genti propriis. Aristotel. Poëtic. c. 21. λέγω δὲ κύριον μέν, ᾧ χρῶνται ἕκαστοι. γλῶτταν δὲ, ᾧ ἕτεροι. et τὸ γὰρ σίγυνον Κυπρίοις μὲν κύριον, ἡμῖν δὲ γλῶττα. qua de vocabuli potestate plura ne addam, facit egregia lac. Ph. Maussaci in Dissert. Critic. ad Harpocrat. p. 389. et Th. Gatak. in Imp. Antonini L. IV. 33. diligentia. WESS.

311. 42. *Τειρεσίας μὲν ἐτελεύτησεν*] Conf. Pausan. VII. 3. IX. 19. WESS.

311. 48. *Θήβας*] *Ἀθήνας* Mut. qui lapsus proclivis. Vid. Scalig. in Euseb. Chron. n. DCCCX. WESS.

311. 51. *Καὶ Κυτινίῳ καὶ Εὐβοίᾳ*] Dores nunquam Euboeam habitavere, et est mendum. Lege *καὶ ἐν Βοίῳ*. Doriensium tetrapolis quatuor urbibus celebris erat, Erineo, Pindo, Boeo et Cytinio. Vide Thucydidem L. I. 107. Scymnum Chium versu 593. Strabonem L. IX. p. 654. A. Plinium L. IV. 7. Aristidem Leuctrica II. p. 147. Stephanum et alios. Fuit autem facilis lapsus ex *ἐν Βοίῳ* in *Εὐβοίᾳ*. PALM. *Καὶ Κυτινίῳ καὶ Βοίῳ*] Verterat Rhod. vulgatum *Erineumque et Cytinium Boeotiae Euboeaeque partem inhabitaverunt:* unde Barthius ad Theb. IV. 753. Statii, *καὶ Κυτινίῳ τῆς Βοιωτίας*. — *Ita enim verba recte legit et interpretatur Laurentius Rhodomannus. Erineum enim Dorica civitas in Boeotia sita fuit, sub ipsum montem Musicum collocata. Stephanus, Ἐρινεὸς πόλις Δωριέων ὑπὸ τὸν Παρνασσόν. Cytinium autem cum Erineo vicina eidem monti oppida agnoscit Strabo L. X.* Nimis profecto calide. Quod coniectura adsecutus erat sagacissimus Palmerius et scripti libri probant, id verissimum est. Contigit enim fato quodam, ut in urbium harum nominibus inpune grassaretur librariorum natio. Exemplo sit Conon Narrat. XXVII. *Δῶρος δ' ὁ δεύτερος* inquit — *ὑπὸ τὸν*

Παρνασὸν τὸ ὄρος κτίζει πόλεις Βοιὸν, Κτίνιον, Ἐρινεὸν, ἐξ οὗ Δωριεῖς. Longe vero flagitiosius rem suam administrarunt infr. L. XI. 79. *Κνυτίνιον καὶ Ἐρίβυνον καὶ Ἐρινειὸν* nobis exstruentes; id vero alias eradicabimus. Tu vide Is. Casaub. in Strabon. IX. p. 654. A. X. p. 729. A. et Ti. Hemsterh. ad Plut. Aristophan. p. 117. WESS.

311. 55. *Προσαναδραμόντας τοῖς χρόνοις*] Haud scio an non legendum sit *προαναδραμόντας, regressos ad superiora tempora.* RHOD. Indice v. *προσαναδρ.* Conf. supr. c. 62. WESS.

311. 61. *Τούτου δὲ Ἄρνη θυγάτηρ γενομένη Βοιωτὸν* etc.] Habet Arnen Aeoli filiam Pausan. IX. 40. p. 793., e qua et Neptuno Boeotum furtivis amoribus satum produnt Schol. in Iliad. *B*, 494. Eustath. in Dionys. Perieg. v. 426. et praeter ceteros Euphorion apud Stephan. *Βοιωτία.* Ceteri, Euripide in cognomine Fabula praeeunte, Melanippae, quam Neptunus compresserat, Boeotum dant filium, unde nomen Boeotiae, Strabo VI. p. 406. C. et Diodorus ipse XIX. 53. WESS.

311. 64. *Μεταποντίῳ ξένῳ*] Straboni *Μετάποντος*, urbis eodem in Italia nomine conditor, et Hygino F. CLXXXVI., sed dissentienti in multis. WESS.

312. 69. *Υἱοποιήσατο*] *Υἱοὺς ἐποιήσατο* Co. M. V. satis eleganter. Vulgatum habes c. 40. WESS.

312. 78. *Ὀνομαζομένην ἀπ' αὐτοῦ*] Credo *ὑπ' αὐτοῦ* olim fuisse: neque enim ex suo nomine Liparam appellavit. Vid. infr. L. V. 7. WESS.

312. 80. *Καὶ τεκνωθεὶς ὑπ' αὐτοῦ*] *Et ab eo in filii locum adscitus.* quae verbi eius potestas rarior confirmatur *τεκνώσεως* vocabulo, de *adoptione* posito c. 40.; altera, qua *τεκνῶσαι* parentes, liberi *τεκνωθῆναι*, cum gignuntur, perhibentur, multo omnium in hoc scriptore tritissima est. Habent et Lycophron. v. 963. et Plutarch. Thes. p. 3. B. aliique. WESS.

312. 83. *Βοιωτοῦ δὲ Ἴτωνος γενόμενος*] Alia omnia Pausan. IX. 1. cui Itonus Amphictyonis, Itoni filius Boeotus; quod stemma non inprobat Schol. in Iliad. *B*, 495. Necdum vero constitutum habeo, sitne *Hippalcimus* ex optimis schedis *Hippodamus* nuncupandus? Non enim hominem bene novi, nisi forte *Hippalcimus* sit, quem inter Argonautas recensent, sed cuius parentes alii apud Hygin. Fab. XIV. Habet inter eosdem Argonautas Apollod. I. 9. 16. *Πηνέλεων Ἱππάλμου, Λήϊτον Ἀλέκτορος.* qui nostri erunt, modo *Ἱππαλκίμου* et *Ἀλεκτρυόνος* refinxeris. Posterius Homerus Iliad. *P*, 602. expostulat, negandumque Diodoro haud foret, si Codd. addicerent. Itoni nepotes, ad Troiam profectos, Poeta eo, quem primum signavi, loco memorat: quorum *Clonius* ex Grammaticorum apud Eustath. p. 264. decreto *Κλονίος* scribendus erit. Vid. et Muncker. in Hygin. F. XCVII. WESS.

312. 93. *Υἱὸς ἦν τοῦ Ἕλληνος Αἰόλου*] Salmonea non Hellenis, sed Aeoli filium esse ex Apollodori L. I. 7. 3. Strab. VIII. p. 547. Eustath. Parecholis in Odyss. XI. p. 1681. constat. Scribe igitur *υἱὸς Αἰόλου τοῦ Ἕλληνος*. Rhod. *Υἱὸς Αἰόλου τοῦ Ἕλληνος*] Restitui, quod auctor ipse dederat: atque id si plurium auctoritate constabilitum videre aves, confer T. Hemsterh. in Luciani Halcyon. c. 1. Wess.

312. 96. *Σαλμωνίαν*] Strabonem VIII. p. 545. B. secuti Stephanus et Eustath. in Homer. p. 1682. *Salmonem* vocant. Wess.

312. 99. *Τὴν ὀνομαζομένην Σιδηρώ*] Hoc iustum et Scaligeri coniectura munitum est. Sophocles in Rhetor. II. p. 110. Aristotelis,

Σαφῶς Σιδηρὼ καὶ φορεῦσα τοὔνομα.

Latet id nomen, ut alias monui, in his Apollodori I. 9. 8. *καὶ τὴν μητρυιὰν ἀπέκτεινον*, Pelias et Neleus, *σιδήρῳ*. et Tzetz. in Lycophron. v. 174. *καὶ τὴν ἐκείνης μητρυιὰν κτείνουσι σιδήρῳ, καίπερ φυγοῦσαν ἐν τῷ τῆς Ἥρας τεμένει*. Scripserat enim uterque *Σιδηρώ*. Wess.

313. 4. *Μιγεὶς, ἐγέννησε*] Interpone *ὁ Ποσειδών*. Id enim ex Homeri Odys. XI. 240. satis certum est. Rhod. Manceus est hic locus, et post *μιγεὶς* deest nomen patris Peliae. Supple ex omnibus auctoribus antiquis *μιγεὶς Ποσειδών*. Fuit enim Neptunus Peliae et Nelei pater ex Tyro Salmonei filia secundum fabulam: at secundum veritatem Cretheus, eius Tyrus avunculus, apud quem educabatur. Palm.

313. 10. *Παραλαβὼν δὲ Μελάμποδα*] Et rursus hic locus hiat. Lege *παραλαβὼν δὲ Νηλεὺς Μελάμποδα* ex historia seu fabula. Nam et Bias filiam Nelei duxit uxorem, Pero vocitatam. Palm. *Παραλαβὼν δὲ Νηλεὺς Μελάμποδα*] Optime coniecisse Palmerium schedae Coislin. conmonstrant, et res ipsa. Neleum enim haec spectare, non Peliam, ea, quae succedunt, clare docent. De matre autem Melampodis non convenit Diodoro et Apollodoro, cui *Idomene*, Abantis F., L. II. 2. 2. Wess.

313. 19. *Γήμας δὲ Ἰφιάνειραν τὴν Μεγαπένθους*] Diligentissimus Simson. ad A. M. 2694. deesse hic vocabulum scribendumque *τὴν Μεγαπένθους ἀδελφὴν* arbitratur: Proeti enim filiam, Megapenthis sororem, matrimonio sibi Melampodem iunxisse. Quod posterius certissimum si foret, ellipsi fortasse succurri posset Diodoro, rariore quidem, nec inusitata tamen. *Τιμοκράτης ὁ Μητροδώρου* dicitur Alciphronis L. II. Ep. 2. qui eius frater fuit, teste Diogene X. 23.; *Ἰάκωβος Ἁλφαίου* S. Lucae A. A. 1. 13. eiusdem frater. Verum ea non utor. Apollodorus Proeti filiam *Iphianassam* Melampodi uxorem dat, furore ab eodem liberatam, L. II. 2. 2. Dissentit ergo et in feminae nomine et in tempore, quo res gesta. Noster Anaxagorae aetate, qui Proeti nepos, aut, ut Pausanias II. 18., pronepos fuit, mulieres Argivas a

Baccho in furorem actas adfirmat: estque adeo verosimilius Anaxagorae sororem, quam aviam, Melampodem duxisse. Nihil itaque muto. Conf. Cel. Iac. Perizon. in Aeliani III. V. H. 42. Wess.

313. 20. *Ἔτι δὲ Βίαντα*] Haec mendosa sunt, ut saepe accidit in nominibus propriis. Lege *ἔτι δὲ Ἄβαντα* ex Apollonio I. 142. Apollodoro etiam L. I. 9. 13. et Pausania in Atticis c. 43. Palm.

313. 23. *Ὑπερμνήστρας τῆς Θεσπίου*] Lege *Θεστίου* ex Apollodoro I. 7. 10., Hygino cap. 70. et 250. Palm. Utraque viri sollertissimi coniectura cum vero ita concordat, ut, nisi scripti libri contra venirent, singulas recepissem: nacta etiam posterior est laudatores Muncker. in Hygin. Fab. LXX. et Iac. Perizon. ad eiusdem Fab. XIV. Habet tamen in Thespio patronos Diodorus Criticos veteres in Apollon. I. 149., Ledam et Althaeam *Θεσπίου* filias nuncupantes, quas Thestio patre progenitas et Hypermnestrae sorores fuisse ex Apollod. I. 7. 10. et Hygino Fab. XIV. satis constat. Sed et illi vitii inmunes non videntur. Wess.

313. 27. *Εἰς Μεσσήνην, πόλιν ἔκτισε Πύλον*] Adstipulatur Diodorus eorum sententiae, qui Pylum Messeniacum prope Coryphasium patriam Nestori adsignant, aliis in diversa discedentibus. Conf. Strab. VIII. p. 523. A. et 529. A. Pausan. IV. c. ult. et Schol. in Pindari Od. VI. 35. Pyth. Wess.

313. 29. *Χλῶριν τὴν Ἀμφίονος τοῦ Θηβαίου*] Melius legeretur *Χλῶριν τοῦ Ἀμφίονος τοῦ Θηβαίου*. Sed hoc est contra Homerum, qui Odyss. *Λ*, 282. eam Chlorim Amphionis quidem filiam facit, sed non Thebani, verum Orchomenii Iasidae, quem sequuntur Strabo et Pausanias. Ergo pro *Θηβαίου* scribe *Ἰασίου*. Palm. Hic virum doctissimum non sequor. Strabo quidem illi favet, Orchomeniam Chloridis originem his designans L. VIII. p. 534. sed corruptioribus verbis: *ἔχει δ' ἡ ἐτυμότης καὶ ἄλλας ἀφορμάς. εἶτ' ἀπὸ τῶν μετὰ Χλώριδος τῆς Νέστορος μητρὸς ἐλθόντων ἐξ Ὀρχομενοῦ τοῦ Μινυείου ἐλθόντων Μινύων, οἱ τῶν Ἀργοναυτῶν ἀπόγονοι ὄντες, ἐκ Λήμνου μὲν εἰς Λακεδαίμονα ἐξέπεσον.* Apertum est alterum *ἐλθόντων* esse supervacaneum, quod et ab Eustath. in Homer. p. 800. lectum non est et ex edit. Basil. exulat: ut non inmerito id delendum censuerit Palmer. Exercitat. p. 306., locum refingens in hunc modum, *τῆς Νέστορος μητρὸς, ἢ ἐξ Ὀρχομενοῦ*. Idem et ego probarem, si loco sententia auxilio huius emendationis constaret, quod secus esse perspicuum videtur: nam et Orchomenia Chloridis origo ita Straboni aufertur, et Minyae, Argonautarum posteri, et Orchomeno et ex insula Lemno Lacedaemonem deducuntur, vetante Geographo et ex sola Lemno eos arcessente. Vide ergo, opportuniusne sit et lenius, postremum *ἐλθόντων* si pravum et in *εἶτ' ἀπὸ τῶν* convertendum decernatur. Mihi quidem certe id unice placet: quod operosius ne nunc confirmem, res per se satis liquida et Chloris impediunt. De ea sic Pausan. IX. 36. *Νηλεὺς — — γυναῖκα ἔσχεν*

Ὀρχομενοῦ Ἄωριν Ἀμφίονος τοῦ Ἰασίου. Sed vitiose. Recte Sylburg. secutus Hartungum *Χλῶριν*, et Palmer. Exercit. p. 431. *Ἰασίου* emendant. Quare si Straboni et Pausaniae Poetaeque Homero auscultandum, iustissima foret Palmerii, Diodorum adiuvantis, correctio. Obstant tamen veterum aliqui, Homerum deserentes. Ipse Pausanias, qui Chloridi avum Iasium dedit, Niobe et Amphione Thebano natam significat L. V. 16. *ὅτι Χλωρὶς νικήσειεν Ἀμφίονος θυγάτηρ μόνη λειφθεῖσα* (lege *λειφθεῖσα*) *τοῦ οἴκου*. Et clarius Apollodorus III. 5. 6. Qui si errarunt, non unus utique Diodorus erroris arguendus erat a Th. Galaeo ad Apollod. I. 9. 9. Iam si Chloridis liberorum nomina et numerum scire desideres, confer Schol. in Apollon. Rhod. I. 156. Wess.

313. 22. *Οἰχλῆς*] *Ἰοχλῆς* St. m. aliique frequenti peccato librariorum, de quo Sylburg. ad Pausan. VI. 17. p. 494. Wess.

313. 25. *Βασιλείας μετέσχον* St. m. aliique, quod rectum. Vid. Herodot. IX. 33. Wess.

313. 36. *Ποταμῶν ἐπώνυμοι*] *Qui fluviis nomina fecerunt.* Sic *παῖδες ποταμῶν ἐπώνυμοι* c. 74. et *ἱερὸν παρὰ τοῖς Ἰουλιήταις ἐπώνυμον Ἀφροδίτης Κτησύλλης* in Antonino Liber. c. 1. Quod genus uberius alias explicui. Adde T. Hemsterhus. in Luciani D. Mar. IX. 1. Wess.

314. 39. *Στιλβῆν*] *Στιλβύνην* Pogg. St. m. et Cl. prave, ut Schol. Apollon. I. 42. docent. Wess.

314. 45. *Ἀπὸ Λαπίθου Λαπίθαι*] Vide Stephan. Byzantinum in *Λαπίθη*, qui Periphantem Lapithae patrem fuisse perhibet. Wess.

314. 49. *Τῆς ἐν Ἤλιδι βασιλείας μετέδωκεν*] Phorbas labentibus annis inde in Rhodum concessit infr. V. 58. Filius Actor eiusque posteri regni in Elide consortes sunt apud Pausan. V. 1. p. 377. Wess.

314. 54. *Ἀντίων — ἐγέννησεν Ἴξίονα*] Pater Ixionis multimodis describitur. Schol. Pindari Pythion. O. II. 40. *τὸν δὲ Ἴξίονα, οἱ μὲν Ἀντίωνος γενεαλογοῦσιν, ὡς Αἰσχύλος· Φερεκύδης δὲ, Πείσωνος· ἔνιοι δὲ, Ἄρεως· οἱ δὲ Φλεγύα·* quae bona si fuerint, vitium est in his Schol. Apollon. III. 62. *Φλεγύου δὲ υἱὸς Ἴξίων, ὡς καὶ Εὐριπίδης· Φλεγύου υἱὲ δέσποτ' Ἴξίον.* (praeteriit id poetae fragmentum Barnes.) *Φερεκύδης δὲ, Λίτωνος.* Scribi enim debuerat *Πείσωνος.* nisi forte olim fuerit, *Φερεκ. δὲ, Πείσωνος. Αἰσχύλος Ἀντίωνος.* quod suspicor. Wess.

314. 55. *Ὑποσχόμενος ἕδνα πολλὰ δώσειν Ἠσιονεῖ*] Non minor discordia in nomine patris Diae reperitur: neque ullus tamen est, qui *Hesioneum* aut *Isioneum* nominarit. Scripserat Diodorus *Ἠϊονεῖ* et *Ἠϊονέως*, quomodo Schol. Apollonii III. 62. et Tzetzes Chil. IX. 273. Vidit hoc Thom. Muncker., quem consule ad Hygin. F. CLV. p. 227. et viros doctos in Lucian. D. D. VI. 1. De donis autem, quae proci olim sponsis earumque parentibus

congerebant, Gisb. Cuper. I. Observ. c. 20. et Iac. Perizon. Dissert. Triad. p. 112. Wess.

314. 59. *Τὰς ἵππους ἀντὶ τούτων ἠνεχύρωσε*] *Ἠνεχύρασεν* legendum videtur. Utrum vero *τὰς* an *τοὺς ἵππους* legas, quid refert? Rhod. *Ἠνεχύρασεν*] Conf. Ezech. Spanh. in Aristoph. Plut. v. 451. Wess.

314. 63. *Μηδένα δύνασθαι καθᾶραι τὸν φόνον*] Haud male *βούλεσθαι* Mut. et Clar.; Schol. Apollon. III. 62. *καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἤθελεν ἁγνίσαι οὔτε θεῶν οὔτε ἀνθρώπων. πρῶτος γὰρ ἐμφύλιον ἄνδρα ἀπέκτεινεν.* Hinc explicandus Aeschyl. Eumen. v. 721.

Ἢ καὶ πατήρ τι σφάλλεται βουλευμάτων,
Πρωτοκτόνοισι προστροπαῖς Ἰξίονος;

Adde vers. 444. et Schol. Pind. O. II. 40. Pythion. Wess.

314. 72. *Τοὺς δὲ Κενταύρους* etc.] Fabulam elegantissimis versibus exponit Pindarus Pyth. O. II. 82. et eius interpretes Graeci cum Palaephato H. I. c. 1. Wess.

315. 83. *Ἱπποδάμειαν τοῦ Βύστου*] Lege *τὴν Βούτου*. Auctor brevium Scholiorum ad Homerum Iliad. *A*, 263. Genus ab eo Buto fuit inclytum Athenis *Βουτάδαι*. Palm. Laudo Palmer., Butae filiam scholiastes Hippodamiam, quae Plut. Thes. p. 14. C. Deidamia non sine quodam errore, manifesto perhibet: quamquam alio loco Odyss. *Φ*, 295. patre *Adrasto*, seu potius Atrace, ut Barnes. corrigit, natam adfirmat: eum vide et Thom. Muncker. Hygin. F. XXXIII. Wess.

315. 90. *Στρατευσάντων ἐπὶ τοὺς Λαπ., καὶ πολλοὺς ἀνελόντων*] Locus mancus est, et deest aliquid post *ἀνελόντων*. Nam Centauri, non Lapithae, Pholoën aufugerunt. Videtur tale quid decsse: *τέλος δὲ μεγάλῃ μάχῃ νικηθέντων ὑπὸ Λαπιθῶν τοὺς ὑπολειφθέντας* etc. Palm. Recte animadvertit vir doctissimus mancam hiare orationem. Audi Schol. Pindari Pyth. O. II. 82. *πολλῶν δὲ ἀναιρεθέντων ἐκ τῶν Κενταύρων, οἱ περιλειφθέντες εἰς τὴν Φλόην (Φολόην) ἀπέφυγον.* Caesi ergo Centauri sunt, et fugere in Pholoën versus adacti. Medicina tamen, quam loco facit, nimia merito censetur. Vide leniusne multo futurum sit, *ὧν πολλοὺς αὐτῶν ἀνελόντων*, *qui*, Lapithae, *cum plures eorum obtruncassent, quos fortuna* etc. Sed hoc divinare et longe incertissimum est. Loci sententia constat, non scriptura. Wess.

315. 92. *Τινὰς δὲ εἰς Μαλέαν ἐκπεσόντας* etc.] Hoc praestat ob ea, quae praecedunt et proxime consequuntur. Schol. Homeri Iliad. *A*, 263. *ὅθεν οἱ Λαπίθαι συστάδην μαχεσάμενοι, διώκουσιν αὐτοὺς εἰς Μάλεον* (lege *Μαλέαν*) *ὄρος τῆς Πελοποννήσου.* Wess.

315. 99. *Καὶ Κορωνίδος*] Eusebii *Φορωνίδος* pravum est, atque a P. Leopard. II. Emend. c. 9. proscriptum. Diodorus infr. L. V. 75., etsi alii aliam Aesculapio matrem tribuant apud Pau-

san. II. 26. et Schol. Pindari O. III. 14. Pythion. Meibomium vide in Hippocrat. Iusiurand. c. 5. Wess.

315. 8. *Ὡς τῆς ἐπαρχίας αὐτοῦ ταπεινουμένης*] Haec vulgus: Pindarus ob turpe lucri studium fulmine percussum canit O. III. Pyth. v. 97. Wess.

315. 15. *Θητεῦσαι παρ' ἀνθρώπῳ*] Eusebianum *παρ' Ἀδμήτῳ* eruditissimus P. Leopardus II. Emend. c. 9. melius censet; cui fabula favet, ipseque Diodor. in Excerp. Vales. p. 222. *ὥστε τὸν Ἀπόλλωνα προσκόψαντα Διΐ, δοθῆναι θητεύειν παρὰ τὸν Ἄδμητον*, seu, quod verius arbitror, *παρὰ τῷ Ἀδμήτῳ*. Nec sequor tamen. Vetat concors Codd. consensus, et Apollo apud Euripid. Alcest. v. 5.

Οὗ δὴ χολωθεὶς τέκτονας δίου πυρὸς
Κτείνω Κύκλωπας, καί με θητεύειν πατὴρ
Θνητῷ παρ' ἀνδρὶ τῶνδ' ἄποιν' ἠνάγκασεν.

Eius enim *παρ' ἀνδρὶ θνητῷ* nostri *παρ' ἀνθρώπῳ* simillimum est. Eusebius suum illud ex notissima fabula sumpsisse videtur. Wess.

315. 18. *Ἐπὶ Τροίαν συστρατεῦσαι*] Conf. Homer. Iliad. *B*, 732. et *Δ*, 832. Corn. Celsus princip. L. I. *Huius deinde duo filii Podalirius et Machaon, bello Troiano Agamemnonem secuti, non mediocrem opem conmilitonibus suis attulerunt. Quos tamen Homerus non in pestilentia, neque in variis generibus morborum aliquid attulisse auxilii, sed vulneribus tantummodo ferro et medicamentis mederi solitos esse proposuit.* Optime. Vid. Io. Rhodium in Scribonii Largi Prooem. p. 19. etc. Wess.

315. 23. *Ἀτελεῖς δ' αὐτοὺς ἀφεῖναι*] Id quidem ex Homero nisi consecutione quadam haud confeceris. Miror autem doctissimum Christ. Cellarium Dissert. de Antiq. Medic. c. 3. ad medicorum dignitatem stabiliendam hoc Diodori loco usum non fuisse. Wess.

316 34. *Ἔγημε Μεθώνην τὴν Λάδωνος*] Pindarus Olymp. VI. et eius Scholiastae Ladonis filiam *Μετώπην* vocant, et aiunt quidem nupsisse Asopo, sed ei, qui prope Thebas fluit. Palm. *Ἔγημε Μετώπην τὴν Λάδωνος*] Non tantum ad O. VI. Olymp. sed et ad princ. Od. I. Isthmion. Pindari interpretes Graeci Ladonis filiam *Μετώπην* vocitant, quibus cum egregie consentiat Apollodor. III. 11. 6. p. 212. nihil motus Th. Galaei, prave auctorem suum corrigentis, dissensu, *Metopae* suum nomen et locum restitui, Codd. addicentibus. Wess.

316. 36. *Θυγατέρες δὲ δώδεκα*] Filiorum alterum *Πελάγοντα* Apollodorus nuncupans filias Asopo dat XX; cui de filiabus non obloquar: habuit enim plures XII, ut Harpina in cap. seq. et Oëroë apud Herodot. IX. 50. testabuntur. Filii nomen *Πελάγων* an *Πελασγὸς* fuerit, non dixero. Stephan. quidem Byzantinus in *Πηλαγονία* eo nomine Heroem memorat, sed is *Πηλεγὼν*

est Poetae Iliad. Φ, 152. longe alio patre satus. De eo Eustath. p. 1228. Wess.

316. 43. *Ἀπηνέχθη πρὸς τοῦτον τὸν τόπον, οὗ νῦν* etc.] Eadem de Sinope et Syro eius filio Schol. Apollon. Rh. II. 949. et Plut. Lucullo p. 507. Wess.

316. 47. *Τὴν ἀπ' ἐκείνης Κέρκυραν ὀνομασθεῖσαν*] Apollonius IV. 567.

Ἔνθα Ποσειδάων Ἀσωπίδα νάσσατο κούρην
Ἤνεμον Κέρκυραν, ἐκὰς Φλιουντίδος αἴης,
Ἁρπάξας ὑπ' ἔρωτι· μελαινομένην δέ μιν ἄνδρες
Ναυτίλοι etc.

prorsus a Diodoro, quicum stant Eustath. in Homer. p. 1521. et Critici in Apollon. IV. 982., dissentiens, ac Corcyram Nigram designans. *Κόρκυραν*, ut Vat. et Coisl. insulam quoque vocant Pausan. II. 5. V. 22. Aelian. V. H. A. 56. Conon Narr. III. Eustath. in Dionys. Perieg. v. 494. atque alii. Wess.

316. 54. *Κεγχρέα ἐγέννησεν*] *Κυχρέα* adpellant Apollodor. III. 11. 7. Pausan. I. 26. Strabo IX. p. 603. Plutarch. Thes. p. 5. A. et Solon. 83., ubi *Κιχρεῖ* tamen, Stephan. in *Κυχρεῖος*. fortasse rectius, nisi si in Herois nomine scribendo variarint. Tzetzes certe in Lycophron. v. 175. p. 24. *Κεγχρέα* vocitat. Vide P. Burman. in Catalogo Argon. uti de Ancaeo, et de serpente, quem obtruncavit, S. Bochartum I. Phal. c. 21. Wess.

316. 63. *Ἐξ ἄλλης δὲ μητρὸς γεγενημένον*] *Psamathe* in Pindari O. V. 23. Nemeon. Caedem autem Phoci Peleus perpetravit consulto, ut pellicis potentiam gravatae matri gratificaretur, si vera produntur a Pausania II. 29. p. 179.; negat enim, sicuti auctor noster, Apollonius I. 92.

— ὅτε Φῶκον ἀδελφεὸν ἐξενάριξαν
Ἀφραδίῃ. Τελαμὼν μὲν ἐν Ἀτθίδι νάσσατο νήσῳ.
Πηλεὺς δὲ Φθίῃ ἔνι δώματα ναῖε λιασθείς.

Quo poetae loco, ut obiter id addam, malim cum Pindari Scholiaste l. c. *Πηλεὺς δ' ἐν Φθίῃ ἐριβώλακι ναῖε λιασθείς*. multo enim id concinnius. Wess.

316. 67. *Ἄπαιδος ὄντος τοῦ Ἄκτορος*] Sed quomodo sine liberis dicit fuisse eum Actora, qui Menoetii pater fuit, ex quo Patroclus? Solvit dubium Pindari Scholiastes ad Olymp. IX. Ait enim Aeginam post natum Aeacum nupsisse Actori, ex quo habuit Menoetium, qui Opuntem condidit, relicta Thessalia. Sine liberis igitur erat Actor, eo quod a Menoetio derelictus fuerat, et ideo uxoris nepotem adoptasse Peleum. Palm. Ea si proposuissent Critici veteres ad Pindarum, quae conclusione quadam ex eorum verbis confecit Palmerius, salva res foret: sed nihil illi de Peleo ab Actore adscito. Praeterea ad Eurytionem, quem ex Pherecyde *Eurytum* Tzetzes nuncupat in Lycophron. v. 175., Actoris filium, Peleus Phthiam venit, eiusque filia ducta regni consors est factus,

apud Apollodor. III. 12. 1. Quare, cum in alia omnia abeant ceteri scriptores, aut error hic Diodori est, aut alios ille duces habuit, ut saepe. WESS.

317. 73. *Ἐρίβοιαν τὴν Αἰακίδου*] Pindarus Aiantem *παῖδα θρασὺν ἐξ Ἐριβοίας* adpellans Isthmion. O. VI. 67. feminae nomen satis tuetur. Aliis *Περίβοια*, de quibus P. Leopardus III. Emend. c. 10. WESS.

317. 80. *Ἄρης Ἀρπίνῃ — μιγείς*] *Ἄρπινα* Pausaniae V. 22. VI. 21. p. 507., Stephano *Ἄρπινα* et Schol. Pindari ad extremam Od. XIII. Olymp.; quod puellae nomen multimodis depravatum in veterum commentariis diligenti opera instauravit idem Leopard. VIII. Emend. 16. WESS.

317. 91. *Ὑπεστήσατο δὲ ἱπποδάμειαν*] Menda enormis ac severe castiganda. Perpetuum igitur relegator, eiusque sedem postliminio sibi vendicet *ἱπποδρομίαν*, quod per illud corrigere voluit librarius. RHOD. *Ὑπεστήσατο δὲ ἱπποδρομίαν*] Iure optimo succenset librariis, mendae turpissimae auctoribus, Rhodomannus; illi quod in mentem venerat, Codd. scripti adfirmant. Iam de curriculi, quod Oenomaus filiae procis constituit, principio ita Schol. Apollon. Rhod. I. 752. *προέκειτο δὲ αὐτοῖς Κλάδεως ποταμὸς ἀφετηρία, Ἰσθμὸς δὲ τὸ τέρμα.* quod eodem redit. *Cladeus* Elidis est fluvius apud Pausan. V. 7. Pisae proximus. WESS.

317. 2. *Πολλοὺς ἀνῄρει*] XIII, ut Pindarus Od. I. 127. canit, ubi Critici veteres singulorum nomina recensent, corrupta, ut fit in propriis, ex magna parte, sed facile refingenda ex Pausania VI. 21. p. 508. WESS.

317. 8. *Αὐτὸν ἐκ τοῦ ζῆν μετέστησε*] Excussus curru *Ipse suo melius sanguine tinxit humum.* Sic Ovidius Ibid. v. 370. et eruditissimi interpretes Apollon. Rhod. I. 752. WESS.

318. 18. *Περὶ τὴν νῦν ὀνομαζομ. Παφλαγονίαν*] Haec caussa est, cur Pelopem Paphlagonibus regem inponat Apollonius II. 358., ubi Schol. admonent, ab aliis Lydum perhiberi, quos inter vel praecipuus Pindar. Olymp. Od. I. 39. WESS.

318. 21. *Τὴν εὐτυχίαν οὐ φέρων ἀνθρωπίνως*] Vide ad L. I. 60. adscripta. WESS.

318. 29. *Μέγα φρονττομένη*] Intempestive gloriantium solet esse, quorum *μεγαλαυχίας καὶ φρυάγματα* Plutarch. de Educand. Liber. principio et *αὐχήματα καὶ φρυάγματα* Philo Iud. II. Allegor. p. 97. A. A. memorant. Hinc qui maiores spiritus sumunt, Plutarcho feruntur *οἰδεῖν καὶ φρυάττεσθαι* T. II. p. 814. B. Philoni de Profug. p. 454. E. *μακρὰ βαίνειν καὶ φρυάττεσθαι*, et p. 466. A. *τὸν αὐχένα ἐπαίρειν καὶ φρυάττεσθαι*, ut equi adsolent. Mittam alia eiusdem, frequens enim in hoc genere est, ubi ex L. I. Vit. Mos. p. 648. E. addidero, *φρυαττόμενον ὡς ἐπὶ σεμνῷ πράγματι* inpurum eum adpellari, qui scortum suum in tabernaculum abduxerat, omni multitudine conspiciente. WESS.

318. 30. *Εὐτεκνωτέραν* Vat. quod probo. Vid. Barnes. Eurip. Hecub. v. 581. WESS.

318. 38. *Ὑπὸ Ὕλλου τοῦ Τρωὸς*] Repone *Ἴλου*. Cuius nomen et genus ex Homero Iliad. XX. v. 215., item 232. satis notum ac nobile est. RHOD. *Ὑπὸ τοῦ Ἴλου τοῦ Τρωὸς*] Certissimae Rhodom. coniecturae auctoritatem conciliant scripti libri. Eiusdem in mentem venerat Cl. Io. Iensio, scribenti Epist. ad Io. Georg. Graev. p. 413. *Utroque loco certissime legendum Ἴλου. nam Ὕλλος Herculis, non Trois, filius fuit; de quo iam egerat fuse Diodorus capitibus* 59. *et* 60. *Ilus autem est, cuius genus et maiores narrat auctor in sequentibus, (et recte ibi Ἶλος, non Ὕλλος, excusum est) a cuius nomine Ilium sit dictum. Τρωὸς ἐγένοντο τρεῖς υἱοὶ, Ἶλος, Ἀσσάρακος, Γανυμήδης* etc. Qui quidem cum haec commentaretur, Rhodomanni notas inspicere non videtur dignatus. WESS.

318. 43. *Καὶ τοὺς λαοὺς ἀφ' ἑαυτοῦ Τεύκρους* etc.] Nisi proxime praecedentia *υἱὸς ὢν Σκαμάνδρου* etc. parenthesi includas, *καὶ* hoc loco vim pronominis relativi habebit, ut saepe. Xenophon I. Hellen. p. 349. *ἐπιστολὴν ἐπεδείκνυ μαρτύριον, καὶ ἔπεμψαν οἱ στρατηγοὶ εἰς τὴν βουλὴν καὶ εἰς τὸν δῆμον.* de quo genere plura Cl. Duker. in Thucyd. VIII. 73. Quae vero mox *Batea*, Teucri filia, ea Lycophroni v. 1308. *Arisbe;* ubi Io. Meurs. inspice. WESS.

318. 50. *Ποιητὴς Ὅμηρος φησὶ*] Iliad. Y, 220. De Dardano pluribus infr. V. 48. WESS.

319. 60. *Καὶ διατείνας ἕως Αἰθιοπίας*] Sic fere L. XII. 70. *τινὲς δὲ πρὸς τὴν θάλατταν διέτειναν, quidam fuga ad mare properarunt.* Paullo aliter L. XIX. 80. *διέτεινε γὰρ ἐξ ἡμέρας ἀπὸ Μαλλοῦ σταδίους εἴκοσι καὶ τέσσαρας.* Memnonem quae spectant, exposuit supr. II. 22. WESS.

319. 66. *Κάπυν ἐγέννησεν*] Stemma si distinctius declaratum desideres, succurret Dionys. Halicarnas. I. A. R. p. 50. WESS.

319. 68. *Ὑπὸ τῶν θεῶν ἀνηρπάγη*] Sequitur poëtam Iliad. Y, 234., recentiores aliter, a Iove raptum fingentes turpis amoris caussa, ut Schol. in Apoll. Rh. III. 115. admonuit. Conf. T. Hemsterh. in Luciani D. D. IV. 2. WESS.

319. 73. *Εἷς τῶν Ἐρεχθειδῶν ὀνομαζόμενος*] Praestare videtur *ὀνομαζομένων* scribi. Differt certe ab hoc loco illud l. l. c. 38. *Θαλῆς εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν ὀνομαζόμενος*, ubi itidem *ὀνομαζομένων* reponebat Reiskius, non memor eorum quae de Solone sunt Exc. de Virt. et Vit. p. 551. 45. *διὸ καὶ τούτοις ὁμιλῶν καὶ συνδιατρίβων ὠνομάσθη μὲν εἷς (τῶν) ἑπτὰ σοφῶν.*

319. 74. *Ἦν γὰρ υἱὸς Μητίωνος*] Obsecutus sum scriptis Codd. et Platoni in Ione p. 533. A., cui *Δαίδαλος ὁ Μητίωνος.* Nec aliter, puto, censuit Pherecydes, etsi nunc prave in Schol.

Sophocl. Oed. Colon. v. 468. *Μητίνῳ δὲ τῷ Ἐρεχθέως καὶ Ἰφινόῃ γίγνεται Δαίδαλος* scriptum legitur. Alii patrem illi Eupalamum, avum Metionem contribuunt, ut Apollodor. III. 14. 8. atque illi, quos diligenter in unum conduxit Franc. Iunius in Catalog. Architect. p. 63., ubi hunc Diodori de Daedalo locum erudite explicat. WESS.

319. 75. *Τοῦ Ἀθηναίου*] Hoc glossatoris est. RHOD.

319. 76. *Τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὑπεραίρων*] Intactam reliquissem vulgatam ob haec Excerpt. Vales. p. 233. de Solone, *σοφία — — πάντας τοὺς καθ' ἑαυτὸν ὑπερβεβηκώς*, nisi alterum Mss. praeoptarent. Demosth. Orat. I. in Aristogit. p. 494. *τι σοῦτον ὑπερῆρχε πάντας ἀνθρώπους πονηρία.* Pausanias, cui frequens admodum, VIII. 26. *ἀθλητὰς — ὑπερῆρχε τῇ δύξῃ Δημάρατος.* Atque ad hunc modum infr. XI. 71. XVI. 84. etc. WESS.

319. 85. *Καὶ περιπατεῖν*] Absurdam hanc vulgi persuasionem saepe respicit Plato, uti in Euthyphrone p. 11. C. 15. B. Bene Themistius Orat. XXVI. p. 316. *Δαίδαλος δὲ ἐπειδὴ πρῶτος διήγαγε τὼ πόδε τῶν ἀγαλμάτων, ἔμπνοα δημιουργεῖν ἐνομίσθη.* quae fabulae originem ut commode explicent, verissima tamen arbitror haec Pausaniae II. 4. p. 121. *Δαίδαλος δὲ ὁπόσα εἰργάσατο, ἀτοπώτερα μέν ἐστιν ἐς ὄψιν, ἐπιπρέπει δὲ ὅμως τὶ καὶ ἔνθεον τούτοις. Daedali quidem opera adspectu absurdiora videntur, attamen divinum aliquid in illis emicat.* neque enim fieri potuisse videtur, ut brevissimo incremento ars ea summum attingeret. WESS.

319. 88. *Διαβεβηκότα τὰ σκέλη*] Dixi superius I. 1. 98., quibus addere operae pretium fuerit, quae Illust. Scaliger Chron. Euseb. DCCXXXVII. eruditissima adscripsit. WESS.

319. 96. *Υἱὸς Τάλως*] Pausaniae I. 21. et 26. *Κάλως* est, unde Simsonio Chron. A. M. 2773. ita et hic scribendum esse in mentem venit. Mihi aliud placet. Accedunt Diodoro praeter Apollodor. III. 14. 9. Schol. Euripid. Orest. v. 1648. Lucianus Revivisc. c. 42. eiusque interpres Graecus. Sepultus est *Talus* Athenis in via, qua e theatro in arcem ibatur; sic enim de *Calo* Pausan. I. 21.; quem si eundem ac *Talum* esse recordatus fuisset vir eruditissimus, ad eum Luciani locum fieri non poterat, ut adhaeresceret. WESS.

319. 98. *Τόν τε κεραμευτικὸν τροχὸν*] Figuli rotam Ephorus ab Anacharside inventam tradiderat, reprehensus propterea a Strabone L. VII. p. 464. B. Ephorum tamen Diogenes Laert. sequitur I. 105. ubi Menag. videndus. De serra reperta Ovidius V. Metam. v. 244.

Ille etiam medio spinas in pisce notatas
Traxit in exemplum: ferroque incidit acuto
Perpetuos dentes, et serrae reperit usum. WESS.

320. 12. *Ἐνεθυμήθη τὴν κατασκευὴν*] Mallem addidisset ὁ *Τάλως*. quod ad sententiam plane necessarium videtur. Wess.

320. 16. *Ἀπ' ἐκείνου Δαιδαλίδας προσαγορευθῆναι*] Tribus erat Cecropidis pagus, teste Stephano. Schol. Sophoc. Oed. Colon. v. 468. ex Pherecyde, *Μητίνῳ* (*Μητίωνι*) *τῷ Ἐρεχθέως καὶ Ἰφινόῃ γίνεται Δαίδαλος, ἀφ' οὗ ὁ δῆμος καλεῖται Δαιδαλίδαι Ἀθήνῃσιν*. Adde Io. Meursium de Pop. Attic. quem scholiastae haec verba non fugerunt. Wess.

320. 26. *Γενομένου δὲ τότε ταύρου κάλλει διαφ.*] Ordinem fabulae aliter digerunt Apollodor. III. 1. 3. et Hygin. F. XL. Wess.

320. 32. *Καὶ τὰ μὲν ἀνώτερα μέρη τοῦ σώματος* etc.] *Minotaurum capite bubulo, parte inferiore humana*, describit Hyginus. Numi vero Gelensium et Tauromenitanorum in Sicilia, Neapolitanorum, et plurium aliorum per magnam Graeciam, eundem corpore taurino, capite humano insignem exhibent: quem inter numos atque hos auctores dissensum tetigit ad Catullum p. 205. Is. Vossius, uberiusque exsecutus est Ezech. Spanhem. Dissert. V. de Us. et Praest.. Num. p. 284. Wess. V. Ignarra palaestra Neap. p. 234.

320. 38. *Ἑπτὰ κούρους καὶ κόρας ἑπτὰ*] *Καὶ κόρας* Co. R. V. Mut., quod ferri poterat, si *ἴσας* addidissent, ut supr. c. 62. Wess.

Ibid. Περὶ ὧν προειρήκαμεν] Superius c. 62. Wess.

320. 44. *Πρός τινα νῆσον πελαγίαν*] *Ad insulam procul a continente* inque alto mari. Supr. II. 39. *παρακομισθέντι δὲ τοὺς τόπους τούτους κεῖται νῆσος πελαγία μὲν τῷ διαστήματι*. Cleobulus Epist. ad Solonem in Diogen. Laert. I. 93. de Rhodo, *καὶ ἁ νᾶσος πελαγία*, i. e. *alto pelago circumfusa*. Strabo insularum, quae Italiae adiacent, alias dicit esse *προσγείους*, sive exiguo freto a continente disiunctas, alias *πελαγίας*, L. II. p. 184. Ad quem modum insula Osteodes et Melite *πελάγιαι* infr. V. 11. et 12. et *νῆσοι πελάγιαι*, quarum praecipua Panchaea, in Nostri fragmento apud Euseb. L. II. Praep. Evang. p. 60., etsi prave nunc editur *πλάγιαι*. Habet de vocabuli hac potestate plura Is. Casaubonus in Strabon. I. p. 53. B. Wess.

320. 46. *Ἀφ' οὗ καὶ τὸ πέλαγος Ἰκάριον* etc.] Confer Pausan. IX. 11. et Servium Aeneid. VI. 14. Wess.

321. 60. *Καὶ διὰ κηροῦ θαυμαστῶς ἠσκημένας*] Fabulam cultissimis versibus proponit Ovidius II. Art. v. 43. et VIII. Metam. v. 198. Wess.

321. 66. *Παρὰ τὴν θάλασσαν πετώμενον*] Longe usitatius est *πετόμενος*, quam *πετώμενος*, ut bene Cl. T. Hemsterhus. in D. Mar. XV. 3. Luciani, ubi *ἔρωτες παραπετώμενοι*. Nec refugit tamen Theophrastus Lib. de Sign. Vent. p. 420. *ἐρώδιον ἀπὸ θαλάσσης πετώμενον*, neque *πετομένους* ipsa in hac fabula Palaephatus Hist. Incred. c. 13. adhibere. *Περιπετώμενον ὄρνιν* dabit

Clemens Alex. Protrept. p. 53., ἄγγελον πετώμενον S. Ioannes Apocal. VIII. 13. XIV. 6., et ὄρνεα πετώμενα c. XIX. 17., sed discrepantibus libris manu exaratis. WESS.

321. 73. *Κατεσκεύασε δ' ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ τινὰ τῶν ἔργων*] Haec Ephorus L. VII. et Philistus L. I. uberius fuerant exsecuti, Theone Progym. c. 2. p. 16. auctore. Forte Diodorus, solito sibi more, alterutrum in his describendis ducem habuit. WESS.

321. 75. *Ἐποίησε τὴν ὀνομαζομένην κολυμβήθραν*] Meminit huius piscinae Vibius Sequester, sed obscurius. *Alachis Megarensium*, inquit, *cuius fontem Daedalus dilatavit, agrumque reddidit et regionem, quam idem fluvius devastat.* Alabonem enim intellexisse res ipsa ostendit, et scripti libri, quorum alii *Alebim*, alii, ut is, quem a Cl. D'Orvillio utendum accepi, *Alaebim* praeferunt. Durant piscinae quaedam in haec tempora vestigia, teste Ph. Cluverio L. I. Sicil. Antiq. c. 11. p. 133. WESS.

321. 78. *Κατὰ τὴν νῦν Ἀκραγαντίνην ἐν τῷ Καμικῷ καλ.*] *Camicum Agrigentinorum castellum* habet Diodor. L. XXIII. 9.; quare *Agrigentina nunc in Camico vocatur*, ut Rhodom. vertit, tolerari non potest. Camicus enim et Agrigentum diversa sunt oppida. Rectius Cluver., *in Agrigentino, qui nunc vocatur, ad Camicum agro.* Ἐν Καμικῷ *ad Camicum flumen*, ut ἐν Σαλαμῖνι *ad insulam Salaminem* Lucian. Amor. c. 52. et Polyaen. I. 30. 3., ἐν Μυκάλῃ *iuxta Mycalen* Aristides T. III. p. 354. et Aelian. II. V. H. 25., ubi Cel. Iac. Perizon. et nos infra L. XVII. 36. Porro quam urbem hic vocat, petrae inpositam atque omnium munitissimam, ea Agrigentinorum arx est, natura olim atque operibus egregie munita, Polybio VIII. 21. indice. Vidit et hoc Ph. Cluver. L. I. S. A. p. 207., arcem eam *Omphacen* nuncupatam, sed incertissima coniectura, praeterea contendens. WESS.

321. 92. *Κατὰ δὲ τὸν Ἔρυκα πέτρας οὔσης ἀποτ.*] Vide infra c. 85. et Ph. Cluver. I. Sic. Antiq. p. 244. WESS.

322. 97. *Χρυσοῦν τε κηρίον τῇ Ἀφροδίτῃ* etc.] Ph. Cluverius *κριὸν* et mox *κριῷ* coniectura ductus corrigit, in eam inpulsus his Pomponii Sabini ad Virg. Aen. V. 759. verbis: *Daedalus — arietem aureum, qui vivere credebatur, Veneri et Eryci consecravit.* Sed is locuples et testis et emendationis auctor non erit, secutus Poggii Latina, ut vel *Eryx et Venus*, loco *Veneris Erycinae* positi, testantur. Plus ponderis est in scriptis libris, Coisl. et Mutin., quibus et ego suffragarer, si mihi de *ariete aureo* res paullo esset liquidior. Id dum eveniat, acquiescam in vulgata, non minus egregium artis Daedaleae specimen exhibente. WESS.

322. 3. *Θαλαττοκρατῶν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους*] Supr. c. 62. WESS.

322. 10. *Ἐζήτει τὸν Δαίδαλον εἰς τιμωρίαν*] Si qui manu exaratus liber obtulisset *ἐξήτει τὸν Δαίδαλον*, *dedi sibi noxae Daedalum expostulavit*, non ego repudiassem. Pausan. VII. 4. ipso hoc in negotio, *ὅτι ἐξαιτοῦντος* (*τὸν Δαίδαλον*) *Μίνω, μὴ πρόοιτο αὐτὸν ὁ Κώκαλος*. Nunc nihil demuto, praesertim cum simillimum sit hoc Pausan. I. 32. *ἐπεὶ δὲ ἀπελθόντος ἐξ ἀνθρώπων Ἡρακλέους, ἐζήτει τοὺς παῖδας Εὐρυσθεὺς* etc. Herculis enim is liberos sibi dedi postulavit, ut Minos Daedalum. Wess. Rectum omnino est *ἐξήτει*, quod saepe ab isto possessione eversum est; sic in Vatic. codice L. XI. 56. *ἐζήτουν αὐτὸν πρὸς τιμωρίαν*. ubi alii omnes *ἐξήτουν*. Adde *ἐξαιτεῖν* in hoc genere vulgatissimum esse, veluti L. XI. 57. p. 447. et XVII. 15. Iure itaque vir Clariss. Iac. Gronovius istam emendandi viam ingressus ad Arrian. *Ἀναβ.* I. p. 22., quam et tenendam arbitror in Pausan. I. 32. *ἐξήτει τοὺς παῖδας*, non *ἐζήτει*. Polyaeni par caussa L. VIII. 55. p. 810. quod enim nunc occurrit, *οἱ μὲν κατέφυγον· ὁ δὲ Σάτυρος ἐζήτει*, manifesto scribentium errore ex *ἐξήτει* progenitum est. Idem in Add.

322. 13. *Παρακατασχὼν πλείω χρόνον ἐν τῷ θερμῷ*] Ovidius Ibin diris defigens v. 291.

Vel tua maturet, sicut Minoia fata,
Per caput infusae fervidus humor aquae.

a quo non dissident veteres Critici in Pindari O. IV. 95. Nemeon. Wess.

322. 21. *Κατὰ τὸν ἀνεῳγμένον ἐποίησαν Ἀφροδίτης νεών*] Satis olim frequentatum fuisse, ut templis mortuorum reliquiae abderentur, erudita disputatione constabilivit Clemens Alexand. Protrept. p. 39. ipsa proin templa *τάφους*, sicuti et Athenagoras Apolog. c. 25., adpellans: quem quidem titulum pagani postea iure quodam in Christianos retorserunt, eorundem basilicas *τάφους sepulcra*, ob Martyrum ossa in eas illata, vocitantes, sicuti Iulianus, Libanius atque Eunapius, de quibus H. Vales. in Ammian. XXII. 11. Wess.

322. 27. *Θήρωνος δυναστεύοντος τῶν Ἀκραγαντίνων*] Scripsit illi Pindarus Oden V. Olympion., agiturque copiosius de eodem infr. L. XI. 53. Wess.

322. 33. *Ἦν ἀπὸ τοῦ βασιλ. αὐτῶν Μίνωαν ὠνόμασαν*] Tacentibus Codd. Poggio facem praeferente, ita refinxi: nec aliter auctor paullo ante, *καὶ κατῆρε τῆς Ἀκραγαντίνης εἰς τὴν ἀπ' ἐκείνου Μίνωαν καλουμένην*· et L. XVI. 9. *κατέπλευσε τῆς Ἀκραγαντίνης εἰς τὴν ὀνομαζομένην Μίνωαν*. Adde c. 23. huius libri. Wess.

323. 36. *Ἦν ἀπὸ τῆς — ὠνόμασαν Ἔγγυον*] Urbem ita appellare solet, ut L. XVI. 73., *Ἐγγύϊον* Plutarchus, Stephanus atque alii. Illustratur a Ph. Cluverio II. S. A.[3]p. 366., qui Fazellum dum miratur, haec ex Diodori L. V. citantem et *Ochyram*

urbem per Siciliam quaerentem, Poggii versionem, qua usus ille est, cognitam habuisse non videtur. WESS.

323. 37. *Μηριόνου τοῦ Κρητὸς*] Conveniunt haec Plutarchi verbis in Marcel. p. 309. B. Ipse Meriones in Cretam deinde rediit, si ea vera sunt, quae infr. L. V. 80. perscripta sunt. WESS.

323. 43. *Καὶ κατασκευάσαντες ἱερὸν τῶν Μητέρων* etc.] Plutarchus servata Enguinorum dialecto *Ματέρας* vero nomine vocat l. c. *πόλις ἐστὶ τῆς Σικελίας*, inquiens, *Ἔγγυϊον, οὐ μεγάλη, ἀρχαία δὲ πάνυ, καὶ διὰ θεῶν ἐπιφάνειαν ἔνδοξος, ἃς καλοῦσι Ματέρας.* Cicero IV. in Verr. c. 44. *Matris magnae fanum apud Enguinos est:* forsan deceptus *matris* vocabulo; quod de Diodoro, domo Siculo, et in insulae sacris describendis sollertissimo, ut suspicer, induci non possum, nedum de Plutarcho, ipsi hac in re consentaneo. Potest ad eas referri inscriptio Syracusana *ΝΙΚΗ ΜΑΤΕΡΩΝ*, quam perperam ad Deûm matrem transtulit Geor. Gualterius in Tab. Antiq. Sicil. p. 383. edit. Havercampi, et alia Sponii Miscell. Erud. Antiq. LXXVIII.

ΑΡΗΙ ΜΗΤΡΑΣΙ ΚΑΙ ΔΙΟΣΚΟΡΟΙΣ.

Non item DEAE MATRES, quarum in lapidibus per Germaniam, Galliam, Hispaniam et Britanniam erutis frequens est mentio. Illae Germanorum vicinarumque gentium in fatidicas feminas superstitione Dearum in numerum transierunt, docente Io. Georg. Keysler. Antiq. Septemtrion. p. 377. WESS.

323. 56. *Οὐρανὸν εἰσανέβησαν* etc.] Inter hunc versum et proxime sequentem apud Aratum interiecti habentur duo isti: *Δίκτῳ ἐν εὐώδει, ὄρεος σχεδὸν Ἰδαίοιο Ἄντρῳ ἐγκατέθεντο καὶ ἔτρεφον εἰς ἐνιαυτόν.* STEPH. In Phaenom. v. 30. sed omissi sunt versus duo *Δίκτῳ ἐν εὐώδει* etc. Quos versio nostra simul complectitur, ut sensus integer citati loci habeatur. RHOD. Duo Aratei versus librarii inobservantia excidisse videntur, qui *Δίκτῳ ἐν εὐώδει* scribere cum deberet, oculos in *Δικταῖοι Κούρητες* festinus coniecit, transiliitque adeo interpositos, quo errore nihil proclivius. Recte vero Diodorus *Κρήτηθεν κεῖναί γε Διὸς* etc. legit: turbat enim orationem *κεῖναι δὲ*, quod in Arato nunc editur, meritoque mutandum censuit praestantissimus Georg. Arnaldus Lect. Graec. L. II. c. 1. p. 136. WESS.

323. 64. *Πυθόχρηστοι χρησμοὶ προσέταξαν*] Optime haec sese habent: *χρησμὸν πυθόχρηστον* probat ipse L. XVI. 93., *πυθόχρηστα μαντεύματα* Aeschyl. Choephor. v. 900., *πυθόχρηστον μάντειαν* Demaratus in Stobaei Titul. XXXIX. p. 228.; *λόγιον πυθόχρηστον* Plutarch. Thes. p. 12. D., atque ad eum modum *θεόχρηστα λόγια* de lege Mosaica Philo Iud. Leg. Cai. p. 1022. D. Alioqui omnia *πυθόχρηστα* sunt, quae ex tripode a Pythia iubentur et pronuntiantur. Quem in modum *πυθόχρηστον θυσίαν*, quam vates Apollo iniunxerat offerendam Plutarch. T. II. p. 628. F. et

p. 163. B. *πυθόχρηστον τῆς ἀποικίας ἡγεμόνα*, cui oraculum coloniae deducendae auctor fuerat, dixit. Rarius est hoc Aeschyli Choeph. v. 940. de Oreste exule, Apollinis praecepto ad matris caedem inpulso, *ὁ πυθοχρήστας φυγάς*. Wess.

323. 66. *Καὶ τὰς πόλεις εὐθηνήσειν*] Discordia est de verbi huius vera scriptura. Thomam Magistrum si audis, *εὐθενεῖν κάλλιον ἢ εὐθηνεῖν*. Si Ill. Spanhem. Dissert. XIII. Us. et Praest. Num. p. 536., unice verum est *εὐθηνεῖν*. Habent sane numi veteres *EYΘHNIAN*, uti *εὐθηνίαν τῶν πόλεων* Ioseph. IV. B. I. 2. 1., et *εὐθηνίαν καὶ εὐετηρίαν* Philo Iud. de Ioseph. p. 542. A. B., passimque alibi, amat enim haec vocabula. *Βουκόλιον εὐθηνοῦν* in Florileg. Stob. T. LXV. p. 417. Antipater, *ζῶα εὐθηνοῦντα* Dio Chrysost. Orat. I. p. 15. A. ut alios praeteream. *Εὐθενεῖν* tamen in Aeschyli Eumen. v. 911. 947.; in Demosthene modo *εὐθενεῖν*, modo *εὐθηνεῖσθαι*, ut Orat. pro Coron. p. 187. et de Legat. male gesta p. 249. reperies: ubi cum scripti libri dissentiant, non est, ut Thomae decreto moveamur, aut ab hac scriptura discedamus. Reg. *εὐσθενήσειν*, Vat. *ἐσθενήσειν*, quo modo in Synesii Epist. 94. sub finem olim *εὐθενεῖται*, nunc in Petavii ed. *εὐσθενεῖ τε καὶ πιαίνεται* legitur. Wess.

323. 70. *Ἱστοριῶν γραφομένων*] *Ἱστοριογραφουμένων* Steph. ora et R. *Ἱστοριογραφομένων* Co. M. Cl. 2. vulgatum supra L. I. 37. habuimus. Wess.

323. 74. *Ἀγυρναίων*] *Ἀγυριαίων* Co. M. Vid. supr. I. 5. Wess.

324. 77. *Κατασκευάσαντες ἁμάξας τετραχύκλους*] Confer infr. L. XX. 25. et Io. Scheffer. L. II. Rei Vehicul. c. 9. Wess.

324. 82. *Εἶχον αἱ θεαὶ βοῦς μὲν ἱερὰς* etc.] Post *μὲν* sequi debere *δέ*, non *τε*, notissimum est. Si tamen reponitur hic *δέ*, fuerit et in aliis multis huius voluminis locis eadem ratione reponendum. Steph. *Μὲν*, quod antecedit, hic *δὲ* relativum suum necessario postulat. Rhod.

324. 86. *Τῆς Ὑψέως θυγατρὸς, τοῦ Πηνειοῦ*] Haec iusta verborum distinctio: Edd. *θυγατρὸς τοῦ Πηνειοῦ* arctissime connectentes, Penei filiam faciebant; qua etsi olim plures opinione fuerint, testibus Criticis in Apollon. Rh. II. 502., non tamen Diodorus, quem vide supr. c. 71. Wess.

324. 88. *Περὶ τὸ Πήλιον τρεφομένης*] Pindarum O. IX. 6. Pythion. et Hesiodum, cuius versus Pindari interpretes exscripserunt, sequitur. Apollon. l. c. ad amnem Peneum oves pascentem proponit. Sed exiguo locorum intervallo distant. Wess.

324. 91. *Κατὰ τοὺς ὕστ. χρόνους τινὰ κτίσαντα πόλιν* etc.] Battus est, de quo Callimach. H. Apoll. v. 65. cum nota Ezech. Spanhemii. Wess.

324. 94. *Ἀριστᾶον*] *Ἀριστέα* Co. Conf. Hemsterhus. in Luciani D. Mort. XI. 1. Wess.

324. 96. *Καλεῖν αὐτὸν Νόμιον, Ἀρισταῖον, Ἀγρέα*] Ex Pindaro O. IX. 115. Pythion. Apollon. Rh. II. 509.

Ἔνθα δ' Ἀρισταῖον Φοίβῳ τέκεν· ὃν καλέουσιν
Ἀγρέα καὶ Νόμιον πολυλήϊοι Αἰμονιῆες.

Nonnus V. Dionys. v. 215.

Πρῶτος Ἀρισταῖος, Νόμιος καὶ ἐπώνυμος Ἀγρεύς.

Sollerter autem ab Aristaeo inventa describuntur ab Oppiano IV. Cyneget. v. 267.

— — — *Πρῶτος ἐκεῖνος*
Καρποὺς ἀγριάδος λιπαρῆς ἔτριψεν ἐλαίης.
Καὶ ταμίσῳ πρῶτος γάλα πήξατο, καὶ ποτὶ σίμβλους
Ἐκ δρυὸς ἀείρας ἀγανὰς ἐνέκλεισε μελίσσας.

Quae quidem auctorem Siculum cum illustrarent, illi adstruere visum fuit. Wess.

324. 5. *Ἀχταίωνα* Reg. ut apud Euripid. Bacch. v. 337. vulgatum *Ἀκταίονα* tuetur Callimach. Lav. Pall. v. 109. Wess.

324. 9. *Ἀκρωτηρίων*] *Ἀκροθινίων* M. ut infra L. V. 29. Wess.

Ibid. Προῃρεῖτο τὸν γάμον κατεργάσασθαι] Quacum tandem? Fallor, aut iustum est, quod schedae optimae offerunt. Ipsi Dianae vim inferre cogitabat; id indicant, quae mox succedunt, *τοῖς ἁλισκομένοις πρὸς τὴν ἀκοινώνητον τοῖς γάμοις κατεκέχρητο, πρὸς τὸ συντελέσαι τὴν ἰδίαν ἐπιθυμίαν*, *captis ferarum carnibus in Deam a nuptiis abhorrentem, ut satis suae libidini faceret, abuti voluit.* quo de hominis scelere tacent alii, diversas irarum Dianae caussas proponentes in Ez. Spanhem. nota ad Callimach. Lav. Pallad. v. 113. Itaque per me tibi integrum est, eane Diodoro reddenda iterum, an subintelligenda arbitreris. Ego vero *ἀπεφήνατο*, tametsi manu exarati Codd. nihil iuvent, postliminio suam in sedem reduco. Wess.

324. 11. *Πρωτεύειν — — ἀπεφήναντο*] *Ἀπεφήνατο*, Actaeon scilicet. Significationem vero *τοῦ προτερεύειν* hic *πρωτεύειν* habet. Rhod.

324. 14. *Κατεκέχρητο*] Quae viri doctissimi Is. Casaub. in Athen. II. 15. Ios. Barnes. ad Helen. Euripid. v. 639. adscripserunt, vulgatum tueri possunt. Ego tamen scriptum librum sequor. Wess.

325. 23. *Τὴν εἰς Κέω νῆσον μετάβασιν*] Cl. Salmasius Graecos *ἐν Κῷ* etiam de insula Cea dixisse hinc probat in Solin. p. 101.; Aristaeum enim post mortem Actaeonis Ceam insulam tenuisse consentire auctores, non Co: quod verissimum. De nomine insulae aliud ut opiner, Codd. et constans Graecorum consuetudo faciunt. Apollon. Rh. II. 521.

— — *Λίπεν δ' ὅγε πατρὸς ἐφετμῇ*
Φθίην· ἐν δὲ Κέῳ κατενάσσατο λαὸν ἀγείρας
Παῤῥάσιον. —

Id itaque amplector. Incolae *Κῶοι* in Schol. Apollon. II. 500. et 528., sed hinc adiuvandi. Prave ergo praestantissimus Rhodom. Wess.

325. 24. *Παρὰ τοῖς Κείοις*] *Κώοις*. Rhod.

325. 27. *Γενομένης δὲ τῆς θυσίας κατὰ τὴν* etc.] Mansit incolis mos, ut sub ortum caniculae sacris operarentur, coniecturamque caperent, pestilensne futurus sit annus. Apollon. II. 528.

— — *Κέῳ δ' ἔτι νῦν ἱερῆες*
Ἀντολέων προπάροιθε κυνὸς ῥέζουσι θυηλάς.

Cicero I. Divin. c. 57. *Etenim Ceos accepimus ortum caniculae diligenter quotannis solere servare, coniecturamque capere, ut scribit Ponticus Heraclides, salubrisne, an pestilens annus futurus sit.* Ibi Davisius, praetereaque Nonnus V. Dionys. v. 270. Wess.

325. 37. *Ὑπὸ τῆς μητ. νύμφης τὴν ἀναγωγὴν ποιησάμενον*] Vertitur, *classe a matre Nympha instructus*, vereor ut bene. *Ἀναγωγὴ* nautarum est, cum oram solvunt, sive *ἡ ἐπὶ θάλασσαν τῶν ναυτιλλομένων ὁρμὴ*, uti explicat Schol. in Ptolemaei Tetrabibl. p. 15. *Ἀναγωγὴν ποιεῖσθαι* iidem perhibentur, quum portu egressi alto se committunt. Diodor. Excerpt. Ursini p. 329. *κἀκεῖθεν ἐπὶ Συρίας τὴν ἀναγωγὴν ἐποιήσαντο*, *inde*, ex Cypro, *in Syriam versus navem solverunt.* Itaque non *ὑπὸ τῆς μητρὸς*, sed *ἀπὸ τῆς μ.* legitimum est, reddique Latine debet, *a matre Nympha solvens in Sardiniam transmisit.* Quod Aristaei in eam insulam iter praeter Servium in Virgilii Georg. I. 14. tetigit quoque Pausan. X. 17. et ante eos natos personatus Aristoteles Admirand. p. 727. ed. Du Val. Wess.

325. 42. *Χάρμον καὶ Καλλίκαρπον*] Sermonis analogia hanc posterioris nominis scripturam adfirmat. Aristaeus ex proventu pulchrorum fructuum nomen formavit. *Τόπος καλλιδενδρότατος καὶ καλλικαρπότατος* est in Polybii L. V. 19. Wess.

325. 57. *Καὶ ταῦτα μὲν περὶ Ἀριστ.* etc.] Aptius *κἀνταῦθα* quam *καὶ ταῦτα* legeretur. Steph. Nihil admodum refragabor, si qui Stephanum sequi malint. Simile tamen hoc Eunapii in Vit. Aedesii p. 45. *καὶ ταῦτα ἔτισε Σωπάτρῳ δίκην ὁ πάντα εὐδαίμων Ἀβλάβιος*, *atque ita Sopatro poenas felix alioqui Ablabius dedit.* Posses minore etiam molimine, *καὶ ταύτῃ*, si quid hic mutandum videatur. Wess.

326. 60. *Καὶ Βουτᾶ, βασιλέως τινὸς ἐγχωρίου*] De Buta, quem Argonauticorum scriptores domo Atheniensem perhibent, omnia occuparunt viri doctissimi Ph. Cluverius Sicil. Antiq. L. II. 1. p. 239. et P. Burman. Catal. Argonaut. Wess.

326. 62. *Ἀπὸ* non est in Co. Cl. 1. quos sequi poteris. Diodorus suum agnoscit supr. c. 76. Wess.

326. 65. *Κειμένην ἐπί τινος ὑψηλοῦ τόπου*] Contende eum his Polybianam montis descriptionem L. I. 55. Wess.

326. 70. *Διόπερ — Ἐρυκίνην ὀνομασθῆναι*] Id verius. Satis enim inconmodum hoc quidem loco *ὀνομάσαι*. Apollonio IV. 917. sollemni poetis *προλήψει* Venus *θεὰ Ἔρυκος μεδέουσα*. Wess.

326. 76. *Οὐδέποτε διέλιπε τιμώμενον, ἀλλὰ* etc.] Strabonis aetate secus erat. *Νυνὶ δ' ὥσπερ αὐτὴ ἡ κατοικία*, inquit L. VI. p. 418. B., *λειπανδρεῖ καὶ τὸ ἱερὸν, καὶ τῶν ἱερῶν σωμάτων ἐκλέλοιπε τὸ πλῆθος. Nunc ut oppidum id*, Eryx, *virorum, ita templum quoque sacerdotum laborat penuria, multitudine servorum sacrorum sublata.* Templi inmensas opes enarrant Aelian. de Animal. X. 50. et Pausan. VIII. 24. p. 646. Paullo ante *τῶν ἐξ αἰῶνος* bene Cl. Wetsten., ut Dionysius I. A. R. p. 3. *μόνη τῶν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος*. Wess.

326. 83. *Μετὰ δὲ ταῦτα Καρχηδόνιοι*] Non omnes tamen; siquidem Hamilcar Veneris templum expilavit, pecunia inter milites suos divisa, etsi non inpune, si fides Aeliano l. c. Wess.

326. 89. *Ἐν ταῖς πράξεσιν ἐπιτυχεῖς ὄντες*] Adscripserat H. Stephanus, ut Camusatus notat, margini Clar. 2. *ἐπιτυχεῖς ὄντες* eo dici modo, quo *περιαλγεῖς ὄντες* sunt *οἱ περιαλγήσαντες*. quod verum est. Rex *εἰρηνικὸς καὶ ἐπιτυχὴς* Artaxerxes ob pacis studium et prosperum, quo usus fuerat, rerum successum infr. L. XV. 93. Augustus, cui omnia bene cesserant, *ἐπιτυχὴς ἐς πάντα ὤν* Appiano L. I. B. C. p. 604. et Claudius Marcellus, militia felix imperator, *ἐπιτυχὴς τὰ πολεμικὰ ὤν* eidem de Bell. Hispan. p. 475. Hoc rarum, cum de militibus hostium telis expositis, et qui sine errore petuntur, *τοῖς δὲ πολεμίοις εὔβλητοι καὶ ἐπιτυχεῖς πανταχόθεν ὄντες* idem Appian. Syriac. p. 175. Wess.

326. 95. *Τὸ σκυθρωπὸν τῆς ἐξουσίας ἀποθέμενοι*] Remotis potestatis insignibus, fascibus, securibus, lictoribus. Sic solebant, quoties magistratus quasi ad amicos agere volebant. Morem illustrat I. Lipsius in Taciti Ann. II. 53. Haud vero satis scio, an mox *γυναικῶν ὁμιλίαι* amplius et familiarius aliquid, quam sunt colloquia, innuat. Multitudo *ἱεροδούλων γυναικῶν*, quae corpore illic quaestum faciebant, id paene suadet, patiturque vocis usus. Apud Philon. Iud. I. Vit. Mos. p. 648. C. rex Moabitarum *ἐπιτρέπει ταῖς γυναιξὶ τὰς ὁμιλίας πρὸς οὕς ἂν ἐθέλωσι ποιεῖσθαι*. Satis ille quidem inpudenter, sed ad hunc locum opportune. Wess.

326. 2. *Χρυσοφορεῖν — — τῇ Ἀφροδίτῃ*] Diodoro, quantum recordor, *χρυσοφορεῖν* nunquam notat *aurum* alteri *conferre*, sed aureo ornatu conspiciendum se praebere. Infr. L. V. 46. *χρυσοφοροῦσι δ' ὁμοίως ταῖς γυναιξὶ, πλὴν τῶν ἐνωτίων*. et XIII. 82. *τὴν ἐσθῆτα μαλακὴν φοροῦντες καθ' ὑπερβολὴν, καὶ χρυσοφοροῦντες*. Quare nisi id velit, eas civitates festis Erycinae Veneris diebus aureo cultu in Deae honorem conspicuas atque in-

signes fuisse, *χρυσοφορεῖν* similem *τοῦ δωροφορεῖν* potestatem induet. WESS.

327. 4. *Τὴν περὶ τῆς θεᾶς ἐπαγγελίαν*] *Ἀπαγγελίαν* lege, et in proximo versu *Ἡραῖα* pro *Ἥρια*. RHOD. *Ἀπαγγελίαν* Vat. optime. Vide supr. c. 1. WESS.

327. 7. *Ἡραῖα γὰρ ὄρη κατὰ τὴν Σικελίαν ἐστὶν*] Vibius Sequester *Hereum*, seu *Heraeum* potius, adpellat, *Chrysas*, inquiens, *Syracusis ex Heraeo monte*, errans tamen in fluvii cursu, ut alias dicemus. Montes Heraeos longo tractu per Siciliae mediterranea fuisse porrectos, ostendit Ph. Cluverius L. II. Sicil. Antiq. c. 7. p. 326. WESS.

327. 10. *Γλυκύτητι τῶν ὑδάτων διαφόρους*] Nisi scripti libri alium verborum ordinem hoc loco et brevi post praescripsissent, in vulgatis acquievissem. WESS.

327. 22. *Ἑρμοῦ μὲν καὶ Νύμφης υἱὸν*] His non dissimilia ad poetae Eclog. V. 20. Servius commentatur. Nil mirum ergo, si Mercurius Daphnin amoris ignibus misere contabescentem primus consolatum adeat in Theocriti Idyl. I. 77., quippe pater. Scholiastes aliud divinat, quod non probo. WESS.

327. 28. *Ἐξευρεῖν τὸ βουκολικὸν ποίημα*] Aelian. X. Hist. Var. c. 18. cum Daphnis visu esset ab irata Nympha orbatus, tum demum *τὰ βουκολικὰ μέλη* cani fuisse coepta adfirmat, fuisseque eorum argumentum sive *ὑπόθεσιν*, *τὸ πάθος τὸ κατὰ τοὺς ὀφθαλμούς*. Vide Iul. Scaliger. L. I. Poetic. c. 4. et Daniel. Heinsium Lect. Theocrit. c. 4. WESS.

327. 34. *Μίαν τῶν Νυμφῶν ἐραοθεῖσαν*] *Echenais* vocabatur, ut ex Timaeo, quem fortasse in his ducem Diodorus sequitur, Parthenius Erotic. c. 29. docet: nam quae de *Xenea* Scholiastes in Theocriti Idyl. I. 65., ea nata sunt, sicuti pulcre animadvertit Heinsius, ex prave accepto Idyl. VII. versu 73. *Nomiam* tamen nominat Servius in Virgilii Eclog. VIII. 69. WESS.

327. 45. *Ζάγκλῳ τῷ τότε βασιλεύοντι τῆς τότε* etc.] Sunt apud Stephan. Byzantinum, qui urbis nomen *ἀπὸ Ζάγκλου τοῦ γηγενοῦς* derivent, fabulosa sectati: prudentiores a loci situ Siculaque voce *Ζάγκλη* sive *Ζάγκλον*, *falcem* notante, repetunt; atque hos princeps inter Thucydides VI. 4. *ὄνομα δὲ τὸ μὲν πρῶτον Ζάγκλη ἦν ὑπὸ τῶν Σικελῶν κληθεῖσα, ὅτι δρεπανοειδὲς τὸ χωρίον τὴν ἰδέαν ἐστί. τὸ δὲ δρέπανον οἱ Σικελοὶ ζάγκλον καλοῦσι. haec autem urbs primo quidem a Siculis Zancle vocata fuit, quod locus ille speciem falcis praeferat: Zanclon autem Siculi falcem appellant.* ibi Hudson. et Duker. viri clariss. plura. WESS.

327. 47. *Τὴν ὀνομαζομένην Ἀκτὴν*] Describitur a Ph. Cluverio L. I. Sicil. Ant. c. 6. p. 84. WESS.

328. 54. *Καὶ τὸν τόπον ἀπὸ τούτου Ῥήγιον ὀνομασθῆναι*] Plinius III. N. H. 8. Sicilia *quondam Brutio agro cohaerens, mox*

interfuso mari avulsa XV *M. in longitudinem freto, in latitudinem autem M. D. passuum iuxta columnam Rheginam. Ab hoc dehiscendi argumento Rhegium Graeci nomen dedere oppido.* De terrae motu, quo insula faucibus Italiae sit direpta, Aeschylus in Strabon. VI. p. 396. A.; quae veterum opiniones cum sola coniectura nitantur, multo similius vero est, Siciliam a primis rerum initiis fuisse insulam. Egregie hac de re post Marianum Valguarneram disputat Philip. Cluver. L. I. Sic. A. c. 1. Wess.

328. 62. *Πελωριάδα*] *Πελωρίδα* Mut. Co. Conf. Ph. Cluver. I. Sicil. Antiq. p. 80. Wess.

Ibid. Τὸ τέμενος τοῦ Ποσειδῶνος κατασκευάσαι] Invenio in Apollodori I. 4. 3. *Ἡφαιστότευκτον ὑπὸ γῆν οἶκον*, sive *Vulcani opera sub terra structam domum*, quam Orion Neptuno consecraverit: quae huccine pertineat, non habeo dicere. Wess.

328. 68. *Ἐν τῇ Νεκυίᾳ*] Versu 569. Ulysseae XI. Sequentes autem versus eodem libro v. 308. reperies. Rhod.

328. 73. *Ἐμφανίζων καὶ προεκθέμενος*] Series orationis hoc expostulabat. Aloei filii nonnunquam *Ἀλωεῖδαι*, frequentissime *Ἀλωάδαι* dicuntur. Vid. Longin. de Sublimi dictione p. 48. Philostratum Heroic. c. 1. p. 671. Atticum apud Euseb. XV. Praep. Evang. c. 4. p. 795. Synesium de Insomn. p. 154., et quae Luciani Contempl. c. 3. adscripsit Clarissim. T. Hemsterhus. *Υἷας Ἀλωϊάδας*, uti Noster, Apollon. Rhod. I. 482., quod tamen ligatae quam solutae orationi convenientius. Nihil itaque indigemus correctione Rhodom., qua *Ἀλωείδας* hoc loco refingi in Addend. iussit. Wess.

328. 78. *Μετά γε κλυτὸν Ὠρίωνα*] Poetae *ἀγακλυτὰ* quae celebria sunt, *ἔνδοξα*, *ἄγαν διαβεβοημένα*, ut Hesych. interpretatur. Idomeneus inde *ἀγακλυτὸς* Iliad. *Z*, 436.; poteritque adeo *ἀγακλυτὸν Ὠρίωνα* ipsius poetae, qui volet, auctoritate tueri. Ego vestigia meliorum Codd., quibus Homeri editiones consentaneae sunt, premere pergo. Wess.

328. 80. *Αὐτοῦ παραγράψομεν τήνδε τὴν βίβλον*] Iustius esse *περιγράψομεν* ostensum supr. I. 42. fuit. Wess.

ANNOTATIONES

IN

LIBRUM QUINTUM.

329. 7. *Καὶ Γαύλου*] *Γαύδου*, quod Clarom. 2. praefert, est in Strabone variis locis. Nec recte tamen, ut infr. L. V. 12. ostendetur. WESS.

329. 8. *Σαρδόνος* R. V. recte. Vid. supr. IV. 29. WESS.

329. 27. *Καὶ τῶν εἰς Χίον καὶ Σάμον* etc.] Sic melius, ut L. V. 82. 83. indicabunt. In vulgato *ἡ τῶν Ῥοδίων ἀποικία* colonia est in insulam Rhodum deducta, ut *ἡ τῶν Αἰγυπτίων ἀποικία*, quae ex Aethiopia in Aegyptum fuerat missa, supr. L. III. 3., quod genus alias illustrabimus. WESS.

330. inscr. *Ἡ καὶ Νησιωτικὴ*] Tametsi manu scriptorum Codd. nullus haec edat, ego addenda censui. Moveor Diodori exemplo, qui diserte c. 2. *καὶ ταύτην τὴν βίβλον ἐπιγράφοντες ΝΗΣΙΩΤΙΚΗΝ, ἀκολούθως τῇ γραφῇ περὶ πρώτης τῆς Σικελίας ἐροῦμεν, hunc librum cum insularem inscripserim, ut titulo satisfiat, de Sicilia primo dicemus.* WESS.

330. 14. *Τίμαιος μὲν οὖν μεγίστην πρόνοιαν πεποιημένος*] Hac in parte laudem Timaeus abstulit, ostentare solitus *τὴν ἐν τοῖς χρόνοις καὶ ταῖς ἀναγραφαῖς ἐπίφασιν τῆς ἀκριβείας καὶ τὴν περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐπιμέλειαν, studium ac diligentiam in accurata temporum notatione*, ut Polybius Excerpt. Vales. p. 1394. ait, uberiusque in sequentibus declarat; quam tamen hominis laudem mire foedavit incredibilis quaedam maledicendi et alios coarguendi libido, ob quam *ἀλλοτρίων ἐλεγκτικώτατος ἁμαρτημάτων* Longino de Sublimi Dict. c. 4. p. 28., Istro vero apud Athenaeum L. VI. p. 272. *Ἐπιτίμαιος* dici coeptus est. Hinc habet Diodorus et Strabo XIV. p. 949., ubi vulgatum *Ἐπιτίμιος* magnus Casaubon. haud iniuria corrigit. Confer infr. L. XIII. 90. WESS.

330. 19. *Οὐ μόνον κατὰ τὴν λέξιν* etc.] Cultae dictionis Venerem, *ἡδονὴν ἐν τῷ φράσαι*, Duris Samius aufert Ephoro, eo hoc in genere, teste Photio Biblioth. Cod. CLXXVI. p. 394., multo inferior. Nec videtur tamen eleganti orationis vi praecipuos Graecorum Ephorus aequiparasse, siquidem excellenti vir iudicio

Dio Chrysostom. Orat. XVIII. p. 258. C. *τὸ ὕπτιον καὶ ἀνειμένον τῆς ἀπαγγελίας* supinum eius ac remissum dictionis genus fuisse adfirmat. Monuit et hoc Gerh. Io. Vossius L. I. Hist. Graec. c. 7., cui adde Nostrum infr. L. XVI. 77. et I. 39. Wess.

331. 26. Pro *γραφῇ* repono *ἐπιγραφῇ*. Steph. in Add.

331. 29. *Ἀπὸ τοῦ σχήματος Τριναχρία*] Illustrantur omnia haec a Ph. Cluverio L. I. Sicil. Antiq. c. 2. Wess.

331. 35. *Πελωριάδος*] *Πελωρίδος* Cl. Vid. supr. IV. 87. Wess.

331. 38. *Σταδίων χιλίων ἑκατὸν ἑξήκοντα*] Nunc numerus stadiorum IV M. CCCLX, cui vulgati libri XX detraxerant, egregie constat. Ipse insulae ambitus in veterum scriptis mire differt, his amplior, aliis contractior, quo de Cl. Salmas. in Solin. p. 95., et omnium accuratissime Ph. Cluverius I. Sicil. A. c. 3. p. 53. Wess.

331. 40. *Φήμης — παραδεδομένης τοῖς ἐγγόνοις*] Hoc, aut *ἐκγόνοις* praestat. Infr. c. 46. *τῆς φήμης ταύτης τοῖς ἐγγόνοις παραδιδομένης ἀεί*. Cicero IV. Verr. c. 48. *Vetus haec opinio est, quae constat ex antiquissimis Graecorum literis atque monumentis, insulam Siciliam totam esse Cereri et Liberae consecratam. Hoc cum ceterae gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis tam persuasum est, ut animis eorum insitum atque innatum esse videatur.* Wess.

331. 44. *Ὑπὸ Διὸς ἀνακάλυπτρα τῇ νύμφῃ δεδόσθαι*] Mallem *ἀνακαλυπτήρια*. Plutarch. Timoleon. p. 239. D. *εἶναι γὰρ ἱερὰν τῆς Κόρης τὴν Σικελίαν. ἐπεὶ καὶ τὰ περὶ τὴν ἁρπαγὴν αὐτόθι μυθολογοῦσι γενέσθαι, καὶ τὴν νῆσον ἐν τοῖς γάμοις ἀνακαλυπτήριον αὐτῇ δοθῆναι.* Appellant *ἀνακαλυπτήρια* tertium a nuptiis diem, quo nova nupta amoto flammeo propinquis in conspectum veniebat, atque illa etiam dona, quae tum recens nuptae dabantur; quod cum uberius Ger. Langbaenius ad Longinum de Sublimi Diet. c. 4. p. 35. et Ezech. Spanhem. in Callimachi H. Dian. v. 74. declaraverint, verbum non amplius addam. Oportet tamen, mire Iupiter complexus Proserpinam sit, qui universam illi Siciliam (deparcum enim nimis facit Schol. Pind. Od. XIV. 14. Olymp., asseverans *τὴν Ἀκράγαντα τῇ Περσεφόνῃ εἰς τὰ ἀνακαλυπτήρια ὑπὸ Διὸς δοθῆναι*, poëtaeque suo obloquitur Od I. 17. Nemeon.) Thebasque insuper *ἀνακαλυπτήρια*, quod Euphorion in schol. Euripid. Phoeniss. v. 687. prodidit, praetereaque Cyzicum dotis nomine, *ἐμπρόικιον* apud Appian. Mithrid. p. 371., contulerit. Wess. Tueor *ἀνακάλυπτρα*. nam sic quoque *δίδακτρον*, *μήνυτρον* et similia dicuntur. Reisk.

331. 46. *Οἱ νομιμώτατοι τῶν συγγραφέων*] Vid. supr. I. 6. Wess.

331. 52. *Ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα*] Odyss. I. 109., quem versum, obiter ut id addam, frequentissime adhibent

de ea rerum abundantia, quae nullo labore parta sponte sua nascitur, Lucianus de Merc. Cond. c. 3. Phalarid. II. 8. Philostratus Imagin. c. 9. p. 775., ubi prave *ἀνήρωτα*, Basilius M. T. II. p. 68. D. Wess.

331. 55. *Ἔν τε γὰρ τῷ Λεοντίνῳ*] Omnium hic ager uberrimus erat, et *caput rei frumentariae*, ut Cicero ait III. Verr. 18., sedesque olim Cyclopum et Laestrygonum, de quibus Homerus l. c. Confer Ph. Cluver. L. I. S. A. c. 10. p. 129. et Ezech. Spanhem. ad Callimachi H. Dian. v. 56. Wess.

331. 73. *Τοὺς — κύνας μὴ δύνασθαι στειβεύειν*] Aristoteles Admirand. p. 723. cum de liliis ceterisque floribus, quibus campus hic vestitus, dixisset, *ἃ τὴν σύνεγγυς χώραν*, addit, *εὐωδίας πληροῖ, ὥστε τοὺς κυνηγετοῦντας, τῶν κυνῶν κρατουμένων ὑπὸ τῆς ὀδμῆς, ἐξαδυνατεῖν τοὺς λαγὼς ἰχνεύειν*. hunc sequitur Diodorus, ut saepe alias. Wess.

Ibid. *Στειβεύειν*] *Στιβεύειν* Cl. 2. Conf. supr. IV. 12. Wess.

332. 75. *Ἔστι δὲ ὃ προειρημένος λειμὼν ἄνωθεν μὲν* etc.] Diceres haec e Cicerone L. IV. Verr. c. 48. depromta et versa, *Et raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Ennensium nemore: qui locus, quod in media est insula situs, UMBILICUS Siciliae nominatur*, et post pauca: *Enna autem — est loco praecelso atque edito, quo in summo est aequata agri planities et aquae perennes, tota vero ab omni aditu circumcisa atque diremta est. quam circa lacus lucique sunt plurimi, et laetissimi flores omni tempore anni, locus ut ipse raptum illum virginis, quem iam a pueris accepimus, declarare videatur. Etenim propter est spelunca quaedam, conversa ad Aquilonem, infinita altitudine, qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exstitisse, abreptamque ex eo loco virginem secum asportasse* etc. quae summi Oratoris verba, conpluscula licet, negligenda non sunt visa. Alia post diligentem Ph. Cluverii operam collegit Ezech. Spanhem. in Callim. H. Cerer. 15. Wess.

332. 76. *Εὔυδρος*] *Ἔυυδρος* R. Cl. 2. non male. Cicero huic agro *aquas perennes* tribuit. Wess.

332. 82. *Δι' οὗ μυθολογοῦσι τὸν Πλούτωνα* etc.] Solinus c. 3. *Quem propter* (Ennensem campum) *est demersum foramen, qua Ditem patrem ad raptus Liberae exeuntem fama est lucem hausturum:* quae ex Diodoro ad verbum expressa Cl. Salmas. Exercit. p. 77. adfirmat: mihi Ciceronianis videntur propiora. Mox *δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ παραμένει θάλλοντα* Ph. Cluverius L. II. Sic. Antiq. p. 316. concinnius arbitratur; Diodorum quippe, ut Agyrinensem, non fama, sed experientia haec explorata habuisse; cui non refragor. Wess.

332. 83. *Ἐπελθόντα* Co. M., vulgo *εἰσελθόντα* parum op-

portune. Ph. Cluver. correxerat ἐξελθόντα L. II. p. 316., quo non indigemus. WESS.

332. 90. *Καὶ κατασκευάζειν κοινῇ τῷ Διὶ πατρὶ τὸν πέπλον*] Non de *floribus*, ut vir doctissimus; vix enim inde toga contexetur: sed bysso, similive materia, e qua collato opere peplum Iovi Proserpina, Minerva et Diana veteri more texuerunt. Addi autem Iovis hic πέπλος et Herculis ex L. IV. 14. poterit illis scriptorum locis, quae plena manu coacervavit Ezech. Spanhem., ut *peplum* virile vestis quoque genus fuisse contra Pollucem vinceret, ad Iulian. Caesar. in Notar. conprobationibus p. 125. WESS.

332. 96. *Τοὺς δ' ἐγχωρίους πόλιν αὐτῇ καθιερῶσαι* etc.] Nusquam reperitur Siciliae urbs, quae *Athenaei* nomine fuerit insignis: quare *falli heic putat nostri seculi geographos, qui τὴν πόλιν intelligunt dictam fuisse una cum agro Ἀθήναιον, cuius sane nulla alias apud rerum scriptores vel geographos exstet mentio. Ipsam autem Ἱμέραν Minervae ab incolis videri consecratam, et agrum circumiacentem dictum fuisse Ἀθήναιον ab incolis*, Phil. Cluver. II. Sic. Antiq. p. 285. Cuius sententia si valeat, ut similis profecto veritati est, praestaret, *τοὺς δ' ἐγχωρίους τὴν πόλιν αὐτῇ καθιερῶσαι.* Coluerunt certe Himerenses Minervam, numisque inscriptam aliis ostentarunt, quemadmodum in Parutae T. XCIII. De fontibus calidarum aquarum, qui Herculis tempore a Nymphis fuerint eo in tractu aperti, supr. IV. 29. WESS.

332. 99. *Τὴν ἀπ' ἐκείνης Ὀρτυγίαν ὑπό τε τῶν χρησμῶν* etc.] Dianae studiosissima Syrinx.

— *Ortygiam studiis, ipsaque colebat*
Virginitate Deam.

in Ovidii I. M. v. 694. Oraculum, quo insulae hoc nomen firmatur, dabit Pausan. V. 7. WESS.

332. 6. *Ἱεροὺς ὄντας καὶ ἀθίκτους ἀνθρώποις*] Lex eos capi vetabat. *Ἐν ταύτῃ τῇ νήσῳ οὔτ' ἀρύσασθαι, οὔτ' ἰχθῦς λαμβάνειν νόμος* Critici aiunt ad Pindari Od. I. Nemeon. princip. Hinc fiebat, cum et superstitione quadam cibos illis largissime dividerent, ut vocati adnatarent, et cibos e largientium manibus intrepide caperent, quod de anguillis in hac Arethusa praeter Plutarchum T. II. p. 976. A. memoriae prodidit Aelianus VIII. H. A. c. 4., de aliis vero in Arethusa Euboeae prope Chalcidem sese non sine admiratione observasse significat Athenaeus L. VIII. p. 331. WESS.

332. 8. *Παραδόξως ἐπεσήμηνε τὸ θεῖον*] Adscripserat excerptis Cod. Reg. vir doctus, *an ἐπεμήνισε?* suspicatus vitii aliquid in hoc verbo inolevisse: sed id bene habet. *Ἐπισημαίνειν* ostentorum est, cum malum portendunt. Lucian. II. Hist. Ver. c. 41. *τέρατα ἡμῖν μεγάλα καὶ θαυμάσια ἐπεσήμαινεν.* Deorum etiam

atque Heroum, qui irati futuram calamitatem signis ostendunt: Philostratus Heroic. c. 2. 9. *εἰ μὲν γὰρ κεκονιμένοι φαίνοιντο, αὐχμοὺς ἐπισημαίνουσι τῇ χώρᾳ.* Pausan. III. 12. p. 236. *Ταλθυβίου δὲ τούτου μήνιμα — Λακεδαιμονίοις μὲν ἐπεσήμαινεν.* Plura fortasse ad L. XI. 35. WESS.

332. 10. *Ἀναγράψομεν ἐν τοῖς οἰκείοις χρόνοις*] Vide L. XIV. 63. 71. WESS.

332. 16. *Ἀποκομίσαι τὴν Κόρην — πλησίον τῶν Συρακ.*] Cicero L. IV. Verr. c. 48. *Abreptamque ex eo loco virginem secum asportasse* Ditem patrem, *et subito non longe a Syracusis penetrasse sub terras, lacumque in eo loco repente exstitisse: ubi usque ad hoc tempus Syracusani festos dies anniversarios agunt, celeberrimo virorum mulierumque conventu.* Mox *πανήγυριν συγκροτοῦσι* ex Reg. locum capessere posset vel ob hoc Iosephi II. Bel. I. 21. 1. *τετρακοσίων ἀνδρῶν στῖφος συνεκρότησεν*, ni scriptoris perpetua consuetudo obstaret. Vid. L. IV. 62. XI. 29. XVI. 92. XVII. 16. et de Cyane XIV. 72. WESS.

333. 22. *Ταύρους συνθυάζουσιν ἐν τῇ λίμνῃ*] Manifestum hoc *σφάλμα* est. Quod etsi corrigi potest per *συνθυσιάζουσιν*, tamen animus huc magis inclinat, ut *βυθίζουσιν* recipiendum arbitrer. Ad quod momenti etiam nonnihil affert praepositio *ἐν*, cum *παρὰ* sacrificandi verbum postularet. RHOD. *Δημοσίᾳ δὲ ταύρους βυθίζουσιν*] Bene Rhodom., cui scripti libri adstipulantur. Genus sacrificii frequens olim erat. Harpocration *Κάθετος, ὁ καθιέμενος εἰς τὸ πέλαγος ἀμνός.* ubi H. Valesius plura dabit. De Hercule, sacri huius auctore, L. IV. 23. WESS.

333. 27. *Λαμπάδας ἐκ τῶν κατὰ τὴν Αἴτνην κρατήρων ἀναψαμ.*] Cicero IV. in Verr. c. 49. *Quam* Proserpinam *cum investigare et conquirere Ceres vellet, dicitur inflammasse taedas iis ignibus, qui ex Aetnae vertice erumpunt.* Quae Oratoris *τοὺς κατὰ τὴν Αἴτνην κρατῆρας* optime declarant. Lucretius de Aetna loquens L. VI. 701. paullo aliter:

In summo sunt ventigeni crateres, ut ipsi
Nominitant, nos quas fauces perhibemus et ora.

Hos, cum prima vice Siciliam adiret, spectatum profectus Plato est, *κατὰ θέαν τῶν κρατήρων* Diogenes ait III. 18., pro quibus Athenaeus L. XI. p. 507. B. *τῶν ῥυάκων χάριν*, quod idem. Neque enim audiendus Aldrobandinus, qui Athenaeum eo verbo Scyllae Charybdisque in freto Siciliensi miracula potius, quam Aetnaeos ignes ostendere voluisse arbitratur. Pumices *ἐκ τοῦ ῥύακος τοῦ ἐν Σικελίᾳ* apud Theophrastum de Lapid. p. 394., et *ὁ ἐν Αἴτνῃ ῥύαξ* in Aristot. Admirand. p. 719. omnia alia docent. Conf. infr. L. XIV. 59. WESS.

333. 33. *Ὁ δῆμος — ἐτίμησαν τὴν θεὸν*] Nolui optimis schedis obniti. Infr. XV. 28. *ὁ δὲ δῆμος μετεωρισθεὶς — συγκατεστήσαντο.* et c. 63. *ὁ γὰρ Ἀθηναίων δῆμος — — τὴν τῶν*

Θηβαίων ἰσχὺν οὐ κατεπλάγησαν. et huius libri c. 7. et 10. Qua numeri enallage nihil familiarius. S. Paullus I. Corinth. XVI. 15. *οἴδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ, ὅτι — — εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτούς.* Eunapius Vit. Proaeres. p. 153. *τὸ δὲ ἔθνος ἐπὶ ποιητικῇ σφόδρα μαίνονται.* Alia supra II. 19. Wess.

333. 35. *Ἅ — ἐγένοντο*] *Ἐγένετο* Co. M. haud male quidem. Vide tamen supr. I. 93. II. 36. III. 21. Wess.

333. 45. *Τῆς μὲν γὰρ Κόρης τὴν καταγωγὴν ἐποιήσαντο*] Videtur *καταγωγῆς* vocabulum sollemne hac in re fuisse. Veneris quidem certe *καταγωγὴν* Erycini, cum suam in urbem eam redire sibi persuadebant, observabant, *καταγώγια* propterea eum diem adpellantes, quemadmodum eum, quo in Africam abire putabatur, *ἀναγώγια* apud Athenaeum IX. 11. Atque haud scio, an huc pertineat Hesychii *Κοραγεῖν, τὸ τὴν Κόρην ἀπάγειν.* ut sacrum sit verbum, quo raptam abductamque Proserpinam designent. Ipsa sollemnitas a Proserpina *Κόρῃ*, Syracusis *Κούρεια*, seu, quod verius, *Κόρεια* dicebatur, Plutarcho Dion. p. 982. E. auctore; quo nomine et ludi per Arcadiam erant, obiter memorati a Criticis veteribus ad extremam Od. VII. Olymp. Pindari. Wess.

334. 49. *Ὅσην εἰκός ἐστι*] Aut subaudiendum reliquit Diodorus *κατὰ*, ut sit *καθ' ὅσην*, aut scripsit *μεθ' ὅσης.* Steph. Si cui non placet *καθ' ὅσην*, ut H. Stephanus explet, is legere poterit *ὅσον*, vel quod potius, *ὅσας*, quod nimirum *τὰς χάριτας* respiciat. Rhod. Mallem *ὅσῃ*, ut referatur ad *ἁγνείαν* et *σπουδήν.* Conf. Cicer. IV. Verr. c. 49. Wess.

334. 55. *Ἔθος δ' ἐστὶν αὐτοῖς — — αἰσχρολογεῖν*] Morem repetunt a Iambe, quae moestae Cereri suis dicteriis risum moverit; *διὰ τοῦτο ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις τὰς γυναῖκας σκώπτειν λέγουσιν*, Apollodor. ait L. I. 5. 1. Quo festo Cereris die invicem se convitiis feminae lacessebant; unde, quod monere haud neglexit Io. Meursius Graec. Feriat., Cleomedes II. Meteor. p. 203. Epicureorum sordidas, et paene e lupanari petitas voces, similes adfirmat *τοῖς λεγομένοις ἐν τοῖς Δημητρίοις ὑπὸ τῶν Θεσμοφοριαζουσῶν γυναικῶν*, quippe quae obscenissimae omnium. Nec se duntaxat feminae maledictis lacerabant, sed et mares, vicem illis egregie reponentes, quod in Mysaeo prope Pellenen Thesmophoriorum die fieri testis est Pausan. extremo L. VII. Atque hae sunt *αἰσχρολογίαι πρὸς ἱεροῖς*, de quibus Plutarch. de Orac. Defectu p. 417. C. et Aristides T. II. p. 276. etc. Wess.

334. 62. *Καρκῖνος μὲν γὰρ ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητὴς*] Fuit eo nomine poeta Tragicus, domo Agrigentinus, fuit et Atheniensis: uter intelligatur, certo finiri non potest: sum tamen in Agrigentinum pronior ob ea quae de Syracusana eius mora adnectuntur. Agit de utroque H. Vales. ad Harpocrat. *Καρκῖνος*, et Io. Meurs. in Biblioth. Attic. Wess.

334. 66. *Κατεχώρισεν ἐν τοῖς ποιήμασι*] Vide L. I. 31. Wess.

334. 72. *Μαστῆρ' ἐπελθεῖν πᾶσαν*] Illustrat hoc *μαστῆρος* vocabulum St. Berglerus in Alciphron. I. Epist. M., et T. Hemsterh. ad Lucian. D. D. XXVI. p. 285., quos vide. Wess.

334. 73. *Σικελίας πάγοις*] Lege *Σικελίαν*. Rhod. Citra dubium vera est Rhodomanni coniectura: nec aliud visum Hugoni fuit Grotio, ita citanti et elegantissime vertenti in Not. ad Excerpt. Tragoed. p. 1003. Wess.

334. 82. *Θεσμοφόρον ἐπονομασθῆναι*] Dixit L. I. 14. et infr. c. 68. Wess.

334. 92. *Ἀπό τινος Σικανοῦ ποταμοῦ*] Ph. Cluver. I. Sic. Antiq. c. 2. p. 26. et S. Bochart. I. Phal. c. 30. haec explicant uberius. Wess.

335. 98. *Ἐπὶ τῶν ὀχυρωτάτων λόφων τὰς πόλεις* etc.] Perpetua ea consuetudo fuit rudi aevo. De Oenotro Dionysius I. Ant. Rom. p. 10. *ᾤκισε πόλεις μικρὰς καὶ συνεχεῖς ἐπὶ τοῖς ὄρεσιν, ὅσπερ ἦν τοῖς παλαιοῖς τρόπος οἰκίσεως. condidit oppida parva et contigua in montibus, qui urbes condendi veteribus mos erat.* Quare Graeciae urbes antiquissimae, Thebae Athenaeque, in excelsioribus collibus primam sedem habuere; censuerintque urbem *ἄστυ* dictam Grammatici *παρὰ τὸ ἵστασθαι*, quod in montibus aut eminentioribus tumulis olim essent: *ἐπὶ μετεώρου γὰρ κεῖνται αἱ πόλεις* Schol. ait in Apollon. I. 696. Wess.

335. 5. *Καὶ πολλοῦ — ῥύακος ἐκχυθέντος*] Scriptis Codd. repugnare nolui, praesertim cum *ῥύαξ* non crateres tantum Aetnae, sed et ignis e montis vertice profluvium notet. Lycurgus in Leocrat. p. 159. *λέγεται οὖν ἐν Σικελίᾳ ἐκ τῆς Αἴτνης ῥύακα πυρὸς γενέσθαι.* Hermogenes II. Invent. p. 107. *ἐνταῦθα ἐλαθεν πλησίον οὖσα ἡ Αἴτνη. καὶ ὡς πυρὸς ἔχει ῥύακας.* A quo vicina omnia exurente fluento, proximum monti tractum, squalidum et siccum admodum, *ῥύακα πυρὸς* adpellabant apud Appian. L. V. Bell. Civil. p. 1165. Dedi praeterea manu exaratis libris, ut suam in sedem rediret *συνέβη φθαρῆναι τῆς γῆς ἐπὶ πολὺν τόπον.* cui per ellipsin expresso non admodum dissimile est infr. c. 9. *πλεύσαντες τῆς Σικελίας εἰς τοὺς τόπους.* quo modo Diodorus saepe alias. Wess.

335. 11. *Ἐκ τῆς Ἰταλίας τὸ τῶν Σικελῶν ἔθνος*] Eadem habet Dionysius L. I. Ant. Rom. p. 17. Wess.

335. 18. *Ὕστανται δ' ἀποικίαι τῶν Ἑλλήνων*] De his Thucydides copiose princip. Lib. VI., et qui eum exponit Ph. Cluverius I. Sicil. Ant. p. 37. Wess.

335. 24. *Σικελιῶται προσαγορευθέντες*] Mallem in Latinis *Sicilienses*, aut, voce Graeca servata, *Siciliotae*. Alioqui discrimen inter *Σικελοὺς* et *Σικελιώτας* tolletur plane, quod tamen auctor diserte signat. *Σικελοὶ* proprie sunt *οἱ ἐκ τῆς Ἰταλίας· οἱ δὲ*

ἐπήλυδες Ἕλληνές εἰσι Σικελιῶται, ut Imper. Constantinus ait de Themat. Imp. Lib. II. Them. 10., etsi deinceps id cognomen cum omnibus insulae incolis communicatum videtur. Wess.

335. 26. *Μεταβιβάσωμεν τὸν λόγον*] Alibi passim *μεταβιβάσομεν* scriptum est in huiusmodi genere loquendi. Steph. Recipe futurum indicativi. Non enim adhortatio est, sed simplex propositio seu indicatio rei deinceps tractandae. Idem etiam alibi in mendosa coniunctivi scriptione huius verbi observandum. Rhod.

335. 30. *Καὶ Ἐρικώδης*] Videtur Rhodom. censuisse delenda haec esse: praeteriit quidem certe inter vertendum; ut numerum tamen expleret, *Vulcaniam* ceteris addidit, distinctam ab *Hiera:* quod eius institutum laudari non potest. Recensent inter VII Aeolias *Ericodem* sive *Ericusam* Schol. Apollonii III. 40. Strabo VI. p. 424. atque alii, sic dictam ab ericarum multitudine, qua nunc quoque referta manet. De Aeoliarum numero discrepantes veterum sententias examinavit Ph. Cluverius II. Sic. Ant. c. 14. Wess.

335. 31. *Ἱερὰ Ἡφαίστου*] Male ita scribi Ioach. Kuhnius insulae nomen contendit; oportere enim *Ἱέραν* idque monuisse Hesychium, sed integrum; nam corruptum habere *Ἱέρας, σημεῖον* pro *σημείωσον*, i. e. nota *Ἱέρα*, nomen insulae, ne confundatur cum *ἱερᾶ, sancta.* Sic ille ad Pausan. X. 11., cui etsi non consentiant Graecorum libri, quibus *Ἱερὰ* semper fere haec insula, neque faveat admodum Hesychius, satis, ut ego quidem opinor, hac parte integer: *σημεῖον* enim adpellare signum videtur, quod in extispicio haruspices notabant, ut in *Λιψὰς, Λοχεών, Ἐγγύη*, pluribusque aliis in locis; tamen non repugnabo, ut proprium insulae nomen a communi vocabulo tanto melius discernatur. Wess.

336. 41. *Καὶ βρόμος ἐξαίσιος*] Contende cum his, quae ex Calliae L. X. Rer. Agathoclis exscripsit Schol. Apollonii Rhod. III. 40. IV. 764. quaeque Strabo disputat L. VI. p. 423. post Aristotelem L. II. Meteor. c. 8. Wess.

336. 50. *Λιπαρὸν Ἄνσονος — υἱὸν*] Non dissimilia Stephanus in *Λιπάρα* et Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 461.; Diodorus superiore libro c. 69. alios et diversa quidem opinatos exscripserat auctores. Wess.

336. 58. *Καὶ τοὺς λαοὺς κοινῇ μετὰ τῶν* etc.] Hoc egregium. Vulgatum *ἄλλους* exscriptorum errore hinc natum, ut saepe. Vid. supr. III. 43. IV. 55. Wess.

336. 65. *Πρὸς ὃν μυθολογοῦσι τὸν Ὀδυσσέα* etc.] Homerus Odyss. *K*, 2. quem vide: versus enim poetae illustrat. Wess.

336. 68. *Καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ πυρὸς* etc.] Pro *πυρὸς* videtur legendum *ἀέρος, ex aeris* etc. Rhod. Noli viro doctissimo adstipulari. Martianus Capella L. VI. p. 208. *In qua Aeolus regnasse fertur, et a flamma in proximum prorumpente, vel eius fumo,*

qui ventus flaturus esset, intellexisse, quod hodie quoque eius loci incolas certum est praesentire. Nec dissentit Strabo L. VI. p. 423., meritoque adeo Rhodomanni correctionem sprevit Cl. Salmas. in Solin. p. 96. Scripsi praeterea *τοῖς ἐγχωρίοις*: neque enim Aeolus ventos indigenas, sed civibus, qui flaturi erant venti, declarabat. Wess. E fumo insulae Strongylae, quinam futuri sint venti, in triduum praedicere incolae traduntur Plin. l. 3. c. 9. Reines.

336. 70. *Ἐξ οὗ ταμίαν αὐτὸν εἶναι τῶν ἀνέμων*] In Poetae Odyss. *K*, 21., qui quoque sex illi filios tribuit v. 6. Wess.

336. 72. *Φίλον τῶν θεῶν ὀνομασθῆναι*] Hom. Od. 10. *φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσι*. Reines.

336. 76. *Ἰοκάστην καὶ Ἀγάθυρνον*] Lege *Ἴοκαστον* ex Callimacho, cuius versum citat Tzetzes ad Lycophron. v. 45.

Ῥήγιον ἄστυ λιπὼν Ἰοκάστου Αἰολίδαο.

Et ex his locis Callimachi et Diodori corrigendus Eustathius ad Dionysium Periegeten v. 476., ubi pro *Ἰόκαστον Ἄκαστον Αἰόλου* nominat. Palm. *Ἰόκαστον*] Faciunt cum viro erudito Clarom. Codd., quos sequor. Paraphrastes Dionysii v. 462. *εἷς δὲ τῶν υἱῶν (Αἰόλου) ὧν Ἰόκαστος Ῥήγιον ἔκτισε, τὴν πρώην Ἐρυθρὰν καλουμένην, ὡς Καλλίμαχος, Ῥήγιον, καὶ τὰ ἑξῆς.* Eustathii *Ἄκαστον* correxit quoque Ph. Cluverius L. IV. Ital. Ant. p. 1297. Wess.

336. 79. *Τῆς Ἰταλίας ἀντεχόμενος*] Vertuntur haec obscurius peiusque negliguntur a Veneto. *ἀντέχεσθαι τῆς Ἰταλίας* est pertinacissime illi inhaerere, eiusque imperium capessere. Infr. L. XIV. 97. Lacedaemonii *ἔγνωσαν ἀντέχεσθαι τῆς θαλάττης*, decreverunt maris imperium, quod receperarant, studiosissime retinere. Sic *Κυώσσιοι τῶν πρωτείων ἀντείχοντο* in Excerpt. Vales. p. 353. et Philippus *ἀντέχεσθαι τῶν κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα πραγμάτων ἠξίου* in Polybii V. 101. Wess.

337. 85. *Πρὸς ἄλληλα διεφέροντο — ὑπήκουον*] *Iure quis hic putet Diodorum scripsisse διεφέρετο, non διεφέροντο, non adeo ob vulgatissimam Graecorum consuetudinem neutra pluralia cum verbis singularibus construendi; sed quia insequitur ὑπήκουε. Si τὸ ὑπήκουε abesset, satis tolerari posset τὸ διεφέροντο, quamvis praecedat τὰ ἔθνη plurale neutrum. Ita Aelianus IV. Ποικιλ. cap. 14. τὰ συναχθέντα χρήματα εἰς πόρνης γυναικὸς ἕντερον καταίρουσι. Mallem enim retinendo τῷ καταίρουσι subscribere hic Cl. Kuhnio, quam cum Cl. Scheffero id sollicitare. Ita idem L. IX. 16. οὐ πιστὰ δοκοῦσιν. Ita alii alibi. At vero, uti dixi, quia sequitur ὑπήκουε, videtur insolens.* Haec Cl. Iensius Epist. ad I. G. Graevium p. 413. Ego quod in oratione insolens et minus concinnum videbatur, tametsi defendi fortasse posset his Eunapii in Oribasio p. 174. *ταῦτα μὲν οὖν εἰσι καὶ οὕτως ἔχει*, auctoribus libris mutavi. Solent Graeci in hoc genere saepe variare, praecipue Noster. Vide supr. I. 93. II. 36. III. 21. V. 4.

et Herodot. II. 96. Arrian. IV. Exp. Alex. p. 181. et Indicor. c. 34. p. 349. cum notis Iac. Gronovii, praetereaque Hutchinson. in Xenophont. Agesilaum p. 76. et Is. Casaub. Animadv. Athen. VIII. 3. Wess.

337. 90. *Ξουθία προσαγορεύεται*] Habet hoc nomine urbem Siciliae ex Philisto Ethnicographus; quae huc viciniae fuerit, an longius remota, non constat. Conf. Ph. Cluver. I. Sicil. A. c. 10. et Cl. Havercampum, qui Xuthum in Leontinorum numo reperisse sibi visus est, ad Parutae Numism. p. 566. Wess.

337. 93. *Ἀγάθυρνον*]. *Ἀγάθυρναν* Mut. quo vulgatum non posterius. Vid. P. Cluver. II. Sic. c. 5. Wess.

337. 3. *Καὶ μᾶλλον* desunt Co. mallem copulam neglexisset solam, ut supr. IV. 54. Wess.

337. 5. *Τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν βασιλέων*] *Lydos*, puto, intelligit, quorum Alyattes Graecis per minorem Asiam civitatibus hoc tempore molestissimus erat, teste Herodoto I. 16. Wess.

337. 7. *Πένταθλον τὸν Κνίδιον*] Meminit eius ex Antiochi Syracusani Reb. Siculis Pausan. X. 11.; qui coloniae cum dux esset, propterea Lipara *Κνιδίων ἄποικος* Thucydidi III. 88. et Straboni VI. p. 422. B., tametsi inter colonias et Rhodii essent. *Epitelidas*, qui Olymp. L. stadio vicit, *Ἐπιτελίδης* in Dionysii IV. Ant. Rom. c. 1., sed, quod Noster, Laconicum magis est. Wess.

337. 11. *Εἰς τοὺς κατὰ τὸ Λιλύβαιον τόπους*] Pausanias l. c. ad Pachynum adpulsos ex Antiocho refert, victosque ab Elymis et Phoenicibus Liparam ceterasque Aeolias occupasse, eiectis incolis. Uter veriora tradiderit, Antiochusne an Diodorus, in tanta harum rerum caligine, quis decernet? Pertinent huc quae a Ph. Cluverio II. Sicil. Antiq. p. 403. disputantur. Wess.

337. 12. *Ἐγεσταίους*] Conf. supr. IV. 23. Wess.

337. 24. *Τῶν Τυρρηνῶν λῃστευόντων*] Vide infr. c. 40. Wess.

338. 34. *Ἐνίκησαν τοὺς Τυρρηνούς*] Celebrat Liparensium has victorias Pausanias L. X. 16., donaque memorat Apollini Delphico in earum memoriam consecrata, quemadmodum et Strabo VI. p. 422. C. Wess.

338. 38. *Ἔλαβον*] *Ἔλαβεν* R. Mut. V. Vid. supr. c. 4. Wess.

338. 42. *Πρὸς ὑγίειαν τῶν νοσούντων*] Insulae *θερμὰ ὕδατα* Strabo haud neglexit, de vi medica nihil addens. Plinius L. XXXI. H. N. c. 16. *Nec vero omnes, quae sint calidae, medicatas esse credendum, sicuti in Segesta Siciliae, Larissa, Troade, Magnesia, Melo, Lipara.* Wess.

338. 50. *Οὐδαμοῦ γὰρ τῆς οἰκουμένης τῆς στυπτηρίας* etc.] Errat Diodorus. Alumen non in Melo tantum et Lipara, sed in Sardinia, Phrygia, Armenia atque Aegypto proveniebat, ut Dioscorides L. V. 123. docet: quorum quidem Melinum et

Aegyptium frequentis olim usus in re erat medica, saepe propterea memoratum ab Hippocrate de Ulcerib. p. 876. et seq. Quin in Aegypto tanta eius copia erat, ut Amasis *χίλια στυπτηρίης τάλαντα* Delphis, dona undique ad templi instaurationem colligentibus, dederit apud Herodotum II. 180., quo Historici loco quid Clarissim. Iac. Gronovius ex Cod. Medicaeo mutarit, haud quidem ignoro: nec sequor tamen; nam et *στυρίης*, quae *στυπτηρίης* locum eius imperio occupavit, Graeciae ignota vox est, et ex alumine divendito Delphi aeque pecuniam in usus templi quam ex *aromate odorato*, quod *στυρίη* dicitur notare, insumere potuere. Verum hoc obiter. Diodori errorem tetigit et Is. Casaubon. in Strabon. VI. p. 423. Wess.

338. 56. *Μικρὰ μὲν τὸ μέγεθος, καρποφόρος δὲ*] *Insulam incultam et tenuem*, cuius ager *miser atque ieiunus*, adpellat Cicero III. in Verr. c. 37., ut tanto acrius insulae depeculatorem urgeret, credo: alioqui Liparae *γῆν εὔκαρπον* praedicat Strabo. Wess.

338. 66. *Ὀστεώδης ὀνομαζομένη*] Mela inter VII Aeolias illi locum dedit L. II. 7. 123., notatus propterea a Ph. Cluverio II. S. A. c. 14., quem vide. Wess.

338. 71. *Οὗτοι δὲ ταραχώδεις ὄντες* etc.] Bene Plato L. I. de Rep. p. 630. B. *τῶν μισθοφόρων οἱ πλεῖστοι γίγνονται θρασεῖς καὶ ἄδικοι καὶ ὕβρισταὶ καὶ ἀφρονέστατοι σχεδὸν ἁπάντων.* et Appian. IV. Bell. Civil. p. 1085., quem nunc non exscribo. Carthaginienses mercenario milite plurimum fuere usi, expertique saepe magno suo malo sunt, nihil eo magis infidum et ad turbas ciendas paratius esse. Huc spectant prudentissimi scriptoris Polybii monita, quibus res, bello inter Carthaginienses et mercenarios milites gestas, orditur L. I. 65. Wess.

339. 81. *Τῆς διαφορᾶς — ἐκκαιομένης*] De rixa, ira, odio, bello, cum gliscunt, nihil tritius. Vid. XIII. 112. XIV. 77. XV. 92. XX. 33. et Polyb. II. 1. Wess.

339. 8. *Κρατίστους δὲ τοὺς ὀθόνια ποιοῦντας*] Hesychius, *Μελιταῖα, ὀθόνιά τινα διάφορα ἐκ Μελίτης τῆς νήσου.* Hinc *vestis Melitensis*, et Verri Melita *textrinum per triennium ad muliebrem vestem conficiendam fuit*, in Ciceronis II. Verr. c. 72. et IV. 46. Conficiebatur autem tenuissima haec vestis ex arborum lana, quae Graecis *ξυλόξυλον*, nobis vulgo *Gossipium*, sicuti ex Quintino docetur in Cluverii II. Sicil. Ant. p. 436. Wess.

339. 11. *Κατεσκευασμένας — γείσσοις*] Male Schol. Vaticanus; melius Grammaticus in Biblioth. Coislin. p. 470. *Γείσιον καὶ γεῖσον, τὸ ἄκρον τεῖχους ἢ στεφάνωμα οἴκου, καὶ γεῖσσα τειχῶν ἄκρα.* quo modo Euripid. Phoeniss. v. 1165. 1187. et Alexandrini Interpretes Ezech. XL. 43. ubi Hieronymus mire aestuat, neque, ut se expediat, invenit. De Martianaeo in Hieronymi T. II. p. 370. idem non iniuria dixeris. Iam, quod Cois-

lin. Cod. praefert, *γνψώμασι*, manifesta est vocis *κονιαμάτων* interpretatio. WESS.

339. 17. *Τοῖς τε βίοις ἀνέδραμον*] Sic L. XI. 72. de Syracusanis, qui brevi magnas sibi opes paraverant, *ταχὺ ταῖς οὐσίαις ἀνέτρεχον*, pro quibus *ταχὺ προσανέδραμον ταῖς οὐσίαις* L. XVI. 14. Quod prae manibus est, recurrit Ecloga II. L. XXXIV., ubi Carthaginienses *ἐπὶ πολὺ τοῖς βίοις ἀναδραμόντες*. Sumptum ab arboribus ceterisque videtur, quae in altum sese erigunt. Eunapius Excerpt. Hoesch. p. 12. *παῖδες δὲ αὐτῶν καὶ τὸ οἰκετικὸν πρός τε τὴν εὐκραείαν τῶν ἀέρων ἀνέδραμον*, i. e. *subolescebant egregie*. Adde eiusdem vitam Acacii p. 166. WESS.

339. 19. *Γαῦλος*] *PLEBS GAULITANA* in Thes. Gruter. p. CCCCXV. 3. iustum verumque hoc esse confirmat. Vid. Inscript. Gauli cum Gualtheri Animadv. p. 864. et Ph. Cluver. II. Sicil. A. p. 444. *Γάβδος* et *Γαῦδος*, ut alibi insula adpellatur, scribentium peccato hinc originem traxerunt. WESS.

339. 23. *Οὐ μόνον τοῖς ἐμπόροις ἀλλὰ καὶ* etc.] Absurdum non est *ταῖς ἐμπόροις*, ut naves onerariae intelligantur: habet enim ex Nonno *ἔμπορον ἕδρην*, quae aliis *ἐμπορικὴ*, H. Stephanus Thesaur. T. III. p. 184., et sunt eius generis vocabula pleraque originis et formae adiectivae; nec recipio tamen, cum ex edito commodus sit sensus. Portus, qui mercatoriis navibus opportunus est, ipsis utique mercatoribus est acconmodus. De Cercina, contra Africam posita, dixi ad Itiner. Anton. p. 518. WESS.

340. 29. *Αὕτη δὲ τῆς Λιπάρας παραλίας ἀπέχουσα σταδ.* etc.] Turpe vitium his ingeneratum esse dubitari non potest. Doctissimus interpres id quodam modo avertit; pravam tamen secutus rationem, eiecit, quae mordicus retinenda erant, servavitque, quod hinc longissime eliminandum est. *Quae a Lipara*, vertit, *C ferme stadia distat*. Atqui a Lipara longissime abest Ilva, toto Tyrrheno mari inde disparata. Distat ea insula a continenti stadiis circiter C, sicuti ad Anton. Itiner. p. 513. ostendi. Scripsit ergo Diodorus, *αὕτη δὲ τῆς παραλίας ἀπέχουσα σταδίους ὡς ἑκατὸν*, *ipsa a continente stadiis C disiuncta est*. quo fere modo Poggius Graeca expressit, ut merito suspiceris, eum suo in libro inportunum *Λιπάρας* vocabulum haud invenisse. Id mihi quidem certe exploratissimum est, vocem eam aut esse *παραδιόρθωσιν* sequentis *παραλίας*, aut ex superioribus intempestive in hanc sedem demigrasse; quam tamen tueri eam passus sum, quod Codd. scripti pertinacissime defenderent. Insulae nomen eodem modo Stephanus Byzantinus, a Berkelio et Gronovio recte correctus, explicat. WESS.

340. 34. *Πολλὴν ἔχοντος τοῦ μετ. δαψίλειαν*] Melius erit *ἔχοντες*, cuius etiam in mentem doctissimo Rhodomanno venit. Quae vero hic disputantur de lapidibus in ferri massam eliquatis

haud bene respondent verbis Varronis apud Servium ad Aeneid. X. 174. *Nasci quidem* in Ilva *ferrum; sed in stricturam non posse cogi, nisi transvectum in Populoniam, Tusciae civitatem:* quibus similia Strabo V. p. 342., ubi Casaubonus egregie. WESS.

340. 41. *Εἴς τε Δικαιαρχίαν*] Confer supr. IV. 22. WESS.

340. 45. *Τὰ μὲν εἰς ὀρ. τυπ. χαλκεύονσι, τὰ δὲ*] Sic correxerat in Addend. Rhodomannus, quod a scriptis libris cum firmetur, pro reiectaneo non habui. Solent alioqui in usu harum vocum multa saepe variare, ut alias ostendi. Vid. infr. XVIII. 70. WESS.

340. 50. *Ὡς τριακοσίους σταδίους*] Eadem Strabo V. p. 341. C. et de Corsicae nomine Pausan. X. 17. p. 838. WESS.

340. 54. *Ἔχει λιμένα τ. ὀνομ. Συρακούσιον*] Habet hunc portum Ptolemaeus L. III. Geograph. c. 2., sed Romanorum more *Syracusanum* vocans. WESS.

340. 57. *Κάλαριν Φωκεῖς ἔκτισαν*] Lege *Φωκαεῖς*. Millies erratum est in ea voce, et antiquorum plerique in eum lapidem impegerunt. Sed et aliud ulcus sanandum. Nam si ita Diodorus scripsit, non potest excusari, quin sit eius grave *μνημονικὸν σφάλμα*. Calaris enim numquam fuit Cyrni insulae, quae postea Corsica dicta est, sed Sardiniae, ubi et adhuc durat nomen, et est nunc Sardiniae velut metropolis, sita ad mare meridiem et Africam versus longe a Corsica. Id non potuit ignorare suo tempore Diodorus. Nam T. Livius coaevus Diodoro de ea civitate Lib. XXIII. 40. quater mentionem fecit, et ibi a T. Manlio Romanorum imperatore subductas naves ait, et ex tota narratione patet, eam a Romanis electam fuisse, unde bellum moverent contra Poenos, tamquam sedem belli et idoneam ad copias recipiendas, et ubi praetor Romanus habitaret. Ideo non credo Diodorum ita supine de ea civitate scripsisse, et eam a meridionali Sardiniae littore in Corsicam immenso errore transportasse. Ideo Herodoto auctore lego hoc loco audacter pro *Κάλαριν*, *Ἀλαλίην*. Sic enim ille antiquitatis Graecanicae promus condus L. I. 165. de Phocaeis scribit: *πρὸς ταῦτα οἱ Φωκαιέες ἐστέλλοντο ἐς Κύρνον· ἐν γὰρ τῇ Κύρνῳ εἴκοσιν ἔτεσι πρότερον τούτων ἐκ θεοπροπίου ἀνεστήσαντο πόλιν, τῇ οὔνομα ἦν Ἀλαλίη. postea Phocaei Cyrnum secesserunt; in Cyrno enim 20. annis prius ex oraculo urbem condiderant, cui nomen erat Alalia.* Legendo *Ἀλαλίην* omnia quadrabunt. At de Calari (quam etiam Plinius inter urbes Sardiniae recenset Lib. II. cap. 108) omnia pugnant. Calaris enim a Poenis condita fuit. Claudianus de bello Gildonico v. 520.

Urbs Libyam contra Tyrio fundata potenti
Tenditur in longum Calaris.

Et haec credo sufficiunt ad firmandam nostram emendationem. PALM. *Κάλαριν Φωκαεῖς ἔκτισαν*] *Quisquis haec Diodori conferet cum iis, quae de Alalia habet Herodotus I.* 165., *fatebi-*

tur Alaliam et Caralim idem esse oppidum. Nec est, quod quis putet hanc vocem in Diodoro esse corruptam: nam Florus etiam et Iornandes vocant Caralem, voce ex Carali deflexa. Itaque urbs fuit binomia. Prius nomen a Phocensibus impositum est Alalia, quod Romani scriptores mutarunt in Aleriam, et Zonaras in Οὐαλερίαν Valeriam. Posterius Caralis, quod illi Poeni indidere. Haec S. Bochartus L. I. Phal. c. 32., quorum describendorum taedium devoravi, ut, quid pro vulgata dici posset, pateret. Ego eam corruptam esse non dubito: neque enim vir longe doctissimus probavit, in Corsica hoc nomine urbem fuisse. Florus, quo teste utitur, in mendo est L. II. 2., quod dudum viri egregii eluerunt. Flori pravam scripturam secutus Iornandes est, ut solet. Quis ergo alius opinioni auctor superest? Nec rescripsero tamen cum Palmerio Ἀλαλίην, quod id vocabulum longius distet a *Calari*, verum Ἀλαρίαν, ut Ph. Cluverius II. Sicil. Antiq. p. 507., aut Ἀλερίαν. *Nicaea*, quae huic iungitur, haud neglecta est ab Ethnicographo in *Νίκαια*, sicuti a plerisque aliis; Cluverius eandem putat ac *Marianam* coloniam, coniectura eleganti, sed dubia. Id bonum factum, quo Palmer. *Φωκεῖς* hinc ablegandos censuit. Consentiunt res ipsa et scripti Codd., quibus repugnare temerarium est. WESS.

341. 63. *Φυομένων τούτων δαψιλῶν*] *Suspicor Diodorum scripsisse δαψιλῶς. Non nego tamen, τὸ δαψιλῶν valere posse. at ego ita suspicor. Sequitur paullo post, δαψιλῶς πάντα ταῦτα παρεχομένης τῆς χώρας, ubi aeque potuisset δαψιλῆ.* Sic Io. Iensius Epist. ad Io. G. Graevium p. 415., cui praeiverat Rhodomannus, itidem *δαψιλῶς* in Addend. corrigens. Neutri accedo: adaeque enim conmode adiectivum simili verborum in ordine adhibueris, quam adverbium. Noster supr. I. 34. *πολλὰ δὲ ἄλλα — δαψιλῆ φύεται κατὰ τὴν Αἴγυπτον.* et infr. c. 18. *καὶ λίθους δαψιλεῖς ἐπιτιθέασιν.* Iosephus I. Belli I. c. 21. 10. *ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξωθεν τοίχοις — — περικεχῦσθαι πλοῦτον δαψιλῆ.* Appianus Mithridat. p. 318. *Κώων αὐτῶν ἀσμένων δεχομένων.* quibus locis, plura enim nunc non stipabo, Appianus *ἀσμένως*, et ceteri *δαψιλῶς*, si animo ita libuisset, amplecti potuerant. WESS.

341. 64. *Τὰ Κύρνια ἀνδρ. διαφέρειν δοκεῖ τ. ἀλ. δούλων*] Strabo omnium nequissima et prorsus nulli rei esse tradit e Corsica mancipia L. V. p. 343.; prae se enim miram feritatem ferre ac indole esse belluina, propterea aut vitam gravari, aut, in ea si perseverent, inpatientia ac stupiditate dominos obtundere. *ἢ γὰρ οὐχ ὑπομένουσι ζῆν, ἢ ζῶντες ἀπαθεῖα καὶ ἀναισθησίᾳ τοὺς ὠνησαμένους ἐπιτρίβουσι.* WESS. Strabonem l. V. vide, qui in Corsis mancipiis Romanos mirari *τὸ θηριῶδες καὶ βοσκηματῶδες* scribit, idque de Sardis verum esse refertur ab Eust. in Dion. ita ut quod de his et de illis possit intelligi. REINES.

341. 69. *Μικροῖς* St. m. Cl. C. M. quod verius, probatumue a Cluver. Sic. A. L. II. p. 503. Wess.

341. 82. *Ὁ δ' ἀνὴρ αὐτῆς ἀναπεσὼν ὡς νοσῶν*] De Tibarenis Apollon. Rhod. II. 1013. similia plane.

Ἔνθ' ἐπεὶ ἄρ κε τέκωνται ὑπ' ἀνδράσι τέκνα γυναῖκες,
Αὐτοὶ μὲν στενάχουσιν ἐνὶ λεχέεσσι πεσόντες
Κράατα δησάμενοι.

Quae Latina ex parte fecit Valer. Flaccus V. 150.

— — Ubi deside mitra
Foeta ligat, partuque virum fovet ipsa soluto.

Habet etiam Strabo de gentibus ad septemtrionem positis, quae ridiculum hunc morem firmant L. III. p. 250. A. Wess.

341. 86. *Μέλι — παντελῶς γίνεται πικρὸν*] Virgilius Eclog. IX. 30. *Sic tua Cyrnaeas fugiant examina taxos.* Ubi Servius, *Taxus venenata arbor est, quae abundat in Corsica. Haec autem insula Graece Cyrne dicitur a Cyrno Herculis filio, unde fecit hanc derivationem* Cyrnaeas taxos. i. e. *Corsicanas, quibus pastae apes mel amarissimum faciunt.* Wess.

341. 91. *Τῷ μὲν μεγέθει παραπλήσιος τῇ Σικελίᾳ*] Rhodom. vertentem, *Siciliam magnitudine adaequans*, reprehendit Ph. Cluver. L. I. Sicil. A. p. 57.; id enim noluisse Diodorum, sed *Sardiniam fere aequare magnitudine Siciliam.* Cui adstipulor. *Παραπλήσιος* id quod simile est, etsi non semper omni ex parte, exprimit. Wess.

341. 94. *Ὄντων αὐτῶν πολλῶν ἐκ τῶν*] Adstruunt his scripti Codd. *Θεσπίου* aut *Θεσπίων* vocabulum, mihique persuadent, quinque haec vocabula ab hoc loco esse aliena, et in eum inprudenter inculcata ex sequenti versu. Aufer ea, et oratio, nunc aspera et inpedita, uno lenique tenore decurret. Wess.

342. 3. *Τοὺς μὲν λαοὺς ἀφ' ἑαυτοῦ προσηγ. Ἰολαείους*] Confer L. IV. 30., ubi plura de hac colonia. Wess.

342. 5. *Πρὸς βίον ἀνθ. εὐδαίμονα, ὧν ὑπομνήματα*] Sic scripsit: superabant tenues reliquiae veteris ubertatis et felicitatis, quaedam praeterea indicia eorum, quae Iolaus ferebatur per insulam excitasse, quorumque meminit Aristoteles Admirand. p. 726. et Pausanias X. 17. Wess.

342. 18. *Ἔτρεφον πολλὰς ἀγέλας βοσκημάτων*] Abundabant in insula arietes, qui lanae loco caprinum villum ferebant, victumque et vestitum Sardis uberem ministrabant, *Musmones* adpellati in Strabon. L. V. p. 344. Vestis, quae genti *mastruca*, quamque Hieronymus perstringit, principio libri in Luciferianos scribens, *nec ob Sardorum tantum mastrucam Dei filium descendisse*, vestis, inquam, ex musmonum pellibus consuta, id sibi proprium habebat, ut hieme calefaceret, aestate refrigeraret, si Aeliano de Animal. L. XVI. 34. fides est. Adde Hadr. Turnebum L. XX. Advers. c. 9. Wess.

342. 25. *Ἀξιολόγοις δυνάμεσι* St. m. aliique, quod probo. Vide tamen supr. IV. 66. Wess.

342. 29. *Ἀχειρωτοι πολεμία δυνάμει διέμειναν*] Nisi haec acceperis de Sardis, qui miseram in montanis insulae locis vitam agebant, uti superius L. IV. 30. indicatum fuit, falsa et Romanorum monumentis contraria erunt. Sardinia iugum victoris populi subiit, nec desierunt tamen *mastrucati latrunculi*, ut eos Cicero de Prov. Cons. c. 7. vocat, qui ex montibus egressi obvia quaevis agebant et ferebant apud Strabon. V. p. 344. Tiberius horum *latrociniis coercendis* quatuor millia Iudaeorum in insulam deportavit, ut notum ex Taciti Ann. II. 85. Wess.

342. 41. *Ὀνομαζομένη Πιτύουσα*] Duae erant communi hoc nomine, quarum altera Ebusus, altera Ophiusa, Strabo III. p. 254. At Plinius L. III. 5. *Colubrariam*, quae *Ophiusa*, a Pityusis distinguit, non satis ex vero. Mela extremo L. II. unam ponit *Ebusum*, a Diodoro non admodum dissentiens. Wess.

343. 52. *Πόλιν ἔχει — Ἔρεσσον*] *Ebusus* aut *Ebesus* omnibus aliis audit. Quare Is. Casaubonus in Strabon. III. p. 254. et Cl. Salmasius in Solin. p. 198. mendi hunc locum arguunt, intercedente S. Bocharto L. I. Phaleg. c. 35. *Pro Ἔρεσσον*, inquit, *plerique Ἔβουσον rescribi volunt. Sed rectum est Ἔρεσσον, id est* ארץ Erez. *Atque id puto fuisse tam insulae quam urbis aliud nomen Phoenicium, quod Graeco Pityusae nomine responderit. Nam e duabus Pityusis quae maior est, id est Ebusus*, Pityusa *κατ' ἐξοχὴν vocatur a Livio, Diodoro, Plutarcho et Dioscoride. Neque factum est nomen a* frutice pineo, *id est, Chamaepety, ut in Plinio, sed a* sylva pinea, *ut in Marciano, vel ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἐν αὐτῇ φυομένων πιτύων*, a copia pinorum, quae in ea nascuntur, *ut in Diodoro habetur. Res clara ex Dioscoride, qui de resinis pineis ita habet L. I. 92. κομίζονται δὲ διάφοροι ἐκ Πιτυούσης τῆς νήσου, ἥτις κεῖται κατὰ τὴν Ἱσπανίαν.* praestantissimae autem afferuntur ex insula Pityusa, quae Hispaniae obiacet. *Porro id ipsum sonat* ארץ Erez *apud Phoenices.* Hactenus Bochartus: cuius opinio a vero proxime abesset, si *Ebusi* nomen ab auctore adiunctum foret. Iam vero caussa exputari non potest, cur *Eresum*, insulae urbem, Punico nomine designare voluerit, neglecto notiore *Ebusi* cognomine. Itaque in alteram partem pronior sum. *Ebusum* alii *Ἔβεσον*, ut Dio Cassius L. XLIII. p. 258. B., nuncupabant: inde facilis descensus est ad *Ἔρεσον*. Wess.

343. 57. *Ὕστερον ἔτεσιν ἑκατὸν ἑξήκοντα* etc.] Non satis constat, quodnam primum Carthaginis initium Diodorus statuerit, neque adeo finiri coloniae huius tempus distincte potest. Si eos secutus sit, qui urbis eius excidium in annum, postquam condita erat, ɔɔccxxxvii referebant, deducta haec colonia est, Numae regis aetate. Sed haec diligentius alias vestigabimus. Wess.

343. 60. *Διὰ τὸ τοὺς ἐνοικοῦντας γυμνοὺς — βιοῦν*] Livio eadem mens Epit. L. LX. *Praeterea res a Q. Metello Consule adversus Baleares gestas continet, quas Graeci Gymnesias adpellant, quia aestatem nudi exigant. Baleares a teli missu adpellati.* Quod addit Diodorus *ἀπὸ τοῦ βάλλειν* dictos videri *Balliares*, id Strabo XIV. p. 967. infitiatur, e Phoenicum sermone natum id nomen indicans; e quo haud inepta coniectura eruit S. Bochartus L. I. Phal. c. 35. Wess.

343. 65. *Μετὰ τὰς ἑπτὰ νήσους, Σικελίαν* etc.] Timaei apud Strabon. XIV. p. 967. verba his Diodori simillima sunt: *ὧν τὴν μείζω φησὶ Τίμαιος μεγίστην εἶναι μετὰ τὰς ἑπτὰ, Σαρδὼ, Σικελίαν* etc. quibus Strabo subnectit, *οὐκ ἀληθῆ λέγων, πολλαὶ γὰρ ἄλλαι μείζους.* Recte quidem; sed ea invaluerat opinio, septem has insulas omnium esse maximas. Alexis id nos docet illis versibus, quos Imperator Constantinus nobis servavit L. II. Them. 10. Wess.

343. 70. *Ὑπεράγοντας ταῖς ῥώμαις*] Ruditu ne lectores obtundere muli pergerent, orationem mutavi. A viribus eos laudari atque ob *κρατερὸν μένος*, quod illis poeta Iliad. *P*, 742. tribuit, pulcre memini. Quare egregiae vocis laudem animali alius asserat. Wess.

343. 77. *Ἐκ τῆς σχίνου*] *Ἐκ τῆς τερμίνθου ex terebintho* scribit Aristoteles, seu alius, philosopho paullo recentior, scriptor, Admirand. p. 725. his statim adstruens, *λέγουσι δὲ οὕτω τοὺς οἰκοῦντας αὐτὰς Ἴβηρας καταγύνους εἶναι, ὥστε ἀντὶ ἑνὸς σώματος θηλυκοῦ διδόναι τοῖς ἐμπόροις τέτταρα ἢ πέντε σώματα ἄῤῥενα.* quae Diodori narrationi paene gemina sunt. Wess.

344. 90. *Ἐστράτευσεν ἐπὶ Γηρυόνην*] Vide L. IV. 17. Wess.

344. 97. *Ἀλλὰ*] *Ἀλλ'* Coisl. Vide Clar. Io. Fr. Reitz. in Lucian. de Conscriben. Histor. c. 5. Wess.

Ibid. Ἀλλὰ ὠνούμενοι γυναῖκας καὶ οἶνον] Aristoteles: *στρατευόμενοι δὲ παρὰ Καρχηδονίοις τοὺς μισθοὺς ὅταν λάβωσιν, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἀγοράζουσι, γυναῖκας δέ. οὐ γὰρ χρυσίον οὐδὲ ἀργύριον ἔξεστι παρ' αὐτοῖς οὐδένα ἔχειν. Carthaginiensibus militantes stipendia ubi acceperint, nil nisi feminas emunt. Aurum enim atque argentum apud eos possidere nefas est.* Wess.

344. 3. *Καὶ οἱ λοιποὶ — μίσγονται ταῖς νύμφαις*] Ferme conveniunt, quae de Nasamonibus Herodotus IV. 172. Wess.

344. 7. *Ὁπλισμὸς δ' ἐστὶν αὐτοῖς τρεῖς σφενδόναι*] *Tribus quisque fundis praeliatur*, ait Florus III. 8. Lycophron. v. 636.

Τριπλαῖς δικώλοις σφενδόναις ὡπλισμένοι.

Strabo *σφενδόνας περὶ τῇ κεφαλῇ τρεῖς* singulis dat, paullo negligentius, L. III. p. 255. ubi Is. Casaubonus. Wess.

344. 14. *Τοὺς πρὸ τῶν ἐπάλξεων ἐφεστῶτας*] Hoc retineo. Infr. XIV. 108. *οὗτοι μὲν οὖν πολλάκις ὑπὲρ τῆς πατρίδος λαμπρῶς ἀγωνιζόμενοι πρὸ τῶν τειχῶν* etc. Latinis nihil frequen-

tius. Frontinus l. 5. 5. *ad speciem retinendae urbis raros pro moenibus sagittarios reliquit.* Cremutius Cordus in Senecae Suasor. VII. p. 44. Ciceronis caput *Antonius iussit pro rostris exponi*, quorum loco Livius ibidem, *iussuque eius inter duas manus in rostris positum.* Plura Celeb. C. A. Duker. ad Florum IV. 2. Wess.

344. 19. *Αἱ συνεχεῖς ἐκ παίδων μελέται*] *Certos quis miretur ictus, quum haec sola genti arma sint, id unum ab infantia studium? Cibum puer a matre non accipit, nisi quem, ipsa monstrante, percussit.* Sic Florus. Distinctius Lycophron v. 637. et Vegetius L. I. R. M. c. 16. Wess.

344. 28. *Κατὰ γὰρ τὴν Λιβύην κεῖται μὲν πελαγία νῆσος* etc.] Quae maris Oceani contra Libyam haec insula sit, non dixero. Fortunatarum certe quidem una haberi non potest: obstant pleraque omnia, quae de ea praedicantur. Melius conveniret Platonis Atlantis, nisi ea fluctibus hausta prorsus disparuisset: ait ipse Timaei p. 25. D. *κατὰ τῆς θαλάσσης δῦσα ἠφανίσθη.* Vel sic tamen uber insulae et felicissimus habitus multum trahit ea ex Atlantide, ut ex philosophi Critia p. 112. videbis. Ergone una earum est, quae Americae adiacent, ipsave America? Ita visum olim fuit doctissimo Schmidio Dissert. de America, quam Pindaro suo adiunxit. At in eam Carthaginienses, postquam adversa tempestate acti semel cognoverant, instituta navigatione tramisisse, qui tandem credemus? neque enim vastum Oceani spatium sine pyxidis nauticae auxilio, quo defectos fuisse omnia arguunt, superare potuerunt. Fabulis itaque adfinia sunt, quae de hac insula produntur, id tamen indicantia, obscuram eius regionis, quam Americam vocamus, famam ex Carthaginiensium navigationibus ad veterum aures dimanasse: quam rem et hoc Diodori loco et plurium aliorum stabilitum ivit Iac. Perizonius in Aeliani III. V. H. 18. Wess.

345. 38. *Κατεσκευασμένα κωθωνιστήρια*] Rarum hoc et in copiosissimis sermonis Graeci Thesauris neglectum, sed bonae tamen notae vocabulum est. *Ταῖς μεγάλαις κωθωνιζόμενοι* Aristoteli Problem. III. 14., qui capacioribus poculis se invitant, et *κωθωνισμὸς* Problem. V. 38., largior conpotatio. Itaque *κωθωνιστήριον* locum indicat, ubi genio indulgent et potant. Habet Athenaeus XI. 10. plura, quae vocem illustrare apta sunt. Wess.

345. 57. *Καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὡραίων*] Haud recte interpres *alia venusta et iucunda.* Intelliguntur *οἱ ὡραῖοι καλούμενοι καρποί*, de quibus Plato Crit. p. 115. A. et nos superius L. III. 69. Wess.

345. 62. *Φοίνικες ἐκ παλαιῶν χρόνων συνεχῶς πλέοντες*] Strabo de Phoenicum navigationibus L. I. p. 83. *οἳ καὶ τὰ ἔξω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν ἐπῆλθον, καὶ πόλεις ἔκτισαν κἀκεῖ, καὶ περὶ τὰ μέσα τῆς Λιβύης παραλίας μικρὸν τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον* quae vera esse, ipsae nos Sacrae Literae docent. Wess.

345. 71. *Τά τε ἄλλα κατεσκεύασαν οἰκείως τοῖς τόποις*] Nasci suspicio posset, *οἰκείως τοῖς τρόποις* scriptum fuisse primitus, praesertim cum ex patriae suae moribus omnia ordinarint Phoenices. At vetat Diodorus XV. 93. *ἐκτάξας τὴν δύναμιν οἰκείως τοῖς τόποις.* et XVII. 33. *τῶν ἱππέων τὰς ἴλας οἰκείως τοῖς ὑποκειμένοις τόποις διατάξας*, i. e. *ut loci natura ferebat.* De templi Herculis Gaditani conditoribus, religione, vetustate nihil addam. Dixi ad Anton. Itiner. p. 408. WESS.

345. 85. *Ἅπασι γνώριμον ἐποίησαν*] Id si fecerunt, cur mox insulam *ἀγνοουμένην ὑπὸ τῶν ὑπερεχόντων* vocas? Non sat commode divisa sunt temporibus tibi haec Diodore. WESS.

346. 88. *Μὴ — πολλοὶ τῶν ἐκ τῆς Καρχ. εἰς ἐκείνην μεταστῶσιν*] Personatus Aristoteles Mirabil. p. 724. *θανάτῳ ζημιοῦν τοὺς εἰς αὐτὴν πλεύσομένους, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας πάντας ἀφανίσαι, ἵνα μὴ διαγγέλλωσι, in insulam navigare poena capitis interdixisse, incolasque eius omnes e medio sustulisse, ne quis insulae opes aliis notas faceret*, Carthaginiensium magistratus adfirmat. Adeo sibi non constant in fabulis digerendis. WESS.

346. 93. *Ἅπαραι πανοικίους εἰς ἀγνοουμένην — νῆσον*] Strabo XIV. p. 988. B. Zenicetus *ἐνέπρησεν ἑαυτὸν πανοίκιον.* quo loco cur Salmasius in Solin. p. 563. legendum *πανοικεὶ* edixerit, non intelligo. Philo Iud. Leg. Cai. p. 1000. E. *ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ Μάκρων πανοίκιος ἱερεύετο. Macrone cum omni familia iugulato.* et p. 1014. de Augusto familiaque eius, Hierosolymitanum templum donariis instruente, *ὥστε μονονοὺ πανοίκιος ἀναθημάτων πολυτελείαις τὸ ἱερὸν ἡμῶν ἐκόσμησε.* Strabo se ipse defendit L. IV. p. 294. A. et p. 299. B., cui patronum se Noster adiungit hoc loco et saepe alias. WESS.

346. 98. *Τῶν Ἑρκυνίων ὀνομαζομένων δρυμῶν, οὓς* etc.] Vitio versum Diodoro fuit, quod *montes Hercynios* omnium totius Europae fecerit maximos: quasi et Alpes et Pyrenaeum magnitudine superarint; cuius erroris, haud iniuria a Ph. Cluverio L. III. Ger. A. p. 213. animadversi, post haec inmunis erit. *Saltus Hercynii* vastam amplitudinem exponit Iul. Caesar L. VI. Bel. Gall. c. 25. WESS.

346. 1. *Ὧν ἐστιν ἡ μεγίστη*] Malim *ὧν ἐστι μία καὶ μεγίστη.* Quarum una est, et quidem maxima, quae Britannia vocatur. RHOD.

346. 5. *Ὁ διὰ τὰς πράξεις ἐπονομασθεὶς θεὸς*] Semper ita Diodorus, uti L. I. 4. IV. 19. infr. c. 25. et Excerpt. Vales. p. 345. Strabo III. p. 244. *οἱ τοῦ Πομπήϊου στρατηγοὶ κατεπολεμήθησαν ὑπὸ Καίσαρος τοῦ θεοῦ.* ubi Casaubon. WESS.

346. 18. *Τὸ καλούμενον Βελέριον*] Ptolemaeo hoc *Βολέριον*, alterum *Ὀρκὰς* L. I. Geogr. c. 3. De laterum insulae producta longitudine alia atque alia veteres, invicem sibi parum con-

sentanei. Vide Strab. IV. p. 304. Caesar. V. Bell. Gall. 13. et Britann. Roman. L. III. c. 1. Io. Horsleii. WESS.

346. 27. *Κατοικεῖν δέ φασι τὴν Βρεττ. αὐτόχθονα γένη*] Prudentius Tacitus Iul. Agric. c. 11. *Britanniam qui mortales initio coluerint, indigenae an advecti, ut inter barbaros, parum compertum.* Nobis cognitum satis atque exploratum est, indigenas haud fuisse, sed magnam partem ex Gallia advectos, quae eadem Guil. Camdeni sententia principio Britanniae suae. WESS.

346. 30. *Καθάπερ οἱ παλαιοὶ τῶν Ἑλλήνων*] Vide huius lib. c. 45., et de Britannorum sedis, sive *covinis* potius, Caesar V. B. G. 15. et Tacit. Agricol. c. 12. WESS.

347. 35. *Καὶ θησαυρίζοντες εἰς τὰς καταγείους οἰκήσεις*] In Britannia si valuit, quod in Cappadocia et Thracia usus introduxerat, ut frumentum in specubus abderent, proba vulgata est. Varro l. R. R. c. 57. *Quidam granaria habent sub terris, speluncas, quas vocant σειρους, ut in Cappadocia ac Thracia. Alii, ut in Hispania citeriore, puteos, ut in agro Carthaginiensi et Oscensi.* Alioqui damnanda non est praestantissimorum Codd. scriptura, cui primas paene dederam, quod sequentia non adeo speluncas quam horrea desiderare videbantur. WESS.

347. 42. *Καὶ τὴν τοῦ ἀέρος ἔχ. διάθ. παντ. κατεψυγμένην*] Errat. Caesar V. B. G. 12. *Loca sunt temperatiora, quam in Gallia, remissioribus frigoribus.* Nec abludit Taciti Vit. Agric. c. 12. *asperitas frigorum abest.* WESS.

347. 56. *Διαφυὰς*] *Διαφυάδας* Co., *διαφυγὰς* Clar. male uterque. Vid. L. III. 12. WESS.

347. 57. *Ἐν αἷς τὸν πόρον κατεργαζόμενοι*] Regii libri scriptura erranti debetur amanuensi: quis enim hic locus *poro* lapidi? *Πόρος emolumentum est*, ut *μέγας πόρος* Aeschyl. Prometh. v. 111., unde *πόρος χρημάτων* saepe apud Demosthen. atque alios. WESS.

347. 58. *Καὶ τήξαντες*] *Κατατήξαντες* non male, si *καὶ*, quod praepositio verbi absorpsit, restituatur, Mutin. WESS.

347. 60. *Ὀνομαζομένην δὲ Ἶκτιν*] Vecta sive Vectis plerisque aliis. Refert huc Cl. Salmas. in Solin. p. 175. Timaei apud Plinium L. IV. 16. *insulam Mictim, in qua candidum plumbum proveniat*, refingens *Ictim.* Sed ea aberat a Britannia *sex dierum navigatione*, ut ibi additur. Fieri tamen potest, ut Timaeus, incertum vulgi rumorem secutus, in eo spatio aberraverit. WESS.

347. 72. *Πρὸς τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ἠριδανοῦ*] *Ῥοδανοῦ* in margine annotatum isti praeferendum iudico. Eridanus enim Italiae fluvius in mare Adriaticum longissimo istinc intervallo sese exonerat: cum Rhodanus per Celticam et Narbonensem Galliam decurrens inter Arelatum et Massiliam mari Gallico et Ligustico excipiatur, et proximius ex Anglia iter praebeat. RHOD. *Πρὸς τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ῥοδανοῦ*] Primitus *Rhodanum* flumen eiusque

ostia hic fuisse memorata, clarissime docetur cap. 38. huius libri. Librariis sollemne est hos fluvios conmiscere, ut mox c. 25. Wess.

347. 77. *Ἡ προσαγορευομένη Βασιλεια*] Insulae huius meminerunt Pytheas in Plinii L. IV. c. 13. et Timaeus in eiusdem L. XXXVII. 2., succinique in eam fluctibus advecti; quae an *Scandinavia* sive *Scandia* sit, ut pertendit Ph. Cluver. L. III. G. Ant. c. 38., an alia Baltici aut etiam septemtrionalis maris insula, difficulter nunc finitur. Fama haec veteres cognita habuere, quae plerumque fallax. Id tamen recte, quod succinum hinc repetiverint, cuius uberrima et felicissima mater in haec usque tempora Borussia, docente Ph. Iac. Hartmanno Histor. Succini Prussici c. 2. Wess.

348. 79. *Οὐδαμοῦ δὲ τῆς οἰκουμένης φαινόμενον*] Vere id absimile esse declarant Pliniana L. XXXVII. 2. et quae idem Hartmannus Hist. Succ. Pruss. c. 1. collegit. Wess.

348. 83. *Φαέθοντα τὸν Ἡλίου μὲν υἱὸν*] Fabulam, sive, uti censet, historiam Phaethontis *φυσικῶς* et *φιλοσόφως* explanavit Proclus ad Timaeum Platon. p. 33. 34., risit autem, uti adsolet, Lucian. D. D. XXV. Wess.

348. 86. *Τὸ τέθριππον*] Sic vulgatum *τὸν τέθριππον* Rhodomannus correxit, faventibus scriptis libris. Recurrit idem vitium L. XVII. 34., quod fortasse patronum inveniet ob haec Euripid. Troad. v. 885.

— — *Ὃν*
Ἀστέρων ΤΕΘΡΙΠΠΟΣ ἔλαβε
Κρόκεος ΟΧΟΣ ἀναρπάσας.

At illi, uti poetae, id licuit: in soluta oratione alterum usu tritius. Wess.

348. 90. *Καὶ ποιῆσαι τὸν νῦν γαλαξίαν καλ. κύκλον*] Aliam circuli eius originem signavit Eratosth. Catasteris. c. 44. et Manilius, hanc tamen non praeteriens, L. I. 731. etc. Wess.

348. 1. *Γενομένας αἰγείρους*] *Ἀπαιγειρουμένας* eleganter Strabo V. p. 329. B., quas quidem populos ad Eridanum irrito se labore quaesivisse Lucianus Eleot. c. 2. scribit. Haec vero Diodori respexit Etymologus v. *Ἠλιάδες*. Wess.

348. 4. *Καὶ τὸ τούτων πένθος*] Lege *κατὰ τὸ τούτων*. Steph. et Rhod.

348. 6. *Καὶ διὰ τῶν ἀποτελεσμάτων — ἐλεγχομένων*] In edd. *διὰ τῶν ἀποτελεσμάτων — ἀποτελουμένων* hiabat sententia. Hoc opportunum, et paullo ante usurpatum. Probo quoque Steph. et Rhodomanni *κατὰ τὸ τούτων*, aut, si mavis, *καὶ κατὰ τὸ τούτων πένθος*, quae voces frequentissime sese invicem loco detruserunt, altera alterius sedem occupante. Wess.

349. 24. *Καὶ πόλιν Ἀλησίαν — κτίσαντος*] Superius L. IV. 19. Wess.

349. 27. *Προσεδέξατο τὴν ἐπιπλοκὴν* etc.] Similem fabellam exsequitur in Erotic. c. 30. Parthenius de Celtina, quae Herculi filium Celtum, unde *Celtae* dicti, pepererit. Ammianus XV. 9. aliter: *Aborigines primos in his regionibus quidam visos esse firmarunt, Celtas nomine regis amabilis, et matris eius vocabulo Galatas dictos.* Aliter Etymologus v. *Γαλατία* ex Timaeo: *ὠνομάσθη, ὡς φησι Τίμαιος, ἀπὸ Γαλάτου, Κύκλωπος καὶ Γαλατίας*, (lege *Γαλατείας* ex Theocriti Idyl. XI.) *υἱοῦ*. Quo genere originationis in Graecia atque apud seculum prius nihil erat vulgatius. Si quid enim obscuri atque eruditionis reconditae gentium nominibus adhaeresceret, ecce tibi tanquam e machina Heros aliquis, qui regioni gentique nomen pepererit. *Hellas, Attica, Scythia, Carthago, Hispania*, et sine numero plures urbium populorumque id, si opus esset, firmarent. Wess.

349. 43. *Ὧν ἐστιν ἓν πρὸς Ῥωμαίους ἔχον συγγένειαν*] *Aeduos* intelligit, quos Caesar L. I. B. G. c. 33. *fratres consanguineosque saepenumero a senatu adpellatos* scribit. Tacitus Ann. XI. 25. *Primi Aedui senatorum in urbe ius adepti sunt. Datum id foederi antiquo, et quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano usurpant.* ubi Diodori verba non neglexit Lipsius. Wess.

349. 50. *Διὰ τῆς ἰδίας φύσεως γεφυροῦνται*] Quum amanuensium incuria *ῥύσεως* et *φύσεως* vocabula haud raro commutentur, quemadmodum L. IV. 58. et huius libri c. 36. factum animadvertimus, idem et hic usu venisse, suspicio fuit: pontis enim in modum flumina concrescunt, dum sparsa per aquam glacies ipso fluxu condensatur. Ego vero nihil innovo. Id significat, fluvios suapte natura, nulloque adeo ligni adhibiti auxilio, cum congelantur, pontibus quasi insterni. Wess.

349. 56. *Οἱ μὲν ἐκ λιμνῶν ἀβύσσων ῥέουσιν*] Aristophanes Ran. v. 137.

Εὐθὺς γὰρ ἐπὶ λίμνην μεγάλην ἥξεις πάνυ
Ἄβυσσον.

et *λίμνη ἄβυσσος ἡ ἐν Ἄργει* apud Hesychium. Transit ad omnia, in quae humani ingenii acies penetrare nequit.

Τί δὲ μέλλω φρένα δῖαν
Καθορᾶν, ὄψιν ἄβυσσον.

Cui simile divinum illud in Psalm. XXXV. 7. *τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή*. Quo de genere plura alia ad manum sunt, quibus nunc non utor. Wess.

349. 61. *Ἀλπείοις* Reg. quod praestat. Vid. Aelian. XIV. H. A. 23. et Appian. I. B. Civil. p. 696. Wess.

349. 62. *Πέντε στόμασιν ἐξερευγόμενος εἰς τὴν θάλασσαν*] Sequitur inprudenter Timaeum, adfirmantem Rhodanum esse *πεντάστομον*, iure propterea castigatum a Polybio. Strabo L. IV. p. 279. A. *περὶ δὲ τῶν τοῦ Ῥοδανοῦ στομάτων Πολύβιος μὲν*

ἐπιτιμᾷ Τιμαίῳ, φήσας εἶναι μὴ πεντάστομον, ἀλλὰ δίστομον. Vel sic tamen Festus Avienus de Rhodano in Or. Maritima v. 680.

Et occidentem contuens evolvitur,
Patulasque arenas quinque sulcat ostiis.

adaeque errans, ut praeter Casaub. in Strabon. nuper ostendit Clariss. Astruc. Histor. Natur. Langued. l. 2. Wess.

349. 64. *Ὅ, τε Δανούβιος*] Hoccine ab eo exspectasses, qui Istri fluminis cursum tam distincte signavit L. IV. 58.? Cogitaveram de *Dubi*, quem inportuna librariorum natio in *Δάνουβιν* convertit Epist. 38. Iuliani; sed is Arari miscetur, neque in Oceanum evolvitur. Melius conveniret *Durapius*, quem etsi in mare deferat Garumna, illi tamen iungitur iam *πελαγίζοντι*. Sidonius Apollinaris Carm. XXII. 101.

Et locus, irrigua qua rupe Garumna rotatu,
Et tu qui simili festinus in aequora lapsu
Exis curvata, Durani muscose, saburra,
Iam pigrescentes sensim confunditis amnes.

At eius fluvii nomen a *Danubio* longius distat. Forsan ergo auctoris peccatum est, qui eum inaudivisset Danubii fontes in Galliae finibus scaturire, et Galatas omnes eos haberet, qui trans Rhenum versus Istrum incolunt, arbitratus est Istrum alium esse ac Danubium, et in Oceanum mare aquas demergere. Wess.

350. 66. *Ἐχειρώσατο τοὺς πέραν κατοικοῦντας* etc.] Et hoc nimium. Tu Caesarem inspice L. IV. B. G. 19. et VI. 10. Wess.

350. 81. *Καθόλου δὲ παταιγίζοντες λάβρως*] Eadem Strabo L. IV. p. 277. A. *κατακλᾶσθαι δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῶν ὀχημάτων καὶ γυμνοῦσθαι καὶ ὅπλων καὶ ἐσθῆτος ἀπὸ τῆς ἐμπνοῆς*. Ventus hic *Melamboreas*, *πνεῦμα μελαμβόρειον*, sic enim recte refingit Is. Casaub., firmatque Iosephus III. B. I. 9. 3. de similis ingenii vento agens, Graecis adpellabatur, nunc parilis potestatis vocabulo *Bise* indigenis notus, sicuti naturam eius declarans patefecit eruditissimus Astruc L. II. c. 8. Hist. Nat. Langued. Wess.

350. 85. *Οὔτε οἶνον, οὔτε ἔλαιον φέρει*] Id si de omni Gallia intellexerit, falsum videri omnes scimus. Prudentius Strabo IV. p. 268. Wess.

350. 87. *Τὸ προσαγορευόμενον ζῦθος*] Ex hoc Diodori loco Io. Is. Pontan. in Glossar. Prisco-Gall. et ante eum Pet. Ramus de Mor. Veter. Gallor. p. 9. vincere conatus est, zythum proprium esse Gallorum potum, non Aegyptium, ut censuit Plinius auctorque noster superius L. I. 34., vocemque ipsam Gallicae esse originis; quam eorum opinionem refellit Io. Henr. Meibomius de Cervis. c. 4. Mox *καὶ τὰ κήρινα πλύνοντες* citat Is. Casaubon. ad L. III. Strabon. p. 233., vasa intelligens: quod non probo. Auctor *oenomeli* designat, aut certe *ζῦθος πύρινον μετὰ*

μέλιτος ἐσκευασμένον, uti Posidonius in Athen. L. IV. p. 152. C. Wess.

350. 93. *Ἕρμαιον ἡγοῦνται τὴν τῶν Γαλατῶν φιλοινίαν*] De illis, quae in lucro putamus, hoc dici exemplis probat Desid. Heraldus II. Advers. c. 1., ipsa haec Diodori advocans. Plato Theag. p. 126. B. *οὐκ ἔσθ' ὅ, τι τούτου μεῖζον ἂν ἕρμαιον ἡγησαίμην*. Demosthen. in Nausimach. p. 573. *καὶ τὴν ἐξ ἀνάγκης ἄγνοιαν τῶν πεπραγμένων, ἕρμαιον νομίσαντες αὐτῶν*. Plura omitto. Vide supr. III. 47. Wess.

350. 4. *Καὶ μεγ. ἀποῤῥηγνῦσα κολωνοὺς πληροῖ χρυσοῦ ψήγμ.*] Habebant *κολωνοὶ χρυσοῦ ψήγματος* nescio quid asperum atque ingratum, quod veterum librorum auxilio sublatum nihil admodum cedet elegantissimis his Io. Chrysostomi T. III. p. 211. B. *δι' ἐκείνων τῶν ὀρέων, μεταλλικὰ* adpellaverat ante, *ὁ ποταμὸς ῥέων καὶ τὴν χρυσῖτιν παρασύρων γῆν, θησαυρὸς τοῖς παροικοῦσι γίνεται, ἐσχεδιασμένον παρέχων τὸν πλοῦτον*. Nimirum Gallica flumina curvis anfractibus in montium radices impacta, ablatos inde tumulos ramentis auri opplebant: haec mens Diodori, cui Strabo de auro in Galliae finibus reperto adsentitur L. IV. p. 290. et P. Marca L. I. Marc. Hisp. c. 13. Wess.

350. 7. *Ἢ συγκόπτουσι*] Lege *καί*. Tertio inde versu *ἐν* redundat ante *ταῖς καμίνοις*. Rhod.

351. 13. *Περὶ δὲ τοὺς αὐχένας κρίκους — ὁλοχρύσους*] *Maniacos* vocabant. *Τοῦτο δ' ἐστὶ χρυσοῦν ψέλλιον, ὃ φοροῦσι περὶ τὰς χεῖρας καὶ τὸν τράχηλον οἱ Γαλάται*, Polybius inquit L. II. 31. Atque hinc *Gallus quidam nudus, praeter scutum et gladios duos torque atque armillis decoratus* apud Gellium IX. N. A. 13. ex Cl. Quadrigario. Wess.

351. 18. *Ἀνειμένοις ἔῤῥιπται πολὺς χρυσὸς*] Habet ex Posidonio, quem in his ducem sibi sumpsit, apud Strabon. IV. p. 287., unde ad Tolosates haec pertinere novimus. Wess.

351. 24. *Ἐκ φύσεως ξανθοὶ*] Nihil cognitius *flava, rufa* seu *rutila* veterum Gallorum et Germanorum coma, quam tamen Galen. in Hippocrat. de Ration. Vict. p. 31. *ξανθὴν* recte dici negat: *οὕτως γοῦν τινες ὀνομάζουσι, inquit, τοὺς Γερμανοὺς ξανθοὺς, καί τοι γε οὐκ ὄντας ξανθοὺς, ἐὰν ἀκριβῶς τις ἐθέλοι καλεῖν, ἀλλὰ πυῤῥούς*. Sed hi colores levi discrimine distant, et voces permiscentur. Lipsium adi ad Tacit. Mor. Ger. c. 4. Wess.

351. 26. *Σμῶντες τὰς τρίχας συνεχῶς*] Locum hunc tetigerunt viri egregii Is. Casaub. in Athen. L. IV. 10. Ezech. Spanhem. ad Callimachi Lav. Pall. v. 32. et Iac. Gronov. in Herod. IX. 109., docueruntque *σμᾶν* et *σμᾶσθαι τὴν κεφαλὴν* et *τὰς τρίχας* non aliud esse, ac capitis crines detergere ac defricare: cui rei praeter calcis lixiviam Galli saponem etiam adhibebant. *Prodest et sapo: Galliarum hoc inventum rutilandis capillis. Fit ex sebo et cinere.* sic Plinius L. XXVIII. 12. Wess.

351. 27. *Καὶ τοὺς τένοντας ἀναστῶσιν*] Quae his apta connexaque erant, *ἵνα διαφανεῖς ὦσιν*, ut ambigua et ex glossa nata, induxi Codd. faventibus. Porro Poggium, *Satyris adspectu puerisque similes*, ex fide sui libri vertentem quae mox sequuntur, coarguit P. Leopardus L. V. Emend. c. 13. Wess.

351. 36. *Καθάπερ διά τινος ἠθμοῦ φέρεται τὸ πόμα*] Ex Scholiastae Apollon. Rh. I. 1294. decreto *τὸ ἠθμὸς δασύνεται*, quod etsi Sigea Inscriptio observet, ab aliis passim negligitur. Vid. Antiq. Asiat. doctissimi Chishul p. 43. et de Gallorum Germanorumque in barbis alendis studio et corporis cultu Ph. Cluverium L. I. Ger. A. c. 16. Wess.

351. 40. *Ἐχόντων ἡλικίαν*] Nescio an *ἔφηβον* aut simile quippiam intelligendum sit: et tunc reddendum: *qui pubertatis annos attigerunt.* Versio nostra *παίδων* absque distinctione legit, ac si scriptum foret, *ὑπὸ τῶν νεωτέρων, παίδων ἐχ.* etc. Rhod. *Παίδων ἐχόντων ἡλικίαν*] Et ego haec arctissime iungo. Nam *ἡλικίαν ἔχειν* adulti, quique aetate militari sunt, dicuntur, qui propterea saepissime *οἱ ἐν ἡλικίᾳ* Demosthen. Philipp. I. p. 31. Polybio III. 86. IV. 9. Nostro XIII. 85., sive *ἐν ἡλικίᾳ στρατιᾶς* L. XV. 52. Posses alioqui levi opera *τῶν ἐντὸς ἡλικίας*. quo modo Lysias Orat. Funebr. c. 15. *τοὺς γεραιτέρους καὶ τοὺς τῆς ἡλικίας ἐντὸς γεγονότας* connectit. Prius praefero. Wess.

351. 42. *Καὶ ὀβελίσκους πλήρεις κρεῶν*] Contende cum his Posidonii verba, ab Athenaeo L. IV. p. 151. F. exscripta. Wess.

351. 45. *Τὸν Αἴαντα παρεισάγει*] Iliad. VII. 321. Rhod.

351. 48. *Καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον*] Idem mos heroum est apud Homerum, Achillis Iliad. XI. et XXIV., Nestoris et Pisistrati Odyss. III., Menelai Odyss. IV., Alcinoi Odyss. VIII., Eumaei Odyss. XV. Rhod.

351. 50. *Πρὸς τὴν — ἅμιλλαν καταστάντες*] Haud scio an necessarium sit cum Rhodomanno refingere in Addend. *ἀναστάντες* aut *διαναστάντες* propter Poetam Iliad. *A*, 385. Solent vulgato uti, quum de certamine inchoato meminerunt. Pausanias V. 25. p. 443. *τούτοις τοῖς ἐν Μοτύῃ βαρβάροις Ἀχραγαντῖνοι καταστάντες ἐπολέμουν*. Appian. III. B. C. p. 892. *μὴ πρὸς ἐνόπλους τοσοῦσδε ἄνοπλοι καθιστώμεθα*. Quinctilianus Declam. III. 12. *De Italiae possessione certatur; pro aris et focis consistimus.* Utatur tamen Rhodom. coniectura, qui volet. Wess.

352. 54. *Τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἀθανάτους εἶναι*] *Inprimis hoc volunt persuadere, non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios; atque hoc maxime ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto.* sic Caesar L. IV. B. G. c. 14. ubi Davis.: qua persuasione freti Germani apud Appianum Celtic. p. 1192. *θανάτου καταφρονηταὶ δι' ἐλπίδα ἀναβιώσεως*. Wess.

352. 61. *Καὶ ταῖς μάχαις χρῶνται συνωρίσιν*] Etsi cum Caesare Iulio hoc pugnae genere nusquam congressi legantur, fuit tamen Gallici olim moris ex curribus pugnare. Philargyrius in Georg. Virgilii III. vers. 204. *Esseda sunt vehiculi, vel currus genus, quo soliti sunt pugnare Galli. Caesar testis est libro ad Ciceronem III.* Multa millia equitum atque essedariorum habet Livius X. 28. *Essedis carrisque superstans armatus hostis*, Gallos describit, *ingenti sonitu equorum rotarumque advenit, et insolitos eius tumultus Romanorum conterruit equos.* Addit c. 30. fuisse, qui scriberent, eo in exercitu equitum *sex millia, mille carpentorum* fuisse. Quae si in memoriam redegisset Ph. Cluver. L. I. G. A. c. 45., profecto sibi haec excidere non passus esset: *Nec illos quidem Gallos, qui, magna Italiae parte occupata, priscis etiam temporibus crebra cum Romanis bella gesserunt,* eo pugnae genere *usos invenio.* Wess.

352. 66. *Ὥστε γυμνοὺς — καταβαίνειν εἰς τὸν κίνδυνον*] Vide Polyb. II. 28. Cl. Quadrigarium in Gellii IX. N. A. 13. Livium XXII. 46. et vera haec esse animadvertes. Wess.

352. 69. *Οἷς ἡνιόχοις καὶ παρασπισταῖς χρῶνται*] *Ambactos* adpellabant apud Caesar. VI. B. Gall. c. 15., qui iidem videntur ac *οἰκέται τῶν ἱππευόντων*, descripti a Pausan. X. 19. p. 844. Adi Ph. Cluver. I. G. A. c. 8. et 41. Wess.

352. 76. *Ἐξονειδίζουσι καὶ ταπεινοῦσι*] Duo postrema si reieceris, nihil peccabis. Pro sequente autem *θράσος* mallem *θάρσος* reponi; quod medium est, cum istud extremum sit: extra periculum scilicet in excessu, qui tamen mox in periculo turpissimum in defectum transit. Rhod. *Ἐξονειδίζουσι καὶ τὸ σύνολον* etc.] Accedo Rhodomanno. Novi Diodoro frequentari *ταπεινοῦν τὸ φρόνημα, ταπεινοῦν τοὺς ὑπερηφάνους, τὴν ψυχὴν, δόξαν*, et similia, sed ea alius sunt generis. Hoc loco manifestum glossema est. Porro quid distent *θράσος* et *θάρσος*, haec Gregorii Nazianz. Orat. IV. p. 113. D. ostendent: *ὅτι θάρσος καὶ θράσος, κἂν εἰ τοῖς ὀνόμασι πλησιάζοι, πλεῖστον ἀλλήλων τῇ δυνάμει κεχώρισται. — τὸ μὲν γὰρ ἐν τοῖς τολμητέοις θαρρεῖν ἀνδρείας ἐστίν. — οὐ δὲ πλείων ὁ κίνδυνος ὁμόσε χωρεῖν καὶ ὠθίζεσθαι — θράσους.* Wess.

352. 79. *Περιάπτουσι τοὺς αὐχένας τῶν ἵππων*] Insolens constructio pro *τοῖς αὐχέσι*. Nisi forte hac parenthesi exclusa malis *τοῖς ἵπποις*. Verumtamen ego nihil muto, dum manuscriptum aliquod diversam lectionem afferat. Rhod. *Περιάπτουσι τοῖς αὐχέσι*] Salva res est. Scripti Codd. maculam eluunt. Morem hunc Gallorum signat obscurius L. XIV. 115., clarius Strabo IV. p. 302. B. Wess.

352. 82. *Ἀκροθίνια*] *Ἀκρωτήρια* ora Steph. Mut. ut L. IV. 83. Wess.

352. 83. *Ὥσπερ ἐν κυνηγίαις τισὶ κεχειρωμένοι θηρία*]

Sic placet. Infr. c. 39. *ἐν αἷς (κυνηγίαις) πολλὰ τῶν θηρίων χειρούμενοι.* et L. IV. 83. *ὑπὸ τῶν καὶ τἄλλα χειρουμένων κυνῶν διεφθάρη.* Saepeque alias. Venatorum, quem respexit, morem illustravimus L. IV. 22. Wess.

352. 84. *Κεδρώσαντες τὰς κεφαλὰς* etc.] Haec Posidonio debet, e quo Strabo IV. p. 303. *τὰς δὲ τῶν ἐνδόξων κεφαλὰς κεδροῦντες, ἐπεδείκνυον τοῖς ξένοις, καὶ οὐδὲ πρὸς ἰσοστάσιον χρυσὸν ἀπολυτροῦν ἠξίουν* qui quidem honesti viri functus est officium, eum laudans, cuius auxilio profecerat. Diodorus ea in haeresi fuit, qua iam olim plures, etiam principes in his literis, licere aliorum bene dictis inpune pro suis uti, quod equidem non laudo. Usum cedrini olei in condiendis corporibus indicavimus L. I. 91. Wess.

353. 90. *Βάρβαρόν τινα μεγαλοψ. ἐπιδεικνύμενοι*] Secundum receptam passim formam loquendi dicendum hic fuit *ἐπιδεικνυμένους*, non *ἐπιδεικνύμενοι*. Steph.

353. 91. *Οὐ γὰρ τὸ μὴ πωλεῖν τὰ σύσσημα* etc.] Illust. H. Grotius hoc laudat et illustrat L. II. I. B. et P. c. 19. 3. Wess.

353. 94. *Χιτῶσι μὲν βαπτοὺς*] Ad *χρῶνται* referri non potest *χιτῶνας*, sed *χιτῶσι*, sicut et dixit *ἐσθῆσι* et dicet *ἀναξυρίσι*. Cum *χιτῶσι* autem legendum foret *βαπτοῖς* et *διηνθισμένοις*. Sed nec *δὲ* habetur hic *τῷ μὲν* redditum. quod tamen novum non fuerit ei qui hoc volumen evolverit. Steph. *Χιτῶνας μὲν βαπτοὺς*] Mutilatus et corruptus hic locus duarum additione vocalarum et unius mutatione redintegrari potest, si post *βαπτοὺς ἔχοντες* et post *χρώμασι δὲ*, quod *μὲν* praecedens omnino flagitat, inseras, et *ἀναξυρίσιν* in *ἀναξυρίδας* mutes. Rhod.

353. 96. *Ἃς ἐκεῖνοι βράκας προσαγορεύουσιν*] Nec Diodoro, nedum Hesychio, idem vocabulum Gallis transcribenti, adsentitur Is. Casaubonus ad Suetonii August. c. 82.; Graecae enim originis videri, et Aeolica dialecto ex *ῥάκη* formatum, quo Phocaenses Persarum *ἀναξυρίδας*, et Massilienses Gallorum femoralia nominarint; cuius opinio, etsi reconditae eruditionis plena, vereor, ut placere possit: nam neque *τὰ ῥάκη* satis explicant Persarum *ἀναξυρίδας*, neque vocis in veteri Gallorum et Germanorum sermone vestigia apud Cl. Astruc L. III. Hist. Nat. Langued. c. 3. et Ph. Cluver. L. I. Ger. Antiq. p. 140. patiuntur, ut Graecorum e fontibus emanasse censeri queat. Wess.

Ibid. *Ἐπιπορποῦνται δὲ σάγους ῥαβδωτοὺς* etc.] *Quae Plinius L. VIII. 48. in sagis Gallorum vocat* scutulas, *eas πλινθία Diodorus, de iisdem sagis loquens. Ait enim Gallos sagula ῥαβδωτὰ gestare πλινθίοις πολυανθέσι καὶ πυκνοῖς διειλημμένα, hoc est, quadris et maculis quibusdam reticulate distincta. Nihil enim aliud intelligit, quam quas hodie Galli vocant* lausangas, *quasi* laurangias, *a lauria folio, quod habet rhombi figuram. Explicat et Plinius, qui maculas et plagulas in retibus vocat* scutulas. *Item Livius, qui in funda* scutulam *vocat,*

quod est reticulatum in medio fundae. Scutulatum igitur sagum, reticulate distinctum ac virgatum *propterea Virgilio et Propertio.* Haec Ios. Scaliger Coniect. in Varron. p. 67., quibus, etsi in opinionem venerit Bern. Martino L. IV. Var. Lect. c. 9. quaedam rescribere, album calculum addere non reformido. Ῥάβδοι saepe virgae sunt, quibus scutularum in morem lacertorum serpentiumque terga sunt sparsa, veluti apud Aelian. de Animal. L. XII. 25. et infr. L. XVII. 90.; cuiusmodi virgatis maculis cum hinnuli et camelopardales distinguantur, Straboni XVI. p. 1120. ῥαβδωτοῖς σπίλοις κατεστιγμέναι, ut optime corrigit Cl. Salmasius, quem vide Scaligeri partes amplexum ad Flav. Vopisci Carin. c. 20. p. 859. Wess.

353. 99. Θυρεοῖς μὲν ἀνδρομήκεσι] Vide mox c. 39. et Pausaniam VIII. 50. X. 20. Utroque distinctius Livius L. XXXVIII. 21. *Scuta longa, ceterum ad amplitudinem corporum parum lata, et ea ipsa plana, male tegebant Gallos.* Wess.

353. 4. Καὶ παμμ. φαντασίαν ἐπιφέροντα τοῖς χρωμένοις] Vulgatam praecuntibus libris correxi. Galeae illos, quorum capita tegebant, ut longe proceriores viderentur, efficiebant, quod et de Cimbris prodidit Plutarchus in Mario p. 420. B. κράνη μὲν εἰκασμένα θηρίων φοβερῶν χάσμασι καὶ προτομαῖς ἰδιομόρφοις ἔχοντες, ἃ ἐπαιρόμενοι λόφοις πτεροῖς εἰς ὕψος ἐφαίνοντο μείζους. et de Romanis Polybius L. VI. 21. Wess.

353. 7. Σάλπιγγας δ' ἔχουσιν ἰδιοφυεῖς] *Carnum* suo sermone tubam Galli adpellabant. Hesychius Κάρνον, τὴν σάλπιγγα Γαλάται. Eustathius, qui eam descripsit, paullo aliter in Homer. p. 1139. τρίτη ἡ Γαλατικὴ, χωνευτὴ, οὐ πάνυ μεγάλη, τὸν κώδωνα ἔχουσα θηριόμορφόν τινα καὶ αὐλὸν μολύβδινον, εἰς ὃν ἐμφυσῶσιν οἱ σαλπισταί. ἔστι δὲ ὀξύφωνος καὶ καλεῖται ὑπὸ τῶν Κελτῶν ΚΑΡΝΥΞ. *tubarum tertia Gallica est, fusoria arte facta, non admodum magna, quae codonem*, sive os, *habet ferae alicuius figura, et aulum*, sive canalem, *plumbeum, quem tubicines inflant. Est autem acuto sono, et vocatur a Celtis CARNYX.* Quae, quia Ph. Cluverius L. I. G. A. c. 49., tubas Gallicas ex Diodori loco illustrans, neglexerat, excerpere visum fuit. Wess.

353. 13. Παρὰ τὴν δεξιὰν λαγόνα παρατεταμένας] Eadem ex Posidonio habet Strabo IV. p. 301. A. Wess.

353. 16. Ἃς ἐκεῖνοι λαγκίας καλοῦσι] Videtur prima specie ἀγκείας vocabulum, quod in quibusdam Codd., Gallicum quid praeferre. Erant enim ἄγγωνες δοράτια οὐ λίαν σμικρὰ, ἀλλ' οὐδὲ μεγάλα, ἀλλ' ὅσον ἀκοντίζεσθαι, εἶπον δεήσοι, apud Etymologum. Sed Francicum id et teli genus et vocabulum, teste Agathia L. II. p. 40. ed. Paris., longius distat ab ἀγκείας voce; quam ego scribentium peccato progenitam arbitror. *Lancea* quidem Hispanis tribuitur a Varrone, cuius sententia Celtico vocabulo haud nocet:

fuit enim utrisque commune. Porro ἐπιθήματα lancearum Ph. Cluverio non alia visa sunt ac *geminae illae cuspides lunatae, quae in inferiori ac latiori ferri parte hodieque conspiciuntur in hastis, vulgari vocabulo* partisanen *dictis*, L. I. G. A. p. 352. Mihi non liquet: potuerunt ea ἐπιθήματα alius esse generis. WESS.

354. 21. *Τούτων δὲ τὰ μὲν ἐπ' εὐθείας* etc.] Explicat haec Ph. Cluverius L. I. G. Antiq. p. 357. diligenter, haud merito tamen addubitans, sitne missile hoc telum. Tu vide Casaubon. in Strabon. L. XV. p. 1044. WESS.

354. 34. *Οὓς Βάρδους ὀνομάζουσιν*] De *Bardis* post diligentem operam Clarissimorum virorum H. Valesii ad Ammian. L. XV. 9. et popularis mei H. Cannegiteri Dissert. de Brittenburgo p. 132. nihil addo. WESS.

354. 37. *Οὓς Σαρουίδας ὀνομάζουσι*] *Δρουΐδας* legendum coniicio. P. Ramus tamen, vir de Logicis et Mathematicis disciplinis, adeoque de tota Philologia, eximie meritus, in aureo libello de moribus veterum Gallorum, quibus etiam Germanos accenset, p. 71. lectionem marginis *Σαρωνίδας* approbat. Quod tamen in medio relictum velim. RHOD. Ego vero non dubito, quin *Δρουΐδας* primitus scriptum fuerit. Nam quae Ramus disputat, Annii Viterbiensis e fontibus hausta sunt, *Saronem* nobis ex personato Beroso vetustum Gallorum regem obtrudentis. Optime Abr. Ortelius in Thesaur. *Σαρωνίδες, Σαρουνίδες, Σαρουίδες sunt apud Diodorum variata scriptura, quarum ultimam veriorem, quamvis neque sinceram putaverim, atque ipsum Diodorum Δρουΐδας scripsisse. Librarios vero primum elementum a vocis praecedentis ultimo huic male adtexuisse, et Α pro Δ facile ob formae quodammodo similitudinem immutasse. Scriptura talis est* ΟΥΣ ΣΑΡΟΥΙΔΑΣ, pro ΟΥΣ ΔΡΟΥΙΔΑΣ. Quae utique illis multo sunt commodiora, quibus opinati alii cum Edm. Dickinsono in Delph. Phoenis. p. 190. ed. Roterod. sunt, *Σαρωνίδας* Diodorum hos Gallorum Theologos et Philosophos nuncupasse, ut *Druidarum*, a quercubus repetitum vocabulum, explicaret. Sunt sane *σαρωνίδες, αἱ κοῖλαι δρύες*. At *Druidas* a quercubus id nomen impetrasse, id vero negamus. Origo Celtica est, quam Theod. Hasaeus singulari Dissertatione sollertissime patefecit. Mox *χρῶνται δὲ καὶ μάντεσιν* recte Ph. Cluverius legit L. I. G. A. p. 198. WESS.

354. 43. *Ἄνθρωπον γὰρ κατασπείσαντες* etc.] Strabo aliter L. IV. p. 302. *ἄνθρωπον γὰρ κατεσπεισμένον παίσαντες εἰς νῶτον μαχαίρᾳ, ἐμαντεύοντο ἐκ τοῦ σφαδασμοῦ*. Uterque habet ex Posidonio: uter vero rectius, equidem ignoro. WESS.

354. 59. *Ὥσπέρ τινα θηρία κατεπάσαντες*] Serpentes potissimum intelligit, quarum iras cantu mulceri putabant. Plutarchus de Psyllis in Caton. Minor. p. 787. A. *οἳ τά τε δήγματα*

τῶν θηρίων ἰῶνται τοῖς στόμασιν ἔλκοντες ἰὸν, αὐτά τε τὰ θηρία κατεπάδοντες ἀμβλύνουσι καὶ κηλοῦσι. Wess.

355. 67. *Τοὺς δ' ὑπὲρ ταύτης τῆς Κελτικῆς* etc.] Hoc postulabat series orationis, sicuti et *καθιδρυμένους*. Verum aliud hic sese prodit, maximopere animadvertendum. Gallos sive Galatas omnes eos adpellari adfirmat, qui a Celtica in Scythiam versus agros arant: Romanos contra ea uno Galatarum sive Gallorum nomine omnes cis et ultra Rhenum positas usque in Scythiam gentes nominare; quorum neutrum verum est. *Γαλάτας* cis Rhenum in Gallia, *Κελτοὺς* trans eum in Scythiam usque Graeci plerumque vocabant. Romanis Galli, qui cis et transalpinam Galliam incolebant, qui vero ultra Rhenum agebant, Germani. Quem quidem Diodori errorem intactum haud transiliit Ph. Cluverius, eum etiam hac verborum emendatione eximere conatus: *ἔτι δὲ τοὺς ἐπὶ τάδε τῶν Πυρηναίων ὀρῶν, παρά τε τὸν ὠκεανὸν — — καὶ πάντας τοὺς ἐξῆς μέχρι τῆς Σκυθίας Κελτοὺς ὀνομάζουσι. τοὺς δ' ὑπὸ ταύτης τῆς Κελτικῆς, εἰς τὰ πρὸς νότον νένοντα μέρη, Γαλάτας προσαγορεύουσι* Lib. I. G. A. c. 1. p. 89.; quo modo prioris culpam erroris effugiet, alteri tamen, tanquam luto, penitissime inmersus. Equidem orationem mutare non sustineo, praesertim ubi scripti Codd. intercedunt, et Diodorus cum ceteris id commune habet, ut in rebus ad septemtrionem Europae gestis subinde labatur. Wess.

355. 75. *Ἐκ γενετῆς ὑπάρχει πολιὰ*] Inferius L. XVII. 105. *τοὺς ὄνυχας — ἐκ γενετῆς αὔξουσι.* Ioannes Evang. c. IX. 1. *εἶδεν ἄνθρωπον τυφλὸν ἐκ γενετῆς.* Sext. Empiric. L. XI. C. Mathem. p. 733. *ὁ ἐκ γενετῆς τυφλὸς καὶ κωφός.* Itaque male negligitur. Hoc vult: puerorum crines ab ipsis natalibus canos videri, flavescere deinceps. Vide superius c. 28. Wess.

355. 81. *Τὴν ὀνομαζομένην Ἶριν*] *Hibernia* est, cuius incolas *ἀνθρωποφάγους* olim fuisse habitos ex Strabone L. IV. p. 307. novimus. Id in obscuro manet, cur *Ἶριν* adpellet, quae ceteris *Ἰέρνη*, *Ἰουερνία*, *Ἰερνὶς* dici solet? Si *Erion* in gentis sermone sit *terrigena*, atque insula inde nomen acceperit, ut Guil. Baxter in Gloss. Antiq. Britann. pertendit, haud malum videri *Ἶρις* posset. Verum id mihi necdum exploratum est, et si certissimum foret, unde eius rei notitia ad Diodorum permanavit? Verius itaque arbitrabor, vocabulum hoc ex *Ἰερνὶς* esse progenitum, atque inde instaurandum. Wess.

355. 83. *Τὴν Ἀσίαν ἅπασαν καταδραμόντας*] De Cimmeriorum in Asiam irruptione legatur Herodotus L. I. 15. etc. De Gallorum vero expeditionibus in Graeciam, Italiam et Asiam Iustin. XXIV. 5. Memnon de Reb. Heracleoticis cap. 20. Pausan. L. X. 19. Livius L. V. 33. VII. 9. Rhod.

355. 85. *Ἐν τῇ τῶν καλουμένων Κίμβρων προσηγορίᾳ*] Sic Posidonius in Strabon. L. VII. p. 450. C. et alii apud Plu-

tarch. in Mario p. 411. F., sed divinantes. Tu Ph. Cluver. L. III. G. A. c. 22. et Gabr. Trivorii Observ. Apologet. c. 14., quamquam in hand paucis errantis, vide. Mox *ζηλοῦσι τὸ λῃστεύειν* praestaret, quod et in Addend. se Rhodomanno probavit. Wess.

355. 88. *Οἱ τὴν μὲν Ῥώμην ἑλόντες*] De Gallis certa res est: nam *Cimbrorum primum audita sunt arma Caecilio Metello et Papirio Carbone Coss.*, sicuti Tacitus de Ger. Mor. c. 37. ait. Wess.

355. 93. *Ἑλληνογαλάται κληθέντες*] Notiora sunt *Γαλλογραικῶν* et *Γαλλογραικίας* ex Romanorum usu vocabula apud Strabon. L. XII. p. 850. Suidas v. *Ἄγκυρα* habet *Ἑλληνογαλάτας*, et Themistius Orat. XXIII. p. 299. A. *Γαλατίαν τὴν Ἑλληνίδα*. Wess.

355. 97. *Ἀνασκολοπίζουσι τοῖς θεοῖς*] Contende haec cum Caesaris L. VI. B. Gall. c. 16. et Strabonis L. IV. p. 303. verbis, illisque adde, quae de captivis, a Gallis inmolatis, observavit ad Diodori Excerpt. p. 317. H. Vales. Wess.

356. 5. *Πρὸς τὰς τῶν ἀῤῥένων ἐπιπλοκὰς — λυσσῶσιν*] Absolvi huius sceleris Galli non possunt, quidquid alii dicant; Aristotelis II. de Rep. c. 9., Strabonis L. IV. p. 304., Athenaei L. XIII. p. 603., cuius verba nostri scriptoris esse diceres, et Diodori testimonia non patiuntur. Germanos eidem flagitio adfines perhibet Sext. Empiricus Hypotypos. L. III. c. 24. p. 176., invito Fabricio, quem vide et Casaub. ad Strabon. l. c. cum Ph. Cluverio L. I. G. A. p. 174., neque enim his inmorari libet. Wess.

356. 9. *Εὐκόπως*] *Εὐκόλως* Co. Vide superius III. 24. Wess.

356. 18. *Διὰ τὴν ἐπιμιξίαν λέγ. ταύτης τυχεῖν τῆς ποσηγορ.*] Ad sententiam nihil admodum interierit hoccine retineas, an aliud ex Coislin. et Reg. adsciscas. Res ipsa dubio caret. Lucanus IV. 9.

— — Profugique a gente vetusta
Gallorum, Celtae miscentes nomen Hiberis.

Silius III. 340.

Venere et Celtae sociatum nomen Hiberis. Wess.

356. 25. *Φοροῦσι δ' οὗτοι σάγους μέλανας τραχεῖς*] Appianus paullo aliter Iber. p. 469. *χρῶνται δὲ διπλοῖς ἱματίοις παχέσιν, ἀντὶ χλαμύδων αὐτὰ περιπορπώμενοι, καὶ τοῦτο σάγον ἡγοῦνται. utuntur duplicibus vestimentis crassis, chlamydum vice, quae fibulis connectentes saga vocant.* De scutis gladiisque Hispanorum Livius XXII. 46. *Gallis Hispanisque scuta eiusdem formae fere erant: dispares ac dissimiles gladii: Gallis praelongi, ac sine mucronibus: Hispano punctim magis quam caesim assueto petere hostem, brevitate habiles et cum mucronibus*, ex Polybio III. 114. Wess.

356. 28. *Κυρτίαις κυκλοτερέσιν*] Hesychius ita Celtas, id est, Gallos, appellare suos clypeos annotat. Rhod. Grammatici eius haec sunt: *Κυρτίαις, Κελτοὶ τὰς ἀσπίδας.* qui cum alio loco

Καίτραι, ὅπλα Ἰβηρικὰ, οἱ δὲ Κυρτίας, satis utique contra emendantium conatus suam scripturam tuetur, et unius Galliae id scutum haud fuisse declarat. WESS.

356. 33. *Ἔχοντα σπιθαμαίας παραξιφίδας*] Lege *ἔχοντες*, seorsum videlicet a gladiis. RHOD. *Ἔχοντες σπιθαμαίας παραξιφίδας*] Bene vir doctus, quicum non dissentio. Appian. Hannibal. p. 562. *Κελτίβηρας ἐπὶ τοῖς μακροῖς ξίφεσιν ὑπὸ τοῖς χιτῶσιν ἄλλα ξίφη βραχύτερα περιέζωσεν.* Lusitanos Strabo L. III. p. 231. B. eiusmodi *παραξίφια* instruxit. WESS.

356. 35. *Περὶ τὴν τῶν ὅπλων καὶ ἀμυντηρίων κατασκ.*] Arbitror copulam in his esse supervacaneam: *ὅπλα ἀμυντήρια* sunt *λόγχαι, ξίφος, τόξον*, ut explicat Strabo L. VII. p. 471. B., et auctor ipse in illis, quae continuo consequuntur. Scio subinde haec disparari, velut ab Aeliano de Animal. IX. 11. *καὶ ἐπιβουλεῦον μὲν χρῆται ὡς ὅπλῳ, κινδυνεῦον δὲ ὡς ἀμυντηρίῳ.* et Gregor. Nazianz. Orat. IV. p. 123. *οἷς μόνον καὶ ὅπλον καὶ τεῖχος καὶ ἄλλο πᾶν ἀμυντήριον ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἐλπὶς ὑπελείπετο.* Sed alia Diodori consuetudo, cui *ὅπλα σκεπαστήρια*, quibus corpus tegimus, *ἀμυντήρια*, quibus aut vim illatam repellimus aut hostem invadimus, adpellare sollemne est, sicuti L. III. 44. et I. 24. Rem ipsam, de qua sermo instituitur, illustrant haec Plutarchi T. II. p. 510. F. *οἱ Κελτίβηρες ἐκ τοῦ σιδήρου τὸ στόμωμα ποιοῦσιν, ὅταν κατορύξαντες εἰς τὴν γῆν τὸ πολὺ καὶ γεῶδες ἀποκαθαίρωσιν.* et quae Suidas ex Polybio excerpsit in *Μάχαιρα*. WESS.

356. 43. *Διμάχαι δ' ὄντες* etc.] Haec vera scriptura, quam ex illis, quae succedunt, coniectura adsecutus fuit H. Vales. ad Polybii Excerpt. p. 1558. ed. Gronov. Hesych. *Διμάχαι, οἵτινες ὅτε μὲν πεζῇ, ὅτε δὲ ἐφ' ἵππων μάχονται.* Hunc autem pugnae morem, si res ferret, Celtiberos probasse Polybius in Suida v. *Ἴδιον* et *Κελτίβηρες* docet. WESS.

Ibid. Τὸ σῶμα λούουσιν οὔρῳ καὶ τοὺς ὀδόντας] Catullus Epigr. 36.

Nunc Celtiber in Celtiberia terra
Quod quisque minxit, hoc solet sibi mane
Dentem atque russam defricare gingivam.

Paria Strabo L. III. p. 249. A., ubi Casaub. non neglexit Catullum neque Diodorum. WESS.

357. 53. *Πρὸς δὲ τοὺς ξένους ἐπιεικεῖς*] Confer tamen Strab. III. p. 226. A. WESS.

357. 56. *Περὶ ξενίας*] *Περὶ τῆς φιλοξενίας* Co. M. satis commode. sed vid. Aelian. IX. H. V. 41. WESS.

357. 62. *Τῶν Οὐακκαίων ὀνομαζόμενον σύστημα*] Malim *ὀνομαζομένων* quam *ὀνομαζόμενον*. STEPH. et RHOD.

357. 66. *Τῶν δὲ Κίμβρων ἀλκιμώτατοι*] Hoc reformato in *Κελτιβήρων* vel simpliciter *Ἰβήρων*. De his enim, non de

Cimbris, qui Germanorum seu Teutonum gentibus annumerantur, nunc agit. Rhod. Manifestum est debere legi *Ἰβήρων*, non *Κίμβρων*. Palm. *Τῶν δὲ Ἰβήρων ἀλκιμώτατοι*] Absurdam *Κίμβρων* vocem faventibus scriptis Codd. gradu deieci. Appian. Iber. p. 483. *μέρος ἄλλο Ἰβήρων αὐτονόμων, οἳ Λουσιτανοὶ καλοῦνται.* Wess.

357. 70. *Ταύτην δ' ἐν ταῖς μάχαις μεταφ. εὐλύτως*] Pro *ταύτην* dicerem legendum *ταύτας*, nisi a plurali ad singularem, et vicissim a singulari ad pluralem transire eum alibi animadvertissem, etiam in eadem periodo. Steph. Lege *ταύτας* et *εὐκόλως*. Rhod. Facile paterer *ταύτην* mutari, ni Diodori, quam Steph. indicat, obstaret consuetudo. De *εὐλύτως* intercedendum arbitror. *Εὔλυτος*, *expeditus*, in Glossis Philoxeni, *εὔλυτοι κινήσεις*, quae expedito utramque in partem motu fiunt: *εὐλύτως δοῦναι*, libere atque expedite donare, de quibus ad L. III. 22., vulgato patrocinantur. Wess.

357. 79. *Ἐπιτηδεύουσι — ὄρχησίν τινα κούφην*] De Callaecis, gente Lusitana, Silius III. 345.

— Misit dives Callaecia pubem,
Barbara nunc patriis ululantem carmina linguis,
Nunc, pedis alterno percussa verbere terra,
Ad numerum resonas gaudentem plaudere caetras.
Haec requies ludusque viris, ea sacra voluptas.

Quem domi militiaeque morem et aliae gentes probarunt, de quibus Lipsius in Tacit. Mor. Germ. c. 2. Wess.

357. 85. *Ἐφοδιάσαντες αὐτοὺς*] Scribo *αὑτοὺς*, ut sit pro *ἑαυτούς*. Steph. et Rhod. *Ἐφοδιάσαντες αὑτοὺς ἀλκῇ*] Vocem, etsi Mss. nihil adiutarent, mutavi, fretus praestantium virorum opinione et sermonis indole. Lusitani se fortitudine et armis, tanquam viatico, instruxerant, ut olim Alexandrum animi bonis philosophia, cum in Persicum bellum pergeret: *οἷς αὐτὸν ἐφωδίαζε φιλοσοφία πρὸς τὴν στρατείαν* Plut. T. II. p. 327. E. Wess.

358. 87. *Καὶ λῃστεύοντες πλούτους ἀθροίζουσι*] Saepe de *opibus* *πλοῦτοι* in hoc scriptore: exempla si desideres, vide L. I. 71. V. 35. XII. 11. XVI. 7. 41. XX. 8. 14. Excerpt. Vales. p. 225. 362. 365. etc. Adde Lucian. Hermot. c. 9. Toxar. c. 45., quaeque utrobique Doctiss. I. Fr. Reitzius. Wess.

358. 90. *Εὐκίνητοι καὶ ὀξεῖς*] Optime se haec habere, Strabon. III. p. 231. B. ubi conposueris, cognosces. Wess.

358. 1. *Σχεδόν τι*] *Σχεδὸν* Cl. 1. male. Vide L. XI. 75. et paullo ante. Wess.

358. 4. *Ἐν ταῖς περὶ Ἡρακλέους πράξεσι*] Inspice L. IV. 19. 20. et miraberis. Wess.

358. 7. *Ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν μεσημβρίαν θαλάττης*] Mediterraneum, Hispaniam in austrum versam alluens, intellige. *Ὄρος γὰρ διηνεκὲς ἀπὸ νότου πρὸς Βορρᾶν τεταμένον, ὁρίζει τὴν Κελ-*

τικὴν ἀπὸ τῆς Ἰβηρίας Strabo L. III. p. 200. B. de Pyrenaeo scribit. Wess.

358. 12. Ὑπό τινων νομέων ἀφέντων πῦρ] Eadem Aristoteles, seu eius nomen mentitus auctor Admirand. p. 724. F., quae fabulis merito adscribit Strabo L. III. p. 217. Tamen Lucretius L. V. 1250.

— — — Flammeus ardor
Horribili sonitu silvas exederat altas
Ab radicibus, et terram percoxerat igni.
Manabat venis ferventibus in loca terrae
Concava conveniens argenti rivus et auri,
Aeris item et plumbi. Wess.

358. 15. Ὄρη — κληθῆναι Πυρηναῖα] Fabulae originem dedit montium adpellatio. Crediderunt Graeci ἀπὸ τοῦ πυρὸς montes Πυρηναίους esse dictos, quo nihil absurdius. Vocabulum natales accepit in ea gente, cuius illi montes. Celtis *Byrin* sive *Byren* mons est; hinc saltibus Pyrenaeis nomen, ut bene Clariss. Astruc in Histor. Nat. Langued. L. III. c. 2. p. 446. Wess.

358. 22. Ἀγοράζειν τὸν ἄργυρον μικρᾶς τινος ἀντιδόσεως ἀλ. φορτίων] Scriptor Admirand., qui Aristotelis nomen sibi inposuit, p. 735. C. *Phoenices* λέγεται τοσοῦτον ἀργύριον ἀντιφορτίσασθαι, ἔλαιον καὶ ἄλλον ναυτικὸν ῥῶπον εἰσαγαγόντας, ὥστε μηκέτι ἔχειν δύνασθαι μήτε ἐκδέξασθαι τὸν ἄργυρον. Sic recte legunt. Est enim ῥῶπος omne genus mercis vilioris, quod qui exponunt οἱ τὸν ῥῶπον διατιθέμενοι Galeno L. I. Meth. Therap. 35. Addit Aristotelis simia de anchoris, quae mox Diodorus. Wess.

358. 26. Διατεῖναι τῇ φιλοκερδίᾳ] Praefero τῆς φιλοκερδίας. Rhod. Ἐπὶ τοσοῦτο — διατεῖναι τῆς φιλοκερδίας] Idem et ego praeopto, et potiores libri manu exarati. Novi Nostro frequentari διατείνειν τῇ δυνάμει πρὸς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης L. I. 4., διατεῖναι τῇ δυνάμει μέχρι τῆς Συρίας L. II. 46., οἱ διατείνοντες ταῖς ἐμπορίαις μέχρι τοῦ κατὰ δύσιν ὠκεανοῦ L. V. 12., quae cum alio ordine collocata reperiantur, nihil officiunt. Wess.

358. 29. Μόλιβδον] Μόλυβδον Vat. semper. Vid. supr. II. 10. Wess.

358. 31. Ἐπὶ πολὺν λαβόντες χρόνον αὔξησιν] Haec stribiligo mera. Praecessit διόπερ ἐπὶ πολλοὺς χρόνους οἱ Φοίνικες etc. Scripserat, διὰ τῆς τοιαύτης ἐμπορίας πολλὴν λαβόντες αὔξησιν. quo fere modo L. I. 7. τὴν τελείαν αὔξησιν λαβόντες. et XVI. 84. ἐποίησε τὰς πόλεις ταχὺ λαβεῖν πολλὴν αὔξησιν. Wess.

359. 39. Μεγάλας ἐλάμβανον προσόδους] Strabo a scriptoribus proditum refert, tantam auri et argenti in Hispania fuisse copiam, ut Carthaginienses, quando duce Hamilcare Barca eam in-

vascrant, repererint *φάτναις ἀργυραῖς καὶ πίθοις χρωμένους ταὶς ἐν τῇ Τουρδιτανίᾳ*, L. III. p. 224., qui etsi fortasse veri fidem superiecerint, non video, cur *φάτναι* lacunaria potius cum viro optimo, quam praesepia haberi eo loco debeant: nam qui ex argento dolia vino condendo fabricarunt, potuerunt utique vilem sibi materiam in praesepia insumere. Hoc obiter, atque ut datam fidem liberarem. WESS.

359. 45. *Τῶν ἀργυρευόντων τινὲς ἰδιωτῶν* etc.] Optime liber Coisl., cuius scripturam Is. Casaubon. coniiciendo praeceperat. Strabo L. III. p. 219. ex Posidonio, quem nomine turpiter dissimulato Diodorus in his recensendis exscripsit, *τῶν δὲ ἀργυρευόντων τῶν ἰδιωτῶν ἐν τρισὶν ἡμέραις Εὐβοϊκὸν τάλαντον ἐξαιρόντων*. WESS.

359. 54. *Ἐπεπόλασε τοῖς μετάλλοις*] Inferius L. XVI. 84. *τὸ πλῆθος τῶν ἐπιπολασάντων οἰκητόρων*. Dio Cassius L. LVI. p. 684. A. *ὧν (βουλευτῶν) τὸ φαῦλον τὸ ἐκ τῶν στάσεων ἐπιπολάσαν ἀλύπως ἀφελών*. Sumptum est a redundante et ripas egressa aquae copia: *ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ πλεονάζοντος ὕδατος, ὅταν ὑπεραίρηται καὶ ὑπερεκχῇται πλέον τοῦ μέτρου*, Scholiastes ait in Philipp. III. p. 68. summi Oratoris. De ingenti autem aurilegulorum ex Italia per Hispaniam numero Strabo III. p. 220. B. WESS.

359. 59. *Κατὰ βάθους*] *Κατὰ βάθος* Co. M. Cl. 1., haud male. Vid. L. XII. 15. WESS.

359. 70. *Ἃ δὲ εἶχον ἀπέβαλον* etc.] Ex Posidonio sumpsit, cuius verba hunc in modum exhibet Athenaeus L. VI. 4. p. 233. D. *ἃ μὲν ἔμελλον οὐκ ἔλαβον, ἃ δὲ εἶχον ἀπέβαλον, ὥσπερ αἰνίγματος τρόπον ἀτυχοῦντες*. quae quia non aliam dant sententiam atque haec Diodori, non ausim assentiri viro praestantissimo, Diodorum male narrando hoc aenigma suum fecisse. Strabo quidem L. III. p. 219. A. Posidonii dictum paullo aliter expressit; quae eius verba cum sint luxata, haud scio an iniuria Athenaeo et Diodoro obmoveantur. Vide tamen Is. Casaubon. ea explicantem, et de metallorum Atticorum Posidonii aetate pauperie L. IX. p. 613. Strabonis. WESS.

359. 71. *Αἰνίγματος τρόπον*] In vita Homeri apud Herodotum c. 35. *Ὅσσ' ἕλομεν λιπόμεσθ', ὅσσ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα*. RHOD.

Ibid. *Ἰσπανίαν*] *Σπανίαν* Co. M. Vide ad Anton. Itiner. p. 268. WESS.

359. 77. *Ἐλιγμοῖς τῶν ῥάβδων*] Venae sunt, virgarum in morem metalla distinguentes: *αἱ ἐν τοῖς μετάλλοις ῥάβδοι*, Theophrasto L. IV. Causs. Plant. c. 13., quarum anfractus diligentissime persequitur Georg. Agricola L. III. R. Metall. p. 30. WESS.

360. 79. *Διακόπτοντες τὰς ῥύσεις αὐτῶν*] Eadem ex Posidonio habet Strabo L. III. p. 218., sed egregia Is. Casauboni medicina instauratus. Wess.

360. 83. *Ἀπορύττουσι γὰρ τὰς ῥύσεις*] Scribendum *ἀπαρύττουσι*. De cochleis haustoriis consule Vitruvium L. X. c. 11. Rhod.

360. 85. *Οὓς Ἀρχιμήδης — εὗρεν*] De cochleis his Lib. I. 34. egimus. Wess.

360. 88. *Καὶ κατασκευάζουσιν εὔθετον τὴν πρὸς τὰς* etc.] Sic mihi scripsisse videtur, tum quod *ἔντεχνον* parum hic sit opportunum, tum ob meliorem Codd. auctoritatem. Solet quoque alias hoc genus amplecti: nam et *Σατέρους πρὸς ὄρχησιν* etc. *ὄντας εὐθέτους* L. I. 18., et *κίνας πρὸς τὴν τοῦ βίου χρείαν εὐθέτους* L. III. 31. reperies, atque in hunc modum plurifariam alia. Wess.

360. 3. *Καταξαινόμενοι τὰ σώματα*] Sive de verberibus seu gravi et continuo labore, quo atterebantur aurilegulorum vires, acceperis, verum erit. Utrumque in metalla depressi nimis saepe experiebantur. Euripid. Troad. v. 755. *Μάτην δ' ἐμόχθουν, καὶ κατεξάνθην πόνοις*. Noster de Romanis, qui servos in Sicilia *τῇ βαρύτητι τῶν ἔργων κατέξαινον* in Excerpt. Vales. p. 366. Oenomaus in Euseb. L. VI. Praep. Evang. c. 7. p. 261. C. *σκύτος δέ τι τῶν εὐτόνων λαβόντες — τὰς πλευρὰς εὖ μάλα κατιξαναῦμεν αὐτοῦ*. Sophocles Aiac. v. 740. *ὡς οὐκ ἀρκέσοι Τὸ μὴ οὐ πέτροισι πᾶς κατιξανθεὶς θανεῖν*. Quae quidem scriptorum loca ad verbi potestatem declarandam abunde erunt. Wess.

360. 4. *Ἄνεσις γὰρ ἡ παῦλα τῶν ἔργων οὐκ ἔστιν αὐτοῖς*] Miseram horum et aerumnosam conditionem uberius antea descripserat L. III. 12. etc., quae adire operae pretium erit. Vide vero confidentiam Thomae M. in *Ἀνάπαυλα* decernentis, *τὸ δὲ παῦλα ἀδόκιμον*. Atqui *παῦλαν κακῶν* Sophocl. Trachin. v. 1262. et *παῦλαν βαρείας νόσου* Philoct. v. 1322., *παῦλαν κακῶν* Plato L. V. Rep. 473. D. dixerunt. Thomam Cl. Dukerus quoque notavit in Thucydid. L. VI. 60. Wess.

360. 19. *Καθόλου γὰρ ἀεὶ Καρχηδόνιοι διεπολέμουν* etc.] Confer c. 11. Polybius L. I. c. 67. *Καρχηδόνιοι γὰρ ἀεὶ χρώμενοι ποικίλαις καὶ μισθοφορικαῖς δυνάμεσι*. Porro *πολιτικοὶ στρατιῶται* qui ex ipsis civibus delectu habito scribuntur, ut *πολιτικαὶ δυνάμεις* Lib. III. 28. XI. 1. 67. XVIII. 11. 12. Aristoteles Politic. V. 10. *καὶ φυλακὴ, βασιλικὴ μέν, πολιτικὴ. τυραννικὴ, διὰ ξένων*. Hinc *πολιτικοὶ ἱππεῖς καὶ πεζοὶ* ex urbanis conscripti Polybio I. 73. 75. Wess.

361. 24. *Δεινοὶ γὰρ — ὑπῆρξαν οἱ Φοίνικες — εἰς τὸ κέρδος εὑρεῖν*] Habuerunt a maioribus, qui mercaturae unice cum studerent, paullatim omnes, lucrum ex mercium permutatione se-

ctantes, Hebraeorum genti כנענים *Cananaei* suut dicti, ut Iobi XL. 25. atque alias, Luciano Toxar. c. 4. *κάπηλοι*. De Romanis, quorum ex Sallustio Iugurth. c. 81. *profunda avaritia* cognitissima, quae consequuntur notabilia sunt. WESS.

361. 28. *Οὐκ ἐξ ἐπιπολῆς εὑρισκόμενος, ὡς ἐν ταῖς ἱστορίαις* etc.] Ut videas, quam in Posidonio describendo operam posuerit Diodorus, ecce tibi Strabonis verba, *τὸν δὲ κατ᾽ἴτερον οὐκ ἐπ᾽ ἐπιπολῆς εὑρίσκεσθαί φησιν* (Posidonius) *ὡς τοὺς ἱστορικοὺς θρυλλεῖν, ἀλλ᾽ ὀρύττεσθαι. γεννᾶσθαι δ᾽ ἐν ταῖς ὑπὲρ τοὺς Λυσιτανοὺς βαρβάροις καὶ ἐν ταῖς Κασσιτερίσι νήσοις*, L. III. p. 219. Ovumne potest ovo esse similius? Manifestum id merito furtum censet Is. Casaub., quia in tota hac narratione nusquam Posidonium Diodorus laudavit. De insulis Cassiteridibus, quarum numerum denario includit Strabo III. p. 265., incertissima omnia esse ex Christoph. Cellario L. M. G. A. c. 1. p. 157. cognosces. WESS.

361. 37. *Ἐφ᾽ ἵππων ὑπὸ τῶν ἐμπόρων ἄγεται παρά τι τοὺς Μασσ.*] Dixit huius libri c. 22. WESS.

361. 42. *Καὶ τοὺς Κελτιβ. ἔτι δ᾽ Ἴβηρας*] Ultima haec scriptori restitui, Codd. imperantibus. Gallorum, Celtiberorum et Hiberorum res c. 32. 33. attigerat, ut merito haec adiungat. WESS.

361. 44. *Νέμονται χώραν τραχεῖαν καὶ παντελῶς λυπρὰν*] Vide quae de Ligurum solo L. IV. 20. perscripsit. WESS.

361. 50. *Πέτρας λειοτομοῦσι*] Emenda ut fiat *λατομοῦσι*, *petras scindunt*. Idiotismus hic auctori familiaris. RHOD. *Πέτρας λατομοῦσι*] Vulgatum unde Stephanus acceperit, non dixero. Hoc unice verum et iure a Rhodomanno probatum fuisse, novimus ex Strabone, qui et fontem, unde Diodorus hauserit, indicat L. V. p. 334. C. Ligures *τραχεῖαν γῆν ἀροῦντες καὶ σκάπτοντες, μᾶλλον δὲ ΛΑΤΟΜΟΥΝΤΕΣ, ὥς φησι Ποσειδώνιος*. Iterum ergo Posidonii verbis pro suis utitur. WESS.

361. 53. *Τῇ συνεχείᾳ περιγίνονται*] Obsecutus sum libris manu exaratis, a quibus si discedere consilium fuisset, nihil innovassem, cum *Adsuetumque malo Ligurem* et poeta vocarit II. Georg. v. 168. *Συνέχεια* Ligurum pertinax in opere studium declarat, ut eorundem *συνεχὴς γυμνασία*, et *τὸ συνεχῶς πονεῖν* Lib. IV. 20. et mox *ἡ συνέχεια τῶν γυμνασιῶν*. WESS.

361. 60. *Πολλὰ τῶν θηρίων θηρευόμενοι*] Rectius *χειρούμενοι*, *plurimarum subactione ferarum*. RHOD. *Πολλὰ τῶν θηρίων χειρούμενοι*] Sic oportuit, ut pulcre Rhodomannus advertit. Firmant praeter

Ἐκηβόλοις τόξοισιν Ἀταλάντην κάπρον
Χειρουμένην Αἰτωλόν

in Euripidis Phoenis. v. 1115. et ea, quae adscripta cap. 29. videbis. WESS.

361. 64. *Σπανοκαρπίαν*] *Στενοκαρπίαν* Co. M. Non sequor. *Σπανοσιτίας* simili usu L. I. 53. habuimus. WESS.

Ibid. Σαρκοφαγοῦσι δὲ τὰς — σάρκας] Conduplicationis hoc genus sectari solet, quippe *σιτοδείαν καρπῶν* II. 16., *θηριομαχεῖν ὑπὲρ θρεμμάτων πρὸς παρδάλεις* III. 43., *ναῦς ναυπηγήσασθαι* XVIII. 4., *τοὺς νεὼς οἰκοδομεῖν* XIII. 82., ut *οἶκον οἰκοδομεῖν* S. Lucas A. A. VII. 48., *πέτρας λατομεῖν* hoc cap., similiaque cupide usurpans. WESS.

362. 72. *Διαφυλάττοντες — ἀκατάσκευον βίον*] Liguribus *inplicitis dumis silvestribus* apud Florum II. 3., atque *inopibus et agrestibus* in Taciti Histor. II. 13., haud male *βίος ἀπαράσκευος*, seu omni apparatu defectum vitae genus tribuitur, cuiusmodi *πλῆθος τῶν ἐπιτηδείων ἀπαράσκευον* Iosephus III. B. I. c. 7. 32. memorat: nec minus *βίος ἀκατάσκευος*, vita squalida et incondita, quam quia scripti Codd. edicunt, iisdem relinquo. WESS.

362. 80. *Εἰς τὸν Γαλατικὸν ῥυθμὸν δεδημιουργημένος*] Vide huius libri c. 30. WESS.

362. 91. *Ὑπομένουσι τὰς — περιστάσεις καταπληκτικῶς*] *Posses hic illud καταπληκτικῶς referre ad alios, qui ubi tam intrepide gravissimos subire casus adspiciunt, vel legunt, Ligures, ipso adspectu καταπλήττονται. Sed ego potius referendum putem ad ipsos Ligures, qui saevas hiemis tempestates, quas alii horreant, impavido animo perferant. Quare videtur scripsisse Noster ἀκαταπληκτικῶς.* Sic doctissimus Io. Iensius Epist. ad Graev. p. 415., cui suum arbitrium concedo. Diodoro, qui *ἀκαταπληκτικῶς*, si bene memini, non amat, *καταπληκτικῶς* non aliud saepe est ac stupendum in modum, quod hic sat commodum. Vid. I. 48. III. 36. WESS.

362. 98. *Τὸ μὲν παρὰ τὴν Ἰταλίαν πέλαγος — Τυρρηνικὸν*] Livius L. V. 33. *Tuscorum ante Romanum imperium late terra marique opes patuere. Mari supero inferoque, quibus Italia insulae modo cingitur, quantum potuerint, nomina sunt argumento, quod alterum Tuscum communi vocabulo gentis, alterum Adriaticum mare, ab Adria Tuscorum colonia, vocavere Italicae gentes. Graeci eadem Tyrrhenum atque Adriaticum vocant.* Cuius egregio loco adiunge, quae Is. Casaub. de Tyrrhenorum maris imperio disputavit in Polybii L. I. 20. WESS.

362. 2. *Ἀπ' ἐκείνων δ' ὀνομασθεῖσαν Τυρρηνὴν*] Tuscis cornua et tubas deberi testis Athen. L. IV. p. 184. *Τυρρηνῶν δ' ἐστὶν εὕρημα κέρατά τε καὶ σάλπιγγες.* Eustath. vero in Homer. p. 1139. tubarum genera enumerans, ἕκτη, ait, *Τυρσηνικὴ, ἧς εὑρεταὶ Τυρσηνοὶ, ὁμοία Φρυγίῳ αὐλῷ τὸν κώδωνα κεκλασμένον ἔχουσα, λίαν ὀξύφωνος, ἧς καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Μαστιγοφόρῳ μέμνηται.* Sophoclis versus, quem designat, fabulae est de-

cimus octavus, ubi vide Critioos veteres, et, qui eos descripsit, Suidam in v. *Κώδων*. Wess.

362. 4. *Περιθέντες τοῖς ἡγουμένοις ῥαβδούχους*] Livius adsentitur, cum de duodecim lictoribus, *me haud poenitet eorum sententiae esse, quibus et apparitores et hoc genus ab Etruscis finitimis, unde sella curulis, unde toga praetexta sumpta est, numerum quoque ipsum ductum placet* Libr. I. 8., et Dionys. L. III. A. R. p. 195. Wess.

362. 8. *Ἕξεῦρον εὐχρηστίαν*] Aut *εὔχρηστα* aut *εὐχρηστίαν παρέχοντα* suspicor Diodorum scripsisse: non ignorans interim *περίστοα εὐχρηστίαν* videri posse per appositionem dictum, sed eam nimis duram iudicans. Steph. Facio cum H. Stephano: durissima profecto haec appositio. Posses etiam *τῶν περιστόων — εὐχρηστίαν*, si qua id melius censeretur. Mox *πρὸς τὸ κάλλιον* si qui maluerint, illis haud repugnabo, etsi non magnum discrimen. Vide L. XXIII. Eclog. 3. Wess.

362. 11. *Φυσιολογίαν καὶ θεολογίαν*] Postrema e scriptis libris suam in sedem restitui. Qui *μαντικὴν* et *ἱεροποιΐας*, uti de Etruscis Strabo V. p. 336., praecipue observarunt, illis rerum divinarum notitia non neganda videtur. Vulgo autem Etrusci coelestium prodigiorum censebantur periti, quare et Tanaquil in partem eius scientiae apud Livium I. 56. venit. Adposite Cicero L. I. Divinat. c. 41. *Etruria de coelo tacta scientissime animadvertit, eademque interpretatur, quid quibusque ostendatur monstris atque prodigiis.* Quae quo modo procuraverint, cognosci poterit ex Schol. Persii Sat. II. 26. et Salmasio in Solin. p. 804. Wess.

363. 15. *Τούτοις ἐξηγηταῖς χρῶνται*] Prodigiorum portentorumque interpretibus, ut in Cicer. II. Leg. c. 9. et Valer. Max. I. 6.; hi quippe *ἐξηγηταί*. Hesychius, *Ἐξηγητὴς, ὁ περὶ ἱερείων καὶ ΔΙΟΣΗΜΕΙΩΝ ἐξηγούμενος*. Cumque in his saepe ad Apollinem recurrerent, de eo Plato L. IV. Rep. p. 427. C. *οὗτος γὰρ δή που περὶ τὰ τοιαῦτα πᾶσιν ἀνθρώποις πάτριος ΕΞΗΓΗΤΗΣ, ἐν μέσῳ τῆς γῆς ἐπὶ τοῦ ὀμφαλοῦ καθήμενος ΕΞΗΓΕΙΤΑΙ.* Plura si velis, *ὅλῳ τῷ θυλάκῳ*, quod dici solet, admetientur viri doctissimi Gisb. Cuperus ad Marm. Antiq. p. 277. et T. Hemsterh. in Polluc. VIII. 124. Wess.

363. 19. *Παρατίθενται δὶς τῆς ἡμέρας τραπέζας* etc.] Posidonius in Athen. L. IV. p. 153. *παρὰ δὲ Τυρρηνοῖς δὶς τῆς ἡμέρας τράπεζαι πολυτελεῖς παρασκευάζονται, ἀνθιναί τε στρωμναὶ, καὶ ἐκπώματα ἀργυρᾶ παντοδαπὰ καὶ δούλων πλῆθος εὐπρεπῶν παρέστηκεν, ἐσθήσεσι πολυτελέσι κεκοσμημένων.* Quae, unde hortulos suos Diodorus rigarit, manifesto declarant. Wess.

363. 30. *Ἐν πότοις καὶ ῥᾳθυμίαις ἀνάνδροις βιοῦντες*] *Ἐν τόποις* Vat. Vid. L. II. 41. — Officinam nequitiae et flagitiorum inter Etruscos seriore fuisse aetate, nemo melius Athenaeo docuit Lib. XII. p. 517. Wess.

363. 32. *Πολέμοις*] *Πολεμίοις (excidit nota libri in ed. Wessel.)* sat conmode. Vide L. I. 24. Wess.

363. 34. *Πάμφορον — νεμόμενοι χώραν*] Dionysium, paria tradentem, vide L. I. A. R. p. 29. Wess.

363. 46. *Τῇ καλουμένῃ Κεδρωσίᾳ*] Vide L. III. 15. Wess.

363. 48. *Ἐπὶ γεωλόφων ἢ πεδίων*] Novi Strabonis XVI. p. 1095. B. *ὄρη γεώλοφα*, et Dioscoridis L. III. 15. *χωρία γεώλοφα*. At hic vocabulum, orationem disiungens, negligi haud poterit. Superius cap. 16. *διειλημμένη δὲ πεδίοις ἀξιολόγοις καὶ γεωλόφοις*. Wess.

364. 58. *Εὐδαίμων ὀνομασθεῖσα*] Strabo videndus est L. XVI. p. 1129. Wess.

364. 60. *Ὧν τρεῖς εἰσὶν ἄξιαι τῆς ἱστορικῆς ἀναγραφῆς*] Ex Euemeri Sacra Historia haec se descripsisse docuerat L. VI. huius Bibliothecae, uti eius fragmentum, quod Eusebio debemus L. II. Praep. Evang. c. 2. p. 60. significat. Wess.

364. 71. *Τῇ δὲ προσόψει τῇ ἀκάνθῃ τ. Α. τ. λ. παρεμφερές*] De myrrhae arbore adfirmat Dioscorides I. 77. *ὅμοιον εἶναι τῇ Αἰγυπτιακῇ ἀκάνθῃ*. Et rectius, ni scriptores fallant. Thuris arbor spinis caret, laevique ex omni parte est cortice, teste Theophrasto L. VIII. H. Plant. c. 4., quem Plinius sequitur L. XII. H. N. c. 14. De spina Aegyptia, quam in *fabam* converterat Rhodom., copiose Cl. Salm. in Solin. p. 370. Wess.

364. 76. *Ὁμοιόν ἐστι τῇ σχίνῳ*] In Theophrasti L. VIII. H. P. c. 4. sunt, qui *τὸ τοῦ λιβανωτοῦ δένδρον ὅμοιον εἶναί φασι τῇ σχίνῳ*. pro quibus Plinius, *alii lentisco similem subrutilo:* nec probat tamen horum opinionem Theophrastus, qui myrrhae arborem terebintho simillimam tradit, sed scabriorem et spinosiorem. Diceres Diodorum arborum haec genera miscuisse, si de illis inter veteres ipsos conveniret. Wess.

364. 81. *Θερινός ἐστι*] Dubitari non potest, quin iustum hoc sit. Dixerat, bis quotannis aestate et vere myrrham exsudare: recte ergo succus hic *ἐαρινὸς*, ille *θερινός*. Plinius aliter L. XII. 16. Wess.

364. 84. *Καὶ πρὸς τὰς κοιλίας τὰς ῥεούσας φαρμάκῳ*] Paliurì *ἀπέψημα τὴν κοιλίαν ἵστησι* Dioscorid. I. 121., sive, ut Galenus L. VIII. de Simp. Medic. Virib. p. 103., *τὴν ῥέουσαν γαστέρα ἐπέχει*. Wess.

364. 89. *Οἱ καλούμενοι Παγχαῖοι*] Hinc poëta Georg. II. 139.

Totaque turiferis Panchaia pinguis arenis.

ubi Servius et Philargyrius Arabiam aut regionem Arabiae interpretantur, sed prave. Arabia non est Euemeri Panchaia, sed insula exadversum continenti Arabiae. Virgilius ex Ennio habet, qui Sacram Euemeri Historiam Latina veste induerat, ipsique et

Romanis persuaserat, hoc nomine insulam ab Oceano Indico allui. Wess.

364. 99. *Θεωρεῖσθαι τὴν Ἰνδικὴν ἀέριον*] *Indiam veluti nubeculam in aere conspici* verterat Rhodomannus, non satis pro usu scriptoris, cui *ἀέριον* omne inmane et in aerem vastissime exsurgens, sicuti ad Lib. I. 33. significatum est. Wess.

365. 2. *Οἱ Παγχαῖοι λεγόμενοι*] Uni Euemero sive Euhemero Panchaei originem suam acceptam referunt, qui Sacra Historia condita veteris Graeciae numina hominum catalogo inseruit, commentus inscriptiones, in Panchaia repertas, a nemine alio nec visas nec lectas. Docet Plut. Osir. p. 360. A. *ὃς αὐτὸς*, Euhemerus, *ἀντίγραφα συνθεὶς ἀπίστου καὶ ἀνυπάρκτου μυθολογίας, πᾶσαν ἀθεότητα κατασκεδάννυσι τῆς οἰκουμένης, τοὺς νομιζομένους θεοὺς πάντας ὁμαλῶς διαγράφων εἰς ὀνόματα στρατηγῶν καὶ ναυάρχων καὶ βασιλέων, ὡς δὴ πάλαι γεγονότων, ἐν δὲ Παγχαΐᾳ γράμμασι χρυσοῖς ἀναγεγραμμένων, οἷς οὔτε βάρβαρος, οὔτε Ἕλλην, ἀλλὰ μόνος Εὐήμερος, ὡς ἔοικε, πλεύσας εἰς τοὺς μηδαμόθι γῆς γεγονότας μηδὲ ὄντας Παγχαίους καὶ Τριφυλίους ἐντετυχήκει.* Sic lego, secutus ex parte Xylandrum et R. Bentleium ad Callim. Frag. p. 340., a quibus P. Petitus L. I. Miscell. Obs. c. 2. nihil admodum dissidet. Cum Plutarcho, ut ad eum redeam, contra Euemerum stat Polybius, gravis auctor, *Παγχαίαν γῆν* ad fictas fabulas amandans in Strabon. II. p. 163., nec aliud placet Eratostheni apud eundem Geographum L. VII. p. 459. A. Quibus tamen non movetur Is. Vossius in Pompon. Melam II. 8., ut omnia mentitum Euemerum arbitretur: Panchaiae saltem nomen mentitum haud esse; legi enim *Παγχαῖτας* in Adulitano monumento. Quod si verum esset, haud levem Euemero auctoritatem adderet. At nulli ea in inscriptione *Panchaitae* leguntur, tantum *Ταγγαῖται*, qui in Aegypti Aethiopiaeque finibus incolebant, longoque adeo a Panchaeis terrarum spatio dissepti. Vide Cosmam Indicopleusten L. II. Topograph. Christ. p. 142. et Abbatem Sevinum, paria docentem, Dissert. de Euemero Tom. XI. p. 18. Conment. Acad. Inscript. Wess.

365. 5. *Προσαγορευομένη μὲν Πανάρα*] Urbem, ab Euemero exstructam, nusquam reperire potui. Stephanus Byzantinus, omnia undique colligens, dignam non censuit, cui locum daret. Eadem Ptolemaei sententia. Wess.

365. 6. *Καλοῦνται μὲν ἱκέται τοῦ Διὸς τοῦ Τριφυλίου*] Permiscentur librariorum arbitratu *ἱκέται* et *οἰκέται*, ut in Pollucis I. 10., dubiumque adeo manet, utrum praestet. Equidem pronior sum in *οἰκέτας*, ut Iovis Triphylii administri designentur, nec editum tamen gradu depuli, quod et id reperire patronos possit. Rectum vero *Τριφυλίου* nomen est, quoniam incolae *ἐκ τριῶν ἐθνῶν* sive *φυλῶν*, ut postea docebit, unam in gentem, unde Iovi id cognomen, coaluerant. Quare perperam apud Servium in Ge-

org. II. 139. *templum Triphyllii Iovis* et ἱερὸν Διὸς Τριφυλλίου in Euseb. II. Praep. Evang. c. 2. p. 60. Falluntur quoque, qui ad Lactantium L. I. Div. Instit. c. 11. a Triphylia regione inter Elidem et Messenen Iovis hunc titulum derivant. WESS.

365. 20. *Καὶ δάφνης καὶ μυροίνης καταγέμει*] Sequor eos Codd., qui vocem ἔρνεσι damnant; neque enim commode eam coniunxeris *κυπαρίττων ἐξαισίων τοῖς μεγέθεσι καὶ πλατάνων* vocabulis. Alioqui salva esse constructio poterit ex his Iosephi L. IV. B. I. 3. 10. p. 276. *πρὶν ἐπιδεῖν τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ τοσούτοις ἄγεσι καταγέμοντα*. WESS.

365. 27. *Συνάγκειαι δένδρων — συνεχεῖς*] Locum, quem insederat, tueri potuerat *δαψιλεῖς*, nisi scripti libri intercederent: eo nihil posterius esse, quod recepi, *συνεχῆ ἔθνη, συνεχὴς χώρα, συνεχεῖς πέτραι, συνεχεῖς δρυμοὶ*, passim in Diodoro obvia, ostendunt. Confer supr. III. 68. WESS.

365. 29. *Ὀρνέων τε πλῆθος παντοδ. νεοσσεύεται*] Lege pro *νεοσσεύεται, ἐννεοσσεύεται*. Et statim *διάφορα* et *παρεχόμενα* synthesis est Grammatica: nam ad intellectum refertur constructio; vel enallage casuum Diodorea, pro *διαφόρων, παρεχομένων*. RHOD.

365. 30. *Ἐννεοσσεύεται*] Vide supr. L. III. 68. WESS.

Ibid. Ταῖς χρόαις διάφορα — παρεχόμενα] Cum *ὀρνέων* cohaereret *διαφόρων* et *παρεχομένων*. Sed videtur *διάφορα* et *παρεχόμενα* dixisse, perinde ac si praecessisset, non *ὀρνέων πλῆθος*, sed *ὄρνεα πλεῖστα*, quod idem valet. Quare nihil mutandum hic censeo. STEPH.

365. 36. *Καὶ καρύαι πολλαὶ ἀκροδρύων*] Comma post *ἀκροδρύων* remitte ad *πολλαί*. RHOD. *Καὶ καρύαι πολλαὶ, ἀκροδ. δαψιλ.* etc. Distinctionem, ut vir doctissimus edixerat, mutavi. *Ἀκρόδρυα πάντες οἱ τῶν δένδρων καρποὶ*, auctore Suida, quo usu L. II. 59. III. 72. Vide D. Petav. in Synesii Encom. Calvit. p. 70. Mox post *παντοδαπαὶ* defit, ab ea voce absorptum, *αἱ*, quod H. Stephanus optime animadvertit. WESS.

365. 39. *Καὶ παντοδαπαὶ, πρὸς ὕψος* etc.] Inter *παντοδαπαὶ* et *πρὸς* insero *αἱ*. STEPH.

366. 46. *Ὑπήρειστο*] Vide L. I. 47. WESS.

366. 48. *Καὶ τοῖς βάρεσι θαυμαζόμενα*] Tales plerique erant *τῶν βαρβαρικῶν θεῶν, ὁλόχρυσοι καὶ βαρεῖς*, quos urbanissimus scurra Lucian. in Iov. Tragoed. c. 8. lepidissime perstringit. WESS.

366. 53. *Χαλκεῖα μεγάλα κεῖται*] *Statuas ex aere* interpres. Ego vasa ahenea fuisse arbitror ex usu vocis, de quo non dubitabis, modo *Δωδωναῖον χαλκεῖον* et quid Stephanus v. *Δωδώνη* de eo perscripserit, in memoriam redegeris. WESS.

366. 68. *Οὐρανοῦ δίφρος*] Habet Lactantius L. I. Div. Instit. c. 11. ex Ennii Sacra Historia *montem, qui vocatur coeli*

stela, in quo Iupiter late terras contemplatus Coelo aram crearit: qui, tametsi ex Euemero sumptus, ab hoc diversus fuisse videtur. WESS.

366. 75. *Τοὺς δὲ Δωΐους*] Elige, utrum *Δωΐους*, an *Δώους*, an *Λώους* malis? Ego horum quid praestet iuxta cum illis scio, qui ignorant. De *Doia* idem iudicium esto. *Asterusiam* Cretae montem Stephanus habet; eumque in Panchaia multa durarent *Κρητικῶς ὀνομαζόμενα*, sicuti cap. 46. traditur, fortasse inde urbi nomen fecit Euemerus. WESS.

366. 87. *Θραχίαν*] Magis placet *Ὑραχίαν*, quamvis hic nihil certi sit. RHOD. *Ὑραχίαν*] Scriptorum Codd. amplior numerus, ut hoc verius censerem, inpetravit. WESS.

367. 90. *Καὶ ἅρμασι χρῆσθαι κ. τ. μ. ἀρχαϊκῶς*] Vide adscripta L. I. 54. WESS.

367. 94. *Προστιθεμένων τῶν νομέων*] Diceres haec sedem migrasse, olim collocata post *τῶν γεωργῶν*, tum quod pastores agricolarum ordini ob vitae studium aptius coniunguntur, tum quoniam Diodorus in illis, quae statim consequuntur, rusticis pastores subnectit. Nihil tamen innovare satius est, quoniam *pastorum* nomine venatores, qui a militum vitae genere haud longe distant, conplecti Euemerus potuit, ut Aegyptii L. I. 74., et manu exarati Codd. obnituntur. WESS.

367. 3. *Καὶ οἱ νομεῖς τά τε ἱερεῖα* etc.] Haud absurda est Regii libri scriptura *τά τε ἔρια*. Abundabant in Panchaia oves mollissima vestitae lana, quae, cum civibus omnia essent conmunia, haud dubie a pastoribus in publicum fuit deposita. Nec peior tamen vulgata, praesertim quoniam *καὶ τἄλλα* lanam, quae *σταθμῷ* appendebatur, conplecti possunt. WESS.

367. 11. *Διαφέροντα τῶν ἄλλων τὴν μαλακότητα*] Solet auctor tertium casum addere, ut II. 5. 34. XI. 67. saepeque alias. Huic similis est *ἀνὴρ μεγαλόψυχος καὶ τὰ πολεμικὰ διαφέρων* in Orat. Aeschinis C. Ctesiphont. p. 84., et Telchines *τέχνας διαφέροντες* Strabon. L. XIV. p. 966. B. neque adeo necessarium prorsus *τὸ διὰ*, quod Codd. nonnulli inculcant. WESS.

367. 15. *Παραπλησίως τοῖς Πέρσαις*] Persarum inaures his nostri scriptoris illustrat Barnab. Brisson. L. II. Reg. Pers. p. 560. 199. Cetera, quae memoravit, ornamenta eorundem erant. Dio Chrysost. Orat. II. p. 29. B. *οὔκουν φαίνεται χρυσοφορίας ἐπαινῶν ὁ Ὅμηρος, καὶ ταῦτα εἰς πόλεμον, ψελλίων τε καὶ στρεπτῶν, ἔτι δὲ χρυσῶν φαλάρων καὶ χαλινῶν, ὁποῖα τοὺς Πέρσας φασὶν ἐπιτηδεύειν.* Mox *ὑποδέσεσι καιναῖς*, ut rarum atque inusitatum calceorum genus innuatur, melius videri potest. WESS. *Κοιναῖς* non probo, ut nec *καιναῖς*, quod olim in mentem venerat. Verius videtur *κοίλαις*, ad quem modum *κοῖλα ὑποδήματα* apud Hesychium, Pollucem atque alios. Vide Cl. Salmasium ad Pall. Tertulliani p. 387. IDEM in Add.

367. 21. *Ἔστι γὰρ τὸ μέρος*] Restitue *τί*. RHOD.

367. 22. *Θρασέων καὶ παρανόμων ἀνθρώπων*] Supplevi Diodori orationem, Mss. addicentibus, quos tamen an sequar post pauca *τῇ λεπτότητι — διαφόρους* praeferentes, dubito. Probabatur in lineis vestibus *τὸ λεπτὸν ὕφασμα* apud Polluc. VII. 35., nec minus *λευκότης*, sive *candor*, qui hic negligi non posse videtur, cum *τῇ μαλακότητι* satis superque indicetur, vestes illas tenui filo fuisse textas. Favent tamen scriptis Codd. *ὀθόνια τῇ τε λεπτότητι καὶ τῇ μαλακότητι διαπρεπῇ*, quae in insula Melita texebantur, cap. 12. huius libri. Wess.

367. 30. *Σανδάλια ποικίλα φιλοτ. εἰργασμένα*] Et hic una voce auctiorem orationis textum esse iussi; quod haud iniuria a me factum declarant, et quae adduntur, et *soleae rubrae* in Persii Sat. V. 169. et sandalia,

Ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ταῦτ' ἔπεστιν ἄνθεμα,

ex Cephisodori Trophonio apud Polluc. VII. 87. Wess.

368. 37. *Ὑπὸ Διὸς ἠγμένοις εἰς τὴν Παγχαίαν*] Nihil hinc demuto. Deducti eo tempore videntur, quo Historia sacra Iovem in Panchaiam *venisse cum magna Cretensium multitudine, Titanumque ac filios eius pugnando vicisse, parentes vinculis exemisse, patri regnum reddidisse, atque ita in Cretam remeasse*, tradebat in Lactantii L. I. D. Inst. c. 14. Porro *διαπορευόμενοι*, quod in superioribus legitur, parilem vim ac *διελθόντες* habet, usu sane quam raro. Wess.

368. 42. *Ἐγγόνοις*] *Ἐκγόνοις* M. R. V. Vide supr. c. 1. Wess.

368. 43. *Ὡς ἔφασαν τὸν Δία πεποιῆσθαι*] Euemerus *historiam contexuit ex titulis et inscriptionibus sacris, quae in antiquissimis templis habebantur, maximeque in fano Iovis Triphylii, ubi auream columnam positam esse ab ipso Iove, titulus indicabat, in qua columna gesta sua perscripsit, ut monimentum esset posteris rerum suarum*, sic Lactantius L. I. D. Inst. c. 11., quem nollem a Doctiss. Sevino castigatum, quasi contraria Diodoro proponentem. *Ἀναγραφαὶ* illae ipsae sunt, quas aurea columna conplectebatur: quod enim post deinde narratur de Mercurio, id res Apollinis et Dianae spectat, quas Deorum administer columnae addiderat, *προσανέγραψε*, ut auctor inquit. Wess.

368. 45. *Ἔχει — μέταλλα δαψιλῆ — καὶ χασσιτέρου*] Caussam non video, cur scriptos libros deseram. Euemerus, qui Panchaiam condidit, eadem opera ubere auri, argenti, aeris, stanni ac ferri copia ac fodinis instruxit insulam. Wess.

368. 55. *Ἔτι δὲ θύους δεδημιουργημένας*] *Corrige ἔτι δὲ θύου, ac verte*, et citro. *Doctissimus interpres ridicule reddidit*, ac thure, *quasi θύος ibi esset* thus, *aut quasi thuris ligno fores compingerentur. Inepte. Varro*, En quibus Libyssa citrus fasciis cingit fores. *Sic lege.* Haec Salmas. in Solin. p. 667. cui adstipulor. Pausanias L. VIII. 17. *θύου δὲ πεποιημένον τὸ ἄγαλμά ἐστιν. Mercurii Cyllenii ex citro dolatum signum est.* Wess.

368. 62. *Τὰ παρ' Αἰγυπτίοις ἱερὰ καλούμενα*] Apud Eusebium *τοῖς Παγχαίοις γράμμασι* L. II. Praep. Evang. p. 60. Quare Panchaeorum literae sacris Aegyptiorum, de quibus supr. L. III. 4., fuere persimiles. Wess.

368. 63. *Πράξεις — — ἀναγεγραμμέναι*] Monitore vixopus esse, sic scripsisse Diodorum, Doctiss. Iensius Epist. ad I. G. Graev. p. 417. recte profitetur. Aliud vero hic est, nobis haud sane negligendum. Eusebius ex Nostri Lib. VI. *Οὐρανοῦ καὶ Κρόνου καὶ Διὸς πράξεις* columnae inscriptas ait. Quo factum, ut Clariss. Sevinus in Comment. Acad. Inscript. T. XI. p. 171. arbitraretur, *Κρόνου* sive *Saturni* nomen hinc negligentia librariorum emigrasse: quod etsi districte negare nolim, fieri tamen potuit, ut auctor ipse praeterierit, sicuti apud Euseb. res Apollinis et Dianae dignas non censuit, quas eum in locum adderet. Wess.

368. 72. *Διὰ τὴν ὁμων. ἀπὸ τῆς παραχ. τῇ παλ. Σάμῳ Θράκης*] Diodori hanc esse manum, dubitare noli. Vulgata insulam Samum Samothraciae proxime adiungebant, quo quid absurdius? Samothraciam censebant olim id nominis inpetrasse, quod insula contra Thraciam esset posita, utque ab altera Samo, Epheso obiecta, distingueretur. Virgilius Aen. VII. 208.

Threiciamque Samum, quae nunc Samothracia fertur.

Nos meliorem cognominis eius originationem ex Scythici sermonis reliquiis dedimus L. III. 55. Wess.

369. 79. *Ἔσχήκασι δὲ παλαιὰν ἰδίαν διάλεκτον οἱ αὐτόχθονες*] Veterem hanc linguam a Phoenicum sermone nihil discrepasse, S. Bochartus L. I. Phoen. Colon. c. 12. pertendit, quem Tob. Gutberlethus sequitur de Myster. Cabir. c. 8., perperam tamen huc referens *ἱρόν τινα λόγον* ex Herodot. II. 51. ut locum inspicienti adparebit clarissime. Mihi, quod ingenue fateor, Samothracum vetustissimus sermo ita expeditus nondum videtur, ut eorum in opinione acquiescere secure possim. Wess.

369. 84. *Τοῦ περὶ τὰς Κυανέας στόματος ῥαγέντος*] Non alia fuit Stratonis sententia, arbitrati, *τὸν Εὔξεινον μὴ ἔχειν πρότερον τὸ κατὰ Βυζάντιον στόμα, τοὺς δὲ ποταμοὺς βιάσασθαι καὶ ἀνοῖξαι, τοὺς εἰς αὐτὸν ἐμβάλλοντας. εἶτ' ἐκπεσεῖν τὸ ὕδωρ εἰς τὴν Προποντίδα καὶ τὸν Ἑλλήσποντον. Pontum Euxinum caruisse olim ostio, quod ad Byzantium est: id flumina, quae in eum effunduntur, vi aperuisse; tum aquam in Propontidem et Hellespontum erupisse*, in Strabon. L. I. p. 85. B. Eam vetus Samothracum traditio haud leviter adfirmat, quaeque, locorum ingenio diligenter examinato, disputavit Clariss. Pitton Tournefort Epist. XIV. p. 64. Tom. II. Itiner. sui. Wess.

369. 89. *Καὶ πολλὴν μὲν τῆς Ἀσίας — ἐπέκλυσεν*] Quae de Rhodo et Delo insulis produntur, eo fortasse tempore contigerunt. Philonis verba huc pertinent e lib. de Mundo non Corrump. p. 959. E. *καὶ μὴν ἥ γε θάλασσα, φασὶν, ἤδη μεμείωται. μάρ-*

τυρες δὲ αἱ νήσων εὐδοκιμώταται, Ῥόδος τε καὶ Δῆλος. αὗται γὰρ τὸ μὲν παλαιὸν ἠφανισμέναι κατὰ τῆς θαλάσσης ἐδεδύκεσαν ἐπικλυζόμεναι, χρόνῳ δ' ὕστερον ἐλαττουμένης ῥέμα διεφάνησαν, ὡς αἱ περὶ αὐτῶν ἀναγραφεῖσαι μηνύουσιν ἱστορίαι. τὴν δὲ Δῆλον καὶ Ἀναφὴν ὠνόμασαν, δι' ἀμφοτέρων ὀνομάτων πιστούμενοι τὸ λεγόμενον etc. Vera enim ea si sint, uti videntur, repetita ex ultima utriusque gentis memoria; caussam inundationis conmodiorem vix reperies, quam cum, Bosporo et Hellesponto perruptis, Pontus ingentem vim aquarum in Aegaeum mare effunderet et obvia quaevis fluctibus demergeret. Wess.

369. 1. *Πρὸ τοῦ νῦν κατακλυσμοῦ*] Quid *νῦν* hic agat, non apparet. Excludendum igitur. Rhod.

369. 2. *Σάωνα*] Hoc amplector ob Pausan. L. IX. 40. p. 793. Wess.

369. 3. *Τῶν κατὰ τὴν νῆσον Σάωνα*] *Saus Σάος* est Schol. Apollonii Rhod. I. 917. ex Aristotele: *ἡ δὲ Σαμοθράκη ἐκαλεῖτο πρότερον Λευκοσία — ὕστερον δὲ ἀπὸ Σάου, τοῦ Ἑρμοῦ καὶ Ῥήνης παιδὸς, Σάμος προσωνομάσθη κατὰ παρένθεσιν τοῦ μ'.* Festo in v. Salios *Saon*, quem, alium licet atque hunc, sine caussa *Salonem* esse iubent. Dionysio L. I. R. A. p. 50. *Samon*; nam conflatum insulae vocabulum ex viri locique nomine ostensurus, addit, *τὸ μὲν γὰρ χωρίον, τῆς Θράκης· ὁ δὲ οἰκιστὴς ΣΑΜΩΝ, υἱὸς Ἑρμοῦ καὶ νύμφης Κυλληνίδος, Ῥήνης ὀνομαζομένης.* quo loco, si extrita media litera *ΣΑΩΝ* legeretur, Dionysio sola ea cum Diodoro lis intercederet, utrum insulae a Saone, an contra Saoni ex insula inditum sit nomen? Insulae quidem certe olim *Σάου* fuisse titulum, Lycophron v. 78. et veteres Critici in Nicandri Theriac. v. 472. testantur. Venit indidem *Σαωκὶς ἡ Σαμοθράκη* apud Hesychium, et insulae mons *Saoce*, de quo Plinius L. IV. H. N. c. 12. Wess.

369. 9. *Διὸς καὶ μιᾶς τῶν Ἀτλ. Ἠλέκτρας*] Sic Apollodor. III. 11. 1. Schol. Apollon. Rhod. I. 916. Euripid. Phoenis. v. 7. Solus Eustathius in Homer. p. 1528. *Διὸς καὶ Ἡμέρας*, sed hinc refingendus. Wess.

369. 11. *Δάρδανον μεγαλεπίβολον γενόμενον*] Hoc cur probaverim, ex illis cognosces, quae Lib. I. 19. et II. 7. adscripta reperies. Dardanum vero ratibus, quod navium necdum esset usus, in Asiam ex Samothracia traiecisse Conon Narrat. 21. et Tzetzes in Lycophr. v. 73. Nostro consentiunt. Wess.

369. 16. *Τοὺς ὑπὲρ Θράκης Δαρδάνους*] His de Dardanis Livius XL. 57. et Plinius IV. 10. Wess.

370. 20. *Ὧν οὐ θέμις ἀκοῦσαι πλὴν τῶν μεμυημένων*] Vide ad L. III. 62. et Tob. Gutherleth. Myst. Cabir. c. 9. Wess.

370. 25. *Ἰασίωνος*] *Ἰασίου* Vat. quomodo Dionys. I. R. A. p. 49. et alii. Wess.

370. 28. *Τὸν δὲ γάμον — δαῖσαι θεοὺς*] Manifestum huius interpretamentum est *τιμῆσαι* nonnullorum Codd.: Homerus Iliad. *T*, 299. *δαίσειν δὲ γάμον μετὰ Μυρμιδόνεσσι*. Pindarus extrema Od. I. Nemeon. *καὶ γάμον δαίσαντα παρ' Διῒ Κρονίδᾳ*. Parthen. Erot. c. 13. *πάνυ λαμπροὺς γάμους δαίσας*. Alia verbi forma Lycophron v. 145. *Νυμφεῖα πεντάγαμβρα δαίσασθαι γάμων*. Philostratus Heroic. XIX. 16. *καὶ γάμον ἐδαίσαντο σφῶν Ποσειδών τε αὐτὸς καὶ Ἀμφιτρίτη*. Quae veterum loca si ad verbi usum abunde non putaveris, adi Ios. Barnes. in Euripid. Iphig. Aulid. v. 123. et G. Arnald. Animadv. Hephaest. c. 21. Wess.

370. 30. *Ἀθηνᾶν δὲ τὸν διαβεβοημένον ὅρμον καὶ πέπλον*] De monili et peplo non convenit veteribus, neque ipsi Diodoro, a Minervane an Venere datum sit Harmoniae? Apollodorus III. 4. 2. Cadmum ait utrumque donum Harmoniae contulisse: alia ibidem Pherecydes. Tu vide, quae disputavi L. IV. 56. Wess.

370. 38. *Γεννῆσαι Κορύβαντα*] *Patet per se et propter sequentia, ubi idemtidem Κορύβας in singulari appellatur, Diodorum scripsisse Κορύβαντα. Unus tantum* Corybas *dictus ex Iasione et Cybele natus est, a quo omnes οἱ ἐπὶ τοῖς (ut auctor deinceps) Κυβέλης ἱεροῖς ἐνθουσιάσαντες*, Corybantes *sunt nominati*, bene Cl. Io. Iensius Epist. ad I. G. Graevium p. 417., cui Rhodom. sua versione praeluxerat. Scripti Codd. eam scripturam dubio eximunt. Wess.

370. 41. *Ὀλύμπῳ τὸ πρῶτον συνοικήσασαν*] Verum hoc arbitratus sum. Cybele primum Olympo enupserat, illique Alcen pepererat: postea Iasioni. Hoc ordo verborum requirit, ut agnoscas. Si tamen *Ὀλύμπῳ τῷ πρώτῳ* tueri velis, auxilio Plutarchus de Music. p. 1133. D. occurret. Wess.

370. 46. *Θήβην τὴν Κίλικος*] Haec addita auguror, ut origo urbis Thebes, de qua Poeta Il. *A*, 366., indicaretur. Eam ab hac Thebe, sicuti a lyra *Lyrnessum*, qua de Il. *B*, 690. et Strabo XIII. p. 910., cognomen inpetrasse volebant. Wess.

370. 47. *Τοὺς ἄλλους εἰς Φρυγίαν*] Quis ambigat ab auctore scriptum esse *τοὺς αὐλοὺς*? cum de instrumentis Deorum musicis hic diserte agatur. Rhod. *Τοὺς αὐλοὺς* etc.] Verus hic vates Rhodom. fuit. Sintne vero ex Thracia adiacentibusque insulis in Phrygiam, an contra, Musica haec instrumenta sacraque, in quibus horum usus frequentabatur, illata, disquirit Strabo L. X. p. 721. Wess.

370. 50. *Τὸ δ' ἀληθὲς τὸν τοῦ σίτου* etc.] Quinque hic mendae occurrunt. Nam I. post *ἀληθὲς* dstinguendum. II. participium in verbum *δωρηθῆναι* mutandum. III. post *Ἰασίωνος* interpungendum. IV. post *καὶ ἀλλά* restituendum. Denique *παραδίδοται* scribendum videtur, ut planior fiat sententia. Rhod. *Τὸ δὲ ἀληθὲς, τὸν τοῦ σίτου πλοῦτον δωρηθῆναι* etc.] Adsentior viro

doctissimo ex praecipua parte: in ceteris scriptos Codd. sequor. *Πλοῦτος* idem olim, quod frumentum et quidquid divite terra provenit. Cicero II. Nat. Deor. c. 26. *Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dedicata est: qui Dives, ut apud Graecos Πλούτων, quia et recidant omnia in terras et oriantur in terris.* Hinc Orpheus de Plutone H. XVII. 4.

Πλούτων ὃς κατέχεις γαίης κληῖδας ἁπάσης,
Πλουτοδοτῶν γενεὴν βροτέην καρποῖς ἐνιαυτῶν.

Haud absurde ergo fabulam Diodorus, et Eustath., quamquam diversam ingressus viam, in Homer. p. 1528. exponunt. Vide et huius libri c. 77. Wess.

370. 60. *Καὶ γὰρ Ἰάσονα καὶ Διοσκούρους*] Ita venisse a Diodoro non ambiges, si L. IV. 43. et 49. inspexeris. Vitium peperit aberrans librarii manus, qua *Ἰάσων* et *Ἰασίων* saepe locum commutarunt. Exempla dabunt Is. Casaubon. ad Dion. Chrysost. Orat. XXIX. p. 297. Sylburg. in Clement. Alex. Protrept. p. 28. Holsten. ad Stephan. *Ἀάρδανος* et Ios. Barnes. Odyss. *E*, 125. Homeri. Wess.

371. 66. *Προσηγορεύετο Στρογγύλη*] Id a figura accepisse nomen videtur. Parthen. Erotic. c. 19. *ὁρμήσαντες ἀπὸ νήσου, τῆς πρότερον μὲν Στρογγύλης, ὕστερον δὲ Νάξου κληθείσης.* Et Plinius L. IV. N. H. c. 12. Wess.

371. 76. *Κατασχεῖν τὴν Στρογγύλην νῆσον*] Dilutius visum est interpretis *ad Strongulen appulit:* id *προσέχειν*. Demosthen. in Dionysodor. p. 700. *ὅτι ἀναγκαῖον εἴη τῇ νηῒ προσέχειν εἰς Ῥόδον*. Herodot. Vit. Homer. c. 8. *ἐκ τῆς Λευκάδος προσέσχεν εἰς τὴν Ἰθάκην*. Polybius II. 9. *μέρος δέ τι προσέσχε τὸν τῶν Ἐπιδαμνίων λιμένα*. Quod auctor habet, occupasse eum insulam indicat, ut superius L. I. 44. *κατασχεῖν τὴν ἀρχὴν*, et *κατασχεῖν τὰς νήσους* L. IV. 86. Wess.

371. 84. *Ταῖς Διονύσου τροφοῖς*] Docuit Aeschylus fabulam *Διονύσου τροφούς*, sed eius aliud argumentum. Eas Medea pariter cum maritis coctas aetate iuvenili instruxit, auctore Schol. Euripid. in Argum. I. Medeae, et Hygino F. CLXXXII., ubi sine caussa ex *Medea* fecerunt *Tethyn*. Wess.

Ibid. Περὶ τὸ καλούμενον Δρίος] A densa arborum silva, quae *δρίος*. Homerus Odyss. *Ξ*, 353.

— *Ὅθι τε δρίος ἦν πολυανθέος ὕλης.*

Oppian. Halieut. IV. 388.

Μηρίνθῳ στέψαντες ἅπαν δρίος. —

Simili de caussa collis, *ᾧ ὄνομα Δρίον* in Daunia apud Strabon. VI. p. 435., et cap. seq. in insula Naxo mons *Drios*, uti videbimus. Wess.

371. 95. *Ἰφιμέδειαν*] Sic dicitur etiam Apollodoro I. 7. 4. et Criticis veteribus in Apollon. Rhod. I. 482. At Parthenio Erot

c. 19. *Ὑπιμέδη*, seu verius *Ἰφιμέδη*, quod idem videri, bene monuit ad Hygin. F. XXVIII. Th. Munckerus. WESS.

371. 2. *Σικελὸς καὶ Ἐχήτορος*] Aliter haec historia narratur apud Parthenium in Eroticis cap. 19. ubi virgo *Παγκράτα*, raptores vero *Σκέλλις καὶ Κασσάμενος Κήτορος* dicuntur, *filii Ceteris*. PALM. Uter veriora horum nomina servarit, Partheniusne an Diodorus, non temere dixero. *Σικελὸς* defendi potest, sicuti et *Ἀγασσαμενὸς*, quod bene Graecum quisque animadvertit. In Strabone L. X. p. 723. manu exarati libri *Ἑκάτερον* praeferunt, nomine haud longe hinc discrepantem, alium tamen. WESS.

372. 12. *Μετωνόμασαν δὲ καὶ τὴν νῆσον Ἄλαν*] Callimachus apud Etymolog. v. *Ἄλα*.

Ἐν Ἄλῃ, τὸ γὰρ ἔσκε παλαίτερον οὔνομα Νάξου.

Et Noster L. IV. 61. WESS.

372. 14. *Καὶ ἀλλήλους ἀνεῖλον*] De eorum morte multimodis apud plerosque scriptum esse, ex Schol. ad Il. *E*, 385. et Eustath. in Homer. p. 1687. constat. Diodoro consentit fere Pindarus:

— — Ἐν Νάξῳ
φαντὶ θανεῖν λιπαρᾷ Ἰφιμεδεί-
ας παῖδας, Ὦτον καὶ σὲ τολ-
μάεις Ἐπιάλτα ἄναξ.

Od. IV. Pythion. v. 176. WESS.

372. 18. *Ἐκ τῆς νήσου*] Hoc praestat, ut cap. 13. WESS.

Ibid. *Ἐκ τῆς νῦν Λαμίας*] Lege, si mihi credis, *Λατμίας* ex Strabone L. XIV. p. 943. et Plinio L. V. cap. 29. PALM. Vero adfinis est Palmerii sententia. *Lamiam*, quod quidem sciam, in Caria nusquam reperi, quae *Latmiam*, monti Latmo accubantem regionem, omnino habuit. Scripsi praeterea ex manu exaratis Codd. *ὧν βασιλεύσας Νάξος*, et ob Stephanum, cui insula *ἀπὸ Νάξου τῶν Καρῶν ἡγεμόνος* dicta perhibetur: porro *οὗ γενόμενος υἱὸς Σμέρδιος*, quod hominis cognomen ex *σμέρδειν*, unde *σμερδνὸς* et *σμερδαλέος*, originem accepisse opinor. WESS.

372. 27. *Εἰ μὴ ἀπολείψει τὴν Ἀριάδνην αὐτῷ*] Significantius id et propterea rectius est visum. De Theseo, Ariadnen in insula destituente, L. IV. 61. et Nonnus Dionys. XLVII. 270. WESS.

372. 29. *Τὸ καλούμενον Δρίος*] Et hoc vulgato antistat. Literarum non admodum dissimilis figura ex *ΔΡΙΟΣ* formavit *ΑΡΙΟΣ*. quod nomen monti ex ea caussa venit, quam praecedenti cap. exposuimus. Ariadnae autem fata Naxii longe longeque aliter, si quae fides Plutarcho in Thes. p. 9. C., memorabant. WESS.

372. 34. *Καὶ ὑπό τινων Διονυσιάδα καλεῖσθαι*] Dicere Plinium ex magna parte hinc sumpsisse, cum de Naxo L. IV. H. N. c. 12. *Naxus a Delo XVIII*, inquit, *cum oppido, quae STRONGYLEN, dein DIAN, mox DIONYSIADA a vinea-*

rum fertilitate, alii Siciliam minorem, aut Callipolin adpellarunt. Porro Naxios suae insulae Bacchi natales contribuisse, significavit et L. III. 64. Diodorus. WESS.

372. 41. *Καὶ Κλίδῃ*] Assumsi *Κλείδι* in margine adscriptum. RHOD. *Καὶ Κλείδι*] Idem et ego revocavi. *Cleis* non alia videtur ac *Cleia*, quam inter Bacchi nutrices Hesiodus recensuit eo versu, qui Theonis diligentia servatus legitur in Schol. ad Aratum Phaenom. v. 177.

— — *Νύμφαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι*
Φαισύλη, ἠδὲ ΚΟΡΩΝΙΣ, ἐϋστέφανός τε ΚΛΕΕΙΑ.

Nihil opus ergo post haec coniectura Th. Munckeri, arbitrati pro *Κλεΐς* ex Hygini F. CLXXXII. reponi posse *Cisseis*. Iam quod addit Diodorus, Semelen prius fulmine percussam esse, quam pareret, ut Bacchus e duobus inmortalibus prognatus ecuseretur, id quodam modo illustrant haec Artemidori, *οὐδεὶς γὰρ κεραυνωθεὶς ἄτιμός ἐστιν, ὅθεν γε καὶ ὡς θεὸς τιμᾶται*, de Somn. Explic. L. II. 8. WESS. Meliorum codicum *Κλείδῃ* stat caditque cum cognomine baccha apud Nonnum Dionys. XXI. 77. *Κλείδη λυσιέθειρα*. Ibi quoque facile *Κλείῃ* restituas, vel *Κλείτῃ*.

373. 44. *Ἐν τῇ τροφῇ τὰς χάριτας ἀπολαβεῖν*] Putes neglectas ab interprete voces *ἐν τῇ τροφῇ* ex scholio huc viciniae conmigrasse, Grammaticumque, ut *τὰς χάριτας* exponeret, addidisse *τροφεῖα*, quae, cum molesta hoc essent loco, deinceps abierint nimia alterius sedulitate in eum, qui nunc est, vocum ordinem. Nemo, credo, si hinc exularent, postliminio ut redirent, elaboraret. Qui tamen legitima arbitrabuntur, de victus abundantia et ficis accipient, quarum usum Naxios Bacchus edocuit, *Μειλίχιος* propterea inter eos nuncupatus. Nam in insula *Μειλίχιον καλεῖσθαι τὸν Διόνυσον, διὰ τὴν τοῦ συκίνου καρποῦ παράδοσιν*, auctores habeo Andriscum, Naxiacorum scriptorem, et Agasthenem in Athen. L. III. 5. WESS.

373. 46. *Καὶ ναυτικάς τε δυνάμεις συστήσασθαι*] Naxii olim mari plurimum valuerunt, armatisque navibus, quas *Καρθάρους* vocabant, plures ad imperata facienda conpulerunt: hinc et inter *θαλασσοκρατοῦντας* a Cratino numerantur apud Suidam v. *Ναξιουργής*, et ab Eusebio, quem pulcre explicat Is. Casaub. ad Polyb. I. 20. Quae vero his succedunt de Naxiorum rebus, Persico bello strenue administratis, vereor, ut alibi tam distincte reperias. WESS.

373. 50. *Περὶ τὴν τοῦ οἴνου ἰδιότητα* etc.] Naxii vini tanta olim gratia erat, ut Archilochus, haud insipidi palati poeta, ipsi nectari aequipararet, Athenaeo L. I. 24. indice. Haec caussa, ob quam Naxii numis suis Bacchum, cantharum dextra, thyrsum sinistra tenentem inscripserint in Thesauri Brand. T. I. p. 432., ubi Begerus. WESS.

373. 54. *Πρῶτοι κατῴκησαν οἱ μετὰ Τρίοπος ἀφικόμενοι*] Superius L. IV. 58. *τοῦ Τριόπα τοῦ Φόρβαντος*, nec aliter huius L. c. 61. Quod hic legitur, suo suffragio munit Theocritus Idyl. XVII. 68. De Symia Nnaseas Glaucum perhibet, *ἁρπάσαντα Σύμην τὴν Ἰαλύσου καὶ Δωτίδος θυγατέρα ἀποπλεῦσαι εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ τὴν ἐγγὺς τῆς Καρίας νῆσον ἔρημον κατοικίσαντα ἀπὸ τῆς γυναικὸς Σύμην αὐτὴν προσαγορεῦσαι* in Athenaei L. VII. p. 296. C., quae Diodori narrationi non usquequaque respondent. Wess.

373. 57. *Νιρεὺς ὁ Χαρόπου*] Hanc lectionem veram esse, Homeri versus Iliad. II. numero 672. confirmat. Detestanda igitur est, nescio utrum ignorantia magis an impudentia Glossatoris, qui tam certa in dubium vocet. Rhod. Non intercedo. Quamquam non erat, cur iram colligeret Rhodomannus. Librarios tuebitur Lucian. Nireum *τὸν Ἀγλαΐας καὶ Χάροπος* adpellans D. Mort. XXV. 1., et praeter ceteros Tib. Hemsterhusius. Wess.

373. 63. *Τὸ καλούμενον Οὐράνιον*] Hoc cognomine montem aut urbem in Symae vicinia legere non memini. Cypri *Uraniam* L. XX. 49. examinabimus, neque ea huc pertinet. Wess.

373. 66. *Τῶν μετὰ Ἱππότου*] Vide superius c. 9. De Nauso nihil exploratum habeo. Praestat autem mox *τὴν Σύμην κατῴκισε* ob ea, quae praecedunt. Wess.

373. 74. *Κάλυδναν καὶ Νίσυρον*] Poetam explicat Iliad. *B*, 676., de cuius versibus Strabo X. p. 749. Wess.

373. 76. *Ἄντιφός τε καὶ Φίλιππος*] Homerus in Catalogo navium Graecarum, ad Troiam expeditarum, versu 678. *Φείδιππον* nominat. Hic iterum apparet Scholiasten illum omnis eruditae lectionis expertem fuisse. Rhod. Lege *Φείδιππος* ex Homero Iliad. *B*, vers. 678.', Aristotele in Peplo, et aliis. Palm. *Φείδιππος* R. Co. optime. Simile mendum ex Strabone sustulit Iust. Lipsius ad Velleii L. I. 1. Wess.

373. 81. *Καὶ τοῖς ἐγχωρίοις καταμιγέντες*] Synthesis est, utroque in sermone frequens. Pendet participium non ex *νεῶν* vocabulo, sed *ἐπιβατῶν*, quod animo scribentis obversabatur. Arrian. Exp. Alex. I. 15. *χρόνον μὲν δὴ ἀμφότερα στρατεύματα ἐπ' ἄκρου τοῦ ποταμοῦ ἑφεστῶτες*. Curtius VIII. 9. 31. *Unum agreste et horridum genus est, quos sapientes vocant.* Vide alia in Io. Fr. Gronovii L. II. de Pec. Veter. c. 4., C. A. Duker. ad Thucydid. II. 47. et Cort. Sallust. Iugurth. c. 14. Wess.

374. 85. *Τὴν δὲ Κόρπαθον*] Insulae mentio in memoriam mihi redigit verba Aristidis T. II. p. 354. *καὶ νῦν Κάρπαθον μὲν καὶ Καύκασον, καὶ ἄλλας νήσους, οἰκουμένας ἐστιν ἰδεῖν*· quibus ex parva insula *Caso* stupenda metamorphosi mons *Caucasus* exstructus, et insularum catalogo insertus est. Tu *καὶ Κάσον* refinge. Mox Rhodomannus loclum F. *Thymoleontis* fecit, caussa non

addita. Mihi et pater et filius non satis cogniti sunt, neque consilium est, a libris scriptis dissidere. WESS.

374. 92. *Οἱ προσαγορευόμενοι Τελχῖνες*] De illis Strabo XIV. p. 966. et S. Bochartus L. I. 7. de Phoenic. Colon. WESS.

374. 96. *Καὶ ἄλλα τῶν εἰς τὸν βίον χρησ.* etc.] Doctissimus Rhodomannus hoc in Addend. ex coniectura restituerat, quo de ob Codd. et sermonis usum dubitare nefas. Inferius c. 73. *ἔτι δὲ πολλὰ τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπιστήμαις εἰσηγήσασθαι τοῖς ἀνθρώποις*· quae quidem verba a me et id inpetrarunt, ut *τοῖς ἀνθρώποις* hoc loco retinerem. Vide et L. I. 45. WESS.

374. 2. *Παρὰ δὲ Ἰαλυσίοις Ἥραν καὶ νύμφας Τελχινίας*] *Minervam Telchiniam* ab iisdem fabrefactam Nicolaus Damasc. in Florileg. Stobaei Tit. XXXVIII. p. 225. auctor est: *Ἀθηνᾶς Τελχινίας ἄγαλμα*, inquit, *πρῶτοι ἱδρύσαντο, ὥσπερ εἴ τις λέγοι Ἀθηνᾶς βασκάνου*. fortasse tamen in tituli explicatione deceptus. Telchines, uti dicetur, habiti fuerunt *βάσκανοι καὶ φθονεροί*. Pallas *Telchiniae* cognomen nacta est ab auctoribus, qui simulacrum dedicarant, uti Apollo, Iuno, Nymphaeque. WESS.

374. 4. *Καὶ παράγειν — νέφη τε καὶ ὄμβρους*] Haud scio an velit, Telchines carminibus et arte magica nubes, pluvias, grandinemque avertisse; quam artem venditabant Corinthi *ἀνεμοκοῖται*, Cleonis *γαλαζοφύλακες*, in Gallia seriore aevo *tempestarii* apud Agobardum Lib. Contra Vulgi Opin. de grandine p. 145., illi etiam, qui L. 4. c. de Malefic. *in agrestibus locis innocenter adhibebant suffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut venti grandinisque lapidatione quaterentur*. Opportune Clemens Alexandrin. Stromat. L. VI. p. 754. *αὐτίκα φασὶ τοὺς ἐν Κλεωναῖς μάγους φυλάττοντας τὰ μετέωρα, χαλαζοβολήσειν μελλόντων νεφῶν, ΠΑΡΑΓΕΙΝ τε ᾠδαῖς καὶ θύμασι τῆς ὀργῆς τὴν ἀπειλήν*. Quae optimi viri Seneca L. IV. Q. N. c. 6. explicabit: *Illud incredibile, Cleonis fuisse publice praepositos χαλαζοφύλακας, speculatores futurae grandinis. Hi cum signum dedissent, adesse iam grandinem, quid exspectas? — — Imo pro se quisque alius agnum inmolabat, alius pullum. Protinus illae nubes alio declinabant, cum aliquid gustassent sanguinis*. Pro interprete stat rudis adhuc antiquitas, arbitrata et attrahi imbres cantibus et repelli. WESS.

374. 6. *Ἀλλάττειν*] *Ἀλλάττεσθαι* R. M. Co. haud male. Vid. supr. c. 35. WESS.

374. 7. *Καὶ εἶναι φθονεροὺς ἐν τῇ διδασκαλίᾳ*] Vide Steph. Bergler. in Alciphron. L. I. Epist. 12. Hesychius, *Τελχῖνες, βάσκανοι, γόητες, φθονεροί*. Hinc Synes. Dion. p. 57. C. *Τελχὶν καὶ βάσκανος ὤν*, et *οἱ πάλαι Τελχῖνες*, qui Socrati, Platoni atque Aristoteli olim obtrectaverant, Themistio Orat. XXIII. p. 286. B. et *τίνες Τελχῖνες πονηροὶ καὶ βάσκανοι δαίμονες* in Gregorii Nazianz. Orat. III. p. 96. D. WESS.

374. 11. *Ἀφ' ἧς τὴν νῆσον ὀνομασθῆναι*] Sic praestat. Non enim Neptunus ex filia insulam cognomine insignem esse iussit, sed ex uxoris nomine Sol, ut cap. proximo docetur, unde ipsa *τῆς νύμφης ἐπώνυμος* Aristidi T. II. p. 355. De materno vero *Rhodi* genere veteribus non satis convenit. Pindarus, uti nunc editur, Od. Olymp. VII. 25. *παῖδ' Ἀφροδίτης* perhibebat: at olim *παῖδ' Ἀμφιτρίτας* legebatur, Epimenide consentiente, quod utrumque Criticis Graecis credimus; neque absurde admodum, *ἔβλαστε μὲν ἐξ ἁλὸς ὑγρᾶς νᾶσος*, Poëta eadem Ode canit. Scripsi praeterea ex Reg. *καὶ Ζεὺς λέγεται καταπεπολεμηκὼς*, ut tractus orationis esset lenior. WESS.

375. 26. *Καὶ τιμῆς ἀθανάτου τυχεῖν*] Rhodi quotannis agebatur *Ἁλίων ἀγών*, in cuius celebritate an et *Haliae* huius, eiusdem quidem cum *Ἁλίῳ*, qui Rhodiis sol, originis, quaedam ratio sit habita, non temere finivero: Soli sacer erat, instituebaturque mensis Gorpiaei die XXIV., ut docent Critici veteres ad Pindari Olympion. Od. VII. extremam, atque ex illis Io. Meursius in Feriat. Graec. WESS.

375. 31. *Ἀπόλλωνος Λυκίου*] Confer inferius c. 78. et Schol. in Aeschyli VII. Adv. Theb. v. 147. WESS.

375. 34. *Ἐπιπολασάντων τῶν ὑγρῶν λιμνάσαι* etc.] Claudicantem orationem instauravi: *τὸ ἐπιπολάζον ὕδωρ*, quod brevi succedet, et quae de verbo antea c. 36. observavimus, dubium, si quod oriatur, eximere apta sunt. Rhodum autem aquarum inundatione olim fuisse demersam, sive *ἁλμυροῖς ἐν βένθεσι νᾶσον κεκρύφθαι*, ut Pindarus ait, praeter alios testantur Philo Iud. de Mund. non Corrump. p. 959. E. et Aristides Tom. II. p. 353. WESS.

375. 40. *Τῆς νήσου πηλώδους οὔσης ἔτι*] Si quid veri fabulae involucro tectum latet, ut sane videtur, commodius explicaretur ex ea inundatione, qua de cap. 47. dictum fuit. WESS.

375. 48. *Εἶναι δὲ τοὺς ἑπτὰ υἱοὺς* etc.] Eosdem, nec tamen in omnibus consentanei, recensent Graeci Critici ad Pindari Olymp. Od. VII. extremam, filiam tamen v. 26. prave vocitantes. *Ἥλιον καὶ Ῥόδον ἐγένοντο*, inquiunt, *παῖδες ἑπτὰ, καὶ θυγάτηρ Ἠλεκτρυών*· cuius nomen quomodo refingi oporteat, non est, ut operose dicatur. WESS.

375. 59. *Ἐπὶ τοῦ πυρὸς θύσαι*] Cecrops primus si designetur, uti probabile est, cave victimas animatas intelligas: is enim *ὁπόσα ἔχει ψυχὴν, τούτων μὲν ἠξίωσεν οὐδὲν θύσαι, πέμματα δὲ ἐπιχώρια ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καθήγισεν*, Pausan. L. VIII. 2. WESS.

375. 62. *Ἐν οἷς ἐστι καὶ Ζήνων*] Io. Meursius Rhodi suae L. I. 1. Zenonem incertae patriae scriptorem adfirmat. Imo vero domo Rhodius fuit. Diogen. Laert. VII. 35. *Τρίτος (Ζήνων) Ῥόδιος, τὴν ἐντόπιον γεγραφὼς ἱστορίαν ἐνιαύσιον.* ubi Aegid. Menag. pulcre observat, Polybii fuisse aequalem et ab eo meritis laudibus efferri Excerpt. Legat. p. 1407. WESS.

375. 66. *Ἐν παιδείᾳ διήνεγκαν*] Idem Pindarus voluit fine Od. VII. Olymp.

Ἔνθα Ῥόδῳ ποτε μιχθεὶς
τέκεν ἑπτὰ, σοφώ-
τατα νοήμασ' ἐπὶ προτέρων
ἀνδρῶν παραδεξαμένους
παῖδας. — —

Potuisset autem praepositio negligi, ni secus auctori visum fuisset. Apollodor. de Oedipo, *καὶ διαφέρων τῶν ἡλίκων ἐν ῥώμῃ*, L. III. 5. 7. Plato I. LL. p. 629. *ὅτι τοὺς μὲν ἐν πολέμῳ διαφέροντας διαφερόντως ἐγκεκωμίακας*· quod tamen et diversiore modo sumi quitum est. Wess.

376. 71. *Τούτων δὲ Μάκαρ μὲν εἰς Λέσβον ἀφίκετο*] Vide inferius c. 83., ubi alia omnia de eius genere. Wess.

376. 74. *Οἱ δ' Αἰγύπτιοι ἔμαθον παῤ αὐτοῦ τὰ περὶ* etc.] Horum neutrum Aegyptii concedent, Heliopolis auctorem et Astrologiae scientiam suae genti adserentes L. I. 50. Res ipsa a vero abludit, a Graecis in medium coniecta, ne Aegyptiis hac parte inferiores viderentur. Wess.

376. 78. *Τὰ διὰ τῶν γραμ. ὑπομνήματα συνέβη φθαρῆναι*] Fieri id potuit. Literas tamen Pelasgi servarunt, sicuti ad L. III. 66. ostendimus. Wess.

376. 83. *Ἐνίσχυσαν ὡς αὐτοὶ* etc.] Puto legendum *ἐνίσχυσεν*, ut sit perinde ac si dixisset, *ἐνίσχυσε τὸ πρώτους αὐτοὺς τὴν τῶν ἄστρων εὕρεσιν ποιήσασθαι*. Est autem *ἐνίσχυσε* ad verbum, *invaluit*. Sic enim nonnunquam apud Latinos usurpatur hoc verbum, cum nomine *rumor* et cum nomine *consuetudo*. Sed hic *ἐνίσχυσεν* erit *invaluit rumor*. Steph. Persona numeri singularis tertia est. Consule eruditam H. Stephani hac de re annotationem. Rhod. Placet virorum doctissimorum arbitrium. Sic L. XX. 59. *διὸ δὴ καὶ παρά τισιν ἐνίσχυσεν ἐν παροιμίας μέρει λεγόμενον*. Simile peccatum in Pausania L. VII. 26. p. 592. *οὐ μὴν καὶ αὐτίκα ἐξενίκησαν Αἰγειραν ἀντὶ Ὑπερησίας καλεῖσθαι*. Scripserat *ἐξενίκησεν*, ut optime Sylburgius. Ita adsolet, veluti cum L. I. 3. *ὄψὲ δέ ποτε αὐτοὺς καλεῖσθαι Γαλάτας ἐξενίκησε*. et L. VIII. 22. p. 641. *ἐξενίκησεν ὡς καὶ τὰς ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ Ἀράβων Σνμφαλίδας ἐπὶ ἡμῶν ὀνομάζεσθαι*. Wess.

376. 84. *Κτίσαντες ἐν Αἰγύπτῳ πόλιν τὴν ὀνομ. Σάϊν*] Callisthenis et Phanodemi, paria apud Proclum in Platon. Tim. p. 31. proponentium, opinionem perstrinximus ad L. I. 28. Wess.

376. 92. *Τὸ ἀπ' ἐκείνου Τριόπιον κληθέν*] Confer c. 61. inferius. Wess.

376. 95. *Κτίσαντες πόλιν Ἀχαΐαν*] Meminit urbis Ergias Rhodius Athen. VIII. p. 360. cum de Phoenicibus et Phalantho *ἐν τῇ Ἰαλύσῳ*, inquit, *πόλιν ἔχοντες ἰσχυροτάτην τὴν Ἀχαΐαν καλουμένην*. i. e. in regione Ialysia, *ἐν τῇ Ἰαλυσίᾳ*, ut Noster

Scio Io. Meursium L. I. Rhodi suae c. 8. Achaiam hanc in ipsam Ialysum urbem intulisse, eiusque arcem fecisse: sed id commentum Ergiae verba abunde refellunt, quaeque hic Diodorus. Adpellata deinceps *Κύρβη* fuit, ut optime animadvertisse mihi Palmerius videtur: quod nomen abstulisse eam suspicor a Cretensium *Cyrbe*, quae deinde *Ἱεραπύτνα*, Stephano teste, cum ea ex insula coloni simul cum Althaemene Rhodum conmigrarent: nam Pamphyliae apud eumdem Ethnicographum *Κύρβη*, quam ab hac Rhodiorum nihil admodum discrepare arbitrabatur Cl. Iac. Gronovius, vereor, ut hic referri possit. Wess.

376. 98. *Τὴν μετὰ ταῦτα Κυρβίαν μετονομασθεῖσαν*] Haec verba sunt loco mota: nam ex inferioribus patet *Κύρβην* (sic legendum) fuisse urbis nomen, et debere referri ad *Ἀχαΐαν*, de qua supra. Ergo totum hunc locum puto sic legi debere: *κτίσαντες πόλιν Ἀχαΐαν τὴν μετὰ ταῦτα Κύρβην μετονομασθεῖσαν, ὧν ὁ πρεσβύτερος Ὄχιμος βασιλεύων ἔγημε μίαν τῶν ἐγχωρίων νυμφῶν Ἡγητορίαν, ἐξ ἧς ἐγέννησε θυγατέρα Κυδίππην, ἣν γήμας Κέρκαφος* etc. *Cum condidissent Achaiam urbem, postea dictam Cyrben, quorum maior natu Ochimus regnum adeptus, duxit Hegetoriam eius loci nympham, ex qua genuit Cydippen, quam duxit Cercaphus.* Palm.

376. 2. *Οἱ υἱοὶ τρεῖς, Λίνδος, Ἰάλυσος, Κάμειρος*] Critici veteres eosdem Cercaphi et Cydippes filios memorant in Pindari Olymp. Od. VII. 32., quibus Plutarch. Q. Graec. p. 297. iunge. Urbes autem ab his conditas et adpellatas superius auctor L. IV. 58. *Ἰήλυσον καὶ Κάμιρον* vocitabat. Vide et L. XIII. 75. Wess.

377. 8. *Ἱδρύσατο τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν*] Celebre admodum id templum est ex Diogene Laert. I. 89. et Aeliano de Animal. IX. 17., nec minus Minervae signum, rudi materia a Danao fabrefactum et consecratum, de quo ad Callimachi apud Euseb. L. III. Praep. Evang. c. 8. epigramma viri longe doctissimi R. Bentleius Fragm. Callim. p. 358. et Ioach. Kuhnius in Pausaniae L. VII. 3. p. 531. Wess.

377. 10. *Τῶν δὲ τοῦ Δαναοῦ θυγατέρων τρεῖς*] Id vero negant fabulae, quae Danai filias quinquaginta salvas Argos pervenisse adfirmant in Apollodori L. II. 1. 4. Wess.

377. 25. *Φοινικοῖς γράμμασιν*] Ill. Scaliger adscripserat *Φοινικικοῖς*, quod et in opinionem venit S. Bocharto de Phoenic. Colon. L. I. 7. Atque ita profecto oportuerat: confunduntur enim *Φοινικὰ* et *Φοινικικὰ*, sicuti inferius L. XIV. 65. docebitur: aut certe *Φοινικίοις*, ut *χαρακτῆρες Φοινίκιοι* in Maximi Tyrii Dissert. XXXVIII. p. 222., et *Φοινίκια γράμματα* apud Hesych. et Nostrum L. III. 66. Porro quae post *χομισθῆναι* sequebantur, *τὰ καλούμενα Φοινικικὰ*, ea auctoribus libris scriptis delevi; nam manifestum Grammatici interpretamentum sapiunt, docere nos in-

gressi, a Phoenicibus nomen priscis Graecorum literis venisse: quod verum quidem, sicuti alias dictum, sed alienum ab hoc loco est. WESS.

377. 37. Ὁ μὲν Φόρβας ἀνεῖλε τοὺς ὄφεις] Polyzelus Rhodius apud Hygin. Poet. Astron. II. 14. *hunc Rhorbanta nomine demonstrat, qui Rhodiis auxilio maximo fuisse demonstratur. Nam cum eorum insulam, serpentium multitudine occupatam, cives Ophiusam adpellassent, et in ea multitudine ferarum draco fuisset ingenti magnitudine, qui plurimos eorum interfecisset, et patria denique deserta carere coegisset, dicitur Phorbas Triopae filius ex Hiscilla Myrmidonis filia natus, eo tempestate delatus, omnes feras et draconem interfecisse.* Quem si audias, Phorbas hic alius atque hic est, et eius quidem ex filio Triopa nepos, quod et Ioseph. Scaligero verius visum est ad Eusebii Ann. CCCCXL., neque inprobat Dieuchidas, Megaricorum scriptor, in Athen. L. VI. p. 262.; facit enim Phorbantem Triopae, quicum Rhodum invaserat, superstitem. Diodorus L. IV. 58. Triopae Phorbantis F. coloniam, in Rhodum deductam, tribuit. Adeo inter Graecos de antiquissimis suis rebus convenit. WESS.

377. 41. Ἀλθαιμένης ὁ Κατρέως υἱὸς] At Conon apud Photium Biblioth. p. 454. Althaemenem hunc facit Heraclidem ex Peloponneso: eum vide cap. 47. Apollodorus vero L. III. 2. cum Diodoro consentit, et eum Catrei filium, Minois nepotem facit. PALM. De *Catreo* dictum satis est L. IV. 60. Diversus autem Althaemenes hic est ab Heraclida Althaemene, qui μετὰ τὰ Τρωϊκά, ut apud Strabonem scriptum reperio L. X. p. 735., sive Nelei Codridae aetate, uti Conon, colonos Argis profectus in Rhodum deduxit. Nostrum Apollodorus Ἀλθημένην perpetuo vocat, in patris nomine mire depravatus. WESS.

378. 47. Ἐπὶ δ' ὄρους Ἀταμύρου] Omnes alii auctores uno consensu hunc montem Ἀτάβυρον vocant, quorum antiquissimus Pindarus sic ait Olymp. VII. ἀλλ' ὦ πάτερ Ζεῦ νώτοισιν Ἀταβυρίου μεδέων, *Iupiter pater, qui in dorso Atabyrii dominaris.* Ad quae Schol. ἐστὶ δὲ καὶ ἐν Σικελίᾳ ὄρος Ἀταβύριον, ὡς φησὶ Τίμαιος. Ex quibus verbis patet apud Pindarum legi Ἀταβύριον. Sic etiam Apollodorus, sic Strabo, sic Stephanus, qui Rhianum citat, et ait a quodam Telchine Ataburio sic montem fuisse appellatum. Ideo censeo hoc loco legendum Ἀταβύρου et Ἀταβυρίου. Haec scripseram, cum prodiit doctissimi Bocharti liber de Phoenicum Coloniis, et gavisus sum maxime, cum vidi eum esse in eadem sententia. Eum vide cap. 7. PALM. Ἐπὶ δ' ὄρους Ἀταβύρου] Ill. Scaliger et Is. Vossius ita margini librorum suorum adscripserant et mox Ἀταβυρίου. Io. Meursio L. I. Rhodi c. 8. idem in mentem venerat. Res est expedita et certa. Ταβυρίου Vat. quo peccato et in Appiani Mithrid. p. 321. Ταβυρίου Διὸς ἱερόν. WESS.

378. 57. *Ἐνισχυούσης*] Tam hoc retineri, quam *ἐπισχυούσης* admitti potest. Rhod.

378. 64. *Διδοὺς δὲ αὐτὸν εἰς τὰς ἐρημίας*] Iosephus XV. A. I. 7. 7. *καὶ τέλος εἰς τὰς ἐρημίας αὐτὸν διδούς.* Polybius V. 14. *ἐδόκει γὰρ εἰς τόπους αὐτὸν δεδωκέναι παραβόλους.* quae penetrasse in loca deserta et periculosa eos indicant, de quibus sermo est. S. Lucas A. A. XIX. 31. *μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον.* ubi Raphel. non oblitus est Polybii. De exitu vero Althaemenis paullo diversiore modo Apollodor. III. 2. 2. Wess.

378. 67. *Διὰ τὸν Αἰκυμνίου θάνατον*] Vide L. IV. 58. Ob hanc vero et Althaemenis Argivi coloniam, Aristides T. II. p. 388. Rhodiorum *προγόνους*, sive *maiores*, Argivos celebrat. Iunge Strabon. L. XIV. p. 966. Wess.

378. 75. *Τὴν ἡγεμονίαν παρέδωκε Βούτᾳ*] Pausanias verum si tradidit L. III. 19. p. 259. Tlepolemus Rhodi imperium reliquit uxori Polyxo. Ipse ad Troiam occubuit, sociis dein reliquias defuncti in insulam deportantibus, et *ἐπιτάφιον ἀγῶνα* in viri perpetuam memoriam decernentibus, de quo Critici ad Pindari Olymp. Od. VII. 36. Wess.

378. 79. *Κατὰ τὴν ἀντιπέραν Χερρόνησον*] Quod in Mutin. est *ἀντιπέρα* haud raro apud Polybium, qui et L. IV. 58. *τὰ μέρη τῆς ἀντιπέρα γῆς.* et L. V. 48. *πρὸς τὴν ἀντιπέρα κειμένην στρατοπεδείαν.* Scriptis tamen libris non adsentientibus, ut Roecler. in Lect. Polyb. p. 80. docuit. Wess.

378. 88. *Τούτους ἀπογόνους γεγονέναι τῶν* etc.] Vide max c. 65. Wess.

378. 96. *Ἐξαποστεῖλαι Κίρνον*] De Lyreo non dissimilia narrat Parthen. Erot. c. 1. Ego vero *Cyrnum* hunc, a quo Cariae urbs *Cyrnus* cognomen acceperit, alias reperire haud memini. *Πίρνος* Cariae nota est Stephani testimonio, quae quum aut proxima Chersoneso, aut in ea sedem habuisse videatur ob Plinium L. V. 28., de mendo nasci fortasse suspicio posset, cui me tamen haud temere permisero. Wess. *Syrnum* reponit R. Rochettus *histoire de l'établiss. des colon. grecq.* vol. I. p. 155. Eaedem enim illi *Πίρνος* et *Σίρνος* ibid. vol. II. p. 402.

379. 8. *Τριόπαν, ἕνα τῶν Ἡλίου καὶ Ῥόδου παίδων*] Aliter Callimachus in suo in Cererem Hymno v. 100.; eum enim Neptuno genitum et Canace Aeoli filia asserit. Sed quis in fabulis requirat verum? Palm.

379. 11. *Ὑπὸ Μελισσέως τοῦ βασιλέως*] Regem Melissea, a cuius filiabus Adrastea et Ide altus sit Iupiter, habet Apollodorus L. I. c. 1. 3., sed is aut in Creta regnum obtinuit, aut ad Idam Troiae, ut Noster videtur velle L. XVII. 7. Wess.

379. 14. *Καὶ περίσασθαι τὸ καλούμενον Δώτιον πεδίον*] Callimachus H. Cerer. v. 25. de Triopa:

Οὔπω τὰν Κνιδίαν, ἔτι Δώτιον ἱρὸν ἔναιον.

Quo loco Scholiastes, *Κνιδίαν* Thessaliae regionem perhibens, turpiter se dedit, nec vacat Stephanus culpa v. *Δώτιον*. Utriusque errorem praeter Cl. Salmas. ad Inscript. Herod. Attic. p. 28. refellit Ezech. Spanhem. Poeta *τὰν Κνιδίαν* aut ipsam Cnidum vocat, cuius conditor Triopas fuisse fertur a Pausan. L. X. 11., aut regionem urbi vicinam, uti mox Diodorus; qui quod de luco subnectit, Callimacho non probabit, Triopae filio Erysichtoni id contribuenti, sicuti et fecit Tzetzes in Lycophron. v. 1393., ubi pater perperam et contra scriptos Codd. *Πριόπα*. Wess.

379. 19. *Τὸ καλούμενον ἀπ' αὐτοῦ Τριόπιον*] Celebrem illic Apollinis *Τριοπίου* templum et certamen, ad quod convenire Dorienses sacrorum et concordiae caussa cum uxoribus et liberis statis solebant temporibus, teste Dionysio L. IV. A. Rom. p. 229. et, quem auctorem habuit, Herodoto I. 144. Plura Ez. Spanhem. ad Callim. p. 686. Wess.

379. 24. *Κανάκης τῆς Αἰόλου καὶ Ποσειδῶνος*] Sic Callimachus H. Cerer. v. 100., ut supra monuit Palmer., et Apollodorus I. 7. 4. Aliorum de Triopa opiniones exposuit auctor c. 56. et L. IV. 58. Scripsit autem *Ἀπόλλωνός καὶ Σιβύης τῆς Πηνειοῦ*, ut ex L. IV. 69. videbis. Itaque id revocare non sum veritus. Wess.

379. 26. *Ἔστι δ' ἐν Καστάβῳ τῆς Χερρονήσου*] De Castabo dicent alii. Hemitheam Staphyli filiam Parthenius memorat Erotic. c. 1. Wess.

379. 32. *Καὶ τῇ μὲν Ῥοιοῖ τὸν Ἀπόλλωνα μιγέντα*] Quae Apollinem et hanc eius amicam illustrabant, copiosius exposita fuisse suspicor in Deliaca oratione, quam Dinarcho quidam tribuebant, intercedente Dionysio T. II. p. 118., ubi prave nunc *Δηλιακὸς, Ἀπόλλωνος καὶ Ῥοιοῦς τῆς Ταφύλου*. Wess.

379. 35. *Εἰς λάρνακα συγκλείσαντα, βαλεῖν εἰς τὴν θάλ.*] Similem fabulam de Semele Cadmi filia Brasiatae narrabant apud Pausan. III. 24. p. 272., nec multum diversam de Danae, cui in aurum versus Iupiter vitium obtulerat, Acrisii F., Lucian. D. Marin. XII. 1. Hanc de Rhoeo, arcae inclusa et in mare proiecta, tangit Tzetzes in Lycophr. v. 570., insuper addens, servatum ex undis nupsisse Zareci, Carysti filio, proptereaque Anium Zarecis filium perhiberi, *οὐ φύσει, ἀλλὰ θέσει*. Hinc lux adfulget Stephano, *Μύκονος*, scribenti, *μία τῶν Κυκλάδων, ἀπὸ Μυκόνου, τοῦ Ἀνείου, τοῦ Καριστοῦ καὶ Ῥοιοῦς τῆς Ζάρηκος*. Prava enim sunt et perturbata. Dederat ipse *ἀπὸ Μυκόνου, τοῦ Ἀνίου, τοῦ τῆς Ῥοιοῦς καὶ Ζάρηκος, τοῦ Καρύστου*. Quod praestantissimo Th. Galaeo in mentem venisse quum nunc animadvertam, illi in solidum transcribo. Eum ergo vide ad Parthen. c. 1. Wess.

380. 50. *Τὸ ἀπότομον τοῦ πατρὸς*] Conf. L. II. 57. *Ἀποτομία* indicatur. Noster Excerp. Vales. p. 345. de Caesaris in Corinthios benivolentia, *οὗτος διὰ τῆς ἰδίας ἡμερότητος διωρ-*

θώσατο τὰς ἐκείνων ἀποτομίας. Philo Iud. Adv. Flacc. p. 978. E. *ὅλον τὸ πρᾶγμα ἐπιβουλὴ τῆς ἀποτομίας Φλάκκου καὶ ὄχλων.* S. Paullus Roman. XI. 22. *Ἴδε οὖν χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν θεοῦ.* Wess.

380. 55. *Ἐν Βουβαστιῷ τῆς Χερρονήσου*] Legendum *ἐν Βυβαστῷ.* Nam et Parthen. Erot. c. 1. et Ephorus in Stephani *Βύβασσος*, quae urbs eadem est, ita scribunt. Herodoto I. 174. *ἐκ τῆς Χερσονήσου τῆς Βυβασσίης* egregia coniectura restituit Is. Vossius ad Melae L. I. 16. 10. Wess.

380. 57. *Διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ θεοῦ γενομένην ἐπιφάνειαν*] Mallem *ἀπὸ τῆς θεοῦ.* Ipsa Molpadia videtur indicari, quae praesentem opem aegris ferebat, *τοῖς κάμνουσι κατὰ τοὺς ὕπνους ἐφισταμένη φανερῶς*, ut post pauca scribitur. Posses etiam *ὑπὸ* refingere, quod tamen districte necessarium non est. Vide Miscellan. Observ. Vol. III. p. 427. Wess.

380. 61. *Τὸν δ' ἁψάμενον ἢ φαγόντα ὗς οὐ νόμιμον* etc.] Non adeo ob porcos, credo, qui vini vasa everterant et confregerant, quam quod plerisque in sacris id animalis genus impurum censeretur. Exemplis a S. Bocharto congestis Hieroz. Part. I. L. II. 57. adde ex Strabone Comanenses in Ponto L. XII. p. 861. Mulsi libatio videtur perennasse ex veterum superstitione, qua *θεοφιλῆ θυσίαν*, diisque acceptissimam arbitrabantur, in quam addebatur *Ξουθῆς μελίσσης κηρύπλαστον ὄργανον*, uti Sophocles adfirmat in Porphyrio A. Anim. II. 19. Wess.

380. 70. *Καὶ πάντα τὰ τῶν Ἑλλήνων ἱερὰ συλῶντας*] Magis *auctoribus Xerxes inflammasse templa Graeciae dicitur, quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent esse patentia, quorumque hic mundus omnis templum esset et domus:* quae Ciceronis verba L. II. 10. de Leg. non praeteriit Barn. Brissonius Regn. Pers. L. II. 31., nec Stanleius in Aeschyl. Pers. v. 812., Brissonium in plerisque secutus, Persarum hanc in Graecorum Deos et sacra impietatem proponentes. Alexander comissantesque amici, ulturi eam Persarum atrocitatem, *τὴν εἰς τὰ τῶν Ἑλλήνων ἱερὰ παρανομίαν*, post dein ignem arci Persepolitanae subdiderunt L. XVII. 72. Adde L. XI. 29. Wess.

381. 78. *Τοῖς ἀπεγνωσμένοις πάθεσι συνεχομένους*] Participium, quod a Codd. nonnullis negligitur, Diodoro mire placuisse, *ὁ συνεχόμενος τῷ πάθει* L. III. 29. et c. 33. *νόσοις δυσιάτοις συνεχόμενοι*, ostendunt. Placuit et S. Lucae Evang. IV. 38. *ἦν συνεχομένη πυρετῷ μεγάλῳ.* et S. Matth. IV. 24. *καὶ προσήνεγκαν — ποικίλαις νόσοις καὶ βασάνοις συνεχομένους.* Tamen Rhodom. delendum censuisse videtur, quippe in Indice connectens *περιτυχόντας ἀπεγνωσμένοις πάθεσι*, *qui inciderunt, qui affecti sunt morbis.* Neque ab eo multum dissentio, non eliminans tamen, quod *περιτυχόντας* referri ad aegros possit, qui ad Hemitheae templum forte devenerant. Wess.

381. 89. *Τοὺς ὀνομαζομένους Ἐτεοκρῆτας αὐτόχθονας*] *Genuinos Cretenses*, ut *Ἐτεοβουτάδας* Athenienses. Eustath. in Homer. p. 1861. *Ἐτεοκρῆτες δὲ, οἱ ἀληθῶς ἢ ἀληθεῖς Κρῆτες. Αὐτόχθονες οὖν οἱ Ἐτεοκρῆτες, ἰθαγενεῖς, γνήσιοι τῆς χώρας, λεχθέντες Ἐτεοκρῆτες ὡς πρὸς τοὺς ἐπήλυδας, καθὰ καὶ τῷ Γεωγράφῳ δοκεῖ.* Strabonis locus, quem designat, L. X. p. 729. A. legitur. Porro Eteocretensium regem fuisse Cretam, eumque indigenam, testis Eusebius Chron. An. LVI. est, ubi Scaliger. Wess.

381. 1. *Οἱ δὲ δέκα φασὶν ὑπάρχοντας*] Quinque mares, totidemque feminas, quae Sophoclis sententia, opinati *πέντε τοὺς πρώτους ἄρσενας γενέσθαι — πέντε δὲ καὶ ἀδελφὰς τούτων. ἀπὸ δὲ τοῦ ἀριθμοῦ Δακτύλους κληθῆναι*, apud Strabon. X. p. 725., qui mox verissime, *ἄλλοι δ' ἄλλως μυθεύουσι, ἀπόροις ἄπορα συνάπτοντες. διαφόροις δὲ καὶ τοῖς ὀνόμασι καὶ τοῖς ἀριθμοῖς χρῶνται.* quos enim ipse ex certissima Casaub. emendatione *Celmin*, *Damnamenea*, *Herculem* et *Acmonem* adpellat, hi Pausaniae L. V. 7. p. 392. *Hercules*, *Paeonaeus*, *Epimedes*, *Iasius* et *Ida*. Iunge Schol. Apollonii Rh. I. 1129., et magis percipies, veritatem a Strabonis partibus stare. Wess.

381. 4. *Κατὰ τὴν Ἴδην τὴν ἐν Φρυγίᾳ*] Hanc sententiam amplectitur auctor ipse L. XVII. 7., et Sophocles, qui propterea *Φρύγας Phryges* eos adpellavit in Fabula *Κωφοῖς Σατύροις*, et scriptor Phoronidis, cui *γόητες Ἰδαῖοι Φρύγες ἄνδρες ὀρέστεροι* in Schol. Apoll. Rh. I. 1126. Peperit confusionem, quod Strabo vere observavit, mons Ida prope Ilium et eiusdem nominis alius insulae Cretae. Id vero vehementer dubites, rectene se habeant, quae succedunt, *διαβῆναι δὲ μετὰ Μίνωος εἰς τὴν Εὐρώπην*. Primo enim Minos Europaeus ipse fuit, nec ex Asia, si quid veri in fabulis inest, in Cretam venit: quod, cum Minos mari olim fuerit potentissimus, fortasse debile videbitur, nec est tamen. Deinde Minois aetas Idaeis Dactylis recentior est, ipso Iove prioribus. Praeterea scripti libri dissentiunt, *Μύγδονος* praeferentes. Quibus equidem ego paene inducor, ut *Minois* parum tempestivum, rectius autem *Mygdonis* nomen opiner. Hoc amplius, Idaei Dactyli ex Phrygia, quod ex Ephoro atque aliis pro certo ponitur, in Europam transierunt: Phrygiae vero pars *Mygdonia* est, *ἀπὸ Μύγδονος*, a *Mygdone* nomen sortita, sicuti perhibet Stephanus. Tu si *Minoem* praeferendum censueris, utere marmore Arundeliano Epoch. XI., quod corrigendi impetum sufflaminat, Idaeos Dactylos, ferri repertores, in eandem Minois aetatem coniiciens. Wess.

381. 13. *Καὶ τὴν τοῦ χαλκοῦ καὶ σιδήρου φύσιν ἐξευρεῖν*] De ferro adsentiuntur plerique omnes. Aeris usus censetur antiquior: necdum enim reperto ferro, hoc arabant, ceteraque administrabant, in quibus ferri usus negligi vix potest. *Μηδέπω εὑρεθέντος σιδήρου, χαλκῷ ἐχρῶντο, ὡς καὶ Ἡσίοδός φησι,*

Χαλκῷ δ' εἰργάζοντο, μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.

Schol. Apollon. Rh. I. 430. Atque haec caussa, cur plerisque in sacris aeris usus, reperto iam ferro, perennaverit apud Macrob. Saturn. V. 19. Wess.

381. 14. *Τῆς Ἀπτεραίων χώρας περὶ τὸν καλ. Βερέκυνθον*] Legebatur *τῆς Ἀντισαπτεραίων χώρας*, quod pravum cum animadverteretur, varie mutatum a viris est eruditis. Ios. Scaliger libri sui margini alleverat *τῆς ἀντίας Ἀπτεραίων χώρας*, vestigiis vulgatae scripturae inhaerens. Idem Is. Vossio in mentem venit, sic corrigenti ad Scylacis Peripl. p. 41. ed. Gronov. Aliter Io. Meursius L. II. Cretae suae c. 5., legendum censens, *ἐν τῇ Ἀπτεραίων χώρᾳ περὶ τὸν* etc. Quibus, cum scriptis libris aliud placeat, nihil indigemus. De *Aptera* et *Apteraeorum* regione idem Meurs. L. I. 6. abunde: id addo montem hunc Cretae *Βερέκυνθον* in Nostri Mss. constanter scribi, *Berecyntum* vero Phrygiae adspiratione carere, auctore Servio in Aeneid. IX. 82. Wess. *ἀντίας Ἀπτεραίων* ascripserat etiam Reinesius.

381. 16. *Μεγάλων ἀγαθῶν ἀρχηγοὺς γεγενῆσθαι*] De Heraclidis Isocrates Panegyr. p. 76. *καὶ τῶν παρόντων αὐτοῖς ἀγαθῶν ἁπάντων ἀρχηγοὶ κατέστησαν*. Contra Ioseph. XX. A. I. c. 6. 3. *ὡς εὗρε τῶν κακῶν ἀρχηγοὺς τοὺς Σαμαρεῖς γενομένους*. Nimirum *ἀρχηγοὶ* rei cuiuscunque caussae atque auctores sunt, ut mox c. 65. *εὐταξίας ἀρχηγοὶ*, et c. 74. *τέχνης ἀρχηγούς*, et XIV. 70. *ἐλευθερίας ἀρχηγός*, saepeque alias in hoc scriptore. A quo usu non abit S. Lucas A. A. III. 15. *ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς*, nec auctor Epist. Hebr. II. 10. *ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας*, salutis nobis partae auctorem adpellantes. Wess.

382. 18. *Ἕνα μὲν προσαγορευθῆναι Ἡρακλέα*] Hunc Olympicorum ludorum auctorem, ut ferebant, describit Pausan. V. 7. 14. Mox *τὴν τῶν Ὀλ. θέσιν* malui, cetera, quae Codd. mutant, aliorum arbitrio permittens. Wess.

382. 24. *Καὶ περιάμματα ποιεῖν*] Exemplum est in Alexandro Tralliano Therap. L. X. 1., quo Hercules, erectus et leonem elidens, si in annulo gestetur, colicos dolores disiicere adfirmatur. Gemmam eiusmodi inter Abraxeas vulgavit Io. Chifletius et illustravit c. 16. Ipsum autem conclusionis hoc genus, quo Hercules Dactylis Idaeis ob amuleta inseritur, debile est. Quis enim iustas stultae superstitionis caussas ubique patefecerit? In Alexandri, quem magum nemo dixerit, simulacris et numis parili modo insaniebant. *Dicebantur iuvari in omni actu suo, qui Alexandrum expressum vel auro gestitabant vel argento*, apud Trebell. Pollion. in Quieto c. 14. Quare tandem? an quia Macedonum rex felicissimo rerum successu fuit usus? Id fieri potuit. Recte vero perstrinxit horum stultitiam, quod miror praeteritum ad eum Trebellii locum a viris egregiis, Io. Chrysostomus T. II. p. 243. E. *τί ἂν τις εἴποι περὶ τῶν ἐπῳδαῖς καὶ περιάπτοις κεχρημένων*,

καὶ νομίσματα χαλκᾶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ταῖς κεφαλαῖς καὶ τοῖς ποσὶ περιδεσμούντων. Sed hoc obiter. WESS.

382. 28. *Γενέσθαι Κούρητας ἐννέα*] Hunc Curetum numerum et Strabo edit L. X. p. 723., qui verissime eiusdem L. p. 715. de Curetibus, Corybantibus, Idaeis Dactylis et Telchinibus haud bene scriptoribus convenire, observavit. Ut mirum non sit, de eorum et numero et origine magnam durare discordiam, qua de ad Callimach. H. Iov. v. 52. Ezech. Spanhem. et nos supra L. III. 61. WESS.

382. 38. *Τὰ περὶ τὴν τοξικὴν — εἰσηγήσασθαι*] Atqui artis huius auctor Apollo, ipsis Cretensibus consentientibus, qui *εὑρετὴν καὶ τοῦ τόξου γενόμενον διδάξαι τοὺς ἐγχωρίους τὰ περὶ τὴν τοξείαν* inferius c. 74. profitentur: quam dissensionem ad Luciani Nigrin. c. 37. cum animadvertisset Iac. Palmer., temperare non potuit, quin dicam Diodoro inpingeret. Meminisset, eum in recensendis vetustissimarum gentium rebus alios atque alios auctores sequi, et reprehensione supersedisset. Ipso hoc loco *τὰ περὶ τὰς μελισσουργίας* Curetibus contribuit, cuius mellificii repertorem disertissime perhibuerat Aristaeum L. IV. 83. Idem in pluribus aliis, si res dubio laboraret, posset ostendi. WESS.

382. 42. *Καὶ τὰς ἐνοπλίους ὀρχήσεις*] Vide Spanhem. in Callim. H. Iov. v. 52. Orpheus Hymn. XXX. 1. *Σκιρτηταὶ Κουρῆτες, ἐνόπλια βήματα θέντες Ποσσίκροτοι.* Hesiodus apud Strabon. X. p. 723. *Κουρῆτές τε θεοὶ, φιλοπαίγμονες, ὀρχηστῆρες.* De *ἐνοπλίῳ ὀρχήσει* similia Strabo p. 716. et Critici veteres in extremam Pindari Pythion. Od. II. WESS.

382. 50. *Ὅπουπερ — δείκνυται θεμέλια Ῥέας οἰκόπεδα*] Novi *θεμελίους λίθους* ex Polluce VII. 123., nulla vero *θεμέλια οἰκόπεδα*. Itaque copulam insertam mallem. Vult credo perennasse in sua tempora aream domus, quam incoluerat Rhea. Habet *οἰκόπεδα*, quae interpres Latinus non intellexit, Appian. Iber. p. 459. et *οἰκόπεδα ἱερῶν* L. IV. B. C. p. 1038. De Titaea, quae Titanum habita mater, L. III. 57. WESS.

383. 57. *Ἄρσενας μὲν οὖν γενέσθαι τόν τε Κρόνον* etc.] Inspice Hesiodi Theogon. v. 134. et S. Clement. Recognit. L. X. 17. 31. WESS.

383. 58. *Κριὸν* omnes. Hesiodus *Κρεῖον* et Etymolog. WESS.

383. 63. *Τὸν μὲν οὖν Κρόνον ὄντα πρεσβύτατον*] Negat Hesiodus, qui

Τοὺς δὲ μεθ' ὁπλότατος γένετο Κρόνος ἀγκυλομήτης
Δεινότατος παίδων.

Sed quis in fabulis concordiam exspectet? WESS.

383. 70. *Εὐήθεις καὶ ἀκάκους παντελῶς*] Saepe quidem *εὐήθεις* iidem sunt ac *κακοήθεις* aut *ἀσύνετοι*. Hoc loco non adeo vitium, quam *τοὺς ἐπαινετὸν ἔχοντας τὸ ἦθος* designat:

quae potestas etsi rarior, obvia tamen, teste Galeno in Hippocrat. Prognostic. p. 154. Coniunxit, eodem indice, Dinarchus *φύσει χρηστὸν καὶ εὐήθη*. Demosthen. Leg. ementit. p. 223. *πραότητα καὶ εὐήθειαν*. et in Timocrat. p. 451. et in Aristogit. I. p. 483. et Plato III. de Rep. p. 400. Scio *Κρονίους*, *Κρονικοὺς*, *Κρόνους* passim ab Aristophane, Luciano atque aliis *stultos* et *insipidos*, *μωροὺς καὶ ἀναισθήτους* adpellari: cuiusmodi ne quid et hic in opinionem cadat, *εὐήθεις καὶ ἄκακοι* iunctim positi vetant. WESS.

383. 73. *Παρὰ Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις*] Romanorum *Saturnalia* nemo ignorat. Carthaginiensium superstitionem, qua Saturno victimis humanis litabant, describit L. XIII. 86. et XX. 14. ubi fortasse nos plura. WESS.

383. 76. *Τόπους ἐπωνύμους αὐτοῦ γενέσθαι*] Vide L. III. 91. WESS.

383. 82. *Ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσιν*] Qui incipiunt numero 111. Lib. I. *τῶν Ἔργων*, et in nostris exemplaribus ita leguntur. A quibus etsi in margine annotati (quo etiam ultimus in contextu est remittendus) quodammodo discrepant: concinni tamen sunt et vetustatem eruditam sapiunt. RHOD.

383. 85. *Νόσφιν ἄτερ τε πόνων*] Quae Codd. plures hoc in versu mutant, ea in integrum restituissem, nisi liquido mihi patuisset, translata in hunc locum esse ex superioribus Hesiodi: sic v. 90. canit:

Πρὶν μὲν γὰρ ζώεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων
Νόσφιν ἄτερ τε κάκων, καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο
Νούσων τ' ἀργαλέων, αἵ τ' ἀνδράσι γῆρας ἔδωκαν.

Habes fontem, unde emanarunt, quem libri Mutin. additamentum clarissime signat. WESS.

383. 90. *Οἱ δ' ἐθελημοὶ Ἥσυχοι ἔργ' ἐνέμοντο*] Hoc malim. Firmat Dicaearchus ita citans in Porphyrii L. IV. A. A. c. 1.; qui nihil aliud quum innovet, excusari non possunt librarii, plura hic pro arbitrio adstruentes. Qui succedit

Ἀφνειοὶ μήλοισι, φίλοι μακάρεσσι θεοῖσι,

dignus est visus Cel. Io. Georg. Graevio, qui Hesiodo redderetur, sed post versum

Τέρπονθ' ἐν θαλίῃσι, κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων.

cuius consilii caussam equidem non perspicio. Hesiodo si non sit indignus, uti videtur, sedem, quam occupavit, facile tuebitur. Id bene, quod Latina Rhodomanni inprobaverit. *Ἀφνειοὺς μήλοισι Rhodom. vertit* felices gregibus. *Μῆλα hic non sunt greges. Nam quamvis pastoritia vita sit simplicissima, et aliis vitam tolerandi rationibus vetustior, ignorata tamen fuit antiquissimis hominibus, qui sub Saturno dicuntur egisse. Hi enim iis solum se tuebantur, quae terra sponte ad eorum victum ferebat.* Tum post pauca: *Μῆλα autem hoc loco sunt omnes arbutei fructus,*

qui edules sunt, sicuti apud Latinos poma. Nam et nuces et ficus et uvae τρώξιμοι mala dicuntur. vid. L. 105. de Verb. Signif. Varro cap. 59. L. I. de R. R. profitetur se acturum de pomis condendis, et ibidem tradit, quo modo pira, rapa, nuces iuglandes sint servandae, quia rapa, pira, nuces in pomis numerabantur. Hesychius: Μῆλα παντὸς δένδρου καρπὸς, ἐξαιρέτως δὲ τῆς μηλέας καὶ πάντα τὰ δένδρα. Hactenus ille Lect. Hesiod. c. 3. Wess.

384. 97. *Κατανοήσαντα*] Non repudio, etsi cultior videri possit praestantissimorum Codd. scriptura. Demades princ. Orat., quae eius nomine superbit: *οὔτε δὲ ἰατρὸς ἐμπείρως δύναται θεραπεῦσαι τοὺς κάμνοντας, ἂν μὴ τὴν αἰτίαν τοῦ νοσήματος καταγνοήσῃ.* Philo Iud. L. II. Alleg. p. 79. D. *διὰ τῶν ἔργων τὸν τεχνίτην κατανοοῦντες.* Auctor Epist. Hebr. III. 1. *κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν.* quibus aliisque locis diligentem inspectionem et curam postulat. Porro Hyperionis fata diversiore modo proposuit L. III. 57. Wess.

384. 1. *Κοίου μὲν καὶ Φοίβης Ἀητὼ γενέσθαι*] Apollonio propterea *Ἀητὼ Κοιογένεια* L. II. 712., ubi Graeci interpretes videndi et Etymolog. v. *Κοῖος*. Wess.

384. 4. *Εὑρετὴν γενόμενον τῶν πυρείων*] Ligna intelligunt Grammatici Graeci, non silicem. Sic enim ad Apollon. Rhod. I. 1184. *Πυρήϊα*, quae eadem ac *πυρεῖα*, *φησὶ τὰ προστριβόμενα ἀλλήλοις πρὸς τὸ πῦρ ἐγγεννᾶν, ὧν τὸ μέν ἐστιν ὕπτιον, ὃ καλεῖται ΣΤΟΡΕΥΣ. θάτερον δὲ παραπλήσιον τρυπάνῳ, ὅπερ ἐπιτρίβοντες τῷ στορεῖ στρέφουσιν.* Unde et *τρίψεως*, quum ignis horum ope accensi mentio est, meminisse solent. *Terebatur enim lignum ligno*, uti Plinius ait L. XVI. 40., *ignemque concipiebat attritu, excipiente materia aridi fomitis.* Theophrast. de Igne p. 428. *καὶ τὰ πυρεῖα τῇ τρίψει τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ καὶ τοῖς ξύλοις.* Lucian. I. H. Ver. c. 32. *τὰ πυρεῖα συντρίψαντες καὶ ἀνακαύσαντες δεῖπνον ἐποιούμεθα.* Plura de hoc genere Is. Casaub. Lect. Theocr. c. 20. Cl. Salmas. in Solin. p. 126. et Stanleius in Aeschyl. Prometh. v. 109. Id paene praetermiseram, Heraclidem Allegor. Homer. p. 448. ignis, cum hominibus a Prometheo communicati, mysterium multo aliter exponere, et specula ahenea, quibus contra solem positis radios colligeret, adhibuisse, tradere: *χαλκοῖς τισιν ὀργάνοις κατεσκευασμένοις ἐφελκύσασθαι τοὺς ἀπὸ τῶν μετεώρων φερομένους σπινθῆρας κατὰ τὰς μεσημβρίας ἐναντία τῷ ἡλίῳ τὰ ὄργανα τιθέντα.* quod quidem commentum Nostri explicatione multo difficilius est. Wess.

384. 7. *Ἅ τινες τὸν Ἑρμῆν φασιν εἰσηγήσασθαι*] Vid. L. I. 6. et de Mnemosyne non dissimilia his Diodori canentem Orpheum Hymn. LXXVI. Wess.

384. 14. *Θεσμοφύλακας καὶ θεσμοθέτας*] Veteri aevo *θέμις* et *θεσμὸς* significatione haud multum distabant, sive, ut

Eustath. in Homer. p. 993. scribit, *σύστοιχος ἡ θέμις καὶ ὁ θεσμός*. Id adfirmant *θέμιστες*, quibus Homerus leges consiliaque, *βουλὰς καὶ τὰ πολιτεύματα*, semper, si non fallit Strabonis observatio L. VII. p. 506., exprimit; *θεμίζειν*, quod Hesychio auctore in Cretensium dialecto *leges ferre, de iure respondere*, seu *δικάζειν*, ut explicat Eustath. in Hom. p. 1699. ex Pausania; praeterea *θεμιστεύειν*, *θεμιστὸς* et quae plura hinc descendunt. Diodorus, quod *θεσμὸς*, ut olim *θέμις*, legem indicet, *θεσμοφύλακας καὶ θεσμοθέτας*, de quibus Harpocration et Pollux VIII. 86., a Themide, legum et iuris auctore, haud male repetit. Wess.

384. 17. *Θεμιστεύειν λέγομεν*] Ferebant Themidem primam omnium, aut certe post Terram matrem, ut Aeschylus Eumenid. v. 2., oracula Delphis fudisse: perennasse ex ea caussa, ut Apollo, cum responsa daret, perhiberetur *θεμιστεύειν*. Schol. Pindari Od. XI. 15. Pythion. *Θέμιδος ἦν τὸ χρηστήριον, ὅθεν καὶ τὸ θεμιστεύειν*. Distinctius Orpheus Hymn. LXXVIII. 3.

Ἡ πρώτη κατέδειξε βροτοῖς μαντήϊον ἁγνὸν
Δελφικῷ ἐν κευθμῶνι, θεμιστεύουσα θεοῖσι
Πυθίῳ ἐν δαπέδῳ, ὅθι Πυθοῖ ἐμβασίλευεν.
Ἣ καὶ Φοῖβον ἄνακτα θεμιστοσύνας ἐδίδαξεν.

Ab Apolline, quo plena credebatur, accipiebat Pythia, de qua proin Plutarchus Quaest. Gr. p. 992. F. *πρότερον δὲ ἅπαξ ἐθεμίστευσεν ἡ Πυθία τοῦ ἐνιαυτοῦ*, quin et ipsa in oraculo apud Aelian. III. V. H. c. 43. *οὐ σὲ θεμιστεύσω*, et Etymolog. in *Θεμιστεύω*. Atque haec verbi usum illustrant satis; cuius ego caussam arbitror veriorem, quod Phoebi ex tripode responsa totidem decreta et leges censerentur tota Graecia: quare *θέμιδες* Apollinis oracula Pindaro Pythion. Od. IV. 96., et *θέμιστες* Homero Hymn. Apollin. v. 394., *θεμιστεία* Straboni L. XVII. p. 1168., quod ad eius scriptoris L. VII. p. 506. quoque monuit Is. Casaubon. Wess.

384. 27. *Παρὰ πᾶσι σχεδὸν ἀνθρ. ἐν πάσαις οἰκίαις καθιδρυθῆναι*] Et in media quidem earum parte. Orpheus Hymn. LXXXIII.

Ἑστία εὐδυνάτοιο Κρόνου θύγατερ βασίλεια
Ἣ μέσον οἶκον ἔχεις πυρὸς ἀενάοιο μεγίστου.

Quem vetustissimi Theologi versum non oblitus est Ill. Spanhem. ad Callim. Hymn. Del. v. 325., ubi Critici, *Ἱστίη, ἐστὶ μὲν χυρίως ὁ βωμὸς, ὃ ἐν μέσῳ τῷ δόμῳ ἑστὼς*, nedum in erudita de Vesta et Prytan. Diatribe c. 14. Adde Cl. Gesner. ad Luciani Amor. c. 36. Wess.

384. 30. *Φυομένου μὲν ὡς ἔτυχε*] Gemina his scripsit L. I. 14. de Aegyptiorum Iside. Wess.

385. 39. *Καὶ τῷ Τριπτολέμῳ δοῦναι τὸν τοῦ σίτου σπόρον*] Nota fabula est, qua Ceres

— Levem currum Tritonida misit in arcem
Triptolemo; partimque rudi data semina iussit
Spargere humo, partim post tempora longa recultae,

apud Ovidium] M. V. 645., cui Pausaniam iunge L. VIII. 4. et Aristidem T. I. p. 450. WESS.

385. 44. *Αὐτοῖς*] *Αὐτοὺς* Co. M. R. quod malum haud foret, si *πρόσαγορεῦσαι* sequeretur. WESS.

385. 45. *Μεγίστων γὰρ ἀνθρώποις ἀγαθ. αἰτίαν* etc.] Confer ea, quae huius libri c. 5. disputavit. WESS.

385. 53. *Αἰγύπτιοι μὲν γὰρ λέγουσι*] Horum sententiam proposuit L. I. 14. WESS.

385. 59. *Τὴν εὕρεσιν — γεγενημένην παρ' αὐτοῖς*] Gloria reperti frumenti patriae illibata ut maneat, vehementer pugnat Isocrates Paneg. p. 68. WESS.

385. 62. *Ἐλευσῖνα προσαγορεύειν*] Ab *ἐλεύθω, venio*, quod Ceres, raptam filiam terra marique quaerens, huc devenisset, et ea reperta Mysteria in perpetuum frugum inventarum argumentum instituisset. Sic Aristides T. I. p. 450. *ἐλθοῦσαν δ' εἰς Ἐλευσῖνα, τήν τε ἐπωνυμίαν ποιῆσαι τῷ τόπῳ, καὶ τὴν Κόρην εὑροῦσαν, ποιῆσαι τὰ μυστήρια, καὶ γενέσθαι δὴ τὸν σῖτον παρὰ μὲν ταῖν θεαῖν τῇ πόλει τῶν Ἀθηναίων.* Ipsi tamen Eleusinii ex Heroe Eleusine urbi nomen venisse adfirmant in Pausaniae L. I. 38. p. 93. Quod hic additur *τὸ σπέρμα τοῦ σίτου κομισθέντος*, id, seriem verborum si spectes, inpeditius est. Praestat *τὸν τὸ σπέρμα τοῦ σίτου κομίσαντα*, ut Venetus edit. Vult enim, Cereris quendam administrum Eleusinem, allato secum frumento, venisse aliunde. Id itaque praefero. WESS.

385. 68. *Μηδ' ἐσχάτῃ μεταδοῦναι*] *Illud μηδ' ἐσχάτῃ facit, ut verba intelligenda sint, quasi non modo non prima, sed plane nunquam, et ne ultimo quidem loco, munus frumenti ab Cerere acceperit Sicilia. Contrarium prorsus ac Diodorus, et res ipsa vult. Contentio scilicet erat, quis populorum* primus *frumenti satione ab Cerere esset beatus. Ut sibi id vindicent Siculi, argumentantur ab absurdo. Ἄκοπον scilicet fuisse, regionem, sedem Cereris ipsam, et natura ad frumenti proventum accommodatissimam, adeoque Deae gratissimam, non primo, sed ultimo, loco donatam fuisse illo Deae munere. Rem videor mihi constituisse, si pro μηδ' ἐσχάτῃ, una literula mutata, legam τῇδ' ἐσχάτῃ.* Haec Io. Iensius Epist. ad Graev. p. 417., quae laudo et probo. Ipse Rhodomannus sua in versione *beneficii vero huius tanquam nihil eo pertinentis postremo illam loco participem reddere* simile quiddam sectatus est. WESS.

386. 72. *Τὸν ποιητὴν λέγειν*] Vide huius libri c. 2. WESS.

386. 85. *Ἵππειον αὐτὸν ὠνομάσθαι*] Eadem Pausaniae sententia L. VII. 21. Fabulas alii conminiscuntur in Schol. ad Il. Ψ, 346., unde lux lacero et corrupto Grammatici fragmento in Biblioth. Coislin. p. 604. Perinde autem erit sive *Ἵππειον* an *Ἵππιον* elegeris: hoc apud Comicum Nub. v. 83. Aelian. de Animal. XIV. 18. Utrumque in Pausan. VIII. 14. Hesych. *Ἱππεῖος*,

cuius verba optime constituit Ios. Barnesius in Eurip. Rhes. v. 187. Iunge Servium in Georg. I. 12. WESS.

386. 98. *Παρελεῖται*] *Παραιρήσεται* R. Mut. Co. Cl. 2. Satis bene. Vid. Schol. ad Demosth. Philip. II. p. 46. WESS.

386. 3. *Ἐν τῇ προσαγορευομένῃ Δίκτῃ*] Praeeuntibus libris ita refingo. Natus Iupiter in monte ferebatur Dicta, educatus in Ida. Athenaeus L. IX. p. 375. F. *μυθεύουσιν ἐν Κρήτῃ γενέσθαι τὴν Διὸς τέκνωσιν ἐπὶ τῆς ΔΙΚΤΗΣ.* Auctor ipse post pauca *πόλιν κτίσαι παρὰ τὴν ΔΙΚΤΑΝ, ὅπου καὶ τὴν γένεσιν αὐτοῦ γενέσθαι μυθολογοῦσιν.* Quae cum tam liquida sint, miror H. Stephanum vulgatum praeoptasse. WESS.

386. 8. *Ὀνομαζομένης Ἰδαλθείας*] Sic melius. Vide L. IV. 35. et de capra Anton. Liberalem c. 36. WESS.

386. 13. *Περὶ τὸν ποταμὸν τὸν καλούμενον Τρίτωνα*] Cretae hunc fluvium ignorasse videntur interpretes Graeci Apollon. Rh. I. 109., *Τρίτωνες*, inquientes, *τρεῖς, Βοιωτίας, Θεσσαλίας, Λιβύης. ἐν δὲ τῷ κατὰ Λιβύην ἐτέχθη ἡ Ἀθηνᾶ.* Cretenses, etsi scripti Codd. hic dissentiant, cum natalesque Minervae eripi sibi non patientur, ut mox c. 72. animadvertes. De *Omphalo*, Cretae sic dicto loco, ex Schol. Nicandri Alexipharm. v. 7. et Callimacho H. Iov. v. 45. Io. Meurs. L. II. Cret. c. 2. et L. Holsten. ad *Ὀμφάλιον* Stephani abunde. WESS.

Ibid. Καὶ τὸ χωρίον δὲ τοῦτο] *Διὰ τοῦτο* praeoptarem. WESS. Aptius est *καὶ τὸ χωρίον τε τοῦτο Ὀμφαλὸν προσαγορευθῆναι καὶ τὸ περικείμενον πεδίον ὁμοίως Ὀμφάλειον*; idem verum esse colligo ex continuo sequenti *τό τε ἄντρον καθιέρωται καὶ οἱ περὶ αὐτὸ λειμῶνες ὁμοίως ἀνεῖνται.*

386. 18. *Καὶ οἱ περὶ αὐτὸ λειμῶνες ὁμοίως ἀνεῖνται*] Quod Io. Meursius L. II. Cret. c. 3. sagaci coniectura ddoratus erat, id praecipua ex parte manu exarati libri confirmant. *Αὐτὸ* autem necessarium facit praecedens *ἄντρον*, neque id instauratum aegre quisquam feret, cum *αὐτῷ* Vat. manu nos eo paene deducat. WESS.

387. 21. *Τῆς πρὸς αὐτὰς οἰκειότητος*] *Certo certius est, non πρὸς αὐτοὺς, sed πρὸς αὐτὰς scripsisse Diodorum, et de ταῖς μελίτταις esse intelligendum*, Cl. Io. Iensius recte in Epist. ad I. G. Graev. p. 418. Habet autem *ἱερὰς μελίττας, τροφοὺς τοῦ Διὸς* Antonin. Liberal. c. 19., quae antrum, in quo Iupiter editus sit, incolant, et *μελιττῶν σμῆνος, ἅπερ καλοῦνται ΧΑΛΚΟΕΙΔΕΙΣ* Aelian. de Animal. XVII. 35., de quibus ibidem Autenor memoriae prodidit, in Ida Cretae paucas eius gentis apes durare: *κατὰ τὴν Ἴδην τὴν Κρῆσσαν ἐκείνου τοῦ γένους τῶν μελιττῶν εἶναι ἰνδάλματα, οὐ πολλὰ μέν, εἶναι δ' οὖν.* Unde easdem, de quibus hoc loco, designari, non dubium est.

387. 27. *Δυσχειμερωτάτους τόπους νεμομένας*] *Εἰς τοὺς δυσχ.* Co. R. M. quo nihil admodum indigemus. Vid. L. II. 16. et huius L. c. 40. WESS.

387. 30. *Αἰγίοχον ἐπονομασθέντα*] Certant Grammatici de tituli origine, alia atque alia, ut fit in dubiis, adferentes. Tu vide Etymolog. v. *Αἰγίοχος* et Eratosthen. Catasterism. c. 13., quaeque ad Callim. H. Iov. v. 39. Spanhem. Wess.

387. 33. *Ἧς ἐκλιφθείσης ἐν τοῖς ὕστερον χρόνοις*] Inter urbes Cretae Mela II. 7. 84. *Dictynnam*, et Ptolemaeus L. III. c. 17. *Dictamnum* recensent. Utramque nihil distare et fortasse hanc esse, Io. Meursius L. I. Cret. c. 9. censuit. Mihi aliud videtur. Durabat *Dictynna* Melae et *Dictamnus* Ptolemaei, cum uterque res Creticas describeret. Haec, quae Iove conditore gloriabatur, Diodori aetate plane desolata erat: diversa ergo. Wess.

387. 49. *Κατὰ δὲ τὴν Φρυγίαν τοὺς περὶ Τυφῶνα*] Iovis cum Typhone certamen multifariam pugnatum veteres describunt. Ciliciae contribuit Aeschylus Prometh. v. 351., nec Siciliam tamen praetericns v. 365., ut nec Apollodorus L. I. 6. 3. Ad Caucasum contigisse canit Apollon. Rhod. II. 1215. Pindarus in Sicilia poenas luisse Typhonem asseverat Od. IV. 12. Olympion., ubi Critici admonent, alios sedem belli Phrygiam constituisse, quod verum esse ea, quae Diodorus et quae Strabo de Catacecaumene scribit L. XII. p. 869., conmonstrant. Adde eiusdem L. XIII. p. 931. De Mulino, quem in Creta Iupiter oppresserit, nihil dixero. Habet nonnulla Io. Meursius L. IV. Cret. c. 14., sed dubia et incerta. Wess.

387. 51. *Λέγεται τὸν Δία θῦσαι ἡλίῳ καὶ* etc.] Legebatur *θῦσαι βοῦν ἡλίῳ*. Ego vero mediam vocem induxi. Sequentia non unam bovem, sed plures victimas inmolatas clarissime ostendunt. Mallem praeterea *πρῶτοι ἐπισημαίνεσθαι κρ. καὶ ἀπόστασιν* ob ea, quae continuo succedunt. Victimae litabant, seu *ἱερὰ* erant *εὔσημα*, ut Philostrato VIII. Vit. Apoll. c. 7. p. 345. dicuntur, Iovique victoriam et hostium ad suas partes defectionem portendebant. Wess.

387. 60. *Περὶ τὴν Παλλήνην*] Vide Stephan. v. *Παλλήνη*, et de Phlegraeo Italiae campo supra L. IV. 21. Wess.

388. 68. *Ἐκφέρειν*] *Ἐμφέρειν* Co. R. Vide L. I. 66. Wess.

388. 72. *Τοῖς ἀρίστοις τῶν θεῶν* etc. *ἀπονεῖμαι τιμὰς*] Prometheus in cognomine Aeschyli Fabula v. 228. de Iove:

Ὅπως τάχιστα τὸν πατρῷον ἐς θρόνον
Καθέζετ', εὐθὺς δαίμοσιν νέμει γέρα
Ἄλλοισιν ἄλλα, καὶ διεστοιχίζετο
Ἀρχήν. βροτῶν δὲ τῶν ταλαιπώρων λόγον
Οὐκ ἔσχεν οὐδέν', ἀλλ' ἀϊστώσας γένος
Τὸ πᾶν. —

Sed criminose, atque ut invidiam illi faceret. Stanleius ibi verba Diodori pulcre recordatus est. Wess.

388. 84. *Προσαγορευθῆναι Ζῆνα*] Vide not. in L. III. 61. Wess.

388. 87. *Πατέρα — ὕπατον* etc.] Hos pluresque alios Iovis titulos exponit Dio Chrysostom. Orat. I. p. 9. D. et XII. p. 226. A. *Εὐβουλεὺς* adpellabatur potissimum in Cyrene, si Hesychius non fallit. Alioqui Plutoni id cognomen indit Nicander Alexiphar. v. 14., et Baccho Plutarchus T. II. p. 714. atque Orpheus XXIX. 6. WESS.

388. 93. *Διὸ καὶ Τριτογένειαν*] Aliam nominis eius caussam dederat L. I. 12. aliam L. III. 70., quibus adde ex Schol. Aristoph. Nub. v. 985. aliam, non minus probabilem. WESS.

388. 94. *Παρὰ τὰς πηγὰς ταύτας*] Non alienum videtur *περί*. In tertia autem linea *ἁγίους* cum sequente *ἱερέων* peregrini quiddam prae se fert. RHOD.

388. 98. *Πλησίον τοῦ Θήρηνος ποταμοῦ*] Io. Meursius L. II. Cret. c. 6. *Θήρωνος* citat, incertum coniectura, an Rhodomanni versione, quae *ad Theronem fluvium* habebat, motus. Ego nihil innovo, suspectam tamen censens fluvii scripturam. Impellor et Codd. discordia, et his Pausaniae L. I. 27. *Κρησὶ τήν τε ἄλλην γῆν καὶ τὴν ἐπὶ ποταμῷ ΤΕΘΡΙΝΙ ταῦρος ἐλυμαίνετο.* Loquitur de tauro, qui Gnossiorum agrum infestarat, quemque *τὸν ἐν Κνωσσῷ ταῦρον* vocat L. V. 10. Idem ergo fluvius videtur; uter autem rectius adpellarit, quaerendum restat. Porro *ἱερέων*, ex glossa additam *ἐγχωρίων* explicandorum ergo, vocem eliminavi, quod et *τῷ ἁγίους* accidisset, si Codd. scripti auxilio occurrissent. WESS.

388. 3. *Παρεδόθησαν*] Syllaba extrema indubitanter amputanda est. RHOD.

388. 4. *Ἐλελθυιαν*] *Ἐλήθυιαν* Co. *Ἐλίθυιαν* Vat. Conf. Cotel. in Homil. Clement. V. p. 664. WESS.

388. 6. *Ἔτι δ' Εἰρήνην*] Stipat hic Diodorus liberorum Iovis nomina, dein singulorum inventa atque officia proponit: inter Deas autem praeter has recenset *Minervam* et *Musas*, inter mares *Bacchum* et *Herculem*, omnes Iove proseminatos. Quare suspicio non iniusta est, post *Εἰρήνην* neglectas esse *καὶ Ἀθηνᾶν καὶ Μούσας*, praetereaque post *Ἑρμῆν* excidisse *καὶ Διόνυσον καὶ Ἡρακλέα*. Hoc enim ordine deinceps singulos enumerat. Vidit Cl. Io. Iensius hunc defectum et uberiore sermone in eum animadvertit Epist. ad Graev. p. 419. WESS.

Ibid. Ἄρεα] *Ἄρην* C. M. R. quod si lubet amplectere et v. Luc. Iov. Trag. c. 40. WESS.

389. 16. *Προθύουσι — τῷ Διὶ τῷ τελείῳ καὶ Ἥρᾳ τελείᾳ*] Vide Stanleium ad Aeschyli Agamemn. v. 65. et Brodaeum in Antholog. L. III. p. 333. Sacra haec *προτέλεια τῶν γάμων* apud Philon. Iud. De Congr. Erud. Caussa p. 424. D. *προτέλεια θύειν* Plut. T. II. p. 772. B. Non male Maximus in Dionysium Areopag. p. 327. ed. Morel. *Προτελείας μὲν ἐκάλουν Ἀθηναῖοι τὰς τῶν γάμων μετὰ τῶν θυσιῶν εὐχάς· τὸν γὰρ γάμον τέλος ἐκάλουν, ὡς τελειοῦντα πρὸς τὸν βίον τὸν ἄνθρωπον.* WESS.

389. 19. *Καὶ τοῦ σχηματίζειν*] Scripserat *καὶ τὸ σχηματίζειν*, quod non latuit Io. Iensio Epist. ad I. G. Graev. p. 420. Gratiarum autem nomina et numerum multimodis in veterum sacris proponi atque explicari, praeter Senecam L. I. Benef. c. 3. et Plutarchum T. II. p. 778. C. accuratissime docet Pausanias IX. 35. cum Cornuto De Nat. Deor. c. 15. Wess.

389. 26. *Ἐπικαλεῖσθαι μάλιστα τὴν θεὸν ταύτην*] Sic gravidam se simulans femina in Aristoph. Lysistr. v. 743.

Ὦ πότνι' Εἰλείθυι' ἐπίσχες τοῦ τόκου.

Quod vero Gratiis evenisse diximus, itidem de genere et numero, unane an plures Ilithyiae essent, discordia intercedebat. Homero Il. *Λ*, 270. *μογοστόκοι Εἰλείθυιαι Ἥρης θυγατέρες*. unde in Hesychio, *Εἰλήθυιαι, αἱ ἐπὶ τῶν τικτουσῶν θεαί*. Genus illi longe vetustissimum et Saturno prius tribuebat Olen Lycius, in adfecto, sed salutari medicina adiuto a doctissimo Kuhnio, Pausaniae loco L. VIII. 21. Wess.

389. 29. *Κουροτρόφον αὐτὴν ὀνομάζεσθαι*] Orpheo Hymn. XXXV. 8. non tantum *βροτῶν κουροτρόφε δαῖμον* Diana, sed et v. 4.

Ὠδίνων ἐπαρωγὲ καὶ ὠδίνων ἀμύητε.

Nimirum Diana parturientibus auxilio venire ferebatur, *λοχεία* propterea dicta Aristidi T. I. p. 25. et *Εἰλείθυια* Horatio Carm. Secul. v. 14. *lenis Ilithyia*, *πολύλλιτος Εἰλείθυια* Manethoni. Sic enim legi debet L. VI. 740.

— — ἐν οἷς ὥρη πέλ' ἐκείνη
Τὴν ἀπὸ γαστρὸς ἔφηνε πολύλλιτος Εἰλείθυια.

Non *ἔφην ἐπολύλλιτος*, quod nemo intelligit. Id autem nomen cum Grammatici ab *ἐλεύθω*, *venio*, derivant, nugas agunt. Phoenicum sermonis est ילד, *pario*, *procreo*, hinc Graecis *Εἰλείθυια partus praeses*, et Assyriis apud Herodotum I. 199. Venus *Μύλιττα*, eiusdem rei curam administrans, ut pulcre docuit Seldenus Syntagm. de Diis Syr. II. 2. Wess.

389. 30. *Τῶν δ' ὀνομ. Ὡρῶν ἑκάστῃ δοθῆναι* etc.] Neque in hac parte Theologiae paganicae ulla concordia. Diodoro quidem adsentiuntur Orpheus Hymn. XLII. et Apollodorus L. I. 3. 1. atque alii. Verum ex Pausania IX. 35. et Hygino Fab. CLXXXIII. et de numero et de nominibus earum variatum fuisse vehementer, adparet. Wess.

389. 34. *Ἀθηνᾷ δὲ προσάπτουσι τήν τε* etc.] In Addend. praestantissimus Rhodom. addit huic loco *τὸ τήν τε τῶν ἐλαιῶν ἥμ.* quod et necessarium erit, nisi si *καὶ φυτείαν παραδοῦναι* loco *καὶ φυτείας παράδοσιν* positum arbitreris. *Oleaeque Minerva Inventrix* ex Poeta Georg. I. 18. notissima est: Servius ibi fabulam exsequitur, quam Schol. in Aristoph. Nub. v. 1001. non neglexerunt. Wess.

389. 43. *Εὑρεῖν δὲ καὶ τὴν τῶν αὐλῶν κατασκευὴν* etc.] In-

venit tibias, sed et abiecit, cum oris speciem illis inflatis deformari animadverteret, teste Aristotele L. VIII. Polit. c. 6., seu, ut Plutarchus de Ira Cohibend. p. 456. B., admonita super ea oris deformitate a Satyro. Invenit et *αὐλητικὴν*, et eum Nomum, quem *πολυκέφαλον* artis periti nuncupant, quo de Pindarus Pythion. Od. XII. 13. eiusque interpretes, sed quem Plut. de Music. p. 1133. D. Apollini tribuit, fortasse a Minerva edocto. Wess.

389. 46. *Ἀφ' ὧν Ἐργάνην αὐτὴν προσαγορεύεσθαι*] Vid. Th. Gataker. Miscel. Postum. c. 9. p. 494. et Steph. Bergler. in Alciphron. L. III. Ep. 42. Proclus in Timaeum p. 52. *Ἐργάνη δὲ, ὡς τῶν δημιουργικῶν ἔργων προστάτις.* Simili ex caussa *Ἐργάτις* audiebat, Hesychio auctore, quod nollem negasset Gatakerus. Wess.

390. 49. *Ὅτι Σύροι μὲν εὑρεταὶ τῶν γραμμάτων εἰσὶ*] Haec credo respici ab Eusebio L. X. Praep. Evang. c. 5. cum ait: *εἰσὶ δὲ οἳ Σύρους γράμματα ἐπινοῆσαι λέγουσι πρώτους.* Addit continuo, *Σύροι δ' ἂν εἶεν καὶ Ἑβραῖοι, τὴν γείτονα Φοινίκης* etc. *οἰκοῦντες.* Quae ego verissima arbitror: Syrorum enim, quibus antiquissimus literarum usus, sine controversia Hebraei sunt. Wess.

390. 54. *Φοινίκια προσαγορεύειν*] Confer not. in L. III. 67. Wess.

390. 55. *Ἀλλὰ τοὺς τύπους τῶν γραμμάτων μεταθεῖναι μόνον*] Non omnino falsa ea sunt. Usi Graeci ante Cadmi ex Phoenice adventum literis sunt Pelasgicis. Cadmus eis nova nomina, quod L. III. 67. Linus fecisse perhibetur, inposuit, addidit praeterea paucas literas notasque numerales, sive *τὰ ἐπίσημα*, ut Grammatici vocant. Quo facto, et figura, et nomine, et numero Graecas literas Phoeniciis aequavit. Habet quae haec firmare apta sunt Herodotus V. 58., Tzetzes Chiliad. XII. 61. Sed hanc disputationem, cum longius ea spatium requirat, et diligentissime sit explicita ab Amplissimo Bouhier. Dissert. de Prisc. Graec. et Latin. literis c. 52., nunc non ingredior. Wess.

390. 64. *Διόπερ οἵ τε τῶν τεχνῶν* etc.] Genus hoc hominum Vulcano et Minervae sacrum erat. *Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν τὸ τῶν δημιουργῶν γένος. οἳ τὸν βίον ἡμῖν ξυγκατεσκευάκασι τέχναις*, quae Platonis XI. de L. L. p. 920. D. verba. Nimirum ignis ope artium pleraeque exercentur, hinc et earum praeses Vulcanus. *Τέχνας δὲ πάσας καὶ ἀνεῦρε τὸ πῦρ καὶ σώζει. διὸ καὶ τὸν Ἥφαιστον ἀρχηγὸν αὐτῶν ποιοῦσι*, Plutarch. de Aq. et Ign. Conparat. p. 918. C. Colebatur autem ad focum, *ὡς ἔφορος τοῦ πυρός* in Schol. ad Aristoph. Av. v. 436. Wess.

390. 71. *Τὴν — ἐναγώνιον ἐνέργειαν εἰσηγήσασθαι*] Agilem efficacemque in certaminibus vim. Sic L. XX. 96. de Helepoli, quae rotis inposita ingenti mille hominum inpulsu in muros arietabat, *ὑπότροχον δὲ καὶ τὴν ΕΝΑΓΩΝΙΟΝ ΕΝΕΡΓΕΙΑΝ λαμβάνουσαν δι' ἀνδρῶν οὐκ ἐλαττόνων ἢ χιλίων.* et *ἐναγώνιος κίνησις* L. XVIII. 67. ubi vide. Wess.

390. 75. *Δι' ἧς τὸ παλαιὸν συνέβαινε θεραπ. τυγχάνειν* etc.] Oraculis praecipue, quibus per quietem Apollinis atque aliorum templis incubantes admonebantur, ut in Aristoph. Plut. v. 662. etc. Vide not. ad L. I. 53. Wess.

390. 79. *Καὶ τὸ τόξον Σκυθικὸν ὀνομασθῆναι*] Est in Pausania X. 31. p. 875. *παρθένος τόξον ἔχουσα τοῖς ΣΚΥΘΙΚΟΙΣ ἐμφερές*, quae satis tueretur omnium Codd. scripturam, nisi apertissima ratio eam infringeret. Aiunt Cretenses sua in insula arcum repertum, artemque arcu iaculandi apud populares propterea mirifice exerceri, atque ipsum arcum *Scythicum* adpellari: quo conclusionis genere quid absurdius? Dixissent *Creticum* vocari, et res bene procederet. Quare ego non dubito, quin *Κρητικὸν* scripserit Diodorus, debuit quidem certe. *Τόξον Κρητικὸν* Pollux I. 149. laudat, unde et ex arcu Bittidem domo Cretensem cognosci posse Antipater ait, *Τὰν Κρῆσσαν δὲ, τὰ τόξα* in Anthologia Epigramm. L. III. 11. p. 31. Mecum sentit eruditissimus S. Bochartus de Phoen. Colon. I. 15. p. 423. Wess.

390. 85. *Ὥστε ὡς ἀρχηγὸν αὐτῆς καὶ κτίστην τιμᾶσθαι*] Paene eieceram damnatam a Coislin. et Reg. voculam. Potest enim *ἀρχηγὸς* doctorem magistrumque artis exprimere. Isocrates Panathen. p. 372. *ἀρχηγοὺς καὶ διδασκάλους* coniungit, sicuti et Aeschines in Timarch. p. 24. 28. Plutarcho vero T. II. p. 1135. B. *ἀρχηγὸς τῆς Ἑλληνικῆς καὶ καλῆς Μουσικῆς*, qui primus eius praecepta Graecos docuit. Verum nihil demuto. Auctor Medicinae Apollo, cuius Aesculapius ob res a se sollerter inventas quasi conditor est censitus. Plura de eo L. IV. 73. Wess.

391. 89. *Καὶ τὸ τούτων σύσσημον κηρύκειον*] Describitur a Schol. Thucydidis I. 53. legatorum hoc perpetuum insigne. Philo Iud. Leg. Cai. p. 1006. de Caligula, Mercurii personam induente, *πάλιν κηρύκειον ἀναλαμβάνει, δεῖγμα συμβατηρίων σπονδῶν· πόλεμοι γὰρ ἀνοχὰς καὶ διαλύσεις λαμβάνουσι διὰ κηρύκων εἰρήνην καθισταμένων*. Manibus id autem praeferebat, quod sermonis et dialecticae auctor credebatur. Iamblichus certe quidem de eius artis conditore disserens, Deum fuisse pertendit, quem Mercurium alii perhibebant: *ὡς μὲν λέγουσί τινες, ὁ λόγιος Ἑρμῆς, ὃ φέρων ἐν ταῖν χεροῖν τὸ σύνθημα αὐτῆς τῶν εἰς ἀλλήλους ἀποβλεπόντων δρακόντων*, apud Io. Stobaeum Florileg. Tit. LXXIX. p. 471. Wess.

391. 92. *Ὅθεν δὴ καὶ Κοινὸν Ἑρμῆν ὠνομάσθαι*] Dici adsueverat *Κοινὸς Ἑρμῆς* cum partem rei repertae sibi vindicarent, atque in communi, quodcunque erat lucri, esse iuberent. Hesychius, *Κοινὸς Ἑρμῆς, παροιμία ἐπὶ τῶν κοινῇ τι εὑρισκόντων*. Quod genus cum abunde illustrarint Is. Casaubon. ad Theophrasti Charact. c. 11. et Desid. Heraldus L. II. Adversar. c. 1., praetereo. Hoc loco *Κοινὸς Ἑρμῆς* communem omnibus loquelam indicat, puto et in his Plutarchi T. II. p. 777. D. *τοῦ δὲ προφο-*

ρικοῦ τὴν Μοῦσαν ὁ Πίνδαρος οὐ φιλοκερδῆ φησιν, οὐδ' ἐργάτιν εἶναι πρότερον, οἶμαι δὲ μηδὲ νῦν, ἀλλ' ἀμουσίᾳ καὶ ἀπειροκαλίᾳ τὸν ΚΟΙΝΟΝ ΕΡΜΗΝ ἐμπολαῖον καὶ ἐμμίσθιον γενέσθαι. Wess.

391. 95. *Καὶ τὰ ἐκ τῆς ἐμπορίας κέρδη*] Propterea *Κερδῶος*, LUCRORUM POTENS ET CONSERVATOR, *Ἐμπολαῖος*. Vid. Steph. Bergler. in Alciphron. L. III. Epist. 47. et Ezech. Spanhem. ad Aristophan. Plut. v. 1156., deque Mercurii furtis Lucian. Prometh. c. 5. Wess.

391. 97. *Κήρυκα τῶν θεῶν, ἔτι δ' ἄγγελον ἄριστον*] *Κήρυξ μέγιστος τῶν ἄνω τε καὶ κάτω* Aeschylo Choëph. v. 163. Homero Hesiodoque *διάκτορος Ἀργειφόντης*, quo de eruditissime Cl. T. Hemsterhus. in Luciani Contempl. c. 1. Wess.

391. 1. *Ἀπαγγελίας*] *Ἐπαγγελίας* M. Vid. L. IV. 1. Wess.

391. 3. *Εἰσηγητὴν αὐτὸν καὶ παλαίστρας γενέσθαι*] *Ἐναγώνιος*, sive *τῶν ἀγώνων προστάτης*, ut explicant Schol. Pindari Pythion. Od. II. 18., hac de caussa Pindaro, Aristoph. Plut. v. 1162. Greg. Nazianz. Orat. IV. p. 128. A. Ars ipsa *ἐναγώνιος Ἑρμοῦ τέχνη* Heliodoro Aethiop. X. p. 505., a qua multum discrepat *Ἑρμοῦ παλαίστρα*, in quam Procopium penetrasse prodit Choricius Orat. in Procop. c. 4. Intelligit palaestram oratoriam, cuius etiam studiosos *Ἑρμοῦ ἀθλητὰς* nuncupat c. 12. Wess.

391. 4. *Καὶ τὴν Ἀπόλλωνος ἀπὸ τῆς χελώνης λύραν ἐπινοῆσαι*] Quaenam ista Apollinis testudo? Et quid hic Apollo negocii habet cum inventione lyrae Mercurialis? Rhod. *Καὶ τὴν ἀπὸ τῆς χελώνης* etc.] Vocabulum, quod errantis librarii manus ex sequentibus huc ingesserat, gradu deieci. Fabula id apud Apollodor. III. 10. 2. et Lucian. D. D. VII. 4. proscribit, neque scriptis libris alia mens. Wess.

391. 6. *Τιμωρίαν ὑπὲρ τὴν ἀξίαν λαβόντα*] Conf. L. III. 59. Wess.

391. 16. *Διασπώμενον ὑπὸ τῶν Τιτάνων*] Paullo aliter L. III. 62. ubi vide not. atque inprimis L. IV. 4., quibus locis copiosius, ut mox ipse significat, proposuit, quae plurium uniusve Bacchi in prisca Graecorum Theologia cerimonias spectant. Wess.

391. 22. *Διονυσιάδας ἀφ' ἑαυτοῦ προσηγόρευσεν*] Alii de his insulis et gemellis sinubus dixerint: mihi res obscura. Quae enim diligentissimus Christoph. Cellarius L. II. Geogr. Ant. 14. p. 1278. commentatur: — *Tabula Peutingerana ad orientalem partem Cretae duas insulas habet, quarum alteri adscriptum Dionisa, alteri Dionis. Sine dubio scripturae forma breviata. Hae sunt insulae Dionysiades dictae, de quibus Diodorus Siculus.*, ea speciem habent, dubio non exemtam. Nam *Dionisa* Tabulae eius *Mycono* proxime iungitur, potestque adeo *Donysa* esse. Altera tamen *Dionis*, nisi *Dia* sit Ptolemaei, quod suspiçor, haud male cum Dionysiadibus conponetur. Wess.

391. 26. *Τοῦ γεννηθέντος περὶ τὴν Ἀργείαν ἐξ Ἀλκμήνης*] Facit Codd. quorundam auctoritas *τὰ περὶ τὴν Ἀργείαν* suspecta: quae et abesse sine detrimento possent, modo liqueret, Cretenses Herculis natales, ut Plautus Amphitruon. II. 2. 45., Thebis tribuisse. Auctor ipse L. IV. 10. Tyrinthe procreatum perhibet. Wess.

392. 34. *Τὸν δ' ἐξ Ἀλκμήνης Ἡρακλέα* etc.] Confer L. III. 73. Mox *καὶ χρόνων ἐγγενομένων*, *quum iam multum temporis elapsum erat.* Sic Aeschines in Ctesiph. p. 85. *χρόνων ἐγγεγεννημένων ἐν οἷς ὑπ' ἐμοῦ φανερῶς ἐξηλέγχου.* Plato Phaedon. p. 86. D. *Ἵνα χρόνου ἐγγενομένου βουλευσώμεθα.* Demosthen. adv. Euerg. p. 641. *καὶ χρόνος ἐγγένηται.* Aelian. de Animal. IV. 35. *καὶ διαστήματος ἐγγενομένου.* Iunge Hemsterhusii not. in Luciani D. Mort. VII. 1. Wess.

392. 42. *Καὶ πόλιν ὑπ' ἐκείνου κτισθεῖσαν*] *Κτισθῆναι* analogiam habet ad *διαμένειν.* Rhod. Non intercedam, si cui viri doctissimi iudicium probetur. Quod retinui, ab Hercule conditam in Aegypto urbem durare significat. Et durabat profecto Heracleopolis, de cuius vero apud eam gentem nomine haud tralatitia Cl. Paul. Ern. Iablonski Dissert. VII. de Terra Gosen. Aegyptiorum de Hercule sententias Diodorus exposuit L. I. 24. Wess.

Ibid. Βριτόμαρτιν] *Κριτόμαρτιν* Ven. Cl. 1. inepte. Simile vitium ex Schol. Euripid. Hippol. v. 146. et S. Clement. Recognit. L. X. 21. Viri docti sustulerunt. Wess.

392. 44. *Ἐκ Διὸς καὶ Κάρμης τῆς Εὐβούλου*] His gemina scribit Pausan. II. 30. *Ogygii Phoenicis filia Carme* Poetae in Ciri v. 220. Antonino Liberal. c. 40. et S. Clementi Recognit. X. 21. De *Caenone*, *Καινοῖ*, Cretae urbe, eiusque situ nihil explorati habeo: nam de Britomarte ut longum faciam, opus non est, illustrata abunde a Cl. Salmasio in Solin. p. 121. Is. Casaub. ad Strabon. X. p. 733. et Ez. Spanhem. ad Callimachi H. Dian. v. 190. Wess.

392. 49. *Τὴν αὐτὴν εἶναι Δίκτυννάν τε καὶ Ἄρτεμιν*] *Δίκτυννα παῖς Ἄρτεμις καλὰ* in Ran. v. 1402. Aristophan., et passim. Solinus Polyhist. c. 11. Cretes Dianam religiosissime venerari prodidit, *Britomartin gentiliter nominantes.* quod communiter verum non est. Iurant Latii Cretenses et Olontii *τὰν Λατὼν κ' Ἄρτεμιν καὶ Ἄρεα καὶ τὰν Ἀφροδίταν καὶ τὰν Ἐλευσινίαν καὶ τὰν Βριτόμαρτιν*, manifesto utramque distinguentes in iurisiurandi formula, quam Antiq. Asiat. p. 136. inseruit Edm. Chishull. Wess.

392. 51. *Τοὺς δ' ἱστοροῦντας αὐτὴν ὠνομάσθαι* etc.] Princeps hos inter Callimach. H. Dian. v. 190., quem et Strabo refellit, sed alia motus caussa, L. X. p. 733. Wess.

392. 58. *Παραδεδομένῳ συμφώνως δικαίαν* etc. *ἐζηλωκέναι*] De omnium in Minois laudibus consensu licet dubitare:

non enim inter veteres deficiebant, quibus *τυραννικὸς καὶ βίαιος καὶ δασμολόγος* videbatur in Strabon. X. p. 730. Wess.

392. 61. *Ἐν Τριπόλῳ τῆς Κρήτης*] Sic debuit. Vulgatum *τριπόδῳ*, quod nec Rhodomanno latuit in Addend., scribentis peccato hinc natum est Iasion rei rusticae studebat, unde Ceres in agro, tertia vice diligenter subacto, *νειῷ τρὶς ἐστραμμένῃ καὶ ἠροτριασμένῃ* Schol. Il. Σ, 542., illi se miscuit, et Plutum, i. e. frumentum, procreavit. Eustath. in Homer. p. 1528. *ὅθεν καὶ ἡ Δημήτηρ κατὰ τὸν μῦθον ἐφίλει αὐτὸν, ὡς καὶ Ἡσιόδῳ δοκεῖ, καὶ μίγνυται, οὐκ ἐν θαλάμῳ, ἀλλ' ἐν νειῷ ΤΡΙΠΟΛΩι.* Sed praestat ipsum audire Hesiodum Theogon. v. 971.

Δημήτηρ μὲν Πλοῦτον ἐγείνατο, δῖα θεάων,
Ἰασίῳ ἥρωϊ μιγεῖσ' ἐρατῇ φιλότητι
Νειῷ ἐνὶ ΤΡΙΠΟΛΩι, Κρήτης ἐν πίονι δήμῳ,
Ἐσθλόν. —

Quo ego fideiussore, etsi nihil iuvent scripti Codd., *Tripodum*, a Io. Meursio Cretensium urbium numero transcriptam, damnavi. Wess.

392. 67. *Καὶ προσαγορ. Πλοῦτον*] Vide supr. c. 49. Wess.

393. 82. *Καὶ τὴν ἐν Σαμοθράκῃ*] Credo viciniam *τῆς Θράκης* effecisse, ut partem horum librarii negligerent. Nam Samothraciae cerimoniae adaeque in occulto tradebantur ac Eleusiniae, sicuti docuit huius libri c. 49., neque adeo sat conmode hinc exulant. Ciconum sacra innuit Virgilius Ciris v. 164.

Et validum penitus concepit in ossa furorem,
Saeva velut gelidis Ciconum Bistonis in oris. Wess.

393. 85. *Ἐξ ἀρχαίων*] Nota ellipsis. *Ἀπ' ἀρχαίων χρόνων* L. I. 3. *ἐκ παλαιῶν χρόνων* V. 8. *φίλος ἀπὸ πολλῶν* sive *ἐτῶν* seu *χρόνων*, Lucian. Revivisc. c. 35. Quod genus alias firmavimus copiosius. Wess.

393. 1. *Πλεῖον*] *Πλέον* Co. similis varietas in Basilio M. T. I. p. 103. C. Wess.

393. 3. *Καὶ Κυθέρειαν καὶ Παφίαν ἔτι δὲ καὶ Συρίαν*] Posidippus Epigrammate eleganti, et, quod sciam, necdum edito, haec Veneri dilecta loca coniungit. Addam ergo:

Ὦ Κύπρον, ἥ τε Κύθηρα, καὶ ἃ Μίλητον ἐποίχνεῖς
Καὶ καλὸν Συρίης ἱπποκρότου δάπεδον·
Ἦλθοις Ἴλαος Καλλιστίῳ, ἢ τὸν ἐραστὴν
Οὐδέποτ' οἰκείων ὦσεν ἀπὸ προθύρων.

Noli vero aut scriptura Vindobon. libri, aut insulae *Κυθήρων* nomine permoveri, ut *Κυθηρίαν* praeferas. Vulgatum tuetur *Κυθέρειος γάμος* Aeschyl. Suppl. v. 1040. et Hesiodus inprimis Theogon. v. 195.

— — Τὴν δ' Ἀφροδίτην
Ἀφρογένειάν τε θεὰν, καὶ ἐϋστέφανον Κυθέρειαν
Κικλήσκουσι θεοί τε καὶ ἄνέρες, οὕνεκ' ἐν ἀφρῷ
Θρέφθη· ἀτὰρ Κυθέρειαν, ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις.

Nimirum insulam olim *Κύθερα*, dein *Κύθηρα* nuncuparunt: quo factum, ut Venus, insulae tutelare numen *Κυθέρεια*, *Κυθερηΐας*, *Κυθέρη* et *Κυθήρη* diceretur. Habet hos eius titulos Manetho, in cuius L. III. 154. legendum:

Καὶ δ' αὐτοὶ πρήξεις Κυθέρης ἀγάπησαν ἀθέμους.

nam quod vulgo editur, *Κυθέρης ἀγάπης ἀναθέσμους*, id festinanti editori condonamus. WESS.

393. 8. *Καὶ Λύκιον*] Cum Apollo Lyciam obiisse dicatur, perperam haec negliguntur. Virgil. Aen. IV. 143.

Qualis ubi hibernam Lyciam, Xanthique fluenta
Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo.

Neglexisse tamen librarii videntur, quod aliam atque aliam Grammatici caussam adferant, cur Apollo *Λύκιος* sit nuncupatus, in Schol. Aeschyli VII. C. Theb. v. 147. et in Sophocl. Electram v. 6., quos vide, et Pausan. I. 44. II. 19. WESS.

393. 9. *Καὶ Κρησίαν*] Acquiesco in hac scriptura, quam *Κρήσια φῦλα* Oppiani I. Cyneg. v. 299., et quae viri docti ad Stephanum v. *Κρήτη* adscripserunt, citra dubium ponunt. WESS.

394. 11. *Τιμᾶται δὲ καὶ παρὰ τοῖς Πέρσαις* etc.] Explicuit Ezech. Spanhem. ad Callim. H. Dian. v. 37., unde pauca excerpere operae erit. *Insignis insuper*, inquit, *Diodori eam in rem locus L. V. p.* 344. *Ibi enim Diana non Ephesi solum, sed in Ponto (ubi Πριαπίνη, iuxta dictum modo Plutarchum in Lucullo p.* 499., *Diana culta) et Perside familiarius versata dicitur, unde ΠΕΡΣΙΑΣ etiam (forte ΠΕΡΣΙΚΗΣ, ut apud Pausaniam VII.* 6. *p.* 537. *ac in dicto modo veteri numo) appellationem fuerit nacta, ac ubi insuper additur: τιμᾶται δὲ καὶ παρὰ ΤΟΙΣ ΠΕΡΣΑΙΣ ἡ θεὸς διαφερόντως, καὶ μυστήρια ποιοῦσιν οἱ βάρβαροι τὰ παρ' ἑτέροις συντελούμενα μέχρι τῶν νῦν χρόνων ΑΡΤΕΜΙΔΙ ΠΕΡΣΙΑ (seu ΠΕΡΣΙΚΗ)*, a PERSIS etiam haec Dea plurimum colitur, eademque mysteria, quae alibi ei peraguntur, etiam barbari ad haec usque tempora in DIANAE PERSIAE (seu PERSICAE) honorem celebrant. *Id quod praeterea adstruit Dianae templum in Elymaide ἐν τῇ Περσίδι*, in Perside, *idque opulentum adeo ac splendidis omnegenus donariis refertum, sicut de eo dicitur I. Maccab. VI.* 2. *et a Iosepho* Ἀρχ. *L. XII.* 9. 1. Quae ego magnam partem probo, servato tamen *ΠΕΡΣΙΑΣ* titulo ob Mss. conspirantem concordiam et Plutarch. Lucull. p. 507. E. *βόες ἱεραὶ νέμονται ΠΕΡΣΙΑΣ Ἀρτέμιδος, ἣν μάλιστα θεῶν οἱ πέραν Εὐφράτου βάρβαροι τιμῶσι.* WESS.

394. 20. *Καὶ Ῥαδάμανθυν καὶ Σαρπηδόνα*] Postrema addidi ex Vindobon. libro: nam sedem hanc primitus occupasse, ostendunt cap. seq. verba, *τὸν δὲ τρίτον ἀδελφὸν Σαρπηδόνα φασὶ* etc. ostendunt praeterea scriptores ceteri, qui Iove atque Europa proseminatos Minoem, Rhadamanthum et Sarpedona perhibent. WESS.

394. 26. *Κνωσσὸν μὲν ἐν τοῖς πρὸς τὴν Ἀσίαν* etc.] Eustath. in Homer. p. 312. *κεῖται δὲ (Κνωσσὸς) ἀντικρὺ Πελοποννήσου πρόσβορρος.* Quod tametsi ex Geographo L. X. p. 730. exscripsérit, districte verum non arbitror. Magis enim Asiam ea Cretae ora, quae Cnossum sibi vindicat, spectat, quam Peloponnesum. *Phaestus*, de qua sequitur, mari non accubabat, inde stadiis XX dissepta, ut idem Strabo, qui et a Minoë conditam, aliis diversa opinatis, censet p. 734. Wess.

394. 29. *Ἐν τοῖς πρὸς ἑσπέραν κεκλιμένοις τόποις*] *Κεκλιμένοις* notatur a Steph. et abest R. C. V. unde scholion esse suspicor: quod tamen non deleo, quia alias ita soleat Diodorus. Vid. superius cap. 41. huius libri. Wess.

394. 32. *Συνερχόμενον εἰς λόγους αὐτῷ κατά τι σπήλαιον*] Plato in Minoë p. 319. *ἐφοίτα οὖν δι' ἐννάτου ἔτους εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον ὁ Μίνως, τὰ μὲν μαθησόμενος, τὰ δὲ ἀποδειξόμενος, ἃ τῇ προτέρᾳ ἐνναετηρίδι παρὰ τοῦ Διὸς (ἐμεμαθήκει.)* Quibus disertissimus philosophorum optime omnium explicat summi poetae Odyss. *T*, 178. *ἐννέωρον Διὸς μεγάλου ὀαριστήν.* Philosophi vestigia legit, sicuti adsolet, Maxim. Tyrius Dissert. XL. p. 238., aliis omnia alia secutis, ut ex brevibus in eum poetae locum scholiis nemini non apertum est. Vide Is. Casaub. in Strabon. X. p. 730. Wess.

394. 38. *Περὶ ἧς τὰ κατὰ μέρος* etc.] Superius L. IV. 81. Wess.

394. 47. *Ἐρυθρῷ μὲν ἐνὶ τῶν ἑαυτοῦ παίδων*] Erythraei maiores suos venisse referunt *σὺν Ἐρυθρῷ τῷ Ῥαδαμάνθυος ἐκ Κρήτης καὶ οἰκιστὴν τῇ πόλει γενέσθαι τὸν Ἐρυθρόν* in Pausaniae L. VII. 3. p. 529., haec Diodori adprime firmantes. Mox *ὀνομασθεισῶν* verum est. Adpellant plerique *Ἐρυθρὰς* hanc Ioniae urbem, *φερεσταφύλους Ἐρυθρὰς* Archestratus in Athen. L. III. p. 112. B. Wess.

394. 49. *Οἰνοπίωνι δὲ τῷ — Χίον ἐγχειρίσαι*] Chius ipsa ab hoc conditore *ἔναλος πόλις Οἰνοπίωνος* Critiae in Epigrammate apud Athen. I. 22. Genus hominis controversum est. Bacchi ex Ariadna F. perhibetur a Theone ad Arati Phaenom. v. 635. et Criticis in Apollon. Rh. III. 996. At patrem illi Thesea dedit Ion Chius, de patria sua canens

Τήν ποτε Θησείδης ἔκτισεν Οἰνοπίων.

in Plut. Thes. p. 9. A. Adde Pausan. VII. 4. et Olearium ad Philostrati Heroic. p. 661., sed plura perperam miscentem. Wess.

395. 53. *Θόαντι μὲν Λῆμνον*] Et hic Bacchi ex Ariadna F., si vera est fabula. Hypsipyle quidem certe Ovidii Epist. VI. 114. *En ego Minoo nata Thoante feror. Bacchus avus.* — Qui sequuntur Egyeus sive Engyeus et Pamphilus mihi parum sunt cogniti: *Euambei* sive *Euamei* cognomen pravum arbitror, atque ex *Εὐάνθει* natum, quem eodem Baccho genitum per-

hibent in Schol. ad Apollon. Rh. III. 996., patrem autem Maronis, unde Maroneae urbi nomen, apud Philostr. Heroic. II. 8. p. 680. atque Eustath. in Homer. p. 1623. Wess. Pamphilo sive Pamphylo Staphylum substituit ex Scymno v. 580. Heynius Comment. Gotting. nov. vol. II. p. 74., Egyeo Enyeum ex Homeri Il. IX. 668. Muellerus de Orchomeno p. 304.

395. 54. *Ἐγνεῖ Κύρνον*] *Ἐγγνεῖ* lego. At neque *Ἐνάμει*, neque *Ἐναμβεῖ*, utrumque ab etymologiis Graecis nimium recedens, probatur. Marginale tamen interim admisi. Rhod.

395. 55. *Ἀνίωνι δὲ Δῆλον*] Anius est, de quo superius c. 62. Conditor autem Andri Stephano v. *Ἄνδρος*, et Cononi Narr. XLI. *Ἄνδρος*. Faciunt cum Diodoro Delphi, Andriorum *οἰκιστὴν Ἀνδρέα* vocantes in Pausan. X. 13. Wess.

395. 59. *Διακρίνειν τοὺς εὐσεβεῖς καὶ τοὺς πονηρούς*] Sic scripsisse, nemo prudens dubitabit. Minoem apud inferos iudicem describit poeta Od. *Λ*, 568. et Plato Georg. p. 524. A. Wess.

395. 63. *Τοὺς περὶ Λυκίαν τόπους*] Conf. Herodot. I. 173. Apollodor. III. 1. 2. et Strabon. L. XII. p. 858. Wess.

395. 65. *Καὶ γήμαντα Δηϊδάμειαν τὴν Βελλεροφόντου*] Homerus Il. *Z*, 197. *Λαοδάμειαν* adpellat, *Hippodamiam* Auctor Recognit. S. Clement. L. X. 21. Iam quod additur de eius filio Sarpedone, *τὸν ἐπὶ Τροίαν μὲν στρατεύσαντα μετ' Ἀγαμέμνονος*, *qui cum Agamemnone Troianis arma intulit*, id vero falsum est. Sarpedon enim auxilio Troianis fuit et in Graecos pugnavit, docente poeta Il. *E*, 644. Quare, nisi error is sit auctoris, mallem *τὸν ἐπὶ Τροίᾳ μὲν στρατεύσαντα κατ' Ἀγαμέμνονος*, *qui ad Troiam contra Agamemnonem stetit*. Wess.

395. 71. *Ἐνενήκοντα*] Recte scholion *ὀγδοήκοντα* restituit ex Homero Iliad. *B*, 652. Rhod.

395. 74. *Ἐπιγραφὴν ἔχοντα τοιάνδε*] Hoc unde acceperit, nescio. Distichon quidem certe Aristotelis est, eius ex Peplo sumptum, atque ab H. Stephano Anthologiae libris ex Cod. Mediceo adiunctum. Legitur ibi *ὁρᾷς τάφον*, satis eleganter, tum *αὐτὰρ ἐγὼ τοῦ*, quod hinc corrigendum. Wess.

395. 84. *Οἱ προσαγορευθέντες μὲν Ἐτεοκρῆτες*] Superius c. 64. Wess.

395. 90. *Ἐκγόνου Δώρου*] E p. 183. restitue pro *ἐκγόνου*, *τοῦ Δώρου*, distinguendo post *Τευτάμου*. Si modo non verior est altera lectio, quae et supra recipi se petivit, *Τεκτάμου*. Rhod. *Ἡγουμένου Τεκτάμου τοῦ Δώρου*] Sic praestat. Favent scripti Codd., leviter adiuti, et auctor ipse L. IV. 60., Tectamum Dori F. Pelasgis et Aeolensibus, in Cretam pergentibus, ducem inponens. Accedit et Andron apud Steph. v. *Δώριον*, cuius verba, male ab interpretibus habita, addenda sunt: *Κρητὸς ἐν τῇ νήσῳ βασιλεύοντος*, *Τέκταμον τὸν Δώρου τοῦ Ἕλληνος*, *ὁρμήσαντα ἐκ τῆς ἐν Θετταλίᾳ*, *τότε μὲν Δωρίδος*, *νῦν δὲ Ἰστιαιώτιδος*

καλουμένης, ἀφικέσθαι εἰς Κρήτην μετὰ Δωριέων τε καὶ Ἀχαιῶν καὶ Πελασγῶν. Ita scripserat. Τέκσαφον, sive Τέκταφον, quod in Coislin. Mss. invenit diligentissimus Montfauconius, manifesto pravum est: nec melius, quod inde extuderunt Pinedo et Berkelius, Κέρκαφον, qui Dori filius non fuit. Id praeterea liquet ex Androne, de colonis, quorum dux Tectamus, deque loco, unde in Cretam solverint, alia atque alia fuisse tradita. Iunge Strabonem L. V. p. 338. A. Wess.

396. 99. Ὑπὸ μίαν ἀγαγεῖν συντέλειαν] Frequens ἄγειν εἰς μίαν συντέλειαν et τάττειν ὑπὸ μίαν συντέλειαν huic scriptori, cum plures civitates et gentes in eandem rediguntur societatis communionem. Vid. XI. 87. XV. 38. ubi fortasse plura. Hic autem τὰ κατὰ τὴν etc. mallem. Wess.

396. 3. *Νήσους ἔκτισαν — πόλεις τινὰς ᾤκισαν*] *Si quid video, manifestum est, duo verba hic commutata, et alterum in alterius locum perperam esse translata; ἔκτισαν scilicet et ᾤκισαν. Legendum nempe, ut mihi quidem videtur: ἄλλας τέ τινας νήσους ᾤκισαν, καὶ ταύτας τὰς νήσους (Cretam et quae Cretensium erant) κατακτησάμενοι, πόλεις τινὰς ἔκτισαν ἐν αὐταῖς, in alias quasdam insulas deposuerunt colonos, et has insulas nacti, aliquas in iis condiderunt urbes. Scio quid in observationibus suis L. III. 9. olim animadverterit vir Amplissimus, Gisb. Cuperus; scilicet dici etiam κτίζειν νήσους loco τοῦ οἰκίζειν, uti et* condere *de integris regionibus et populis. Recte; sed putem tamen hunc locum Nostri (qui caeteroquin ei, quod vir Amplissimus ibi observat, admodum foret opportunus) ita restituendum, ut proposui. Sin; pro ᾤκισαν legendum ἔκτισαν. Alterum tamen meo iudicio rectius.* Hactenus Io. Ienius Epist. ad Io. G. Graevium p. 420., cui cur adstipuler, nihil caussae reperio. *Κτίζειν νήσους* optimus quisque de colonis dixit in insulas missis, urbibusque conditis. Herodotus L. VI. 47. *οἱ μετὰ Θάσου ΚΤΙΣΑΝΤΕΣ τὴν νῆσον ταύτην.* Noster superius c. 75. *ὅτι περὶ τὴν Κρήτην δύο νήσους ΚΤΙΣΑΣ.* et L. XIV. 13. Parii *ΕΚΤΙΣΑΝ ἐν αὐτῷ* (sinu Adriatico) *νῆσον τὴν ὀνομαζομένην Φάρον.* Probarunt et Latini. Velleius I. 2. *Tyria classis insulam circumfusam Oceano, perexiguo a continente divisam freto, Gades condidit.* Alia de hoc genere dedi L. II. Observat. c. 15. Wess.

396. 10. Ἃ μὲν Ἐπιμενίδῃ τῷ θεολόγῳ] Tribuuntur illi a Diogene Laërtio I. 112. *Κουρήτων καὶ Κορυβάντων γένεσις καὶ θεογονία* et *περὶ τῆς ἐν Κρήτῃ πολιτείας.* Utrumque opus in consilium Diodorus adhibere potuit. Dosiades et Sosicrates scripserunt *Κρητικὰ* a Plinio, Athenaeo atque aliis, uti Io. G. Vossius et Io. Meursius monuerunt, citata. Laosthenidam, qui fortasse in eodem genere operam posuit, adhuc quaero. Wess.

396. 17. *Ξάνθος ὁ Τριόπου τῶν ἐξ Ἄργους Πελασγῶν* etc.] Habet *Xanthum*, urbis in Lycia cognominis conditorem, Stephanus, sed domo Aegyptium aut Cretensem. Pelasgos in Lesbum transiisse, testis Strabo L. XIII. p. 922. C., insulamque *Πελασγίαν* adpellatam Eustath. in Homer. p. 741. et Plinius L. V. 31. Wess.

396. 23. *Τὸ πρότερον καλουμένην Ἴσσαν*] Recte Reg. liber. Erat Issa urbium Lesbi una. Stephan. *Ἴσσα, πόλις ἐν Λέσβῳ, κληθεῖσα Ἰμέρα, εἶτα Πελασγία καὶ Ἴσσα, ἀπὸ τῆς Ἴσσης τῆς Μάκαρος.* qui cum omnia haec cognomina urbi Issae inponit, notam conmeruit. Insulae erant, non unius urbis. Eustath. l. c. *Ἔτι ἱστέον καὶ ὅτι Ἱμερτὴ καὶ Πελασγία ἡ αὐτὴ Λέσβος ἐκλήθη ποτέ. καὶ ὅτι ὥσπερ Λέσβος, οὕτω καὶ Ἴσσα ἡ αὐτὴ νῆσος ἐκ μιᾶς τῶν περὶ αὐτὴν πέντε πόλεων, ὡς καὶ Λυκόφρων ἐμφαίνει.* Fallor itaque, aut scripsit *κληθείσῃ Ἱμερτῇ, εἶτα Πελασγίᾳ καὶ Ἴσσῃ.* Debuerat quidem certe, ut Lesbo titulos relinqueret, a Plinio illi non negatos. Lycophronis, quem Thessalonicensis praesul respexit, versus Alexandr. est 220., cui iungendus Strabo L. I. p. 103. B. Wess.

397. 29. *Μακαρεὺς υἱὸς μὲν Κρινάκου τοῦ Διὸς*] Genus *Macarei* sive *Macaris* in controversiam venit. Superius c. 47. Macar, ex Heliadis unus, in Lesbum devenisse perhibetur. Dionysius vero Ant. Rom. L. I. p. 15. Pelasgos in Lesbum insulam transiisse ait, inmixtos *τοῖς ἐκ τῆς Ἑλλάδος στέλλουσι τὴν πρώτην ἀποικίαν εἰς αὐτὴν, ἄγοντος Μάκαρος τοῦ Κριασίου.* Corrigunt viri docti *τοῦ Κριάσου*, ut Criasi sit filius, Argi nepos, Iovis pronepos, ex Apollodoro II. 1. Ego vero, cum colonia Deucalione sit posterior multis annis, si Diodoro fides, mallem *τοῦ Κρινάκου*, praesertim quum hunc patrem Macari quoque dederit Schol. Homeri Il. Ω, 554., a Ios. Barnesio nullo iure mutatus. Putem quoque *Κρινάκου* nomen reddendum esse Straboni L. VII. p. 495. A. De Macare plura Clemens Alexandrinus Protrept. p. 27. Wess.

397. 31. *Ἐν Ὠλένῳ τῆς τότε μὲν Ἰάδος*] Pausaniam vide L. VII. 18. Wess.

397. 39. *Λέσβος ὁ Λαπίθου*] Marginis notatio *ὁ Αἰόλου, τοῦ Λαπίθου* habet. Ut autem discerni possit, utra lectio *γνησία* sit, totam Aeolidarum seriem ex ultima origine repetitam, ut quidem a Diodoro libro superiori c. 69. et hoc praesenti loco recensetur, in tabula proponemus.

IAPETI F. PROMETHEUS.

Deucalion, cuius tempore diluvium in Thessalia fuit, Ovid. Met. I.

Hellen, a quo Phthiotae primum, deinde Graeci universi Ἕλληνες nuncupati. Quod tamen verisimiliore coniectura quidam ab Elisa Iavanis F., nepote Iapheti deducunt: unde etiam Aeoles et ipse Aeolus nomen habere censetur.

Aeolus, a quo Aeolis dicta.

Cretheus, huic e Tyrone
- *Pheres.* — *Admetus.* — *Eumelus.*
- *Aeson.* — *Iason.* — *Thessalus.*
- *Amythaon.*
  - *Melampus.* — *Antiphates.* — *Oicles.* — *Amphiaraus.* — *Alcmaeon.*
  - *Bias.*

Salmoneus
- *Tyro*, huic e Neptuno
  - *Pelias*
  - *Neleus* — *Alcestis. Acastus. Nestor* etc.

Mimas
- *Hippotes*, huic ex *Melanippe*
  - *Aeolus* II.

Arne, huic e Neptuno
- *Boeotus*, a quo Boeoti, Aeolides in Thessalia princeps. — *Itonus*
- *Aeolus* III. Aeolidum insularum conditor.

Lapithas. — *Lesbus*, a quo insulae nomen.

Itonus
- *Hippalcimus.* — *Peneleus.*
- *Electryon.* — *Leitus.*
- *Archilycus.*
  - *Prothoënor* et *Arcesilas.*
- *Alegenor.* — *Clonius.*

Quinque Boeotorum duces in bello Troiano Iliad. II. 494.

Ex hac igitur delineatione perspicuum fit, nullum esse Aeolum e Lapitha procreatum, sed Lapithen Aeolo secundo progenitum. A quo diversus est ille, cuius supra fit mentio L. IV. 71. Apollini ex Stilbe Nympha susceptus et stirps Lapitharum. Rhod.

397. 42. *Τὴν θυγατέρα τοῦ Μακαρέως Μήθυμναν*] Habet hanc Macarei sive Mearis filiam sicuti et Mytilenen Stephan., sed qui Methymnae maritum dat *Lepethymnum:* sic enim verissime correxit Th. Galaeus ad Parthenii Erot. c. 21. Urbis utriusque nomen et *Μεθύμνην*, uti in Athenaei L. X. p. 466. et *Μυτιλήνην* subinde scribi dixi superius et ad Hieroclis Syneedem. p. 686. Wess.

398. 53. *Τρίτην δὲ τὴν Κῶ κατοικήσας*] Verius est *κατοικίσας*, quod et Cl. Io. Iensio in opinionem venit Epist. ad Graev. extrema. Insulam Co, misso in eam Neandro, colonis deductis frequentavit Macareus. Vitium peperit librariorum negligentia, *κατοικεῖν* et *κατοικίζειν*, eiusdemque originis alia confundere adsuetorum. Wess.

398. 63. *Καὶ λοιμικὴ κατάστασις ἐπεῖχε τὰς πόλεις*] Sic L. XIII. 12. *λοιμικῆς καταστάσεως εἰς τὸ στρατόπεδον ἐμπεσούσης.* et XIV. 41. Carthaginienses *λοιμικῇ καταστάσει περιπεσόντας.* Pro quibus paullo diversiore modo L. XII. 45. Athenienses *ἐνέπεσον εἰς λοιμικὴν περίστασιν.* Quae, ut plura alia, debet Polybianae imitationi. Illi enim scriptori *λοιμικὴ κατάστασις* et *λοιμικὴ διάθεσις* de lue, quae ex corrupto aere homines incessit, familiaris. Vide Polyb. I. 19. II. 20. 31. et Casaub. in Strabon. III. p. 214. ex Nostro hanc dictionem illustrantem. Wess.

398. 68. *Διὸ καὶ Μακάρων ὠνομάσθησαν νῆσοι*] De iisdem his insulis, *quas quondam dici putavere Μακάρων, sive quod fortunati admodum coeli solique sunt, sive quod eas suo suorumque regno Macar occupaverat*, scribit Mela II. 7. Fortasse hunc titulum abstulerunt ex Homero Il. Ω, 544. ubi olim *Μακάρων ἔθος* legebatur, ut ex Iuliani Orat. II. p. 73. D. et Dione Chrysost. Orat. XXXIII. p. 399. D. constat. Alibi vero *μακάρων νήσους* ab aliis collocari notum ex Strabone est L. I. p. 5. et quae ibi vir magnus. Wess.

398. 85. *Τέννης ἦν υἱὸς μὲν Κύκνου*] *Τέννης* Straboni L. VIII. p. 584. Plut. Quaest. Graec. p. 297. D. Scholiastae Hom. Il. Ω, 544., ex quo *Τένου ἔθος* in Stephano v. *Τένεδος*, quod et Salmasius vidit, restituendum, aliisque. Vide Sylburg. in Pausan. X. 14. et Davisium ad Ciceron. de Nat. D. III. 15. Urbs, cui Cycnus imperavit, *αἱ Κολῶναι* in Strabon. XIII. p. 901. Pausania l. c. et infra L. XIV. 38. Wess. Heraclid. in Polit. Suid. in *Τέννης*, Apost. c. 18. p. 78. Eras. Chil. 1. c. 9. p. 28., Chil. 2. c. 5. p. 90. Reines.

398. 89. *Κατελάβετο νῆσον ἔρημον οὖσαν*] Postremam vocem iussu veterum Codd. addidi. Sic c. 82. *περαωθεὶς εἰς τὴν Λέσβον ἔρημον οὖσαν*, saepeque alias. *Λεύκοφρυν* au-

tem primitus dictam Tenedum fuisse consentiunt scriptores. Hesychius *Λεύκοφρυς, ἡ Τένεδος τὸ πάλαι.* Adde Plinium L. V. 31. et Conon. Narrat. XXIX. Wess.

399. 2. *Τέννην εἰς λάρνακα ἐνθέντα καταποντίσαι*] Fabulam praeter Pausaniam et Cononem proposuerunt Critici ad Iliad. *A*, 38. Wess.

399. 7. *Αὐλητοῦ τινὸς ψευδῶς καταμαρτυρήσαντος*] *Molpo* homini nomen erat, qui hoc periurio effecit, ut *Τενέδιος αὐλητὴς* in proverbium abiret *ἐπὶ τῶν τὰ ψευδῆ μαρτυρούντων*, docente Stephano in *Τένεδος*. Eundem respicit Lycophron Alexandr. v. 234., sed praeter ceteros Plutarchus Q. Graec. p. 297., ubi in caussas inquirit, cur et tibicini interdictum sit aditu in Tennis templum, nefasque habeatur Achillis ibi nomen memorare, consentiens adprime Diodoro. Wess.

399. 22. *Τῶν δὲ Κυκλ. νήσων τὰς πλείους κατῴκισε*] Sic ex vetustis libris refinxi. Voces *ἐρήμων οὐσῶν* nimia solertia ex superioribus huc ingesserant librarii. Wess.

399. 25. *Ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν Ἀσίαν*] Idem *ἀλλὰ καὶ* hoc quidem loco atque *imo vero*, sicuti L. XIII. 94. Potuisset *διόπερ οὐ μόνον ἐν ταῖς νήσοις, ἀλλὰ καί.* Sed hoc arbitrarium. Suspicor autem ea, quae statim succedunt, non omnia esse Diodori, sed intempestiva aliorum opera mire interpolata: cuius opinionis caussas habeo, tum quod bonae notae Codd. haec desint universa, tum etiam quod Rhadamanthum, Erythrum atque Oenopionem quae spectant, ipse uberius explicuerat non multo ante c. 79. Hoc amplius, ait sese de minoribus insulis, quae inter Cyclades censebantur, dicturum, et vix unam atque alteram enumerat: quae sane parum cohaerent. Wess.

399. 26. *Καὶ Μίνῳαι καλούμεναι*] Corrigit in Addend. *Μίνῳοι καλοῦνται* Rhodom., quod probari posset, nisi fortasse intelligerentur loca, quibus *Μινῴων* fuit cognomen: cuiusmodi plura per Siciliam Graeciamque a Geographis memorantur. Wess.

399. 32. *Εἰς τὰς νήσους — κειμένας*] Idem vir Clariss. malebat *ἐν ταῖς νήσοις — ταῖς κειμέναις*· quo non opus est. Frequens enim haec praepositionis enallage. Sic L. XIII. 12. *ἢ καθημένους εἰς Σικελίαν.* S. Lucas A. A. VIII. 40. *εὑρέθη εἰς Ἄζωτον.* Vide superius L. III. 44. et Sylburg. Praef. in Pausan. p. 932. Wess.

399. 38. *Ἐθαλαττοκράτησαν*] Vetus scriptor apud Suidam v. *Κρήσσιος, Τοὺς Κᾶρας θαλαττοκρατῆσαι λέγεται μετὰ Μίνω τὸν Κρήσσιον.* de quo maris eorum imperio Is. Casaubonus in Polyb. p. 194. ed. Gronov., et Noster superius c. 53. Wess.

400. 43. *Καὶ τοὺς βαρβάρους Κᾶρας ἐξ αὐτῶν ἐκπεσεῖν*] Contigisse id circa migrationis Ionicae tempus ex Strabone L. XIV. p. 938. et Pausania L. VII. 2. novimus. Wess.

ANNOTATIONES

IN

LIBRUM UNDECIMUM.

401. 20. *Πρὸς Αἰκολανοὺς*] Hic *Σεκολανοὺς* habent omnes nostri codices: at in loco, qui est p. 263. *Αἰκολανοὺς*, quam scripturam hic reposui, utpote et aliorum scriptorum testimonio comprobatam. Steph. Dicam L. XI. 40. Wess.

402. 40. *Τὴν ἀπὸ Γέλωνος βασιλείαν*] Cuius Gelo conditor fuerat, sed quam cum maxime administrabat Thrasybulus, L. XI. 68. Wess.

402. 44. *Τῶν Αἰγυπτίων ἀπὸ Περσῶν*] Mendum satis erat crassum *Ἰαπύγων* pro *Αἰγυπτίων*, ut bene Rhodom. Vid. L. XI. 71. Wess.

402. 51. *Κεφαλληνίαν*] *Κεφαληνίαν* R. 2. Vid. L. XI. 83. Wess.

402. 52. *Ἐγεσταίοις*] *Αἰγεσταίοις* R. 2. Conf. L. IV. 23. Wess.

402. 57. *Περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ Παλικῶν*] Scribendum esse *Παλικῶν*, loco *Πεταλικῶν* idem Rhodom. animadvertit. Res aperta est ex L. XI. 88. Wess.

403. 14. *Σπόριον Κάσσιον καὶ Πρ. Οὐεργίνιον Τρίκοστον*] Quos Romanorum Fastos cum Olympiadum annis Diodorus conmiserit, non nisi conclusione quadam conficitur. Non respondent Capitolinis, nec Catonianis, nedum Varronianis. Et his quidem sexennio plerumque sunt contractiores: quo spatio cum Fasti Fabiani a Varronianis abierint, haud prorsus a vero abludit, Fabium Pictorem, antiquissimum Romanarum rerum scriptorem, in his sese Diodoro ducem dedisse. Exemplo res erit apertior. Consules Sp. Cassius Viscellinus III. et Proculus Virginius Tricostus auspicati sunt annum U. C. Varronianum CCLXVIII., qui in Fastis Fabianis CCLXII. Annus ab U. C. Fabianorum Annalium CCLXVIII., iisdem Coss. insignis, respondet Olymp. LXXV. anno I., cui in Fastis Varronianis convenit annus a Palilibus CCLXXIV. Hactenus ergo bene. Verum Diodorus in eo genere non perseveravit constanter.

Ut enim alios in manus sumsit, quos excerperet, eorumdem quoque Fastos adscivit: usus etiam Fabianorum excerptis non admodum fidelibus. Hinc illa diversitas, quam suo quamque loco signabimus. Vide interea D. Petavium L. IX. D. T. cap. 55. et H. Dodwellum Diss. X. de Cycl. sect. 73. Dionysius, Catonem secutus, principio L. IX. Ant. Rom. Olymp. LXXV. annum 1., quo Athenis Calliades Archon fuit, conponit cum Coss. K. Fabio Vibulano II., et Sp. Furio Fuso, qui anno Varroniano CCLXXIII. nomen dederunt. WESS.

403. 17. *Ἄσυλος Συρακούσιος*] Vero nomine *Ἄστυλος* fuit, domo Crotoniates, inde *Ἄστυλος Κροτωνιάτης* anno 1. Olymp. LXXIII., Dionysio principio L. VIII. Ant. Rom. Sequentibus duabus, tribus enim victor decessit, Syracusanum se inscripsit, ut Hieronis Syracusani gratiam demereretur, teste Pausania L. VI. 13. Necdum autem ultimam hanc victoriam Astylus reportaverat, cum Xerxes expeditionem in Graecos susciperet. Celebrabatur Olympias sub id tempus, quo Leonidas ceterique Graecorum Thermopylas occupatum perrexerunt, docente Herodoto VII. 206. Quare ea, quae hic traduntur, exeunte anno quarto Olymp. LXXIV. geri coepta sunt, continuataque Olymp. LXXV. 1., quando et ad Thermopylas et ad Salamina pugnatum acerrime. WESS.

403. 26. *Τοὺς Ἕλληνας ἀναστάτους ποιῆσαι*] Sic c. 29. *οὐδεμίαν τῶν ἀγωνισαμένων πόλεων ἀνάστατον ποιήσω.* et L. XIV. 35. *δεόμενοι μὴ περιϊδεῖν αὐτὰς ὑπὸ τῶν βαρβάρων γινομένας ἀναστάτους.* Isocrates Panegyr. p. 69. *τῆς μὲν τοὺς βαρβάρους ἀναστάτους ποιησάσης.* passimque alii. WESS.

404. 40. *Ναῦς δὲ διακοσίας*] Atqui inferius cap. 20. *ναῦς μακρὰς πλείους τῶν δισχιλίων* hoc bello armasse dicuntur: quo loco cum diligentius exsequatur, quae hanc eorum expeditionem spectant, praestat et hic *ναῦς δὲ δισχιλίας naves bis mille* legere. Vidit librariorum hoc peccatum Cel. Barbeyracius Histor. Foeder. et Pactor. P. I. p. 88. WESS.

404. 43. *Ὅσον καὶ τῷ πλήθει — ὑπερεῖχε*] *Ὅσῳ καὶ* R. J. quod amplectere, si lubet. Vide tamen Longi Pastor. L. III. p. 118. WESS.

404. 49. *Ὁμοίως δὲ τοῖς Καρχηδ. — παρασκευασάμενος*] Nihil ex vulgato immutassem, nisi Codd. exemplum mihi praebuissent. Quod sequor, paullo cultius videtur. Verum aliud est, neglectui haud habendum. Lysias continuos decem annos belli adparatu consumptos adfirmat: *δεκάτῳ ἔτει παρασκευασάμενος* inquit Orat. Parent. c. 9. Lysiam sequitur Iulianus Orat. I. p. 42. C. Id vero falsissimum erit, nisi eos Oratores et illorum annorum ratonem habuisse censeas, quos Xerxis pater Darius post pugnam Marathoniam instaurandis copiis contriverat, ut Athenienses Graecosque omnes ulcisceretur. D. Petavius hoc modo Iuliano succur-

rit. Alia alii sunt conmenti, quae Exech. Spanhemius ad eam Orat. p. 278. examinat. WESS.

404. 58. *Ἐμεσολαβήθη τελευτήσας*] Frequentius hoc genus uno in Diodoro reperies, quam quidem apud omnes alios. *Μεσολαβεῖν* usurpant et de rebus, quae intercipiuntur, et quae impediuntur. De epistolis, quae aliorum dolo intervertuntur, *τῶν δὲ ἐπιστολῶν μεσολαβηθεισῶν* Chrysermus in Io. Stobaei Florileg. Tit. XXXIX. p. 228. Abrahamum iam iam manus filio admoturum voce sua praepediens Deus O. M. *ὁ σωτὴρ θεὸς ἐν ἀέρος φωνῇ μεσολαβήσας τὸ ἔργον* Philoni Iud. de Abrah. p. 374. D. Imo medici, cum profluvium sanguinis, e venis erumpentis, conpescunt, *τῶν φλεβῶν μεσολαβοῦσι τὴν ἔκρυσιν* Timagorae apud Stob. Floril. Tit. XCVIII. p. 541. Hinc qui alium interpellat et interfatur, ut *μεσολαβήσας ὁ Μάρκος* et *μεσολαβήσας τὸν Παρμενίωνα* apud Polyb. XVI. 19. et XVII. 32. Hinc porro prono cursu ad vitam decurritur, cum, interveniente fatali die, abrumpitur. Sic Noster L. XII. 29. *μεσολαβηθεὶς δὲ νόσῳ τὸν βίον κατέστρεψε.* et L. I. 3. *μεσολαβηθέντες τὸν βίον ὑπὸ τῆς πεπρωμένης*, quod recurrit L. XVI. 1. et apud Suidam v. *Μεσολαβηθεὶς*, ex ipso, ut suspicor, Diodoro. Atque haec sufficiant de verbo, paullo neglectius a Lexicorum conditoribus habito. WESS.

404. 67. *Καὶ τοὺς Ἕλληνας αἰτεῖν ὕδωρ καὶ γῆν*] Sollemnem deditionis apud Persas formulam hoc Diodori loco illustrat Barnab. Brisson. de Regn. Pers. L. III. p. 733., cui adde Io. Freinshem. in Curtii L. III. 10. 8. WESS.

404. 69. *Διασκάψαι δὲ τὸν Ἄθω*] Sic scriptorum plerique. *Τὸν Ἄθων* Herodotus, quem de hac perfossione vide L. VII. 23. et Ioseph. Wasse in Thucyd. L. V. 3. WESS.

405. 78. *Ἡγεῖτο δὲ τῶν μὲν Λακεδαιμονίων Συνιὸς*] Rectius marginale *Συνετός*. RHOD. *Ἡγεῖτο δὲ τῶν μὲν Λακεδ. Συνετὸς*] Id recepi, quoniam propius abest a vero hominis nomine. Adpellabatur *Εὐαίνετος*, ut ex Herodoto VII. 173. videbis. WESS.

405. 82. *Τὰς Ἑλληνίδας πόλεις περιλαβεῖν ταῖς προφυλαξαῖς*] *Procubitores* intellige, quibus Graeci nominis civitates incingere, ne hostis ingrueret, destinabant. Passim alioqui *προφυλακαὶ* excubiae, quae pro urbibus aut castris in statione sunt, ut L. XIII. 72. XIV. 75. XV. 43. WESS.

405. 92. *Καὶ Μιλήσιοι*] Valde dubito, an sit genuinum. Quid si *Μηλιεῖς*; Hi enim gentibus hic recitatis sunt vicini, Strabo L. I. p. 50. Forte *Μηλήσιοι* scripsit, ut et cap. 4. RHOD. in Add. *Καὶ Μιλήσιοι*] Hoc pravum, nec melius Rhodom. *Μηλήσιοι*. Scripserat *καὶ Μηλιεῖς*, quod vellem retinuis settenacius Rhodom., neque Palmerio latuit. Firmat ipse L. XII. 77. *Αἰνιᾶνες καὶ Δόλοπες καὶ Μηλιεῖς* eodem ordine recensens. *Milesii* cum ceteris Ionibus Persarum regi parebant. *Melienses* eidem aquam et terram dederunt, teste Herodoto VII. 132., tandemque in eius partes transie-

runt aperte. Nimirum saepe librariis fato quodam evenit, ut *Μηλιεῖς* et *Μηλίους* in *Μιλησίους* converterent. *Διαγόρας ὁ Μιλήσιος* est in Plutarcho de Placit. Philosoph. I. 7., qui citra omne dubium fuit *Μήλιος*. Simili errore apud Pausaniam L. V. 23. ex insulanis, qui cum Graecis ad Plataeas contra Persas steterunt, fuisse perhibentur *Χῖοι καὶ Μιλήσιοι*, quorum Milesii neque insulani neque Graecorum eo bello socii. Dederat ipse *καὶ Μήλιοι*, quod Herodotus ratum habet L. VIII. 46. Vide mox c. 4. Wess.

405. 95. *Ἀχαιοί τε καὶ Φθιῶται*] Mallem longissime hinc abessent voces, quae Achaeos et Phthiotas distinguunt. Achaei enim omnes Phthiotae dicebantur. *Ἀχαιοὶ δ' ἐκαλοῦντο οἱ Φθιῶται πάντες* Strabo inquit L. IX. p. 662., quare *Φθιῶται Ἀχαιοὶ* eiusdem L. p. 657. *Phthiotae Achaei* Livio L. XXXVI. 15. et Nostro L. XV. 80., regioque ipsa *Ἀχαΐα Φθιῶτις* superius L. V. 50. Recurrunt tamen *Ἀχαιοὶ καὶ Φθιῶται* L. XVI. 29. et *Ἀχαιῶν οἱ Φθιῶται* L. XVIII. 11. Wess.

405. 99. *Δεκατεῦσαι τοῖς θεοῖς*] Herodotus *δεκατεῦσαι τῷ ἐν Δελφοῖσι θεῷ* L. VII. 132. sive *τῷ Πυθίῳ*, ut vetus Auctor apud Suidam v. *Δεκατεῦσαι*. Cum Diodoro conspirat Polybius, in solos tamen id Thebanos constitutum fuisse innuens, *ἐψηφίσαντο δεκατεύσειν τοῖς θεοῖς, κρατήσαντες τῷ πολέμῳ τῶν βαρβάρων* L. IX. 39. Wess.

405. 4. *Καρδοκοῦντες τὸ τοῦ πολέμου τέλος*] Similis ingenii homines *καρδοκοῦντες τὴν ῥοπὴν τοῦ πολέμου* habebis L. XVII. 80. De Corcyraeis Herodotus L. VII. 168. *καρδοκέοντες καὶ οὗτοι τὸν πόλεμον, ἢ πεσέεται*, quod imitatur Noster cap. 15. Anxie itaque observabant, quis belli successus esset futurus, ut victori ex usu suo sese adiungerent. Wess.

405. 5. *Ἀργεῖοι δὲ πρόσβυς ἀποστείλαντες*] Herodot. VII. 148. vide. Wess.

406. 31. *Μυριάδες πλείους τῶν ὀγδοήκοντα*] Inferius c. 11. ad Thermopylas *ἑκατὸν μυριάδας* in Graecorum quingentos pugnasse refert. Quo tempore ingenti Thracum, Thessalorum, aliorumque accessione exercitus erat adauctus, ut cap. 5. docebitur. Alioqui cognitissimum est, et declaravit ad Nepotis Themist. c. 2. doctissimus Bosius, magnam esse veterum scriptorum in numero terrestrium copiarum discordiam. Wess.

406. 32. *Πλείους τῶν χιλίων καὶ διακοσίων*] Supra mille ducentae erant et septem, testibus Herodoto VII. 89. et Aeschylo Pers. v. 341., ubi de aliorum hoc in genere dissensu copiose Stanleius. Ipse vero navium, qui succedit et in multis ab Herodoto dissidet, catalogus numerum mille et ducentarum rotundat. Habet etiam, quod improbes. Dat Graecis naves CCCXX. Ad ipsam autem descriptionem ubi deveneris, non ultra CCCX consummabis. Quare aut *Ἑλληνίδες τριακόσιαι καὶ δέκα* fuit olim, aut vitium in earum

navium numero inolevit, quas aut Dores, aut Aeoles Asiani, aut Graecorum alii armarunt. Wess.

406. 34. *Τὰ μὲν πληρώματα τῶν ἀνδρῶν παρεχομένων*] *Remigem atque militem* doctissimus interpres. Ego vero *remigem* praefero, tum quod Graecis in navibus, Herodoto auctore VII. 96., Persae et Medi et Sacae pugnarint, tum vocis usu, quo socii navales exprimi solent. Lysias Orat. XX. 3. *παρεσκευασάμην δὲ καὶ τὸ πλήρωμα πρὸς ἐκεῖνον καὶ τὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν.* Demosthen. Midian. p. 362. *εἶτα τὰ πληρώματα ἡ πόλις παρέχει καὶ σκεύη δίδωσιν.* Plura si desideres, Io. Scheffer. de Milit. Nav. II. 3. et Iac. Perizon. ad Aeliani II. V. H. 10. cumulate satisfacient. Wess.

406. 46. *Καὶ Σουνίου*] *Σουνίου.* Sic solent Atticae hoc promontorium plerique omnes vocare, ut nemini latet. Wess.

406. 48. *Ἱππαγωγοὶ δὲ ὀκτακόσιαι πεντήκοντα*] *Hippagines naves, quibus equi vehuntur, quas Graeci ἱππαγωγοὺς dicunt*, sic Festus. Referuntur inter onerarias, quasque ὁλκάδας adpellabant, a Io. Scheffero L. III. Mil. Nav. c. 1.; cui quidem non negavero, saepenumero illas aequiparasse: habet tamen Demosthen. Philip. I. p. 33. *ἱππαγωγοὺς τριήρεις.* Porro Herodotus naves hippagogas ceterasque minores ad tria millia pervenisse refert L. VII. 97. Wess.

406. 52. *Προσαπηγγέλθησαν*] Melius *προαπηγγέλθησαν* legeretur. Steph. et Rhod. Cur melius id foret, non perspicio. Decompositum hoc, uti vocant, parili paene potestate instructum est atque *ἀπηγγέλθησαν* aut *προσηγγέλθησαν*, quorum alterutrum si adesset, nemo, puto, mutaret. Wess.

406. 58. *Ἔσπευδον τοὺς τὰ τῶν Ἑλλ. προελ. ἐντὸς περιλαβεῖν*] Graecia universa, quae a Thermopylis in Peloponnesum usque porrigebatur, *ἡ ἐντὸς Θερμοπυλῶν Ἑλλὰς* Pausaniae X. 21. Thermopylae ipsae angustum dabant transitum, non latiorem, quam sexaginta passus: haec una ibi militaris via, qua traduci exercitus, si non prohibeantur, possint. Prohiberi autem poterant, tum ob angustias, tum praerupta et confragosa, quae inminebant, montium praecipitia, sicuti ex Livio L. XXXVI. 15. et Appiano Syriac. p. 157. constat. Huc ergo potissimum pertinet illud *ἐντὸς περιλαβεῖν.* Wess.

406. 63. *Μέγα φρονῶν ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ στρατηγίᾳ*] Monet in Addend. pro *ἀνδρίᾳ* sic scribi oportere semper, Rhodom., cui, etsi haec permisceantur vocabula, hoc quidem loco obniti nolui. Vid. Schol. Demosth. Orat. de Cherson. p. 63. et Thucydidis VI. 69. Basilium M. T. II. p. 143. C. Wess.

406. 66. *Ὡς ὀλίγους παντελῶς ἄγει* etc.] Respondisse Leonidam Ephoris interrogantibus tradit Plutarchus, *Πολλοί, πρὸς ἣν βαδίζομεν πρᾶξιν. πάλιν δὲ αὐτῶν εἰπόντων, Μήτι ἕτερόν τι διέγνωκας ποιεῖν; Τὰς παρόδους τῶν βαρβάρων κωλύειν, τῷ*

λόγῳ, ἔφη, τῷ δ' ἔργῳ, ἀποθανούμενος ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων, non magna, uti adparet, differitate, Lacon. Apophthegm. p. 225. A. Wess.

407. 80. *Τῶν μὲν οὖν Λακεδαιμονίων ἦσαν χίλιοι καὶ, σὺν αὐτοῖς* etc.] Lacedaemonis voce et urbs et regio notabatur. *Λακεδαίμων ὁμωνύμως λέγεται καὶ ἡ χώρα καὶ ἡ πόλις*, Strabo VIII. p. 564. C. et Pausanias L. III. 11. Sparta nomen urbis tantum. Quare Spartani et Lacedaemonii differunt plerumque, ut pars et totum, notante producto hoc Diodori loco, Is. Casaub. in Strab. VIII. p. 558. Iunge Herodot. VII. 234. Wess.

407. 90. *Καὶ Μιλησίων τοσοῦτοι*] Quid hoc est? Milesii, qui cum caeteris Ionibus regis erant subditi, et palam cum caeteris Asiaticis medizabant, et, ut paulo supra dixit, centum navibus regi auxiliabantur, miserunt pedites mille ad Thermopylas cum Leonida? Nugae. Nihil magis a veritate alienum. Lege confidenter pro *Μιλησίων*, *Μηλιῶν*. Nam et supra in eadem voce idem error est cap. 3. et licet ibi Melienses in numero Graecorum, qui cum Medis sentiebant, enumeraverit, tamen ante pugnam ad Thermopylas factam nondum a Graecorum foedere defecerant, ut narrat Herodotus in Urania sect. 66. Palm.

407. 91. *Θηβαίων*] *Ἀθηναίων (excidit in ed. Wessel. libri nota)* errore non insolito. Vid. L. IV. 67. Wess.

407. 94. *Οἱ μὲν οὖν μετὰ Λεωνίδου συναχθέντες*] Si qui liber *συνταχθέντες* praeferret, id confidentissime arriperem: commodius quippe in hanc rem. Supra c. 3. *καὶ Μάγνητες μετὰ βαρβάρων ἐτάχθησαν* saepeque alias. Nunc suo loco relinquo. Wess.

407. 99. *Μέχρι μὲν Ἀκάνθου πόλεως*] Ad eam urbem fossae eius, qua mons Athos a continente erat divulsus, principium ordiebatur, Herodot. VII. 22. 121. Wess.

407. 4. *Ἐπὶ τὸν Ἡλιακὸν κόλπον*] Rursus hic lege *Μηλιακόν*. Palm. Nihil admodum iuvant scripti Codd. Adaeque *Κλιακὸν* vitiosum ac *Ἡλιακόν*. sinus certe quidem *Eliacus* hac in ora nullus. Fuit autem *Maliacus*, qui Graecorum plerisque *κόλπος Μηλιεύς*, ut apud Herodot. IV. 33. et Polyb. Exc. Leg. p. 1117., nonnunquam etiam *Λαμιακὸς* a vicina urbe Lamia, sicuti Pausaniae L. I. 4. X. 1. Quare aut *Λαμιακὸν* recipiendum, aut, si eum sese tueri posse diffidas, *Μηλιακὸν* doctissimi Palmerii. Wess.

407. 14. *Τοὺς ἀενάους ποταμοὺς — ἐπιλιπεῖν*] Habet Lucian. in Gall. c. 12. aurum *ἀέναόν τε καὶ πολὺ ἐπιῤῥέον*, et interpretes Alexandrini Deuteron. XXXIII. 15. *ἀπὸ κορυφῆς βουνῶν ἀενάων*. quo tamen loco, insolentiore, credo, offensi epitheto alii apud Iustin. Mart. Dial. cum Tryph. p. 318. B. *ἀπὸ κορυφῆς βουνῶν καὶ ποταμῶν ἀεννάων*. Sed qui mihi attendisse non videntur ad vers. 17. *ἰσχὺν βραχιόνων ἀενάων*· inde didicissent, *ἀέναα* Alexandrinis eadem videri ac *αἰώνια*, *ἀεὶ διαρκῆ*, ut

Hesychius explicat. Ego hic scriptos libros sequor, et auctoris morem, quo *μνήμην ἀέννaον* L. V. 66. et eius generis alia dixit. Porro fluvium ab incredibili hac Persarum multitudine bibendo exsiccatum dabit Herodot. VII. 127. WESS. *Ἀέναος* scribendum esse, non *ἀέννaος*, ostendit Hermannus ad Eurip. Ion. v. 117.

408. 20. *Τοὺς ἅμα μὲν* etc.] Sequi debuerat *ἅμα δὲ*, ut L. III. 62., nisi sibi utroque in sermone scriptores talia indulgerent. Vide *τὸν πάνυ* Io. Frid. Gronov. in Livium L. XXXIII. 12. WESS.

408. 24. *Ἀκινδύνους*] Adscripserat Ursinus *ἀκινδύνως*. quod ut ferri potest, ita editum elegantia non superat. WESS. Adversatur Vrsino locus supra p. 98. 42. *αὐτοὺς μὲν ἀκινδύνους ἐξιέναι*, quanquam ibi *ἀκινδύνως* est uno in libro.

408. 26. *Ἐπηγγείλατο δώσειν χώραν τοῖς Ἕλλησι*] Postrema potuerant abesse; sed ea sermonis abundantia Diodoro, ut dictum alias, frequentatur. Persa autem Graecis haud obscure significat, eos sese, modo dicto audientes sint, aliorsum traducturum, more per orientem frequentissimo. Darius certe *ἐβουλεύσατο Φοίνικας μὲν ἐξαναστήσας ἐν τῇ Ἰωνίῃ κατοικίσαι, Ἴωνας δὲ ἐν τῇ Φοινίκῃ* apud Herodot. VI. 3., quod et regem suum Iudaeis, si sese dedant, facturum recepit legatus Assyrius 2. Reg. XVIII. 32., expertique et hi et ipsorum populares sunt labentibus annis, uti notum omnibus, maximo gentis malo. WESS.

408. 29. *Ὅτι καὶ συμμαχοῦντες τῷ βασιλεῖ* etc.] Vere et Laconice dictum; quo etiam responso legatos Artaxerxis Graeci exceperunt, qui cum Cyro in interiorem Asiam adscenderant, cum arma dedere postularentur L. XIV. 25. WESS.

408. 37. *Ἐκ τῆς πατρίδος πεφευγότα πρὸς αὐτὸν*] Videndus est Herodotus L. VII. 3. 101. 209. WESS.

408. 52. *Τῆς τῶν προγ. ἡγεμονίας οὐ πάλαι καταπεπονημένης*] *Fracto oppressoque.* Strabo L. VII. p. 501. A. *Μακεδόνες δ' ὕστερον καὶ Ῥωμαῖοι καὶ ταύτην* (Ambraciam) *καὶ τὰς ἄλλας κατεπόνησαν.* Confer infra L. XIV. 103. Exstinxit autem Medorum principatum et Cyrus et Xerxis pater Darius. Herodot. I. 130. WESS.

408. 54. *Καὶ τῶν ἐν Μαραθῶνι τετελευτηκότων*] Haec vitium sonant. Tentabam sic emendare: *εἶναι καὶ τῶν ἐν Μαραθῶνι προκεκινδυνευκότων τινας. συννπέδειξε δὲ* etc. *esse et quosdam ex iis, qui Marathoniae pugnae interfuerant.* PALM. Hiantem orationem interpres explevit, voce *συγγενεῖς*, ut videtur, addita: quo modo haud prave ea decurret. Palmerii conatus audacior est, nec plane tamen spernendus, si qui Codd. addicerent. Equidem, ne dolo dicam, animadvertisse mihi videor inpudentis Grammatici vestigia, pro arbitrio suo ea inculcantis, quibus opus nihil erat. Sunt enim manifesto sumpta *καὶ τῶν ἐν Μαραθῶνι τετελευτηκότων* ex iis, quae continuo consequuntur. Aufer ergo mecum omnia

haec *συνέβη δὲ ἐν τοῖς Μήδοις εἶναι καὶ τῶν ἐν Μαραθῶνι τετελευτηκότων*, et nihil admodum ad sententiam desiderabis. Neque est, ut nimium hoc censeatur, cum toties totiesque hi libri ineptis aliorum commentis sint foedati. Sin, non intercedam, ut interpretis opinio pro vera habeatur. WESS.

408. 57. *Τιμωρήσεσθαι*] *Τιμωρήσασθαι* ambo Reg. Co. Cl. haud male. Vid. Miscellan. Observ. Vol. IV. p. 286. WESS.

409. 70. *Καὶ τῷ μεγέθει τῶν ἀσπίδων*] Addi potuerat *καὶ μεγέθει τῶν δοράτων* nam brevioribus hastis, quam Graeci, utebantur Persae Medique: *καὶ δόρασι βραχυτέροισι χρεώμενοι ἤπερ οἱ Ἕλληνες* Herodot. VII. 211. Graecorum vero clypeos totum fere corpus obtexisse et *ἀνδρομήκεις* fuisse notum est. WESS.

409. 74. *Νεοχμοὶ πρὸς διαπεπονημένους*] Rei gestae series, ut intactos et recentes cum fessis conmissos putes, paene requirit, quomodo *πρὸς ἀκραιφνεῖς πεπονηκότες* in Libanii Basil. p. 132. Ceteroqui *διαπεπονημένοι* plerumque sunt probe exercitati. Sic L. XVI. 17. *διὰ τὴν ἄθλησιν τῶν πολεμικῶν ἔργων διαπεπονημένοι*, multo rei militaris usu exercitati. Musonius in Stob. Floril. Tit. I. p. 17. *τὸ τεθρυμμένον σῶμα καὶ μαλακὸν πολὺ κάκιον τοῦ σκληροῦ τε καὶ ΔΙΑΠΕΠΟΝΗΜΕΝΟΥ ἐστίν.* Adde supra III. 53., et mox *ὑπέμενον τὸν κίνδυνον* de certamine accipe, cuius vim non poterant sustentare, ut brevi ante, *θαυμαστὸν συνέβαινε γίνεσθαι τὸν κίνδυνον.* Polyb. I. 27. *τὴν μὲν ἀρχὴν ὁ κίνδυνος ἔλαβε τοιαύτην* qua quidem potestate quum is, sicuti et Noster, infinitis locis vocabulum ornarit, plura nunc conducere nolo. WESS.

409. 77. *Ἀσπίσι γὰρ καὶ πέλταις μικραῖς οἱ βάρβ. χρώμενοι*] *Γέρρα* dicebantur Herodot. VII. 61., quae *σκεπαστήρια πολεμικά, οἱ κυκλοτερῆ δὲ, ὡς αἱ ἀσπίδες, ἀλλὰ τετράγωνα*, ut Etymol. p. 619. explicat. De *gerris* autem, scuto Persico, luculenter agit Barn. Brisson. de Regn. Persar. III. p. 641. WESS.

409. 85. *Τύπον νεκρῶν ἑστρωμένον*] Videtur deesse participium *ὁρῶν* post *ἑστρωμένον*. Aliquod certe deest, quodcunque id sit. STEPH. et RHOD. Si locus est integer, nec *ὁρῶν* desideratur, quod viri doctissimi haud iniuria suspicantur, nihil reliquum est, quam ut accusativos absolute positos dicamus: quod structurae genus alias explicuimus, atque ex Pausania exemplis firmavit Sylburgius in Praefat. p. 930. WESS. Ursinus post ὁ *Ξέρξης* censuit omissum esse *ὁρῶν*. IDEM in Add.

409. 87. *Ὀνομαζομένους ἀθανάτους*] Decem millia erant, ita dicti, quod si quis eorum aut nece aut morbo numerum inminueret, confestim alius sufficeretur, nec unquam plures pauciores-ve essent, docente Herodoto VII. 83., atque ex eo Barn. Brisson. de Regn. Persar. I. p. 268. Id addo, hinc colorem sumpsisse Dionem Cassium L. LVI. p. 682. E. cum de Augusto *στρατιώτας*

τε τοσούτους ΑΘΑΝΑΤΟΥΣ πρὸς τὸ προπολεμεῖν ὑμῶν τρέφων. Wess.

409. 3. Ἐπὶ τοσοῦτο δὲ προέβησαν ταῖς προθυμίαις] Cave quidquam mutes: bene enim omnia habent. Superius L. IV. 7. de Aesculapio ἐπὶ τοσοῦτο δὲ προβῆναι τῇ δόξῃ. Pausan. L. IV. 3. εὐσεβείᾳ δὲ ἐς πλέον προέβη. Wess.

409. 8. Πρὸς τὰς τῶν νέων ἀκμὰς ὑπερεβάλλοντο] Credo praepositionem πρὸς ex sequentibus in hanc sedem inmigrasse. Quantum enim recordor, non ita solent. Strabo L. VIII. p. 543. A. δυνάμει δ' ὑπερβεβλημένος τοὺς κατ' αὐτόν. Dionysius II. p. 147. μακρῷ δή τινι τοὺς ἄλλους ὑπερεβάλετο. Atque ad hunc modum Noster I. 66. ceterique omnes. Wess.

410. 17. Διά τινος ἀτραποῦ στενῆς καὶ παραχείμου] Proprium deinceps tramiti nomen fuit. Appian. Syriac. p. 158. μή τις λάθοι κατὰ τὴν λεγομένην ΑΤΡΑΠΟΝ περιελθών ἢ δὴ καὶ Λακεδαιμονίοις, τοῖς ἀμφὶ Λεωνίδαν Ξέρξης ἐπέθετο. Verte ex Livio XXXVI. 16. *timor deinde incessit, ne quos per inminentia iuga calles inveniret ad transitum Romanus: nam et Lacedaemonios quondam ita Persis circumitos fama erat.* Porro Trachinio illi, patriae proditori, nomen fuit Ephialtae, quo de Herodotus VII. 213. et Pausan. I. 4. Wess.

410. 32. Ἔνιοι μὲν οὖν ἔφασαν δεῖν παραχρῆμα καταλιπόντας etc.] Herodotum L. VII. 219. consule et Iustin. II. 11. Wess.

410. 39. Αὐτοὺς] Αὐτὸς R. 2. Cl. V. Non sequor, etsi ex Herodoto similia dari possunt. Wess.

410. 46. Θεσπιεῖς γὰρ μόνους παρακατέσχε] Imo et Thebanos, sed invites, referente eodem Herodoto VII. 222. sed non probante Plutarcho T. II. p. 862. E. Numerus vero eorum, qui cum Leonida steterunt, apud plerosque CCC est, quod Spartani eum explerent, aliis D, aut DC, Thespiensibus et Thebanis additis. Vide viros doctos ad Aelian. III. V. H. 25. Wess.

410. 56. Ὡς ἐν ᾅδου δειπνησομένους] Dixerit aliquis hic accusativum δειπνησομένους perperam occupare locum dativi δειπνησομένοις, quod praecedat τούτοις: nec immerito meo quidem iudicio. Occurrunt enim transitus orationis a dativo ad accusativum, sed alio modo facti. Steph. et Rhod. Ego vero non muto. Permittunt sibi in eiusmodi structura Graeci multa. Quin ipsum hoc Leonidae dictum parili modo expressit Plutarchus Apophtheg. Laconic. p. 225. τοῖς δὲ στρατιώταις παρήγγειλεν ἀριστοποιεῖσθαι, ὡς ἐν ᾅδου ΔΕΙΠΝΗΣΟΜΕΝΟΥΣ. Aliter paullo Aristides in eiusdem, si tamen idem sit, Plut. Parallel. p. 306. D. Οὕτως ἀριστᾶτε ὡς ἐν ᾅδου δειπνήσοντες. Hinc sumpsit, sed confusis τῷ ἀριστᾶν et ἀριστεύειν verbis, qui Ciceroni Tuscul. Disput. I. 42. obtrusit: *Pergite animo forti, Lacedaemonii; hodie apud inferos fortasse cenabimus.* Adsentior

enim viris egregiis Bentleio et Davisio, *ῥῆσιν* eam supposititiam arbitratis. Wess.

411. 66. *Νυκτὸς εἰσέπεσον εἰς τὴν τῶν Περσῶν στρατοπεδείαν*] Sequitur Iustinus II. 11. Herodotum vero si audis, praelium non fuit nocturnum, pugnatum quippe non multis ante meridiem horis: *ἐς ἀγορῆς κου μάλιστα πληθώρην* ait L. VII. 223. i. e. illo tempore, quo forum hominibus frequens esse adsolet: id vero tota Graecia prope medium diem conplebatur, sicuti Desid. Heraldus Advers. I. 10. docuit, et opportuniore loco a nobis ostendetur. Porro haec Diodori nominatim citat Io. Tzetzes Chil. I. 969., ipsa hac in historia non unius peccati reus. Wess.

411. 79. *Μήτε συνθήματος ἐρώτησιν*] Hoc tanquam symbolo commilitones sese et hostem, et noctu inprimis, internoscebant. Quare ad Ulyssem, cum se concubia nocte in hostium castra penetrasset, milites satis pro imperio apud Euripid. Rhes. v. 684. *Οὐκ ἐρεῖς σύνθημα, λόγχην πρὶν διὰ στέρνων μολεῖν*; et Spartanis per noctem Tegeam invadentibus, Acues *τοῖς ἰδίοις ὁπλίταις ἔδωκε σύνθημα, κτείνειν τοὺς τὸ σύνθημα ἐρωτῶντας* apud Polyaen. de Stratagem. I. 11. Eius itaque diligentiore inquisitione neglecta, ut in summo pavore et consternatione, haud mirum Persas in sese incurrisse mutuo. Adde D. Vossium in Caesar. L. II. Bell. Gall. c. 20. Wess.

411. 83. *Νῦν δ' ὁ μὲν Ξέρξης ἦν ἐκπεπηδηκὼς* etc.] *Statim regis praetorium petunt, aut cum illo, aut si oppressi essent, in ipsius potissimum sede morituri. Tumultus totis castris oritur. Spartani posteaquam regem non inveniunt, per omnia castra victores vagantur, caedunt, sternuntque omnia*, sic ex Trogo, secuto, uti videtur, Diodorum, L. II. 11. Iustinus, quicum non dissentit Plut. T. II. p. 866. A. Longius provehitur verique fidem superiacit Aristides, asseverans Leoniden Xerxi diadema detraxisse in Plut. Parallel. p. 306. D. Wess.

411. 99. *Τὸν ἑαυτῶν δὲ βίον — ἐπέδωκαν εἰς τὴν* etc.] Hoc Dionysio Rom. Antiq. L. III. p. 152. *ἐπιδοῦναι τὰ σώματα τῇ πατρίδι*. Xiphilino in Vitell. ex Dione *ἑαυτὸν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ ἐπιδοῦναι*. Siracidae XXXIX. 34. *ἐπιδοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ*, quod posterius tamen paullo diversum. Wess.

412. 12. *Χρὴ γὰρ οὐκ ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων κρίνειν*] Citantur haec a S. Maximo et Antonio cap. de Fortuna Bon., inserto Florileg. Io. Stobaei p. 820. edit. Wechel. Convenit Ovidianum,

— — *Careat successibus, opto,*
Quisquis ab eventu facta notanda putet.

Epist. II. 85. Wess.

412. 25. *Τηρεῖν τοὺς τῆς πόλεως νόμους*] Respicit Epigramma, quo se Spartani pugnando occubuisse gloriantur, *τοῖς κείνων πειθόμενοι νομίμοις* infra c. 33. Quod autem succedit,

τηρεῖν τὰς ἰδίας ψυχὰς, Graecorum sermoni egregie asserit frequens illud scriptorum N. T. *σῶσαι τὰς ψυχὰς*, quo de nuper admodum Cl. Ier. Markland. in Lysiae Orat. VI. p. 546. Wess.

412. 28. *Δικαίως δ' ἄν τις — ἡγήσαιτο, ἢ τοὺς* etc.] Multis, opinor, *δικαίως ἤ*, pro *δικαιότερον ἤ*, ferendum non videbitur. Steph. Adstipulor Rhodomanno, arbitrato deficere in hac structura *μᾶλλον*, cuius absentia in eiusmodi verborum ordine non insolita. Iosephus Antiq. Iud. XIX. 2. 4. *διὰ τὸ Γάϊον φύσει τῇ αὐτοῦ χρώμενον ἢ συμβουλῇ τῇ ἐκείνης τὰ πάντα πρᾶξαι.* Libanius Epist. 113. *χαίρει γὰρ οὗτος καλούμενος ἢ ἥπερ ὀνομάζεται.* Pausanias IX. 28. p. 764. *ὥστε καὶ διαφεύγουσι τὰ πολλὰ οἱ δηχθέντες ἢ ἀνδρὶ Αἰβυϊ γένους τοῦ Ψύλλων, ἢ καὶ ἄλλως προσφόροις, ἢν ἐπιτύχωσι τοῖς φαρμάκοις.* ubi Kuhn. *μᾶλλον* esse Graecorum more subintelligendum bene monet. Wess. Pausaniae loco aptiorem substitue Plutarchi Pelop. p. 279. *τούτους ἂν δικαίως προσαγορεύσειε συστρατηγοὺς ἢ ἐκείνους.*

412. 38. *Σιμωνίδης ὁ μελοποιὸς*] Simonidis numeros expressi in versione: tametsi strophas exacte distinguere non licuit. Post *χρόνος* vero interpungendum videtur. Rhod. Obvia veterum in scriptis Simonidis *ἐγκώμια* diligenter recensuerunt Leo Allatius Diatrib. de Simeon. p. 209. et Io. Alb. Fabricius L. II. Bibl. Gr. c. 15. p. 566. Neuter hoc habet. Quid F. Ursinus praestiterit, non dixero. Videre enim mihi, tametsi studiosissime quaerenti, non licuit eius Illust. Lyric. Fragmenta. Wess.

412. 44. *Ἐντάφιον δὲ τοιοῦτον οὔτ' εὐρὼς* etc.] Adsentior Rhodomanno, post *χρόνος* distinguenti. *Ἐντάφιον* vestis est, qua mortuorum corpora honeste ad sepulturam involvebantur. Hinc variae elegantissimarum translationum traduces, inprimis cum de morte, strenue ac per virtutem obita, meminerunt. Addam culti huius sermonis exempla. Polybius L. XV. 10. *οἱ μὲν ἀποθανόντες εὐγενῶς ἐν τῇ μάχῃ, κάλλιστον ΕΝΤΑΦΙΟΝ ἔχουσι τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος θάνατον.* Paullo aliter de Hasdrubale, cum patria deflagrante pariter morituro, Excerpt. p. 1475. *καλὸν γὰρ ΕΝΤΑΦΙΟΝ εἶναι τοῖς εὐφρονοῦσι τὴν πατρίδα, καὶ τὸ ταύτης πῦρ.* Non longe a priore abit Synesius II. de Provid. p. 119. B. *γνώμην ἐποιοῦντο δρῶντές τι καὶ παθεῖν καὶ σχεῖν ΕΝΤΑΦΙΟΝ τὴν ἀρετήν.* Neque hoc Basilii M. Homil. in Divit. T. II. p. 61. E. *προλαβὼν οὖν, σεαυτὸν ἐνταφίασον. καλὸν ΕΝΤΑΦΙΟΝ ἡ εὐσέβεια.* cui simillimum hoc Libanii T. I. p. 225. C. *νομίζων δὲ καλὸν τὴν εὐσεβείαν ΕΝΤΑΦΙΟΝ.* Desinam, ubi ex Eleazari, Iudaeos ad mortem sponte obeundam cohortantis, oratione apud Ioseph. VII. Bell. I. c. 8. 6. addidero, *καλὸν ΕΝΤΑΦΙΟΝ τὴν ἐλευθερίαν φυλάξαντες.* Haec enim ad Simonidem illustrandum abunde erunt. Iam *πανδαμάτωρ χρόνος*, de tempore edace et omnia consumente, opportunum. Bene Noster Excerpt. Vales. p. 249.

ὁ δὲ χρόνος ὁ πάντα μαραίνων τἄλλα, ταύτας (τὰς ἀρετὰς) ἀθανάτους φυλάττει. Wess.

412. 54. *Τὴν Καδμείαν νίκην νενικηκὼς*] Dici solere ἐπὶ τῆς ἀλυσιτελοῦς νίκης, quaeque plus detrimenti quam commodi vincenti conciliat, notum est. Auctor ipse explicuerat L. XXII., ut ex Ecloga IV. videbis. Repetitur ab ea victoria, quam magno suo malo Thebani, victis Polynice et Argivis, reportaverant. Pausanias IX. 9. Ἐγένετο δὲ καὶ αὐτοῖς (Thebanis) τὸ ἔργον οὐκ ἄνευ κακῶν μεγάλων· καὶ ἀπ' ἐκείνου τὰ σὺν ὀλέθρῳ τῶν κρατησάντων, ΚΑΔΜΕΙΑΝ ὀνομάζουσι ΝΙΚΗΝ. Alias dicti causas adfert Diogenianus IV. 45., ubi Schottum vide. Wess.

413. 58. *Τὸν ἀφηγούμενον τοῦ στόλου Μεγαβάτην*] Inter classis praefectos apud Herodotum VII. 97. reperio *Μεγάβαζον τὸν Μεγαβάτεω*, qui si idem est ac *Μεγαβάζης* Aeschyli Pers. v. 22. ut suspicatur Stanleius, unius literae mutatione homini et hic suum nomen reddi poterit. Wess.

413. 64. *Πρὸς ἄκραν τὴν ὀνομαζομένην Σηπιάδα*] Fabulosam nominis originationem proponunt Critici ad Apollon. Rhod. I. 582., cladem vero Persicam post Herodotum VII. 188. Pausan. VIII. 27. p. 657. et Strabo IX. p. 675. Wess.

413. 69. *Εἰς Ἀφέτας τῆς Μαγνησίας*] Strabo IX. p. 666. postquam de Pagasis meminisset, *πλησίον δὲ καὶ Ἀφέται, ὡς ἂν ἀφετήριον τῶν Ἀργοναυτῶν*. Herodotus VIII. 7. ceteris ad Aphetas in ancoris consistentibus, ducentas naves missas refert, quae Euboeam circumnavigarent. Hinc mendi suspicio oriri posset, nisi et in aliis ab eo Diodorus discederet. Wess.

413. 74. *Διακοσίας καὶ ὀγδοήκοντα*] Herodotus VIII. 2. omnium ad Artemisium coactarum, praeter naves quinquaginta remorum, numerum CCLXXI colligit, inque his Atheniensium CXXVII, Noster c. 13. Atticis deinde accessisse triremes quinquaginta adfirmat, unde rotundiore numero L. XIII. 21. et L. XV. 78. CC hoc bello armasse Athenienses traduntur: quem quidem catalogum non excedit Nepos Themist. c. 3., neque Demosthen. Or. pro Coron. p. 179. Ut mirer eundem Orat. de Class. p. 108. scripsisse: *οἵδε μὲν* (Persarum rex) *τριακοσίαις τριήρεσιν, ὧν ἑκατὸν παρεσχόμεθ' ἡμεῖς, τοὺς προγόνους αὐτοῦ χιλίας ἀπολέσαντας ναῦς*. Existimabimus Oratorem de gentis suae gloria detrahere voluisse in eo sermone, quo multitudinis favorem colligere studebat? Equidem non ausim, culpamque in amanuenses refero, qui numeri nota decepti ex *ὧν διακοσίας* id, quod editur, exstruxerunt. Wess.

413. 78. *Διὰ σύνεσιν καὶ στρατηγίαν*] Idem est ac *διὰ σύνεσιν στρατηγικὴν*, ut c. 21. et L. XV. 56. Epaminondas *διὰ τῆς ἰδίας ἀνδρείας μάλιστα καὶ στρατηγικῆς συνέσεως τοὺς ἀνικήτους* etc. *κατηγωνισμένος*· quod genus nostrum amare docet Pet. Faber Semest. II. 25. p. 343. Wess.

413. 95. *Διεσπαρμένοις τοῖς Πέρσαις συμπλεκόμενοι*] Dativum, quem Rhodom. substituendum monuerat, scriptori restitui, etsi Codd. nihil iuvent. Paene etiam *διεσπασμένοις* ex Reg. scripseram: id enim significantius. *Τάξιν διεσπασμένην* dixit paullo ante et *στράτευμα διεσπασμένον* Thucydid. VII. 78. pluresque in re simili alii. Vid. infr. c. 21. Wess.

413. 99. *Ἑκάτεροι ἐπροτέρησαν*] Usus verbi *προτερεῖν* in his libris longe frequentissimus est, sed quod demirabere, format *προετέρουν*, *προετέρησα* et nonnunquam *ἐπροετέρησα* contra Grammaticorum decreta veterumque morem, quo Apollodor. III. 1. 2. *πολεμήσας Μίνως ἐπροτέρησεν*· et Polyb. III. 110. *ἐπροτέρουν κατὰ τὴν πρώτην συμπλοκήν*. Nosterque ipse L. XVI. 34. *καὶ ἐπροτέρουν κατὰ τὸ πλεῖστον ἐν τοῖς κινδύνοις*, paucisque aliis in locis. Nihil ergo reformidavi hanc consuetudinem sequi, initio a *προετέρησαν*, quod constanter Codd. adprobarunt, huius cap. facto. Wess.

414. 17. *Τὰ στενὰ τῶν ἐντὸς τῆς Εὐβοίας συμμαχούντων*] Forte *διὰ* vel *ὑπὸ τῶν ἐντός*. Rhod. De sociis, qui in Euboea adiutabant, ut fauces obfirmarentur, si certa res esset, non recusarem praesentiam alterutrius vocabuli, quod additum mallet vir doctissimus. At vero non adeo socii in insula, quam Graeci navibus suis Euripum intersepiebant ipsi. De eo enim omne certamen. *Πᾶς ὁ ἀγὼν τοῖσι κατὰ θάλασσαν περὶ τοῦ Εὐρίπου* Herodotus ait L. VIII. 15. Vult ergo Graecos angustias sociorum, qui intra Euboeam et continentem patriae auxilio erant, navibus obstruxisse, ne provehi ulterius Persae possent: quam ad sententiam cum commodius sit *τοῖς ἐντὸς — συμμαχεῖν*, uti visum Cl. Wetstenio, id praefero. Wess. Forsan *ἐμφράξαι* adscito Rhodom. auxilio praestabilius erit. Idem in Add.

414. 23. *Παρὰ δὲ τοῖς βαρβάροις Σιδωνίους*] Dissentit Herodotus, quem si audias, postremo hoc navali praelio *Αἰγύπτιοι τῶν Ξέρξεω στρατιωτέων ἠρίστευσαν*, L. VIII. 17. Alios itaque sequitur Diodorus, ut saepe. Wess.

414. 26. *Ἠθύμησαν*] *Ἠθυμήθησαν* Coisl. male. Vide cap. 15. Wess.

414. 33. *Καὶ τὴν τῶν Ἰστιαιέων πόλιν βίᾳ χειρωσάμενος καὶ διαρπ.*] Verborum ordinem, iubentibus manu exaratis libris et rei serie, conmutavi. Scripsi praeterea *Ἰστιαιέων*, quod Ionicum, tametsi auctor *Ἑστιαιεῖς* L. XII. 7. XV. 30. maluerit, ferre potui: promiscue enim Pausanias VII. 4. 7., atque alii efferunt, monente viro magno ad Athen. I. 16., non *Ἰστιέων*, scribentis peccato natum, sicuti in Cod. Medic. *Ἰστιεὺς* ex *Ἰστιαιεὺς* Herodoti VIII. 23. Wess.

414. 38. *Μετὰ τῶν Ἑλλήνων ἠρημένοι*] Scribe *τὰ τῶν Ἑλλήνων*. Rhod. Non intercedo. Sic enim L. XVII. 29. *οἱ τὰ τῶν Περσῶν αἱρούμενοι*, et c. 48. L. eiusdem, *τὰ Περσῶν*

αἱρεῖσθαι. Tamen vulgato patrocinatur, nisi et id vitio foedatum sit, *καὶ τοὺς μὲν αἱρουμένους μετὰ Καρχηδονίων, στρατεύειν* L. XX. 69. Wess.

414. 40. *Πρὸς τὰς δυσχωρίας τὰς ἐν τῷ Παρνασσῷ*] Herodot. VIII. 27. adi, cumque eo, si lubet, contende Polyaenum de Stratag. VI. 18. 1. et confestim animadvertes, eius orationi, quo minus integra sit, *γνψώσαντες* deficere: quo addito, si legatur, *αὐτοὺς καὶ τὰ ὅπλα νυκτὶ πανσελήνῳ γνψώσαντες*, ad sententiam nihil aliud desiderabitur. Viros doctos, cum ex Herodoto res sit explorata, id fugisse demiror. Sed hoc obiter. Wess.

415. 49. *Μέχρι τοῦ ναοῦ τῆς Προναίας Ἀθηνᾶς*] Sic scriptum hoc loco et brevi post fuisse, dudum est, cum Io. Meursius Lect. Attic. II. 17. moneret. Herodotus, quin recte vir diligentissimus correxerit, dubitare vetat: *ἐπεὶ γὰρ δὴ ἔσαν*, inquit L. VIII. 37. de Persis, *ἐπιόντες οἱ βάρβαροι κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Προναίης Ἀθηναίης* etc. Ortum videtur hoc mendum, quod Minervae *Προνοίας* titulus, quem Athenis atque alibi habuisse novimus, videretur aptior, quam quidem *Προναίας*. Durat hinc in Parthen. Erot. c. 25., ubi de Harmoniae monili, *τοῦ τότε κειμένου ἐν τῷ τῆς Προνοίας Ἀθηνᾶς ἱερῷ*. et Plutarcho Praecept. Reipub. Gerend. p. 825. B. *καὶ πάλιν τῶν φίλων τινὰς οἰκείων ἱκετεύοντας ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Προνοίας ἀνεῖλε*. Utrobique, cum Delphis ea sint acta, verum est *Προναίας*. Eum enim ibi titulum sortita Minerva fuit, quod eius aedes ante Apollinis collocata esset templum: quam cognominis caussam cum post Meursium uberius exposuerint viri eruditissimi Stanleius in Aesch. Eumenid. v. 21. Spanhem. ad Callim. H. Pallad. v. 121. et Iac. Gronov. ad Herodot. I. 92. verbum non addam. Wess. Conf. Hemsterhus. Anecd. I. p. 259.

415. 53. *Συνέβη διαφθαρῆναι συχνοὺς*] Ex Herodoto VIII. 37., quem simili in prodigio eleganter aemulatur Pausanias X. 23. Wess.

415. 78. *Οὐ δυνάμενοι κάμψαι τὸ περὶ Μαλέαν ἀκρωτ.*] Non sane erat, cur hoc mutarent. *Εἰς Μαλέαν ἄκραν τῆς Λακωνικῆς* L. XVI. 63., pro quo *τὸ Μαλέου ἀκρωτηριον* Alciphron L. I. Epist. 10. Infra L. XIII. 64. *οὐ δυνηθεὶς Μαλέαν κάμψαι*, et in notissimo dicto,

Μαλέαν δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε

apud Strabon. VIII. p. 580. Porro in animo Diodorus habuit, quae de Corcyraeis Herodot. VII. 168. Wess.

415. 80. *Ὅπως Περσῶν μὲν κρατ. ἐκείνοις δώσειν*] Scripserat Diodorus *δώσωσιν*, ut opinor. Steph. Credo *δόξωσιν*, quod consequitur continuo, in eam opinionem H. Stephan. impulisse: neque admodum refragor, verius tamen *δῶσιν* cum Cl. Wetstenio arbitratus. Alioqui structura haud prorsus insolita est. *Ὅπως τοὺς ἀναβησομένους ἑτοίμους ἔχειν* habebimus L. XX. 4. Wess.

415. 87. *Τοὺς ἐφ' ἡγεμονίας τεταγμένους*] Non lando Reg. 2. Plutarchus in Nicia p. 512. de Metone, *ἦν γὰρ ἐφ' ἡγεμονίας τινὸς τεταγμένος.* Noster L. XIII. 87. Menes Camarinaeus *ἐφ' ἡγεμονίας τεταγμένος*, et alias saepe. Sed vide L. XIII. 14. WESS.

415. 90. *Πολλῶν καὶ ποικίλων ῥηθέντων*] Quid desit non admodum obscurum est, et auctor explet ipse L. V. 62. *πολλοὶ μὲν οὖν καὶ ποικίλοι λόγοι περὶ αὐτῆς παραδέδονται.* WESS.

415. 92. *Τετειχισμένου γὰρ αὐτοῦ καλῶς*] Vide Herodotum VIII. 71. WESS.

416. 4. *Πελάγιον τὸν ἀγῶνα*] In alto mari, ut *πελάγιος*, qui in altum provectus navigat, L. XVI. 63., et *πελάγιαι νῆσοι*, quae a continenti longius absunt, mari undique circumfusae. Vid. not. ad L. IV. 77. WESS.

416. 18. *Οὐδὲν δ' ἧττον καὶ τὸ πεζικὸν στρατόπ. τῶν Ἑλλ.*] *Περσικὸν στρατόπεδον*, quod hunc locum occuparat, inde deieci. Viderat iniuste eum a Persis insideri Rhodomannus, quem sequor et veterem interp., qui, *nec minorem pedestribus copiis tanta vis hostium terrorem incusserat*, vertendo, satis suo se in libro *πεζικὸν* reperisse declarat. Scio Th. Magistrum *πεζικὸν*, ut cultum minus, proscribere, sed eum Thucydides, Isocrates, Demosthenes, pluresque alii, *πεζὸν* et *πεζικὸν* promiscue usurpantes, meliora, si animum intendisset, docere potuerant. WESS.

416. 29. *Μέχρι Κεγχρεῶν*] Infra L. XV. 68. *ἀρξάμενοι δ' ἀπὸ Κεγχρεῶν μέχρι Λεχαίου.* nec aliter Strabo VIII. p. 583., Lucian. de Scrib. Histor. c. 29. et S. Paullus Epist. ad Rom. XVI. 1. Alii *Κεγχρειὰς* vocant, ut Pausanias, quamquam non constanter, Sylburgio ad L. II. 1. docente. De spatio, quod Lechaeum et Cenchreas disiungebat, satis convenit. Plinius L. IV. 4. *quinque M. passuum intervallo* Isthmum metitur, quae Nostri, Strabonis et Agathemeri L. I. 5. XL stadia aequant. WESS.

416. 37. *Ἔπεισε τινὰ πρὸς τὸν Ξέρξην αὐτομολῆσαι*] *Sicinum*, quem Herodot. VIII. 75. eius domesticum ac liberorum paedagogum, Plut. Themist. p. 118. B. eiusdem quidem liberorum praeceptorem, sed domo Persam, perhibet. WESS.

416. 44. *Τὸν μεταξὺ πόρον τῆς τε Σαλαμῖνος* etc.] Iussit et occupari insulam Psyttaleam, quae Salaminem inter et continentem terram, *τὴν νησίδα τὴν Ψυττάλειαν*, Herodot. ait VIII. 76., *μεταξὺ Σαλαμῖνός τε κειμένην καὶ τῆς ἠπείρου.* Eadem habet Stephanus in *Ψυττάλεια*, ubi Th. Pinedo auctorem suum erroris arguens inprudentiam vix excusabit. Adde Plut. Aristid. p. 323. E. WESS.

417. 54. *Τὸν διασαφήσοντα περὶ τῶν δεδογμένων*] Tenia triremis, cui Panaetius praerat, transfugit, Graecosque, quid Persa strueret, edocuit, Herodot. VIII. 82. et Plutarch. Themistocl. p. 118. D., cuius *Τενεδία τριήρης* recte a Palmerio facta est

Τηνία. Diodorus alios huius facti auctores habuit. Ionum certe quidem pauci Graecis studebant, a Themistocle, uti notum, allecti. Wess.

417. 63. *Παρὰ τὴν ἰδίαν προαίρ. ναυμαχεῖν*] *Hoc comma sequens post Σαλαμῖνος transferendum:* sic Rhodom., quem haud gravate sequor. Wess.

417. 68. *Καὶ Λακεδαιμόνιοι*] De Lacedaemoniis negat Herodotus, eos cum Ionibus committens L. VIII. 85. Wess.

417. 71. *Αἰγινῆται δὲ*] Habebantur Aeginetae *ναυτικώτατοι, rei nauticae peritissimi*, ut dicit, quippe *μεγάλην ἐμπειρίαν ἔχοντες καὶ δόξαν τῶν κατὰ θάλατταν ἀγώνων*, sicuti est c. 78. huius libri. Cui studio totos cum se, quippe insulani, dederent, eo paullatim potentiae pervenerunt, ut navalibus copiis Atheniensis paene aequipararent, Pausania teste L. II. 29. Wess.

417. 78. *Μεταξὺ Σαλαμῖνος καὶ Ἡρακλείου*] Herculis hoc fanum erat in Attica exadversum Salaminem, *ἧπερ βραχεῖ πόρῳ διείργεται τῆς Ἀττικῆς ἡ νῆσος* apud Plut. Themistocl. p. 118. E. Ctesias Excerpt. Persic. c. 26. *ἐπὶ στενώτατον τῆς Ἀττικῆς, ὃ Ἡράκλειον καλεῖται.* Wess.

417. 81. *Εἰς τὸν ἐναντίον τόπον τῆς Σαλαμῖνος*] In Herculis id fanum, de quo diximus, si fides Phanodemo, aut in colles, qui in Megaridis confinio *Κεράτων* nomine, ut ad L. XIII. 65. videbitur, insignes erant: sic Acestodorus in Plut. Themist. p. 118. Wess.

417. 89. *Βυθισθείσης*] *Βαπτισθείσης* Coisl. quod satis elegans. Vide Polybium I. 51. Wess.

417. 92. *Ἀναχωχεύοντες δ' ἀνεχώρουν*] Interpr. doctissimus, *navibus inhibitis retrovertebant:* quod non capio: qui enim navim inhibere et retroverti eodem tempore potuerunt? Malim *velis collectis cesserunt.* *Ἀναχωχεύειν γὰρ κυρίως λέγεται, ὅταν χειμῶνος ὄντος ἐν τῷ πελάγει, στείλαντες τὰ ἄρμενα, σαλεύωσιν αὐτόθι, μὴ διαμαχόμενοι τῷ πνεύματι*, Schol. in Sophocl. Electr. v. 734. Vela vero quia navim convertentes et cessim cedentes contrahebant, hinc Hesych. *Ἀναχωχήσαντες, ἀναχωρήσαντες.* et *Ἀναχωχὴ, ἀναχώρησις διὰ τῶν νεῶν.* Wess.

418. 96. *Τῆς δ' εἰρεσίας οὐχ ὑπηρετούσης*] Sic scripsi, sermonis genio iubente. Idem fieri oportere monuerat in Addend. Rhodomannus, qui mox, quum *διὸ καὶ πρύμναν μὲν ἀναχρούεσθαι κατέπαυσαν* verterat: *ideirco dum puppim amplius inhibere nequeunt*, vim locutionis adsecutus non videtur. *Πρύμναν ἀναχρούεσθαί ἐστι τὸ κατ' ὀλίγον ἀναχωρεῖν μὴ στρέψαντα τὸ πλοῖον. ὁ γὰρ οὕτως ἀναχωρῶν, ἐπὶ τὴν πρύμναν κωπηλατεῖ. τοῦτο δὲ ποιοῦσιν, ἵνα μὴ δόξωσι φανερῶς φεύγειν.* optime Schol. Thucydid. I. 50. Quare non aliud est, ac in puppim remigare, sive *remis inhibere:* quod quoniam diligenter expositum est a Io. Fr.

Gronovio Observat. IV. 26. et Io. Scheffero de Nav. Milit. L. III. 4., operam non perdam. Wess.

418. 16. *Παρ' ἐλπίδας*] Sic et L. XVIII. 53. *ἀεὶ παρ' ΕΛΠΙΔΑΣ ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν μεταλαμβάνων.* Excerpt. Vales. p. 318. *βάρβαροι παρ' ἐλπίδας κατορθώσαντες.* Longus Pastor. III. p. 99. *τυχὼν δὲ Δάφνις παρ' ἐλπίδας καὶ φιλήματος* etc. et in Luciani Epigram. apud Io. Stob. Serm. XV. p. 152. *Αὐτὰρ ἐπεὶ Θήρωνι παρ' ἐλπίδας ἦλυθε πλοῦτος.* Neque spernit tamen *παρ' ἐλπίδα* XVII. 48. XVIII. 18. etc. De Phoenicum caede Herodotus VIII. 90. Wess.

418. 25. *Τῶν πεζικῶν στρατοπέδων*] Vereor ne contra peccatum hic sit ac c. 16., atque ex *Περσικῶν* voce originem acceperit *πεζικῶν* hoc vocabulum. Id quidem certe si legeretur, expeditior esset oratio. Porro quem Themistocles ad Xerxem misit, is Herodoto *Sicinus*, de quo nos c. 17., Plutarcho Themistoc. p. 120. B. *Arnaces*, ex regiis eunuchis unus, sed bello captus, Polyaeno de Stratag. I. 30. 3. *Arsaces*, ubi Casaubon. vide. Wess.

418. 35. *Οὐκ ἐλάττων τῶν τετταράκοντα μυριάδων*] Plutarch. Aristid. p. 324. C. *περὶ τριάκοντα μυριάδας.* nec plura millia abs rege ad Graeciam domandam postulat Mardonius apud Herodot. VIII. 100. IX. 31. Et tamen Noster c. 30. exercitum magis exaggerat, ad M ad Platacas aequasse perhibens: credo librariorum intempestiva liberalitate, hoc quidem certe loco. Nam si ad superiorem exercitum, quem a rege acceperat, adiunxerit CC millia, sicuti c. 28. docetur, mansere tantum CCC M, rege discedente. Wess.

419. 46. *Στρατηγὸν εἵλοντο Ἀμίλχωνα*] Ducis nomen Bongarsio ad Iustin. L. IV. 2. pravum visum est et in *Ἀμίλχαν* convertendum ex Herodoto VII. 165., cui, si ceteri omnes consentirent, non refragarer. Polyaenus Stratag. I. 27. *Ἰμίλκωνα* constanter adpellat, ubi vir magnus ex Nostro *Ἀμίλκωνα* aut *Ἀμίλκαν* ex Herodoto mavult. Diodorus alium eiusdem gentis modo *Ἰμίλκαν*, modo *Ἰμίλκωνα* L. XIII. 85., alium *Ἰμίλκωνα* saepissime L. XIV. 55., iterum alium *Ἀμίλκαν* et in scriptis Codd. *Ἀμίλκωνα* L. XIX. 106. vocitat. Quae scripturae diversitas, praesertim cum mox *Ἀμίλκαν* repetitis vicibus eundem nominet, quin magna ex parte amanuensibus accepta sit referenda, fortasse etiam diversis scriptorum excerptis, prorsus credibile fit. Sitne vero Diodorus in his explicandis Ephorum, quem novimus ex Schol. Pindari ad extremam Pythion. Od. I. hoc bellum diligenter pertractasse, secutus, an Timaeum, an alium, adfirmare non ausim. Wess.

419. 52. *Καὶ χωρὶς δὲ πολλὰς ναῦς* etc.] Sequor Reg. 1. Sic Thucydides II. 13. *χωρὶς δὲ, χρυσίον ἀσήμου καὶ ἀργυρίου* etc. Iosephus XVII. Ant. Iud. VIII. 1. *χωρὶς δὲ, σκευὴ τὰ μὲν χρυσοῦ, τὰ δ' ἀργύρου.* Porro *ναῦς φορτίδας* naves onerarias,

quae alias *φορτηγὰ πλοῖα*, nuncupat, sicuti et Pausan. VIII. 11. et Iulian. Orat. V. p. 159. D. et Aelian. de Animal. XIV. 26. WESS.

419. 56. *Εἰς τὸν ἐν τῷ Πανόρμῳ λιμένα*] Is omnium tota Sicilia et commodissimus et pulcerrimus ipsi urbi nomen fecit. Diodorus L. XXII. Ecl. 14. *εὐθὺς ἦκεν ἐπὶ τῶν Πανορμιτῶν πόλιν, ἔχουσαν λιμένα κάλλιστον τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν, ἀφ' οὗ καὶ τὴν πόλιν συμβέβηκε τετευχέναι ταύτης τῆς προσηγορίας.* WESS.

419. 66. *Καὶ τείχει ξυλίνῳ περιέλαβε*] Vide infr. c. 30. WESS.

419. 72. *Τὰ δὲ λοιπὰ ἅπαντα ταχ. ἐξαπέστειλε*] Bene scholiasten Reg. I. structurae insolens advertit, nec *πλοῖα* tamen rescribo. Pendet *λοιπὰ* ex ea voce, quasi fuisset *ἐκ τῶν φορτηγῶν πλοίων ἐξείλετο* in superioribus: qua enallage in utroque sermone nihil tritius esse diximus L. V. 54. WESS.

419. 79. *Παραφυλάττων τὴν Ἰμέραν*] Eam urbem Theron, eiecto Terillo, sibi adiunxerat, Herodot. VII. 165., praetereaque affinitate Gelonem arctissime sibi conciliarat, sicuti ex Timaeo Critici veteres docent ad Pindari Od. I. Olympion. princip. WESS.

419. 84. *Οὐκ ἐλάττους τῶν πεντακισμυρίων*] Numerum copiarum haud parum deminuunt iidem interpretes, ex Ephoro affirmantes, Gelonem CC naves, CIↃ CIↃ equites, et peditum decem millia hoc bello armasse, ad Od. I. Pythion. extremam. WESS.

419. 89. *Στρατοπεδείαν οἰκείαν βαλόμενος τῶν περὶ* etc.] Venit diligentissimo Rhodom. in opinionem, post *βαλόμενος* deficere *ἐπὶ*, acsi fuisset *βαλόμενος ἐπὶ τῶν τόπων*· quod miror. Solet enim Diodorus in simili structura secundum saepe casum amare. Sic L. XVI. 57. *οἰκείαν τῆς ἀσεβείας ἔσχε τὴν τοῦ βίου καταστροφήν*. et XX. 10. *ὁρῶντες τὸν καιρὸν οὐδαμῶς ἀναβολῆς οἰκεῖον*. et hoc libro c. 15. *διαλεχθεὶς οἰκεῖα τῆς περιστάσεως*. tum c. 30. *συντάξαντες ἑαυτοὺς οἰκείως τῆς περιστάσεως* etc. WESS.

420. 2. *Ἃς διὰ φόβον — ἀνῳκοδόμησαν — ταύτας — ἐξῳκοδόμησεν*] Vertebantur: *quas Theron exstruxerat, ipse — destruxit*, credo ob *ἀνῳκοδόμησαν*, quod tamen leviter deturpatum. Rei series satis declarat, Theronem hostium adventu consternatum portas obstruxisse, quas Gelon patefecit iterum, aliis insuper exstructis. Nimirum scripserat *ἐνῳκοδόμησεν*, quomodo *ἐνῳκοδομημένην φάραγγα*, quae a venatoribus obstructa erat, L. III. 37. vidimus, et infr. c. 45. *ἐνοικοδομῆσαι τὴν εἴσοδον*. Novi Apollodor. II. 5. 1. et Lycurgum adv. Leocrat. p. 166. verbum *ἀνοικοδομεῖν obstruendi* potestate ornasse, sed utriusque loca mendi merito manifesta habuit vir accuratae diligentiae Duker. in Thucydid. III. 81. Idem censeo de his Epist. 2. personati Themistoclis p. 15. *οἱ δὲ ἀνοικοδομήσαντες τὴν εἴσοδον καὶ ἀνε-*

λόντες τὴν ὀροφὴν τοῦ οἴκου etc. Agit de Pausania, in Minervae templum, cuius fores obstruxerant, ἐνῳκοδόμησαν, Lacedaemonii, profugo. Wess. Retractavit haec Wesselingius ad Herodot. I. 186.

420. 4. *Δι' ὧν ἦν εὔχρηστός τε πρὸς τὰς* etc.] Vitium hic est. Lego interim *εὔχρηστον ἰέναι πρὸς, per quas ire commodum erat.* Rhod. Locus non est integer, nec satis ad defectum sarciendum Rhodomanni *ἰέναι*. Suspicor primam sequentis membri vocem *καθόλου* caussam omissorum esse: fuisse enim *πρὸς τὰς κατεπειγ. χρείας κάθοδος εἰς τὴν χώραν καὶ ἐπάνοδος εἰς τὴν πόλιν* aut simile quiddam aliud. Amanuensem vero oculos coniecisse, quae neglectorum frequentissima occasio, in *τὸ καθόλου*, atque omnia media socorditer transiliisse. Wess.

420. 13. *Ἄγοντες πρὸς τὸν Γέλωνα βιβλιαφόρον*] *Βιβλιοφόρον. Sic etiam alibi scribendum.* Haec Rhodom. in Addend. Non ita Polybius IV. 22. *ἀπέστειλε βιβλιαφόρους πρὸς πάντας τοὺς συμμάχους*, nec Diodorus multifariam, neque Grammatici. Vid. not. L. II. 26. Wess.

420. 17. *Πρὸς αὐτὴν ἐκπέμψουσιν*] Lege *αὐτόν*. Rhod. Non audio. Pertinent ad *πρὸς ἣν ἔγραψεν ἡμέραν Ἀμίλκας ἀποστεῖλαι*, ut quisque videt. Wess. *Αὐτὸς* sic positum supra p. 31. 44.

420. 33. *Προσδραμόντες τῷ Ἀμίλκᾳ*] Stratagema, quo Gelon oppressit Amilcarem, multo aliter a Polyaeno memoratur L. I. 27. 2. Variatum autem sententiis fuisse de morte ducis, praecipue quod occisi corpus nusquam reperiretur, satis Herodotus L. VII. 167. significat. Wess.

421. 39. *Ἀπήντων τοῖς Σικελοῖς*] Scripsisse arbitror *τοῖς Σικελιώταις*, uti mox *οὐ μόνον παρὰ τοῖς Σικελιώταις*. Non enim *Σικελοὶ*, proprie sic dicti, hoc bello rem praecipue gesserunt, sed Syracusani ceterique ex Graecis orti, inmixtis tamen *Σικελοῖς*. Hos autem *Σικελιώτας* generali nomine designari, docet Ph. Cluverius Sicil. Antiq. L. I. p. 39. et superius auctor L. V. 6. Wess.

421. 45. *Τῆς μάχης δεῦρο κἀκεῖσε ταλαντευομένης*] Marte adhuc dubio et nunc hanc, modo illam in partem vergente. Sic L. XVI. 4. *ὁ κίνδυνος δεῦρο κἀκεῖσε τὰς ῥοπὰς ἐλάμβανε, ΤΑΛΑΝΤΕΥΟΜΕΝΟΣ ἀεὶ ταῖς τῶν ἀγωνιζομένων ἀρεταῖς*. Et XVII. 33. *ἐταλαντεύετο γὰρ (ἡ μάχη) δεῦρο κἀκεῖσε*. Nimirum omnia ea *ταλαντεύονται*, quae lancem deprimunt, et aliam in partem inclinant. Eleganter Plutarchus de corporis nostri vigore, cum ad summum devenerit, *οὐχ ἕστηκεν, ἀλλὰ πίπτει καὶ ταλαντεύεται πρὸς τοὐναντίον* Sympos. L. V. 7. p. 682. E. Quare de se dubio, et, quid amplectatur, incerto, Gregor. Nazianz. Or. III. p. 70. C. *καὶ γὰρ αὐτὸς ταλαντεύομαι τὴν γνώμην, καὶ οὐκ ἔχω ὁποτέρωσε νεύσω*. Wess.

421. 48. *Καὶ ταῖς φωναῖς καὶ ταῖς ἐλπίσι*] Aberat ab editis altera copula, quam, etsi scripti Codd. itidem negligerent, obsecutus monenti Rhodomanno, suam in sedem revocavi. Wess.

421. 54. *Οὐκ ἐλάττους τῶν πεντεκαίδεκα μυριάδων*] Consentit sibi egregie. Nam L. XIII. 59. Amilcar *καταστρατηγηθεὶς ὑπὸ Γέλωνος ἀνῃρέθη, καὶ μετ' αὐτοῦ πεντεκαίδεκα μυριάδες στρατιωτῶν ἀνῃρέθησαν, ἄλλαι δὲ οὐκ ἐλάττους τούτων ἡχμαλωτίσθησαν.* Hinc frequens neque ea iniusta, Syracusanis gloriandi de trecentis Carthaginiensium millibus ad Himeram caesis materia. Vide L. XIII. 94. XIV. 67. Wess.

421. 68. *Τῇ περὶ Πλαταιὰς γενομένῃ τοῖς Ἕλλησι*] Instar omnium esse Pindarus potest Od. I. Pythion. prope finem, cum de Gelone:

Ὅς σφιν ἐν πόντῳ βάλεθ' ἁλικίαν,
Ἑλλάδ' ἐξέλκων βαρείας
δουλείας. Ἐλέομαι
πὰρ μὲν Σαλαμῖνος, Ἀθηναίων χάριν,
μισθόν. ἐν Σπάρτᾳ δ' ἐρέω
πρὸ Κιθαιρῶνος μάχαν
ταῖσι Μήδειοι κάμον ἀγκυλότοξοι.
πὰρ δέ γε τὰν εὔυδρον ἀκτὰν
Ἰμέρᾳ, παίδεσσιν ὕμνον
Δεινομένευς τελέσαις.

Adpellat *τὰν πρὸ Κιθαιρῶνος μάχαν*, non, quae Eras. Schmidii sententia, *nobilem pugnam ad Thermopylas, non longe a Cithaerone, quam Leonidas, Anaxandridae F., dux Lacedaemoniorum, cum Xerxis copiis habuit;* sed quae ductu et auspiciis Pausaniae pugnata ad Plataeas est, sitas *ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι* Strabone L. IX. p. 631. B. teste. Wess.

421. 76. *Πυθομένους τὴν τοῦ Γέλωνος νίκην*] Hic interpungendum. Postea hiat contextus. Sensum vero interpretatione mea utcumque reddidi. At defectus in contextu Graeco ut explendus sit, nondum video. Rhod.

421. 77. *Καὶ τῶν τὴν ὅλην ἡγεμονίαν παρ' ἀμφοτέροις ἐσχηκότων*] Fuisse arbitror *τῶν ὅλων*, ut saepe. Hiantem orationem incertum coniectura an Codd. auxilio vetus interpres ita explet: *Utriusque praeterea exercitus imperatores, dispari fortuna iactati, haud dubium rei utriusque gestae discrimen praebuisse videntur. Nam Xerxem constat cum multis millibus Graecia fugatum.* Quae satis opportuna cum sint, simus hoc Catone, donec aliunde integrior fideique melioris eruatur liber, contenti. Wess. Quem interpunctio in ed. Stephani post *ἐσχηκότων* posita lusit.

421. 82. *Μηδὲ ἄγγελον εἰς τὴν Καρχηδόνα διασωθῆναι*] Historicis, cum cladem et exercitus quandam internecionem describunt, nihil hoc genere frequentius. Vid. L. XIII. 21. XIV. 67. Justinum I. 8. Wess.

422. 84. *Παυσανίου καὶ Θεμιστοκλέους*] Videtur fuisse dicendum *Παυσανίαν καὶ Θεμιστοκλέα*. Steph. et Rhod. *Παυ-*

σανίαν καὶ Θεμιστοκλέα] Ausus sum, iubente orationis serie et interprete vetere, qui in suo libro id reperit, ita refingere. Wess.

422. 88. *Πρὸς τὸν ἐχθρότατον Ξέρξην*] Vide inferius c. 57. Wess.

422. 89. *Ἀεὶ καὶ μᾶλλον*] Rhodomannus *ἀεὶ δὴ μᾶλλον* in Addendis, quod Diodorus amare non solet, *ἀεὶ μᾶλλον* plerumque usurpans. Habet quidem *ἀεὶ καὶ μᾶλλον* L. V. 9., sed et ibi, uti dixi, suspecta copula. Porro quod continuo consequitur *ὥστε τρισὶν ἐκ τῆς οἰκίας* etc., id de Gelone, duobusque fratribus, *Hierone* et *Thrasybulo*, accipi oportere, ex c. 67. non dubitabis. Nam *Polyzelus*, fratrum Gelonis tertius, gratia quidem apud Syracusanos valuit, sed imperium non administravit c. 48. Wess.

422. 98. *Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τὸν Γέλωνα νικῆσαι*] Narratum Herodoto fuit, certamen hoc depugnatum esse eo die, quo Graeci cum Persis ad Salaminem de summa re congrederentur, L. VII. 166. Nostri sententia, si victores Siculi *ἐποίησαν τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα θαῤῥῆσαι*, ut scriptum in superioribus, vero magis est adfinis. Scio virum eruditissimum in Historia Pactor. et Foeder. P. I. p. 90. in alia omnia abire. Sed auctor recte sibi constat. Vide mox c. 26. Wess.

422. 19. *Ἥ τε πόλις ἐπένθησε κοινῇ*] Morem, quem publico in luctu Carthagine observabant, describit L. XIX. 106. Wess.

422. 26. *Πρεσβευτὰς αὐτοκράτορας*] Vide Celeb. Iac. Gronov. in Arrian. de Alex. Expedit. L. I. 27. Noster XII. 4. de Atheniensibus, legatos cum mandatis liberis ad Persas mittentibus, *καὶ πεμψάντων πρέσβεις αὐτοκράτορας*. Habet et Iosephus II. B. I. c. 21. 7. Iudaeorum legatos *πάντας εἰπεῖν δυνατωτάτους*. Philo vero Iud. *ἑρμηνεῦσαι δυνατωτάτους, βουλεύσασθαι δὲ φαυλοτάτους* de Migr. Abrah. p. 399. B., *fortem in dicendo* L. V. in Verr. c. 1. Cicero. Wess.

423. 38. *Πέδας*] *Παῖδας* Reg. 1. frequenti errore. Vid. Cl. Salmas. de Mod. Usur. p. 234. Wess.

423. 44. *Συνεβάλετο γὰρ αὐτοῖς τὸ πλῆθος*] Mallem *πρὸς τὸ πλῆθος*, sic enim solet. Supra c. 21. *συνεβάλετο δὲ αὐτῷ — πρὸς τὴν ἐπίνοιαν*, passimque alias. Alioqui *συνεβάλετο* erit *exaggerabatur*, *augebaturque*. Wess.

423. 56. *Καίπερ διὰ τὴν εὐτέλειαν καταφρονούμενον*] Fortasse Agrigentinae cloacae non aequarunt Romanas, quas Plinius L. XXXVI. 15. *operum omnium dictu maximum* adpellat, et e quibus Romanorum imperii amplitudinem, *τὸ τῆς ἡγεμονίας μέγιστον*, spectari posse Dionysius auctor est L. III. A. R. p. 200., haud tamen inmerito et hae celebrantur. Wess.

423. 64. *Ἰχθῦς εἰς τροφὴν*] Restitue *τροφήν*. Quae autem sequuntur, ita corrige: *κύκνων δὲ πλήθους εἰς αὐτὸν καταπταμένου*. Rhod.

423. 65. *Κύκνων τε πλῆθος εἰς αὐτὴν καταπταμένων*] Melius ita procederet oratio *κύκνων τε πλήθους εἰς αὐτὴν καταπταμένου*. Posset et ita legi (ut esset accusativus absolutus pro genitivo) *κύκνων τε πλῆθος εἰς αὐτὴν καταπτάμενον*. Citat autem Athenaeus hunc locum L. XII. c. 11. STEPH. *Κύκνων τε πλῆθος εἰς αὐτὴν καταπταμένους*] Retineo quartum casum, a scriptis probatum libris, cui numeri generisque enallage, ut in superioribus ostendere memini, nihil nocebit. Defungar cum maxime verbis ex L. XIV. 78. *τοῦ πλήθους συντρέχοντος — καὶ τοὺς μισθοὺς πικρότερον ἀπαιτούντων*. Iam quod Rhodomannus *εἰς τροφὴν* praefert, tametsi haec voces saepenumero conmutentur et hi pisces *εἰς τὰς δημοσίας ἑστιάσεις* insumti perhibeantur L. XIII. 82., factum nollem. Iunguntur *τρυφὴ καὶ ἀπόλαυσις* haud raro. Sic L. XI. 57. *πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ τρυφὴν ἁρμόζουσαν*. Et L. XIX. 22. *τὰ πρὸς τρυφὴν καὶ ἀπόλαυσιν*. Nec citat aliter Athenaeus, cuius in his describendis peccata vir magnus animadvertit. WESS.

423. 69. *Τὴν δὲ χώραν ἅπασαν ἀγαθὴν οὖσαν*] Vide L. XIII. 81. WESS.

423. 73. *Διὰ τὸ μέγεθος*] Videtur legendum *καὶ διὰ τὸ*, vel *διὰ δὲ τό*. Sed malim *καὶ* quam *δὲ*, quod praecesserit iam *δέ*. STEPH. et RHOD.

424. 89. *Ἐπράξατο δὲ παρ' αὐτῶν* etc.] Haec fortasse ex Timaeo, qui L. XIV. de pecunia hac memoravit, monentibus ad Pindari Pythion. Od. II. 3. Criticis Graecis, insuperque ex Theophrasto docentibus, inter foederis conditiones fuisse, *μὴ ἀνθρωποθυτεῖν*, i. e. ne Carthaginienses inposterum Saturno victimis humanis facerent: quod ipsum a Plutarcho semel iterumque proditum memoriae est et Apophthegm. p. 175. A. et de Ser. Num. Vindicta p. 552. A. Sed vide inferius L. XX. 14. WESS.

424. 94. *Τῇ γυναικὶ τοῦ Γέλωνος Δαμαρέτῃ*] Theronis, Agrigentinorum tyranni, erat filia, quae deinceps Polyzelo, Gelonis fratri, mandato morituri iamiam mariti enupsit, quemadmodum Timaeus in Schol. Pindari Olymp. Od. II. 1. 29. docet. Diodorus *Δαμαρέτην* vocat Siculorum dialecto, ceteri *Δημαρέτην*, quam et *ΦΙΛΙΣΤΙΔΑ* reginam in Syracusanorum numis adpellari coniicit Cl. Havercampus Introduct. ad Parutae Reg. Syracus. p. 1015., motus argumentis, quae ibi leges. WESS.

424. 99. *Τοῦτο δ' εἶχεν Ἀττικὰς δραχμὰς δέκα*] Haec lectio nihil habet absurdi, fateor. Sed mihi multo magis arrideret, si pro *εἶχεν* legeretur *εἶλκεν*, minima mutatione et dictione magis propria. PALM. *Τοῦτο δ' εἶχεν Ἀττικὰς δραχμὰς δέκα*] In hac scriptura si nihil inest absurdi, cur mutemus? Utrumque verbum cum de pondere agitur, probum est. Nam L. II. 9. de statua Iovis, *σταθμὸν δ' εἶχε χιλίων ταλάντων*, et Iunonis, *σταθμὸν ἔχον ταλάντων ὀκτακοσίων*, tum te cratere Iovis *εἵλκε τάλαντα Βαβυλώνια χίλια καὶ διακόσια*. Sed id perleve est. Hoc momenti

maioris. Dicit auctor, numum Damaretium valuisse drachmis Atticis decem et in pondere habuisse, unde et *πεντηκονταλίτρον* nomen, litras quinquaginta. *Λίτρα* aequabat obolum Aeginaeum, teste Aristotele apud Polluc. IX. 81.; in quo cum obolus Atticus unus et praeterea eius bessis fuerit, seu trientes duo, consequens est, ut in sex obolis Aeginaeis Attici fuerint decem, et in quinquaginta Aeginaeis Attici octoginta tres cum triente, sive Atticae drachmae fere ad quatuordecim: Attica enim drachma sex obolis, uti notum, absolvebatur. Quam difficultatem Scaliger de Re Numaria p. 8. et Barbeyracius Histor. Foeder. P. I. p. 91. animadverterunt optime. Rich. Bentleius Dissert. in Phalarid. Epist. p. 457., numos Siculos et Romanos inter se conponens, *πεντηκοντάλιτρον* aequiparasse monet quinque *δεκάλιτρα* sive Romanorum denarios totidem. Sed Siculum *δεκάλιτρον* et stater Corinthius eiusdem erant valoris, eodem Aristotele auctore in Polluc. IX. 81. In statere Corinthio oboli erant Attici sedecim cum besse; unde *δεκάλιτρον* sive Corinthius stater pretio et pondere excedebat duas Atticas drachmas, quae duodecim tantum obolorum: neque adeo hac ratione res expeditur. Quid ergo? Si dubio caret, litram et obolum Aeginaeum, de quo Ioseph. Scaliger addubitavit, eiusdem fuisse ponderis, videtur in decem drachmis Atticis hoc loco aliquid esse vitii: quod tanto probabilius accidet, modo numus aureus Parutae T. XXXIV. 11., mole et pondere insignis, quippe unciam cum dimidia et paullo amplius pendens, sit Damareteus, ut non sine caussa suspicatus est Cl. Havercampus Comment. p. 294. Eius enim pondus quinquaginta litras fere exaequat, seu Atticas drachmas quatuordecim. Atque haec mea, non admodum, uti advertis, explorata, hoc de loco sententia sedet. Id certius constat, a Damarete numi hoc genus nomen abstulisse. Testes sunt praeter Diodorum Critici veteres ad Pindari Od. II. Olymp., Eustathius in Homer. p. 1567. Hesychius et Pollux L. IX. 85. qui tamen ambo aliam ac Diodorus cusi numi caussam adferunt, sed minus probabilem: neque enim credibile fit, Gelonem in summis rei pecuniariae angustiis tantae molis numum voluisse percutere, cum minutis praecipue opus esset; quod, si Pollux verum doceret, agnoscendum foret. WESS.

424. 7. *Νενικηκέναι τῇ ναυμαχίᾳ*] Blandiri potest Reg. 2. scriptura, quodque *νίκας καλλίστας νικῶν τοὺς βαρβάρους* Plut. Pericl. p. 157. B. et *ἔνθα τὴν μάχην ἐνίκα Μιθριδάτην* Appian. Mithridat. p. 402., *νικῆσαι πολέμους* Ioseph. II. C. Apion. c. 16., *νικήσας τὴν ἐν Πλαταιαῖς μάχην* Noster infr. c. 46. cupide usurparint. Sed non est necessarium. Conmutantur haec, ut in Orat. Thessali inter Hippocrat. opera p. 1292. Parum ergo provide doctissimus Xylander haec Strabonis L. V. p. 347. de Hannibale *καὶ ἐκράτησεν ὅμως νικήσας μάχας μεγάλας Φλαμμίνιον* sollicitasse videtur. WESS.

424. 10. *Ἐπισχὼν, τὴν προθυμίαν*] Hic ante *τὴν* deesse *καὶ* crediderim. STEPH. et RHOD.

425. 17. *Μάλιστα ὅτι γυμνὸν ἑαυτὸν παραδεδώκει*] Eadem Polyaenus I. 27. et Aelianus Var. Histor. L. VI. 11. ubi optime Kuhnius et Perizonius. Porro augmenti defectus in *παραδεδώκει* nemini molestus erit, modo meminerit, Graecos multa sibi in hoc genere indulgere. Addam exempla conpluscula, ut dubio res careat. Infra L. XV. 62. *οἱ ἄλλοι Βοιωτάρχαι παρακεχωρήκεισαν ἑκουσίως τῆς στρατηγίας.* XIX. 40. *οὗτοι ταῖς ἡλικίαις ἤδη προβεβήκεισαν.* Et c. 65. eiusdem libri *πολλοὶ συνδεδραμήκεισαν εἰς τὴν πόλιν.* In Eclog. Ursini p. 330. *τοὺς δὲ δυσδιακρίτους ἀναπεπόμφεσαν ἐπὶ τὴν σύγκλητον.* Haec ex Diodoro. Sequuntur ex aliis pauca: S. Lucas A. A. XIV. 7. *ὃς οὐδέποτε περιπεπατήκει.* Philo Iud. in Flacc. p. 967. D. *κατὰ τὸ παντελὲς ἀναπεπτώκει.* Dio Cassius L. LXXVIII. p. 24. ed. Rom. *ἐξ ὧν ὑποδεδείχει σφίσιν.* Appian. V. Bel. Civil. p. 1164. *ὃν ἐπὶ θανάτῳ προγεγράφεσαν — καὶ χρήματα τῷ κτείναντι καὶ ἐλευθερίαν ἐπικεκηρύχεσαν.* Sed desino. WESS.

425. 20. *Ἀποκαλεῖν εὐεργέτην καὶ σωτῆρα καὶ βασιλέα*] Sollemnes hi tota Graecia tituli, praecipue priores, bene de patria civibusque meritorum: quare optime in S. Lucae Evangel. XXII. 25. *καὶ οἱ ἐξουσιάζοντες αὐτῶν, εὐεργέται καλοῦνται.* Polybius IX. 30. *εὐεργέτην ἑαυτῶν καὶ σωτῆρα τὸν Ἀντίγονον ἀνεκηρύξατε.* Passimque alii, diligenter in unum conducti a Th. Gatakero Advers. c. 3. p. 187. Regis autem titulo Gelonem fuisse conspicuum, ostendunt et Syracusanorum numi in Parutae T. CXLIV. et Dissert. VIII. de Usu et Praest. Num. p. 547. Illustr. Spanhemii. WESS.

425. 23. *Χρυσοῦν δὲ τρίποδα ποιήσας ἀπὸ ταλάντων ἑκαίδεκα*] Gelonem una cum fratribus tripodes ob partam de barbaris victoriam consecrasse, hoc Epigramma, in Scholiis ad Pindari Pythion. Od. I. servatum, loquitur:

Φημὶ Γέλων᾽, Ἱέρωνα, Πολύζηλον, Θρασύβουλον,
Παῖδας Δεινομένευς τοὺς τρίποδας θέμεναι,
Βάρβαρα νικήσαντες ἔθνη, πολλὴν δὲ παρασχεῖν
Σύμμαχον Ἕλλησιν χεῖρ᾽ ἐς ἐλευθερίην.

Auctor videtur Simonides: ei certe quidem in manu exarata Anthologia, unde excerptum publicavit Leo Allatius Diatrib. De Simeon. p. 214., tribuitur similis argumenti aliud:

Φημὶ Γέλων᾽, Ἱέρωνα, Πολύζηλον, Θρασύβουλον,
Παῖδας Δεινομένευς τὸν τρίποδ᾽ ἀνθέμεναι,
Ἐξ ἑκατὸν λιτρῶν καὶ πεντήκοντα ταλάντων,
Δαρεικοῦ χρυσοῦ τᾶς δεκάτας δεκάταν.

Commode ex utroque unum conflabitur, si prioris bini ultimi versus, uti censuit eruditissimus R. Bentleius Dissert. de Phalarid. Epist. p. 459., huic subiiciantur. Nec spectabit tamen hunc tripo-

dem, Delphis Apollini consecratum a Gelone, qui talentûm duntaxat XVI fuit, cum ille pondus talentorum quinquaginta et paullo plus habuerit, nisi si in XVI his talentis vitium suspiceris, cuius ego tamen iustam caussam non video: neque enim constat, eum, de quo Simonides, tripodem Apollini Delphico fuisse dedicatum. Quod porro in Epigrammate est *Δαρετίου χρυσοῦ* et apud Suidam v. *Δαρετίου*, iure merito vitii manifestum arbitratus est R. Bentleius, *Δαμαρετίου χρυσοῦ* rescribens, ut Paeon locum Dactyli occupet, innuaturque aurum, quod a *Damarete*, Gelonis uxore, nomen abstulit: cui etsi obloqui vehementer nolim, non celabo tamen, verius mihi semper visum et multo minoris moliminis *Δαρείου χρυσοῦ*. A Dario enim, Persarum rege, aurum perpurgatissimum *Δαρείου* nomen adeptum est, unde *ψῆγμα Δαρείου χρυσίου* apud Auctorem de Fluminibus, quem Plutarchum vulgo censent, de ramentis auri optimi. Sed hoc obiter. Redeo in viam. WESS.

425. 27. *Ἐννηὼς δὲ οὔσης*] Hic legi ac verti, *ἐν νηῷ δ' οὔσης*, cum aliud non occurreret melius et cum litera magis consentiens. RHOD. *Νεὼν Δήμητρος. ἐννηὼς δὲ οὔσης*] Iure notatur punctis hic locus in voce *ἐννηὼς δὲ οὔσης*. Est enim mendum putum purum, et cuivis facile est id decernere: at quomodo reponendum sit, hoc opus, hic labor est; est enim nodus vindice dignus. In iis vocibus videtur latere quoddam Cereris cognomen: tentabam *Δήμητρος Ἐννησιαίας*. Nam ipse Diodorus infra L. XI. 76. ad annum 4 Olympiadis LXXIX, ubi de bello, quod contra Catanenses gesserunt Syracusani, sic ait de Catanensibus: *οὗτοι μὲν ἐξέπεσον ἐκ τῆς Κατάνης, καὶ τὴν νῦν οὖσαν Αἴτνην ἐκτήσαντο, πρὸ τούτου καλουμένην Ἐννησίαν. Hi e Catana pulsi et Aetnam, quae nunc est, possederunt, antea vocatam Ennesiam:* unde forte Gelo, qui templum Cereris in ea urbe construere in animo habebat, vocare volebat illud templum *Δήμητρος Ἐννησιαίης* vel *Ἐννησιάνης*. Cogita super eo, lector erudite, et forte meliora dabis. PALM. *Νεὼν Δήμητρος· ἐννηὼς δὲ οὔσης*] Peccatum in his inesse nemo ambiget. Ex remediis, quae viri docti adhibuerunt, Rhodomannianum firmatur quidem a Clarom. Ego vero scire velim, cur Ionum *ἐν νηῷ* hic admitti debeat, et utrum moris fuerit, necdum absoluta aede, Deorum Dearumve statuas dedicare? Palmerianum *Ἐννησιαίας* egregie sese commendaret, nisi pravum *Ἐννησίας* esset nomen ex *Ἴνησσα*, ut opportuniore loco ostendetur, natum. Vel sic tamen a vero haud multum abludit, quod aut *Ἐνναίας*, aut *Ἰνησσαίας* fuisse arbitror. Prius *Ennaea* Ceres, per Siciliam celeberrima, stabilire apta est, et vetus interpres, cuius *nova luna τῇ Ἐνῇ* et *νέᾳ* originem videtur debere. Posterius urbs *Inesse*, quae in ipso Aetna monte, atque *Aetnae* etiam nomine insignis fuit, non plane pro reiiculo habendum suadet. Quid enim vetabit, si Gelonem Inessae Cereri templum, cui ab urbe titulus foret, excitasse dixeris? Pulcre memini quaestionum Ph.

Cluverii, servata corruptiore scriptura et versione Rhodomanni, subiicientis L. II. Sicil. Antiq. p. 322. *At quis id tandem perfecit? quis unquam eius mentionem fecit auctor, vel saltem suspicionem in scriptis suis reliquit? Sane neminem monstraveris. Nihilque certius, quam heic quoque vocem genuinam Ἔνναν corruptam esse in Αἴτνην.* Sed illis non moveor. Habent enim pro vero, nullum Cereris per Siciliam fuisse templum, nisi *Ennae*, quod nemo illi dederit. Nam quod eius aedis mentio nusquam fit, id ex templo nunquam absoluto contingere potuit. Quid? quam multa sunt in his Diodori libris, quae frustra alibi quaeras? Wess.

425. 29. *Πίνδαρος ἦν ἀκμάζων κατὰ τούτους τοὺς χρόνους*] Verissime. Agebat Pindarus, cum Xerxes in Graeciam tramitteret, aetatis annum XL, natus Olymp. LXV, si non fallit Suidas, cuius haec sunt: *γεγονὼς κατὰ τὴν ξέ Ὀλυμπιάδα, κατὰ τὴν Ξέρξου στρατείαν ὢν ἐτῶν μ΄.* Adde Ios. Scaliger. in Chronic. Eusebii Num. MDXXXI. Wess.

425. 32. *Ἐπ᾽ ἄρχοντος δ᾽ Ἀθήνησι Ξανθίππου*] Plutarchus Archontem, quo Mardonius ad Plataeas victus est, *Ξανθιππίδην* vocat in Aristid. p. 321. E.; quod homini nihil nocebit. Passim enim observes, patronymicum et primitivum, quod tamen multis fraudi fuit, in eodem homine saepe locum habere. Qui sequuntur Coss. *Q. Fabius Vibulanus* et *Ser. Cornelius Cossus*, auspicati sunt summum magistratum an. U. C. *Fabiano* CCLXIX, respondente *Varroniano* CCLXXV. Wess.

425. 33. *Κόϊντον Φάβιον Σιλουανὸν*] Perperam pro *Οὐϊβουλανόν*, ut et vitiose *Τρίχοστον*, pro *Κόσσον*. Consulum autem nonnullorum deinceps nomina corrupta ex Fastis Consularibus Rom. restitui; non quidem in contextu, ubi mutare aliquid religio mihi fuit: sed in hoc notationum commentariolo. Quod benignus Lector candide, ut spero, accipiet. Rhod. Verum pervidit Rhodomannus, et eo prior Steph. Vinand. Pighius, qui *in Diodoro*, inquit, *Siculo adduntur etiam cognomina Σιλουανὸς καὶ Τρίχοστος, mendose*, pro *Οὐϊβουλανὸς καὶ Κόσσος. Cossus enim Ser. Cornelii cognomen est* Fastor. L. II. p. 102. Wess. *Σιλουανὸν Vibulanum, Τρίχοστον Maluginensem.* Sic Ursinus, in postremo aberrans. Idem in Add.

425. 35. *Μετὰ τὴν ἐν Σαλαμῖνι — ἡττημένος*] Scripsit *κατὰ τὴν ἐν Σαλ.*; neque enim Persica classis alio, quam ad Salaminem, praelio ante hunc annum victa decessit. Mendum peperit perpetua confusio harum vocularum, et quod haud multo post sequeretur *μετὰ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν*. Vid. inferius c. 48. Wess.

426. 48. *Προτεθείσης*] *Προστεθείσης* R. 1. Co. V. male. Vid. c. 12. Wess.

426. 50. *Ἄνδρα δὲ Ἀμεινίαν Ἀθηναῖον*] Sic scripsi, secutus ex praecipua parte scriptos libros. *Ἀμεινίαν*, Aeschyli hunc

fratrem, Herodotus VIII. 93., ceterique adpellant, quo de optime Celeb. Iac. Perizonius in Aelian. Var. Histor. V. 19. Wess.

426. 52. *Πρῶτος ἔμβολον ἔδωκε τῇ ναυαρχίδι*] Haud scio an heic et L. XIII. 99. praestet *ἐμβολὴν* legere. *Δοῦναι* enim *ἐμβολὴν*, cum in hostilem navem summo inpetu incurritur, obvium saepe. Polyb. I. 51. *ἐμβολάς τε συνεχεῖς ἐδίδοσαν καὶ πολλὰ τῶν σκαφῶν ἐβάπτιζον.* Noster L. XIV. 49. *καὶ τοῖς παρορμοῦσι πλοίοις ἐμβολὰς διδούς.* Et L. XX. 89. *τοῖς δὲ πλοίοις πολλὰς ἐμβολὰς δόντες.* Scio *ἔμβολον ἐνσείειν*, *ἐμβόλοις τύπτειν* et *θραύειν* in his libris saepe teri, sed ea generis sunt alius. Praeterea *καὶ ταύτην κατέλυσε* vix probo, tametsi *καὶ σχεδὸν ἅπαντα (τὰ πλοῖα) καταλύσας* recurrit L. XIV. 49. Arbitror hoc loco *κατέδυσε*, illo *καταδύσας* fuisse olim, tum quod confundi haec facile queant et conmutata liquidissimo sint L. XX. 53., partim etiam quod utrobique grandior sit sententia, si mersas potius naves, quam quassas intelligas. Adde L. XIV. 55. Wess.

426. 57. *Ἐτίμησαν αὐτὸν διπλασίοις δωρεαῖς*] Herodotum si audias L. VIII. 124., et, qui vestigiis eius inhaeret, Plutarch. Themist. p. 120. D. res gesta diversiore fuit modo. Porro quod de Xanthippo continuo succedit, id, modo de navali imperio accipias ex c. 34. bene habebit. Nam ad Plataeas praetor Aristides fuit. Wess.

426. 65. *Ἔφασαν, τὸν στρατηγὸν Μαρδόνιον ἐπαγγ.*] Ob scriptos Codd. hoc malui. Namque Persarum legati non uni praetori Xanthippo, sed populo universo, Mardonii, Persici exercitus praepositi, pollicitationes exposuerunt. Id firmat auctor ipse et Plutarchus Aristid. p. 324. C. Wess.

426. 73. *Ὡς οὔτε χώρα τοῖς Πέρσαις τοιαύτη* etc.] Ex Herodoto L. VIII. c. 144., ubi multo haec plenius. Wess.

426. 84. *Τῶν ἐν Πελοπονν. πόλεων ἐπειρᾶτό τινας ἀφιστάνειν*] Thebani hoc Mardonio consilium, cui tamen dicto audiens non fuit, suggesserant, si Herodotus IX. 2. non fallit. Wess.

427. 92. *Προαγούσης*] *Προσαγούσης* R. 1. Vat. sine caussa. Vid. XV. 52. Wess.

427. 1. *Καὶ τὴν πόλιν παντελῶς κατεσκ., καὶ — παντελῶς ἐλυμ.*] Arbitror prius *παντελῶς* abundare, atque hanc in sedem inmigrasse nimia librarii liberalitate. De re ipsa Herodot. IX. 13. et Thucydides I. 89. Wess.

427. 7. *Ἄγειν κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν τοὺς Ἕλληνας* etc.] Victoriam Graeci ad Plataeas de Persis reportarunt die mensis Boedromionis tertio vel quarto: neque enim sibi constat Plutarchus. Namque in Aristid. p. 330. F. *ταύτην*, inquit, *τὴν μάχην ἐμαχέσαντο τῇ τετράδι τοῦ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου κατ' Ἀθηναίους.* At de Glor. Athen. p. 349. F. *τρίτῃ δὲ ἱσταμένου (Βοηδρομιῶνος) τὴν ἐν Πλαταιαῖς μάχην ἐνίκων.* quod ipsum recurrit in Camill. p. 138. B. Quo eodem die in perpetuam assertae liber-

tatis memoriam τὰ Ἐλευθέρια post deinde celebrarunt, Iovique Ἐλευθερίῳ, de quo apud Thucydidem II. 71., sacra fecerunt. Confer Io. Meursium, quem Diodori rationem non habuisse miror, Feriat. Graec. L. III. Wess.

427. 11. *Τὸν στέρξοντα μὲν τὴν ὁμόνοιαν*] Quis hic non *στέξοντα* legendum iudicet, vicinitatem scripturae et discrepantiam verborum vel obiter considerans? Librariorum in margine assumenta, prorsus inepta, omittimus. Rhod. Pulcre memini *στέργειν τὴν τύχην* et *στέργειν τὰ παρόντα*, cum praesentibus acquiescimus, et quid de hac dictione notarit accuratissimus Frid. Sylburg. ad Dionysium Halic. T. II. p. 100., nec adduci tamen possum, ut de hoc loco aliter censeam ac Rhodomannus. Posses alioqui *τὸν στερεώσαντα* refingere, quod in mentem venisse Dion. Lambino ad Cornel. Nepot. Reg. c. 1. animadverto. Wess.

427. 13. *Ὁ δὲ ὅρκος ἦν τοιοῦτος*] Iurisiurandi haec formula controversiae obnoxia est. Theopompus L. XXV. Philipp. ab Atheniensibus fictam adfirmavit. Audi Theonem Progymnasm. c. 2. ex eo Theopompi libro memorantem: *ὅτι Ἑλληνικὸς ὅρκος καταψεύδεται, ὃν Ἀθηναῖοί φασιν ὀμόσαι τοὺς Ἕλληνας πρὸ τῆς μάχης τῆς ἐν Πλαταιαῖς πρὸς τοὺς βαρβάρους.* Id ipsum colligas ex his Theopompi praeceptoris Isocratis, qui cum Panegyr. p. 106. meminisset de inmani Persarum in Graecorum templa et aras atrocitate, subdit confestim: *διὸ καὶ τοὺς Ἴωνας ἄξιον ἐπαινεῖν, ὅτι τῶν ἐμπρησθέντων ἱερῶν ἐπηράσαντο εἴ τινες οἰκοδομήσαιεν, ἢ πάλιν εἰς τὰ ἀρχαῖα καταστῆσαι βουληθεῖεν, οὐκ ἀποροῦντες, ὅθεν ἐπισκευάσωσιν, ἀλλ' ἵνα ὑπόμνημα τοῖς ἐπιγιγνομένοις ᾖ τῆς τῶν βαρβάρων ἀσεβείας.* quorum postrema quin huic formulae sint gemina germana, ne quidem dubitari potest. Et tamen Isocrates diras has non Atheniensibus, neque Graecorum ceteris contribuit, sed unis Ionibus. Cuius rei aequam aliam rationem dixeris, quam paria cum cum Theopompo fecisse? Utcunque fuerit, inseruit hoc iusiurandum Lycurgus Orat. suae in Leocrat. p. 158., sed paullo integrius. Differentiam notabo, quod et ante me fecerunt viri doctissimi Dionysius Lambinus ad Nepot. Reg. c. 1., et Barbeyracius Histor. Foeder. P. I. p. 92. Wess. Conf. Excerpta Vatic. p. ed. Mai. 18. XXI.

427. 17. *Καὶ κρατήσας τῷ πολέμῳ τῶν βαρβάρων*] Lycurgus *τοὺς βαρβάρους*, tum *τῶν μὲν μαχεσαμένων ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος πόλεων οὐδεμίαν ἀνάστ. ποιήσω, τὰς δὲ τὰ τοῦ βαρβάρου προελομένας, ἁπάσας δεκατεύσω.* quorum priora momenti non magni, posteriora paene necessaria: quae a Nostro neglecta possunt videri, quod principio huius belli Graeci constituissent, *τοὺς ἐθελοντὶ τῶν Ἑλλήνων ἑλομένους τὰ Περσῶν, δεκατεῦσαι τοῖς θεοῖς*, ut supra c. 3. memoriae prodiderat. Mallem tamen addidisset. Rhodomannus suis in Addend. *ἀγωνισαμένων* praepositione addita auget, *συναγωνισαμένων* legens. Wess.

427. 19. *Καὶ καταβληθέντων*] Addit Lycurgus, *ὑπὸ τῶν βαρβάρων*, porro *οὐδὲν ἀνοικοδ. παντάπασιν* praeterea *ἐάσω καταλείπεσθαι*, non magno discrimine. Muretus, qui in vertendo hoc iureiurando offenderat, a Lambino erroris admonitus, eumdem monitoris nulla mentione facta, correxit L. III. Var. Lect. c. 10. WESS.

428. 31. *Καὶ τείχει ξυλίνῳ περιέβαλεν*] Scribe *περιέλαβεν*· id enim in more habet atque usu. Supra c. 20. *καὶ τάφρῳ βαθείᾳ καὶ τείχει ξυλίνῳ περιέλαβε*. Et c. 21. *τάφρῳ βαθείᾳ καὶ χαρακώματι περιλαβών*. Tum c. 34. *καὶ ξυλίνῳ τείχει καὶ τάφρῳ βαθείᾳ περιέλαβον αὐτάς*. Denique c. 89. *καὶ περιλαβὼν αὐτὴν ἀξιολόγῳ τείχει*. Quae, ex uno hoc libro congesta, auctoris consuetudinem uberrime signant. WESS.

428. 32. *Ἀριθμὸς τῶν Ἑλλήνων εἰς δέκα μυριάδας*] Tametsi saepe antea observatum sit, non uni Diodorum adhaerere Herodoto, haec liquidissimo declarant. Herodotus enim L. IX. 32. de Graecis, sub Mardonii imperio in populares ad Plataeas pugnantibus, *τῶν δὲ Ἑλλήνων τῶν Μαρδονίου συμμάχων οἱδε μὲν οὐδεὶς ἀριθμόν· (οὐ γὰρ ἦν ἠριθμήθησαν) ὡς δὲ ἀπεικάσαι ἐστὶ, ἐς πέντε μυριάδας συλλεγῆναι εἰκάζω*. Unde vero auctor centum haec millia, cum Herodotus, illi tempori proximus, ex coniectura quinquaginta prodiderit millia, acceperit, non divino. WESS. Quod ad hunc locum adscriptum fuit, *ἄῤῥητον ἄμεινον*. Spectat Graecos, qui contra Mardonium steterunt. Vide Herodot. IX. 30. quamquam et eius numerus auctior. IDEM in Add.

428. 44. *Ἤιτουν κατὰ τάχος βοήθειαν*] Pro *βοήθειαν* genuino propius videtur *βοηθήσειν*, quam *βοηθῆσαι*, in margine appositum. RHOD. *Κατὰ τάχος βοηθήσειν*] Ope veterum Codd. correxi. Misit autem Megarensibus subsidio Aristides validam suorum manum, a qua, prostrato equitum Persarum praefecto Masistio, fugati barbari. Plutarchus Aristide p. 327. et Herodot. IX. 21. WESS.

428. 60. *Οὐ γὰρ ἦν ἐπὶ πολὺ μῆκος παρεκτείνειν* etc.] Res gesta est aliter. Auctor dum brevis esse vult, multa negligit, alia miscet, obscuriusque praelium exsequitur. Tu vide Herodotum IX. 58. WESS.

428. 77. *Μαρδόνιος ἀγωνιζόμενος ἐκθύμως ἔπεσε*] Consentiunt plerique omnes. Tamen Iustinus II. 14. *Nam victus Mardonius veluti ex naufragio cum paucis profugit*. Et Ctesias Persic. c. 25. *φεύγει τραυματισθεὶς καὶ Μαρδόνιος*. WESS.

429. 86. *Καὶ σύντομον τὴν ἀναχώρησιν ποιησάμενος*] Scio quid defendendae huic scripturae adferri possit: mallem tamen *σύντονον τὴν ἀναχώρησιν*, ut L. XIX. 26. *σύντονον τὴν πορείαν ποιούμενος*. Appian. V. Bel. Civil. p. 1185. *συντόνῳ δὲ δρόμῳ περὶ ἑσπέραν καταλαβόντες*. Plut. Crass. p. 557. D. *ἀλλ' ὀξείᾳ καὶ συντόνῳ χρώμενος τῇ πορείᾳ*. Favet huic suspicioni

Herodotus, Artabazum citato cursu fugisse referens, *τὴν ταχίστην ἐτρόχαζε φεύγων* L. IX. 65. Wess.

429. 96. *Ἐτόρθησαν προθύμως*] *Strenue oppugnant* interpres, idque recte. *Πορθεῖν* ipsam saepe oppugnationem continet. Sic L. XII. 34. *καὶ προσέταξαν τήν τε χώραν λεηλατῆσαι, καὶ τὴν πόλιν πορθῆσαι.* quibus additur confestim *συνεστήσαντο πολιορκίαν τῆς Ποτιδαίας.* Themistocles Epist. XIX. *Νάξον δὲ Ἀθηναῖοι τότε ἐπόρθουν.* ubi male vertunt. Wess.

429. 7. *Τῶν δ' Ἑλλήνων βίαν προσαγόντων τοῖς ξυλίνοις* etc.] Sic L. XV. 68. *προσῆγε τὴν βίαν τοῖς πολεμίοις.* Et XII. 46. *καὶ τοὺς στρατηγοὺς ἀναγκάζειν παρὰ δύναμιν βίαν προσάγειν τῇ πόλει.* Nec tamen plane absurda est altera lectio *βίᾳ προσαγόντων*, de qua infr. c. 60. Stephanus. Wess.

429. 11. *Καὶ βίαν τῶν Ἑλλήνων ἔστεγεν*] Polybius III. 53. *οὗτοι γὰρ ἔστεξαν τὴν ἐπιφορὰν τῶν βαρβάρων.* Et XVII. 21. *οὐ δυναμένους τοὺς παρ' αὐτοῦ στέγειν τὴν τῆς φάλαγγος ἔφοδον.* Rem ipsam, quam auctor exsequitur, vide in Herodoti L. IX. 69. Wess.

429. 12. *Οὔτε τὸ κατεσκευασμένον τεῖχος*] Hoc praeferendum glossemati. Quis enim murum iam probe exstructum, inter propugnandum exstrui putet? Rhod.

429. 28. *Ὄντας πλείους τῶν μυρίων*] Si Graecos, uti videtur, intelligit, numerus longe longeque excedit Plutarchi MCCCLX, *τῶν δ' ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀγωνισαμένων ἔπεσον οἱ πάντες ἐπὶ χιλίοις ἑξήκοντα καὶ τριακόσιοι*, in Aristid. p. 330. E. Wess.

429. 30. *Καὶ Χαριτίδου κελεύσαντος, ἔκριναν ἀριστ.*] Summum ubique de *Charitide*, qui, Spartae inter civitates ut primae deferrentur, effecerit, silentium. Ingeniosum est conmentum Rhodomanni, quo in Addend. suis, *Haud scio*, inquit, *an non augurari mihi liceat, legendum esse post ἐποιήσαντο, καὶ χάριτι δουλεύσαντες, ἔκριναν. Gratiae inservierunt, ideoque inter* etc. *Non absimili phrasi etiam supra c. 27. χάριτι κατισχύσαντες ἐποίησαν κριθῆναι.* Mihi id vero adfine tantisper videbitur, donec *Charitides* aliunde producatur. Wess. In Rhodomanni verbis *καὶ* ante *ἔκριναν* ponit ed. Hanoviensis.

430. 38. *Ἐπιγράψαντες ἐλεγεῖον τόδε*] Dubium est, sitne hoc Epigramma tripodi inscriptum: Pausanias insculpi iusserat:

Ἑλλήνων ἀρχηγὸς, ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε Μήδων,
Παυσανίας Φοίβῳ μνῆμ' ἀνέθηκε τόδε.

quod Lacedaemonii eraserunt, substitutis earum civitatum nominibus, quae barbaros ad Plataeas prostraverant: *καὶ ἐπέγραψαν ὀνομαστὶ τὰς πόλεις, ὅσαι ξυγκαθελοῦσαι τὸν βάρβαρον ἐστήσαντο ἀνάθημα* Thucydides ait L. I. 132., a quo non dissentit Demosthenes, seu quis alius auctor Orat. in Neaer. p. 740. Itaque si hoc distichon in tripode fuerit scriptum, oportet earum, quas dixi, civitatum nomina subiecta fuisse arbitreris. Wess.

430. 44. *Διακοσίαις ἐμάχοντο*] *Τριηκοσίαις ἐμάχοντο* Herodotus VII. 228., Suidas in *Λεωνίδης* et Anthol. L. III. 5. legunt, fortasse verius. Wess.

430. 47. *Ὦ ξένε ἄγγειλον*] *Ὦ ξεῖν' ἄγγειλον* Herodot., Lycurgus in Leocrat. p. 163., Suidas et Antholog., quod praeferrem. Strabo *Ὦ ξέν' ἀπάγγειλον* L. IX. p. 656. Omnes autem *τοῖς κείνων πειθόμενοι νομίμοις*, excepto Herodoto, qui *τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι*. Wess. *ὦ ξεῖν'* reponi iubet Rhodom. in Add.

430. 52. *Καὶ νόμον ἔθηκε, λέγειν ἐγκώμιον τοῖς δημοσ.*] Vide S. Petitum ad Leg. Attic. L. VI. Tit. 8. p. 521. Dionysio dubium atque incertum est, utrum ad Artemisium, an Salaminem, an Plataeas, an in campo Marathonio occumbentibus hic honor habitus publice sit primis. *Ὀψὲ γάρ ποτε Ἀθηναῖοι προσέθεσαν τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον τῷ νόμῳ, εἴτ' ἀπὸ τῶν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ καὶ περὶ Σαλαμῖνι καὶ ἐν Πλαταιαῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανόντων ἀρξάμενοι, εἴτ' ἀπὸ τῶν περὶ Μαραθῶνα ἔργων* Antiq. Roman. L. V. p. 291. Wess.

430. 59. *Ἑκουσίως ὑπομείναντες τὴν παράδοσιν*] Haec plenius Herodotus IX. 87. Wess.

430. 71. *Ἦκον ἐκ Σάμου πρέσβεις*] Adeundus idem est L. IX. 89. ubi multo haec distinctius. Wess.

430. 83. *Εἰς δέκα μυριάδας*] *Ἓξ μυριάδας*, quibus ad Mycalen castra metatis dux erat Tigranes, Herodotus memorat L. IX. 95. Wess.

431. 92. *Νενικηκότες ἐν Πλαταιαῖς*] Nihil huius historiarum pater IX. 97. Quin verum si amamus, non fit credibile praeconem id proclamasse: postero enim die demum fama increbuit, Persas a Graecis ad Plataeas esse caesos, uti ipse prodidit seq. cap. Wess.

431. 4. *Κατασκεψάμενοι τὰ καθ' αὑτοὺς*] Forte verius erit *τὰ κατ' αὐτούς*, rebus eorum Graecorum, qui Persarum imperio parebant, consideratis. Facit autem Diodorus orationem subinde obscuriorem, dum *Ἑλλήνων* vocabulo modo Graecos, Europae incolas et Persarum inimicos, modo Asiaticos et Persis subditos designat. Wess.

431. 9. *Τά τε ἄλλα προσφερόμενοι*] Praeoptarem *προφερόμενοι*, nec alia Rhodom. sententia in Addend. Sic L. V. 29. *καὶ τὰς ἑαυτῶν ἀρετὰς προφέρονται*. Quod additur *νίκην παρῳδοῦντες*, id hoc quidem usu singulare. Wess.

431 15. *Διόπερ ἔδοξαν οἱ περὶ τὸν Λεωτ. — ἐφάνησαν* etc.] Male me habet alterius utrius praesentia verbi. Delessem confidenter, ni auxilium scripti libri negassent. Id bene, quod Leotychidae prudentiae celeritatem huius nuntii adscribit, quod et Polyaenus de Stratagem. I. 33., ubi optime Is. Casaubonus, fecisse agnoscitur. Wess.

431. 32. *Ὡς προσιόντες εἰς ὄψιν*] Si *προσιόντες* retinendum videtur, *προαγόντων* est legendum. Sin *προσαγόντων* magis placet, *προϊόντες* e margine recipiendum. RHOD.

432. 40. *Οἱ Πέρσαι διεσκευασμένοι καταπληκτικῶς*] Instructi atque armati. Polyb. I. 33. *παρήγγειλαν τῷ μὲν πλήθει διασκευάζεσθαι. Milites ad pugnam se parare iubent.* Noster XIV. 22. *τῶν ἱππέων οἱ κάλλιστα διεσκευασμένοι χίλιοι.* Et XX. 61. *μέρος μὲν τῆς στρατιᾶς κατέλιπε διεσκευασμένον ἐν τῇ πόλει.* WESS.

432. 50. *Ἐπικείμενοι τοῖς ἡττωμένοις*] Magis arridet *ἡττημένοις*. Iam enim fugam arripuisse, ut profligatos atque victos, dixit. RHOD.

432. 53. *Καὶ τῶν ἄλλων πολλοὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν*] Herodotus praelium hoc haud paullo aliter describit, et verius, ut quidem arbitror, L. IX. 102. etc. WESS.

432. 60. *Οἱ μὲν εἰς τὴν στρατοπεδείαν διέφυγον, οἱ δὲ* etc.] Si qui pro glossa putent *διέφυγον*, cum illis non admodum pugnabo. Retinui tamen, quod in perculsos et trepide fugientes non male quadraret. WESS.

432. 66. *Ἐπ' Ἐκβατάνων ποιούμενος τὴν πορείαν*] *Ἐς Σοῦσα* dicit Herodotus IX. 107. WESS.

432. 71. *Ἐπηγγέλλοντο δὲ τά τε μηδίσαντα* etc.] Fortasse scripserat Diodorus non *τά τε* sed *τὰ τότε*. STEPH. et RHOD. Fieri potest, ut vera sit virorum praestantium opinio. Sed quid si importunum illud *τε* deleamus? Herodotus IX. 105. visum ait Peloponnesiis *τῶν μηδισάντων ἐθνέων τῶν Ἑλληνικῶν τὰ ἐμπόρια ἐξανασιήσαντας, δοῦναι τὴν χώρην Ἴωσι ἐνοικῆσαι*, pari sententia. WESS.

432. 75. *Τοὺς δὲ συμμάχους διαποντίους μὴ δύνασθαι* etc.] Ad eum modum L. XII. 82. *ζητεῖν συμμαχίαν διαπόντιον* dixit, de auxilio quod ex regionibus ultra mare positis inploratur, et *δυνάμεις διαποντίους* ac *στρατείαν διαπόντιον*, eiusque generis alia. Vide L. XVI. 63. WESS.

432. 79. *Οἱ δ' Ἀθηναῖοι μετανοήσαντες*] Non admodum fit probabile, Athenienses in id consilium concessisse: Herodotum certe quidem si audias, nunquam assensi sunt: *Ἀθηναίοισι δὲ οὐκ ἐδόκεε ἀρχὴν, Ἰωνίην γενέσθαι ἀνάστατον, οὐδὲ Πελοποννησίοισι περὶ τῶν σφετέρων ἀποικιέων βουλεύειν* L. IX. 105. WESS.

433. 90. *Εὐθὺς ἐκ κατάπλου προσβολὰς τῇ πόλει* etc.] Si accipias, urbem, statim atque appulsa classis est, expugnatam in Xanthippi manus venisse, falsum dixerit. Sederunt ad urbem satis diu, et paene inviti, teste Herodoto IX. 116., quam primo appulsu oppugnari coeptam tandem in suam ditionem redegerunt. Haec mens scriptoris. Adde Thucydidem I. 89. WESS.

433. 94. *Ὁ μὲν οὖν Μηδικὸς ὀνομασθεὶς πόλεμος* etc.]

Idem spatium ex Herodoto facile colligas. Conficitur quoque ex Chronologia Eratosthenis apud Clementem Alexandrinum Strom. I. p. 402.; nec dissidet Thucydides I. 23. Vide tamen Th. Lydiatum ad Marm. Chron. Oxon. p. 60. WESS.

433. 96. *Ἀρξάμενος πρὸ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων*] Quatenus id verum sit, neme, cui cum historiarum patre aliqua intercessit familiaritas, ignorat. Solet autem Diodorus diligenter adscribere auctorum nomina et libros, ubi scribendi initium et finem fecerint, quos ipse in digerenda hac Bibliotheca in consilium misit. WESS.

433. 2. *Πρὸς τοὺς Οὐολούσκους*] Gentis nomen Diodorus et Dionysius, quem hoc de bello vide L. VIII. p. 548., ita scribere adsolent. Aliter alii, ut Ph. Cluverius III. Ital. Ant. c. 7. ostendit. De Sp. Cassio, sive id domesticum, sive publicum iudicium fuit, discrepant enim scriptores, damnato Ser. Cornelio, Q. Fabio consulibus Livius III. 41. WESS.

433. 7. *Ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνῃσι Τιμοσθένους*] In Archontis nomine vitium sibi animadvertisse visus est Io. Meursius Piraeei c. 2. Verum enim esse *Θεμιστοκλῆς*. Cuius opinionis caussam habuit, quod Piraeeum muniri *Themistocle* Archonte coeptum prodidit Thucydides I. 93.; munitus autem eum maxime hoc sit anno. Sed errat vir bonus. *Timosthenem* hinc removeri non patitur Oxoniense marmor. *Themistocle* quidem praetore Piraeei munitio inchoata est, sed summum is magistratum functus fuit paullo ante bellum Medicum. *Πρὸ δὲ τῶν Μηδικῶν ἦρξε Θεμιστοκλῆς ἐνιαυτὸν ἕνα*, ait Scholiastes Thucydidis. Fuit ergo anno IV. Olymp. LXXIV., a quo tempore inchoatum opus intermissum neglectumque fuit, quod Xerxis expeditio Atheniensium animos alio avocaret. WESS. Conf. Corsin. Fast. A. Diss. VIII. p. 340.

433. 8. *Καίσων Φάβιος καὶ Λ. Αἰμίλιος Μάμερκος*] Dionysius hos Coss. iniisse magistratum ait anno U. C. CCLXX., cum Archon Athenis esset Nicodemus, L. VIII. p. 549. Nicodemus autem eo munere functus est Olymp. LXXIV. anno tertio, unde perspicuum, quod iam supra monuimus, eius ab U. C. principium antevertere Nostri aeram paene quadriennio. WESS.

433. 21. *Ὑπὸ γὰρ ἀῤῥωστίας συνεχόμενος*] Referunt Graeci interpretes in scholiis ad Pindari Od. I. 103. Pythion. ex Aristotele *Γέλωνα τὸν τοῦ Ἱέρωνος ἀδελφὸν ὑδέρῳ νοσήματι τὸν βίον τελευτῆσαι*. Cuius aquae intercutis, qua Gelon divexatus occubuit, conmeminit Plutarchus de Pyth. Oracul. p. 403. C. WESS.

434. 34. *Τὸ μὲν μνῆμα ἀνεῖλον Καρχηδόνιοι*] Rem narrat uberius L. XIV. 63. WESS.

434. 38. *Οὐδὲ εἷς ἠδυνήθη τοῦ Γέλωνος ἀφελέσθαι τὴν δόξαν*] Gloriae viri praeter alios detrectavit Dionysius, Gelonem subsannando *τὸν γέλωτα τῆς Σικελίας*, i. e. *Siciliae rem ridiculam*, adpellans apud Plutarch. de sui Laud. p. 542. D.; cuius ta-

men invidia viri famae ut noceret, tantum aberat, ut maiore Syracusis in honore esset. Nam cum progressu temporis in summa rei pecuniariae penuria essent Syracusani, et ipsas in belli usus statuas venundarent, Gelonis statuam illibatam servarunt, eum etiam post fata celebrantes ob partam ad Himeram de Carthaginiensibus victoriam, teste Athani in Plut. Timol. p. 247. E. Wess.

434. 41. *Δίκαιον γὰρ ἅμα καὶ συμφέρον* etc.] Saepe repetit haec, neque iniuria: haec enim inter historiae praecipuas dotes. Vide L. XIV. 1. XV. 1. Wess.

434. 46. *Γέλων μὲν οὖν ἑπταετῆ χρόνον ἐβασίλευσεν*] Gelon Syracusis tyrannidem obtinuit anno Olymp. LXXII. secundo, cum Athenis archon esset Hybrilides, uti Dionysius Ant. Rom. L. VII. princ. et Pausan. L. VI. 9. prodiderunt. A quo principio ad Olymp. LXXV. annum tertium plus septem annis, quos Diodorus illi tribuit, effluxerunt. Hinc passim viri docti contra VII hos annos insurgunt, quisque ex opinione sua eos augentes. Illust. Scaliger in Euseb. Chron. Num. MDXXX. sine dubio legendum ait *ιζ'*, i. e. XVII annos. Simsonius, secutus Capellum, XVIII praefert Chron. A. M. 3529. Ego vero scire vehementer vellem, unde edocti sint viri egregii principium dominationis Gelonis, a quo annos Diodorus metitur. Id, quantum quidem rescire potui, nusquam adparet. Iam vero variatum fuisse sententiis de tyrannidis Gelonis et Hieronis initio certa res est. Marmor Arundelianum Epoch. 54. Archonte Athenis Timosthene, sive Olymp. LXXV. anno tertio tyrannidem occupasse Gelonem ait, successisseque post exactos VII dominationis annos Hieronem, cum Chares apud Athenienses summum magistratum administraret, distatque adeo a Nostri calculis septennii spatio, quamquam errans, sicuti ex Herodoto VII. 155. liquido constat. Longius abit Schol. Pindari ad Pythion. Od. I. princ. Hieronem affirmans Syracusis principatum obtinuisse *μετὰ τὴν τοῦ Γέλωνος τοῦ ἀδελφοῦ τελευτὴν τῇ ὀγδοηκοστῇ πέμπτῃ Ὀλυμπιάδι*, si tamen sani illi numeri sunt, de quo dubito. Scripseris *τῇ ἑβδομηκοστῇ πέμπτῃ*, et Nostro consentiet: neque id tamen facere sustineo, quoniam in Schol. ad Od. III. diserte asseveratur, Hieronem Olymp. LXXVI. Syracusis regnum occupasse. In quo sententiarum divortio potuit utique Diodorus alios eligere, quos duces sequeretur. Non esse autem VII annorum, quibus Gelon regnarit, inmutandos numeros Aristoteles, etsi in paucis dissentiens, clarissime docet L. V. Polit. c. 12. ubi de Gelonis et Hieronis imperio: *ἔτη δ' οὐδ' αὗτη*, inquit, *πολλὰ διέμεινεν, ἀλλὰ τὰ σύμπαντα δυοῖν δέοντα εἴκοσι. Γέλων μὲν γὰρ ἑπτὰ τυραννήσας, τῷ ὀγδόῳ τὸν βίον ἐτελεύτησε· δέκα δ' Ἱέρων. Θρασύβουλος δὲ τῷ ἐνδεκάτῳ μηνὶ ἐξέπεσεν.* Dicit enim ne quidem duodeviginti annos eorum tyrannidem excessisse: nam Gelonem exactis VII tyrannidis annis, octavo decessisse: Hiero-

nem X. annis rerum summam administrasse; Thrasybulum undecimo principatus mense Syracusis eiectum. Quae summi philosophi Diodorum manifesto quum tuentur, ostenduntque perperam et Gelonis et Hieronis regni annos sollicitari, omitto addere, Nostrum sibi egregie constare, cum LXXII annos a morte Gelonis ad Dionysii tyranni principatum enumerat, sive LX ab expulso Syracusis Thrasybulo, c. 68. huius libri. Tot enim abierunt ab anno tertio Olymp. LXXV ad Olymp. XCIII annum 3., quo Dionysius Syracusas tyrannide oppressit, docente Dionysio princ. L. VII. et Nostro L. XIII. 95. Alia, si lubet, vide in Thom. Lydiati Disquisit. de temp. Dynast. et Mort. Gelonis, quam notis in Chron. Marmor. praeposuit. WESS.

434. 57. *Πεποιημένους δόξαν μεγάλην*] Erunt fortasse, qui *περιπεποιημένους* malint; quod quidem auctor multifariam usurpat, hoc tamen non adspernatus. Nam et Chabriam L. XV. 29. *ἄνδρα δόξαν ἐπ' ἀρετῇ μεγάλην πεποιημένον* vocat, secutus, ut arbitror, Polybium, cui P. Cornelius Africanus Excerpt. p. 1347. *ἐπὶ καλοκἀγαθίᾳ καὶ σωφροσύνῃ δόξαν ὁμολογουμένην πεποιημένος*, et p. 1458. *πάνδημον ποιήσασθαι δόξαν*. Alia de hoc genere collegit Io. Iensius Lect. Lucian. L. II. 15. p. 247. WESS.

434. 60. *Τοὺς λόγῳ μὲν συμβουλεύσοντας* etc.] Non est absimile vero deesse hic aliquid, quum post *λόγῳ μὲν* sequi soleat *ἔργῳ δέ*. STEPH. Id fieri solere non dubium est. Exempla si desideres, cumulate dabunt Bergler. ad Alciphron. L. I. Epist. 9. et Duker. in Thucydid. VIII. 92. Nec propterea tamen iusta hic defectus suspicio. Longior verborum structura, ne id adderet, scriptorem impediit: estque revera in vocibus *προσέταττον ἀφίστασθαι τῶν ἔργων* inclusum. WESS.

434. 73. *Ἐν ἀπορρήτοις δὲ τῇ βουλῇ προσιπὼν* etc.] Vide Thucydidem potius, qui multo haec distinctius L. I. 90. WESS.

435. 80. *Πανδημεὶ τειχίζων τὴν πόλιν*] Pro *τειχίζων* repone *τειχίζειν*. RHOD. *Πανδημεὶ τειχίζειν τὴν πόλιν*] Certa res est. Nec quisquam aegre feret locum ita restitutum. Thucydides, quem auctorem habuit, L. I. 90. *τειχίζειν δὲ πάντας πανδημεὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει, καὶ αὐτοὺς, καὶ γυναῖκας, καὶ παῖδας*. WESS. *Τειχίζειν* correxerat quoque Ursinus. IDEM in Add.

435. 91. *Ἀναχληθεὶς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων*] Lego *ὑπὸ τῶν γερόντων*. Nam vox *ἀρχόντων* non convenit Lacedaemoniis, qui nullos habebant *ἄρχοντας*, sed senatum seniorum, *γερόντων*, qui *γερουσία* vocabatur, et cuncta cum regibus et Ephoris administrabat. *Βασιλεῖς*, *ἔφοροι*, *γέροντες*, nomina erant magistratuum apud Laconas, *ἄρχοντες* vero Atheniensium erant. PALM. Haec Palmerii indicta mallem. Lacedaemone non erant, ut Athenis, *Ἄρχοντες*, vero nomine sic dicti. Horum vicem fungebantur *Ephori*, qui propterea ab Historicis et Grammaticis nonnunquam *ἄρχοντες magistratus* adpellantur. Scholiastes Thucydid. I. 85.

Ἰστέον ὅτι ἦσάν τινες παρὰ Λακεδαιμονίοις ΑΡΧΟΝΤΕΣ, τὸν ἀριθμὸν πέντε, οὓς Ἐφόρους ἐκάλουν. Pausanias postquam *Ephororum*, *Nomophylacum* et *Bidiaeorum* meminisset L. III. 11. *ἡ μὲν δὴ γερουσία*, inquit, *συνέδριον Λακεδαιμονίοις κυριώτατον τῆς πολιτείας· οἱ λοιποὶ δέ εἰσιν ΑΡΧΟΝΤΕΣ.* Quae quidem loca diligentiam Io. Meursii Miscell. Lacon. L. II. 4. non fugerunt, nec largior tamen, quod contendit ille, Spartanis *ΑΡΧΟΝΤΩΝ* sollemne fuisse nomen, nisi eatenus, qua dixi. Bene ergo Diodorus, Ephoros intelligens. Nepos in Themist. c. 7. *A quibus* (Legatis) *quum audisset, non multum superesse munitionis, ad Ephoros Lacedaemoniorum accessit, penes quos summum imperium erat: atque apud eos contendit, falsa his esse delata.* Wess.

435. 1. *Καὶ περὶ ὧν* etc.] *Καὶ* redundat. Rhod. *Κατασκεψομένους περὶ ὧν ἦν χρεία πολυπρ.*] Induxi auctoribus scriptis libris inportunam copulam. De re ipsa praeter Thucydidem Graecus interpres Aristophanis ad Equit. vs. 811. Wess.

435. 13. *Ῥωμαῖοι πρὸς Αἰχολανούς*] Putares *Aeculanenses*, quorum oppidum *Αἰχουλᾶνον* Ptolemaeo L. III. Geograph. c. 1., indicari, nisi aliunde constaret, ad Hirpinos Romanorum arma hoc tempore vix pertinuisse. Sint ergo *Aequicoli*. Sed eos hoc nomine vocitare haud solet, *Αἴκους* aut *Αἴκλους*, aut *Αἰτώλους*, scriptura corruptiore, adpellans. Vid. XII. 64. XIII. 6. XIV. 98. XX. 102. Cum Aequis autem circa hoc tempus Romanis bellum intercessisse ex Livio II. 42. cognosces, qui de *Tusculo* nihil, ut nec Dionysius L. VIII. p. 553. Wess.

436. 21. *Μάρκος Φάβιος Σιλβανὸς καὶ Λ. Οὐαλ. Ποὔπλιος*] Pro *Σιλβανὸς* leg. *Οὐϊβουλανὸς*, et pro *Ποὐπλιος*, *Ποτῖτος* ex Fastis. Rhod. *Σιλβανὸς* quin vere in *Οὐϊβουλανὸς* commutetur non dubium est. L. Valerii cognomen *Ποὐπλιος*, sive, ut scripti Codd. edunt, *Πόπλιος* rectius in *Ποπλικόλας* abibit: quae et St. Vin. Pighii sententia Fastor. L. II. p. 103. Wess. Ursinus Cons. *M. Fabium Vibulanum* et *Valer. Potitum* intelligit. Ego cum Pighio facio. Idem in Add.

436. 25. *Μετεωριζόμενος ἐπὶ τῇ δόξῃ*] Praepositionem plerumque negligere adsuevit. Addit tamen et L. XIII. 52. Confer Con. Rittershusium ad Oppiani Cyneg. L. IV. 214. Wess.

436. 31. *Μικρᾶς μὲν προσδεόμενον κατασκευῆς*] Id verum: nam anno ante Medicum bellum, quo Themistocles Archon fuit, ut supra monuimus, Piraeeo condendo Athenienses, et eius quidem suasu, manus admoverant, teste Thucydide I. 93. Noster vero rem ita exsequitur, quasi nova plane esset, nec ulli ante in mentem venisset. Wess.

436. 47. *Πρὸς δὲ τοὺς ἐν ταῖς ναυσὶν ἀγῶνας ἀφνεστάτους*] Neque hoc plane vero contrarium. Tamen Graeciae totius principes cum maxime Spartani erant, et mari summum imperium, etiam proximos aliquot in annos, retinuerunt. Ipse Pausanias sub

hoc tempus valida cum classe Cyprum petiit, Persas inde electurus, Thucydides I. 94. WESS.

436. 58. *Ὁ δῆμος ἔλετο δύο ἄνδρας Ἀριστείδην*] Cum Themistocles augendae Atheniensium potentiae rationem animo agitaret, quo sociorum classem, quae ad Pagasas in anchoris erat, incendio corrumperet, et pro concione habere se dixisset rem patriae utilem, sed in vulgus non eliminandam, dedit illi populus Aristidem, quicum eam communicaret, apud Plutarch. Themist. p. 122. A. Hinc sumpta videtur ansa exstruendae huius narrationis, cuius apud alios, quod quidem sciam, mentio nulla. Ex Thucydide certe alia omnia colligas. WESS.

437. 87. *Καταστρατηγῆσαι τοῖς Λακεδαιμονίοις*] Lege *τοὺς Λακεδαιμονίους*, ut loquitur cum alibi, tum p. 273. (c. 61.) *καταστρατηγῆσαι τοὺς βαρβάρους*. STEPH. et RHOD. *Καταστρατηγῆσαι τοὺς Λακεδαιμονίους*] Sic refinxi, obsecutus iudicio virorum praestantium, et perpetuae Diodori consuetudini. Superius c. 21. *εὐθὺς ἐζήτει δι' οὗ τρόπου καταστρατηγήσας τοὺς βαρβάρους*. Et L. XV. 16. *οἱ Καρχηδόνιοι — κατεστρατήγησαν τὸν Διονύσιον*. Idem Polybius ratum habet L. I. 71. *ἐγίνετο πρὸς τὸ καταστρατηγεῖν τοὺς ὑπεναντίους*. Et Dionysius Ant. Rom. III. p. 166. *καὶ ὃν τρόπον αὐτὸς κατεστρατήγησε τούς τε πολεμίους* etc. WESS.

437. 99. *Παραδόξως κατασκευασθῆναι τὸν λιμένα*] Vide Io. Meursii Piraeeum c. 2. et 3. et Is. Vossium ad Scylac. p. 47. WESS.

437. 2. *Καὶ τοὺς μετοίκους καὶ τοὺς τεχνίτας ἀτελεῖς ποιῆσαι*] Athenis *μέτοικοι*, quos vulgo *inquilinos*, etsi non sat commode, vertunt, quotannis XII drachmas *μετοικίου* nomine pendebant: hoc eos onere sua aetate Themistocles inmunes voluit, utque in posterum *ἰσοτελεῖς* essent. *Ἰσοτελὴς* enim *ὁ τὸ μετοίκιον μὴ τελῶν, πάντα δὲ ἔχων τὰ αὐτὰ τοῖς πολίταις, πλὴν τοῦ ἄρχειν*, quibus Ammonii verbis Petitum adde Comment. in Leg. Att. L. II. Tit. 5. Prudenter autem: namque opus Atticae civitati praesentia erat *τῶν μετοίκων* et ob artium variarum studia et rem nauticam. *Δεῖται ἡ πόλις μετοίκων, διά τε τὸ πλῆθος τῶν τεχνῶν καὶ διὰ τὸ ναυτικόν* Xenophon de Atheniens. Rep. p. 548. WESS.

437. 11. *Πεντήκοντα μὲν τριήρεις ἐκ Πελοποννήσου*] Thucydidem consule, qui cum XX navibus ex Peloponneso solvisse auctor est L. I. 94. Id autem diligenter animadvertendum est, Diodorum in hunc annum coniicere atque adeo constipare obsidionem Byzantii, Pausaniae proditionem, ablatumque Lacedaemoniis eius superbia et crudelitate imperium, atque in Athenienses transcriptum: quae omnia tam brevi tempore administrata non sunt. Constat ex Isocrate Panath. p. 357. Spartanos paene in decennium Graeciae imperium curasse, tumque ad Athenienses

transiisse; cuius principatus auctoritas cum Olymp. LXXV inchoata, amissa autem sit, postquam ad Byzantium Pausanias socios crudelissime tractasset, certissimum videtur, Nostrum obsidionem Byzantii et Pausaniae haud iniustam necem citius atque oportuerat, recensuisse. Decepit eum series rerum apud Thucydidem, qua instauratas Athenas munitumque Piraeeum confestim excipit Pausaniae in Cyprum expeditio. Vide H. Dodwell. Ann. Thucyd. p. 61., ubi hanc in rem plura reperies. WESS.

438. 21. *Γογγύλῳ τῷ Ἐρετριεῖ*] Ex Thucydide I. 128., quem adi. WESS.

438. 30. *Τῷδέ τινι τρόπῳ*] Malo *τοιῷδέ τινι*, ut alii loqui solent, et ipse item loquitur alibi. STEPH. et RHOD.

438. 36. *Καταλούντων*] Scribe *καταλαλούντων*. RHOD. *Καὶ τοῦ Παυσαν. τῆς βαρύτητος καταλούντων*] Manifestum est debere legi *καταλαλούντων*. Nec opus est fulcire hanc emendationem, quae per se stat satis, et planum exprimit sensum. PALM.

438. 38. *Ἀριστείδης δὲ ὁ Ἀθηναῖος* etc.] Fuerunt sane Aristidis hae artes, nec solius tamen: nam qui illi aderat Cimon comitate et blandioribus verbis socios, Pausaniae insolentia offensos, suae civitati adiunxit, ipsumque Pausaniam, cum magis et magis insolesceret, Byzantio expulit Plut. Cimon. p. 482. A. WESS.

438. 49. *Ἃ δὴ συλλογισάμενός τις τῶν βιβλιαφόρων*] Domo Argilius et Pausaniae fidelissimus, de quo Thucydid. I. 132. WESS.

438. 55. *Ἐπιζητούντων*] Hoc malo. Vid. supr. c. 3. WESS.

438. 57. *Ἐπὶ τῷ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερῷ*] In ara Neptuni *ἀσφαλείου*, de quo viri docti ad Corn. Nepot. Pausan. c. 4.; pro quo *ἐφ' ἱερὸν καθίσας* in re non dissimili Teles apud Stob. Floril. Tit. V. p. 69. Quae sequuntur *διπλῆν σκηνὴν περιεβάλετο* formata sunt ex Thucydideis, haud paullo melioribus *καὶ σκηνησαμένου διπλῆν διαφράγματι χαλκῆν*: *ibique tugurium exstruxit, quod septo interposito disclusum erat.* Alios ergo auctores habuit Nepos, cum *in ara*, ait, *consedit. Hanc iuxta locum fecerunt sub terra, ex quo posset audiri, si quis quid loqueretur cum Argilio.* WESS.

439. 71. *Ἀπορουμένων δὲ τῶν Λακεδαιμονίων*] Haec aemulatur Tzetzes Chiliad. XII. 477.; Chrysermus autem in Stob. Serm. XXXVIII. p. 228. Pausaniae patrem Hegesilaum, foribus templi obiecto lapide obstructis, Spartanis, ut se sequerentur, exemplum praebuisse asseverat. Adde Lycurgum in Leocrat. p. 166. WESS.

439. 82. *Ἐπεμήνιε*] Glossema *ἐπεσήμηνε* repudiato. RHOD. *Τὸ δὲ δαιμόνιον τῆς τῶν ἱκετ. σωτ. κατ. ἐπεσήμηνε*] Diodorus, aliud arbitratus, suum sibi restitutum haud aegre feret. Sic L. XIX. 103. *ταχὺ τὸ δαιμόνιον αὐτοῖς ἐπεσήμηνε*. Et Excerpt. Vales. p. 337. *ἀνθ' ὧν αὐτῷ ταχὺ τὸ δαιμόνιον ἐπεσήμαινε*.

quibus locis *ἐπισημαίνειν* numinis est, cum irae suae manifesta ostentat argumenta, sicuti et in Plutarch. Demetr. p. 894. B. *ΕΠΕΣΗΜΑΙΝΕ δὲ τοῖς πλείστοις τὸ θεῖον.* Hinc *ἐπισημασία* ipsa exprimit irati numinis indicia L. XVI. 84. et XX. 102. Confer not. in Libr. V. 3. Wess.

439. 87. *Οὐ δυνάμενοι ποιῆσαι τὸ προσταττ.*] Ut manes Pausaniae placarent, ex Italia arcessiverant *ψυχαγωγοὺς*, qui evocatos sedibus quietis redderent, apud Plut. de Ser. Num. Vind. p. 560. F. Tandem duas ex aere statuas in Minervae fano dedicarunt, de quibus et Thucyd. I. 134. Wess.

439. 8. *Ἀλλ' αὐτὸς ἐγὼ πεῖραν εἰληφὼς* etc.] Punctula quatuor hic posui pro erroris manifesti nota: quem, ut opinor, recte emendaverimus reponendo *ἔργῳ* pro *ἐγώ*. Frequens enim est et huic aptum loco genus loquendi *ἔργῳ πεῖραν λαμβάνειν*. Steph. *Ἀλλ' αὐτὸς ἔργῳ πεῖραν εἰληφὼς ἐγίνωσκεν*] Sic corrigit Rhodomannus, cui et Stephano obtemperans locum refinxi. Cur enim adeo manifesta peccata propagari patiemur? Demosthenes Or. I. in Aristogit. p. 488. *ἀλλ' ὧν ἔργῳ πεῖραν εἰλήφατε*, ubi prave in ed. Parisin. *ἔργων*. Nam et Orat. II. p. 498. *ὧν μὲν γὰρ ἔργῳ πεῖραν εἰλήφατε, τί δεῖ τοῖς λόγοις πιστεύειν.* Wess.

439. 18. *Ἐκ τῆς Σπάρτης πεμπομένοις ἡγεμόσιν* etc.] Vide Thucydidem I. 95. et Plutarch. Aristid. p. 333. B. Wess.

440. 28. *Ταλάντων πεντακοσίων καὶ ἑξήκοντα*] Vitium quod his in numeris inerevit, non fugit Io. Meursium de Fort. Athen. c. 7. Scripserat *ταλ. τετρακοσίων*. Plutarchus dicto loco: *ὃν μὲν γὰρ Ἀριστείδης ἔταξεν, ἦν εἰς ἑξήκοντα καὶ τετρακοσίων ταλάντων λόγον*· quam eandem summam probat Thucydid. I. 96. et Corn. Nepos Aristid. c. 3. Wess.

440. 29. *Οὕτως ἀκριβῶς*] *Οὕτος ὡς ἀκριβῶς* R. 2. V. Cl. non male. Vid. Basilii Magni Epist. CCLXIV. Wess.

440. 33. *Δίκαιος ἐπωνομάσθη*] Excellentissimum id cognomen magis illi aequissima hac pecuniae, a sociis conferendae, descriptione firmatum est, quam inditum. Diu enim ante civium *ἄριστος καὶ δικαιότατος* ob abstinentiam, quo unus post hominum memoriam excellebat egregie, fuerat nuncupatus. Herodotus VIII. 79. et Plutarchus Aristid. p. 322. C. Wess.

440. 40. *Ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνῃσι Φαίδωνος* etc.] Prorsus in hunc modum Dionysius Rom. Antiq. L. IX. p. 576., nisi quod stadio victorem *Σκάμανδρον* vocitet. Contra utrumque tamen venit doctissimus H. Dodwellus Ann. Thucydid. p. 58. et hunc annum *Phaedoni* ablatum *Aristidi* transcribit, cui *Phaedonem* deinde sufficit. Lacunam hic esse ait: eam liquere, quod inter *Adimantum* et *Phaedonem* desit par Coss. Romanorum et gesta Romana illis consulibus respondentia. Inde verisimile fieri etiam Archontem deesse, et Graeca quoque gesta annalia, cum Romanis illis Coss. committenda. Liquere praeterea eum defectum ex Marmore

Oxoniensi, in quo *Chares* Archon a *Timosthene* septimus fuisse significatur, qui in Diodoro et Dionysio a *Timosthene* sextus tantum. Inserendum autem *Aristidem*, quod illi Archonti commodior in Fastis Graecis locus esse nequeat. Haec speciem habent elegantem, sed quam Diodorus et Dionysius, quorum rationes hoc inserto Archonte conturbantur planissime, disiiciunt. Nec valida omnia sunt, quibus caussam se tenere vir diligentissimus arbitratur. Desunt, fateor, Coss. *Q. Fabius* et *C. Iulius*, de quibus Livius II. 43., sed hos in Fastis reperisse non videtur Diodorus, omissos fortasse ab ipso Fabio Pictore, qui et alios praeteriit. Quod de Marmore Arundeliano ait, eius dignitatem in rebus Graecorum excellentem agnosco, nec inmune tamen id omni labe, ut vel ea, quae de Gelonis annis antea disputavi, patefaciunt. Quid? ne id quidem *Aristidi* Archonti hanc sedem contribuit, quae, si quae fides Demetrio Phalereo apud Plutarch. Aristid. p. 318. D., quod ne ipse quidem Dodwellus negarit, ante Medicum bellum quaerenda est. Scio eundem Demetrium alio in opere diversa scripsisse, sed et ea Plutarcho non potuisse probari, ex Aristidis vita p. 322. E. constat. Gaudeat ergo quieta loci possessione *Phaedon*, quam vetustissimos annales secuti Dionysius et Diodorus illi assignarunt. Wess. V. Corsin. F. A. II. 1. p. 174.

440. 43. *Σαόριος Φούριος Μενέλλαιος*] Pro *Μενέλλαιος* restitue *Μεδουλλῖνος*. Rhod. Eadem Pighii Fastor. L. II. p. 105. sententia. Deficiunt autem hoc loco Coss., uti dixi, *Q. Fabius* et *C. Iulius*, quos Fasti ceterorum edunt. Wess.

440. 46. *Τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος Ἀρχέλαος*] Lego *Ἀρχίδαμος*, nam ex ordine et numero annorum regni id evincitur. Palm. Verissima opinio Clarissimi Palmerii. Semper ita in historiarum progressu regem adpellat, nec aliter quisquam. Annos XLII et infra L. XII. 35., etsi prave, eidem tribuit, sicuti dicetur. Wess.

440. 48. *Ἀναξίλας ὁ Ῥηγίου καὶ Ζάγκλης τύραννος*] Perinde erit sive hoc an *Ἀναξίλαος* malis. Idem nomen, unde Strabo modo *Ἀναξίλαν*, modo *Ἀναξίλαον* L. VI. p. 394. 395. adpellat. Bellum illi fuit cum Locrensibus, quos et occidione occidisset, nisi tyranni consilia interpellasset Hieron, sicuti docent Critici ad Pindari Pythion. Od. I. et II. Wess.

440. 49. *Τὴν δὲ τυραννίδα διεδέξατο Μίκυθος*] Servus et quaestor erat Anaxilae, verum optima fide. Unde imperii et liberorum curam decedens illi Anaxilas, donec filii adolescerent, permisit. Herodot. VII. 170. et Pausan., cui *Σμίκυθος*, L. V. 26. Conf. inferius c. 66. Wess.

440. 52. *Μετὰ τὴν τοῦ Γέλωνος τελευτὴν*] Series orationis hoc postulat. Mortuo Gelone Polyzelus fratris defuncti uxore ducta exercitus imperium administrabat, cumque gratia apud Siculos valeret, nata eum inter et fratrem Hieronem simultas est, ut Scholiastes Pindari in Od. II. 29. Olympion. docet. Wess.

441. 63. *Πρὸς τὴν στρατείαν οὐχ ὑπακούσαντος*] Nisi fallant Critici veteres ad eam Od. II., Timaeus et belli eius curam in se recepisse et rem dextre gessisse Polyzelum memoravit. Mansit tamen inimicitia, quae temerariis Thrasydaei consiliis in bellum exisset, nisi Simonides eos simul cum Therone in gratiam redegisset, ut iidem interpretes docent. Atque hinc adparet, cur Himeraei Hieronem in Thrasydaeum, quam rem auctor exsequitur, concitarint. Wess.

441. 73. *Κατηγοροῦντας τοῦ Θρασυδαίου*] Lectionem marginis sequor. Sed parum interest. Nam p. 270. (c. 55.) simile recurrit. Rhod.

441. 87. *Καὶ τὴν μὲν Κατάνην μετωνόμασεν Αἴτνην*] Hanc ob eaussam Hieronem *Αἴτνης κτίστορα* Pindarus nuncupavit apud Strabonem L. VI. p. 412. A., seque ipse Hieron *Aetnaeum* in sacris certaminibus proclamari iussit. Schol. Pindari Od. I. Pythion. v. 1. *τὴν δὲ Κατάνην ἀνακτίσας, ὁμωνύμως τῷ παραχειμένῳ ὄρει Αἴτναν προσηγόρευσε, καὶ ΑΙΤΝΑΙΟΝ ἑαυτὸν κατὰ τοὺς ἀγῶνας νικῶν ἀνεκήρυξεν.* Misit autem in urbem a se instauratam, *νεοκτίσταν Αἴτναν* Pindar. Od. IX. 3. Nemeon. dicit, colonos *Γελώους καὶ Μεγαρεῖς καὶ Συρακουσίους, ὄντας τῶν Δωριέων ἀποίκους*, si vera perscripsit idem schol. in extremam Od. I. Pyth.; Noster enim alios memorat. Errorem festinantis Casauboni levem de tempore conditae Aetnae tetigit vir doctus Miscellan. Observ. Vol. II. p. 3. Wess.

441. 92. *Ἐκ τῆς γενομένης μυριάνδρου πόλεως*] Habebis *Τραχῖνα μυριανδρον* L. XII. 59. et *Ἐγεσταίων μυριάνδρον πόλιν* L. XX. 72. et *μυριάνδρον τὴν Ὄλυνθον* Excerpt. Vales. p. 341., de qua eadem urbe Hegesias apud Agatharchidem de Rubr. Mari p. 17. *ἐκ μυριάνδρου πόλεως ἐξῆλθον, ἐπιστραφεὶς δ' οὐκ ἔτ' εἶδον.* Quod vertitur: *Veni ex urbe MYRIANDRO, reversus non amplius vidi.* Ego vero haud vidi magis. Wess.

441. 99. *Τοὺς βουλομένους ἐπολιτογράφησεν*] Idem esse atque *ἐκ δόγματος κοινοῦ πολιτείας τυγχάνειν* Pollux ex Philisto, qui usurparit, docet L. III. 56. Unde paene conficeres in Sicilia praecipui usus fuisse. Noster certe de civibus allectis saepenumero adhibuit, et plerumque quidem in Siculorum rebus, ut infra c. 72. et 85. XIII. 20. XIX. 2. Tamen Iosephus L. II. C. Apion. p. 491. *τοῖς δὲ ῥήτορσι (ἐφῆκαν) πολιτογραφεῖν διὰ ψηφισμάτων ξενῶν θεῶν τὸν ἐπιτήδειον.* Wess.

441. 2. *Ἔτη πεντήκοντα καὶ ὀκτώ*] Vide L. XIII. 62. Wess.

442. 7. *Γναῖον Μάλλιον*] *Μάνλιον* recte corrigit Rhodomannus, nec aliter vetus interpres. Quae vero ad hunc annum referuntur Spartanorum consilia de asserendo sibi maris imperio, ea serius contigerunt, et tum potissimum, cum Graeci, Pausaniae insolentia offensi, ad Athenienses sese adiunxissent, qua de re antea dicere memini. Wess.

442. 18. *Τὴν σπουδὴν μείζονα ποιήσεσθαι*] Perspicio non defore, quibus sana haec videbantur. Mihi, ut vere dicam, aliud sedet. Qui enim hic orationis progressus, quis color? *τὴν σπουδὴν μείζονα ποιήσεσθαι, τούς τε τῶν ἰδιωτῶν οἴκους πολλὴν ἐπίδοσιν λήψεσθαι*; cui bono adiectivum *δυνατωτέρων*? Solent profecto in eiusmodi ordine commune reipublicae privatorum commodis opponere. Libanius, etsi alio in genere, Orat. ad Iulian. p. 182. C. *ὃ τοὺς μὲν ἰδίους οἴκους μεγάλους ἐποίησε, τοῖς δὲ κοινοῖς περιέχεεν ἀμορφίαν.* Hoc bonum et elegans; quo nihil tamen inferius Nostri erit, modo *τὴν πόλιν μείζονα ποιήσεσθαι* refinxeris. Tum opportune succedet *καὶ δυνατωτέρων* et cetera omnia. Nam reciperato maris imperio non poterat, quin civitatis vires et privatorum opes in maius accrescerent. Sic censeo. Tuum iam erit arbitrium, rectene coniecerim. Wess.

442. 22. *Ὅπως μὴ χωλὴν ἔχωσι τὴν ἡγεμονίαν*] Oraculum, quo et deinceps Agesilaum, altero pede claudum, regno excludere annixi sunt, servarunt Plutarch. Lysand. p. 446. A. Agesil. p. 597. C. et Pausan. III. 8. Porro, quod sequitur statim, *εἰς οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ παρὸν λέγειν*, cave suspectum habeas, aut in *λήγειν*, ut factum recordor, conmutes. S. Paullus Epist. ad Ephes. V. 32. *ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν.* Dio Chrysostom. Orat. XXXII. p. 381. A. *ὃν (λόγον) εἰς Ὀρφέα καὶ ὑμᾶς ἔλεγεν.* Wess.

442. 42. *Καὶ χρημάτων πλῆθος ἐπόριζον*] Rhodomannus maluit in Addend. *ἐπορίζοντο*, quod et ego praeferrem, libri si addicerent. *Χρήματα πορίζειν εὐπορώτατον γυνὴ*, quod reperiundae pecuniae sit peritissima, Aristoph. Eccles. v. 236., *καὶ χρήματα ἐπόριζον τοῖς φιλονεικοῦσι — ὑπὲρ τῶν πρωτείων*, de pecuniis collatis, ut principatus retineretur, Noster L. XIII. 36., ubi tamen scripti Codd. *ἐπορίζοντο*. Wess.

442. 47. *Ἀχεστορίδου*] Sic praestat. *Ἀχεστορείδου* operarum esse peccatum monuit Stephanus, et firmat *Ἀχεστορίδης* scriptor *τῶν κατὰ πόλιν μυθικῶν* apud Photium Biblioth. Cod. CLXXXIX. p. 470. et Tzetz. Chil. VII. 649. Wess.

443. 57. *Καὶ μεγάλῃ ναυμαχίᾳ νικήσαντες*] Praedicat hanc Hieronis partam de Etruscis victoriam Pindarus Pythion. Od. I. 139., cum de Tyrrhenorum populo:

Ναυσίστονον ὕβριν ἰδὼν
Τὰν πρὸ Κύμας.
Οἷα Συρακοσίων ἀρ-
χῷ δαμασθέντες πάθον
Ὠκυπόρων ἀπὸ ναῶν.

Scholiastae, Carthaginienses socios hoc bello Tyrrhenis adiungentis, errorem perstrinxit Cel. Barbeyrac. Histor. Foeder. P. I. p. 95. De Tyrrhenorum autem maris imperio auctor L. V. c. 40. et incomparabilis Is. Casaubonus ad Polybii I. 20. Wess.

443. 63. *Γάϊον Κορνήλιον Λέντουλον*] Suffectus fuit in C. Servilii, qui cum L. Aemilio consulatum inierat, locum. Vide Pighium Fastor. L. II. p. 107. WESS.

443. 64. *Πόλεμος ἐνέστη Ταραντίνοις*] Verior haec scriptura non fugit diligentissimum Rhodomannum in suis Addend. Sic c. 53. *Ῥωμαίοις πρὸς Οὐϊεντάνους ἐνστάντος πολέμου*. Et c. 65. *Ἀργείοις καὶ Μυκηναίοις ἐνέστη πόλεμος*. Tarenti vero, multis nobiliorum infelice hoc bello amissis, magna rerum facta commutatio est, populique imperium praevaluit. *Δημοκρατία ἐγένετο ἐκ πολιτείας* Aristoteles ait Politic. L. V. 3. Namque hoc cum Iapygibus bellum respicere certum est, quippe *μικρὸν ὕστερον τῶν Μηδικῶν*, uti dicit, gestum. WESS.

443. 75. *Καὶ Ῥηγίνων συμμάχων ὄντων πολλοὺς προσελ.*] Ad tria millia, quos Micythus, Anaxilae liberorum tutor, opem ferre Tarentinis adegerat, auctore Herodoto, maximam hanc cladem obiter describente L. VII. 170. WESS.

443. 87. *Τίτος Μινούκιος καὶ Γάϊος Ὡράτιος Πολύειδος*] Pro *Μινούκιος* redeat nobis e Fastis Coss. *Μενήνιος*, et pro *Πολύειδος*, *Πολούϊλλος*. RHOD. Nihil admodum dissentit St. Vin. Pighius Fastor. L. II. p. 110., et favent ex parte quadam Codd., in quibus *Μινούνιος*. Porro Archontem hac Olymp. LXXVII. *Charetem* agnoscit Dionysius Rom. Ant. L. IX. p. 594., sed victorem, qui stadii coronam abstulerat, *Datem* Argivum nominans. WESS.

443. 91. *Θήρων ὁ Ἀκραγ. δυνάστης ἐτελεύτησεν*] Oportet *Theron* exeunte primo huius Olymp. anno diem supremum obierit: principio enim curru victoriam Olympiae reportavit, laudatusque est excellentissima Pindari Od. II. Olympion., ad cuius initium vide veteres Criticos. Porro *διεδέξατο* recepi, quod auctor ita plerumque soleat. WESS.

444. 4. *Καὶ τῶν Ἀκραγ. καὶ Ἱμεραίων προσκαταλέξας*] Absentia provocabuli *τινὰς* morabitur neminem, quippe haud invisitata. S. Lucas Evang. XXI. 16. *καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν*. Noster L. IV. 21. *καὶ Λαχίνιον κλέπτοντα τῶν βοῶν ἀνεῖλε*. WESS.

444. 11. *Τῇ μὲν οὖν μάχῃ ἐπροτέρησαν*] Cur hoc receperim, caussam dixi huius libri c. 12. WESS.

444. 15. *Εἰς Μεγαρεῖς τοὺς Μισαίους καλουμένους*] Legendum est procul dubio *Νισαίους*. Nam sic Aristophanes in Pace, *Νισαῖοι Μεγαρέες*, et sic vocabantur ab eorum antiquo rege *Niso*, a quo etiam *Νίσαια* eorum portus dicebatur, et sic vocabantur ad differentiam aliarum eiusdem nominis urbium, quas recenset Stephanus. PALM. *Εἰς Μεγαρεῖς τοὺς Νισαίους καλουμένους*] Cum Megarenses *Μισαῖοι* nusquam occurrant, notissimique *Νισαῖοι* sint, adduci non potui, ut vitium propagari paterer. Apollon. Rhod. II. 749. *Νισαῖοι Μεγαρῆες*. Clarius Athenaeus XIV. 22. *τὸν Μαίσωνα ἐκ τῶν ἐν Σικελίᾳ φησὶν εἶναι Μεγαρέων, καὶ οὐκ ἐκ τῶν Νισαίων*· ubi Casaubonus optime: *Megarenses veteris et*

antiquae Graeciae distinguuntur ab aliis Megarensibus Siculis cognomine NISAEORUM. Theocritus, *Νισαῖοι Μεγαρῆες ἀριστεύοντες ἐρέτμοις*, Idyl. XII. 27. Wess. *Τοὺς Νισαίους* scribendum esse, non fugit Ursinum, neque Scaligerum. Idem in Add.

444. 16. *Ἐκεῖ θανάτου καταγνωσθεὶς ἐτελεύτησεν*] Rhodomannus verterat, *capitali iudicio damnatus sibi ipse mortem conscivit:* quod merito inprobat Cl. Barbeyracius Histor. Foeder. P. I. p. 96., ab ipso interprete in Addend. iam olim correctum. Scripsit Pindarus Od. XI. Pythion. *Thrasydaeo* Thebano, qui Pythiade XXVII et XXXIII victor abierat; sed alius is est, etsi Thebanus, e quo populo Theron originem suam derivabat, ni fallant Critici ad Od. II. Olympion., et huic pluribus annis superstes. Wess.

444. 21. *Περὶ τὴν ὀνομαζομένην Κριμέραν*] *Κρεμέραν* rectius alii. Quid autem de hoc bello et CCC et VI Fabiis Dionysius Antiq. Rom. L. IX. p. 581. et A. Gellius Noct. Attic. XVII. 21. tradiderint, nemini ignotum est. Tu vide Iac. Perizon. Animadv. Hist. c. 5. Wess.

444. 29. *Γάϊον Σερουΐλιον*] Verius *Σπόριον*, ut Livius II. 51., quo modo et corrigunt in Dionysio L. IX. p. 583. viri docti. Wess.

Ibid. *Ἐπὶ δὲ τούτων Ἠλεῖοι*] Deest Olympiadis recensio, non, ut puto, ab auctoris negligentia aut oblivione, sed a vitio codicis. Addendum igitur: *Ὀλυμπιὰς δὲ ἤχθη ἑβδομηκοστὴ καὶ ἑβδόμη, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἀάνδης (ἢ Ἀάτης) Ἀργεῖος*, ex Dionysio Halicarnasseo L. IX. p. 594. Palm. Imo vero tuae haec oblivioni, virorum optime, debentur. Diodorum eiusque amanuenses absolvit c. 53. De Eleis Strabo paria L. VIII. p. 519. A., *ἐκ πολλῶν δήμων* post bellum Persicum in unam urbem coiisse referens. Pausanias L. V. 4. p. 382. *κώμας* iisdem tribuit, e quibus unam in civitatem coaluerint, Oxyli aetate, diuque adeo ante haec tempora. Confer Sylburgium ad Pausan. L. I. 1. Wess.

444. 45. *Ἐδήλωσε τὴν ἰδίαν ἐπιβολὴν Θεμιστοκλεῖ*] Ab hac scriptura non discedo, tametsi scriptorum Codd. *ἐπιβουλὴν* fortasse sint, qui non inprobent. Nihil notius harum vocum commutatione, cuius exempla dare in superioribus memini, suntque manifesta in Aeschinis Orat. de Legat. Fals. p. 40. et Ioseph. Ant. Iud. XIV. 14. 1. Singulare est in his Irenaei L. I. C. Haeres. c. 2. *ἀγνοοῦντες αὐτοὺς, διὰ τὴν ἔξωθεν τῆς προβατείου δορᾶς ἐπιβουλήν.* Vertit vetus interpres: *eos nimirum ob externum ovillae pellis integumentum haudquaquam agnoscentes.* Legerat *ἐπιβολὴν*, sententia non minus bona, imo, me iudice, meliore. Sed hoc leve est nec magni momenti. Id addo, vero non videri similia, quae hic ab auctore Diodoro prodita memoriae sunt. Crimen enim proditionis Themistocli inpactum non legitur priusquam Argos, ostracismo civitate pulsus, concesserat. Quid? Pausanias

sua consilia cum Themistocle non communicavit, nisi exule. Diserte Plutarchus Themist. p. 123. C. *πρότερον μὲν ἀπεκρύπτετο* (Pausanias) *τὸν Θεμιστοκλέα, καίπερ ὄντα φίλον. ὡς δ' εἶδεν ἐκπεπτωκότα τῆς πολιτείας καὶ φέροντα χαλεπῶς, ἐθάρρησεν ἐπὶ τὴν κοινωνίαν τῶν πραττομένων παρακαλεῖν.* Porro conlicit eundem in annum magni viri exilium, fugam ad Admetum, inde in Asiam ad Persarum regem, conmigrationem in urbem Magnesiam, mortem denique: quae citra dubium pluribus annis gesta omnia sunt. Hoc tamen bene, quod fugam ad Persarum regem huic anno illigaverit. Eam quippe ingressus est, cum Naxum Athenienses obsiderent, teste Thucydide I. 137. Naxios in ordinem coactos secutum est praelium ad Eurymedonta, quo Cimon egregiam de Persis victoriam reportavit, eodem auctore I. 100. Quae pugna cum ab anno sequenti longe removeri non possit, liquido tempus, quo Themistocles in Asiam Spartanorum civiumque manibus elapsus evasit, constat. Non me quidem fugit, quid contra Diodorum disputarit H. Dodwellus p. 66. et 75. Annal. Thucydid., quem in aliam opinionem et insertus Fastis Atticis Archon Aristides, de quo supra contra virum doctissimum contendimus, et Thucydidis verba L. I. 100. nimium laxe accepta impulerunt. Wess.

445. 60. *Μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν τυράννων τῶν περὶ Πισίστρ.*] Adstipulatur huic sententiae Androtion apud Harpocrat. voc. *Ἵππαρχος*, Hipparchum memorans, tyranni Pisistrati cognatum, primum omnium testularum suffragiis urbe pulsum, lege, tum maxime de ostracismo lata, *τοῦ περὶ τὸν ὀστρακισμὸν νόμου τότε πρῶτον τεθέντος.* Nec alia mens Plut. in Nicia p. 531. A. Nota alioqui discordia est de prima eius origine, quam cum accurate exposuerit Ill. Scaliger in Euseb. Chronic. Ann. DCCLXXXVII., illum, si lubet, adi. Wess.

445. 65. *Φεύγειν ἐκ τ. π. ἐτέταχτο πενταετῆ χρόνον*] Male sit amanuensibus, qui hoc vulnus Diodoro inflixerunt atque *δεκαετῆ χρόνον*, quo testula collabefacti patria carebant, in *πενταετῆ* deminuerunt. Quis enim credat in re adeo nota Nostrum errasse? praesertim cum *xv anni* veteris interpretis librariorum peccatum manifesto prodant. Eleganter Andocides Orat. in Alcibiad. princip., cum in periculum civitatis ostracismo amittendae venerat, *ὁ μὲν οὖν ἀγὼν ὁ παρὼν*, inquit, *οὐ στεφανηφόρος, ἀλλ' εἰ χρὴ μηδὲν ἀδικήσαντα τὴν πόλιν δέκα ἔτη φεύγειν.* Credo vitii occasionem fuisse eam comparationem, qua inferius c. 86. Syracusanorum Petalismum, quo damnatum *πενταετῆ χρόνον φεύγειν* oportebat, cum Atheniensium Ostracismo conponit. Inde sumtum *quinquennii tempus* hanc in sedem inmigravit. Errorem animadvertit Io. Meursius Lect. Attic. L. V. 18. Wess.

445. 79. *Ὅπερ εἰώθεισαν συνεδρεύειν ἐν τῇ Σπάρτῃ*] Suspecta mihi reddunt postrema vocabula scripti Codd., quodque

certo non adpareat, id concilium Spartae fuisse celebratum. Retinebo tamen, cum plura hic occurrant, alibi vix obvia. Id probare difficulter possum, *συνεδρεύειν* vi transitiva, ut Grammatici dicunt, instrui, praeterque scriptoris consuetudinem. Malim propterea *ὥπερ εἰώθεισαν συνεδρεύειν*, *quo colligi consueverant.* Eo ducit *ὥσπερ*, quod in vetustis schedis. Wess.

445. 88. *Ὧν ἐποιήσατο τὴν κρίσιν περί τε τῶν Ἀθην. καὶ τῶν Ἀργείων*] Inest his certissimum peccatum. Cui enim bono *Argivorum* haec mentio, quibus nihil commune cum navali ad Salaminem praelio? Namque hi, ceteris pro salute et Graeciae libertate fortiter in Persas depugnantibus, domi spectatores desederunt, quod praeter Herodotum VII. 149. Noster commemorare haud praeteriit c. 3. et c. 65. Fuit autem certamen de honoris principatu cum Aeginetis, quibus ut primae deferrentur Spartani operam dederunt. Sic c. 27. *καὶ κρίσεως προτεθείσης περὶ τῶν ἀριστείων, χάριτι κατισχύσαντες* (Lacedaemonii) *ἐποίησαν κριθῆναι, πόλιν μὲν ἀριστεῦσαι τῶν ΑΙΓΙΝΗΤΩΝ.* Itaque verius erit *περί τε τῶν Ἀθηναίων καὶ Αἰγινητῶν.* Si tamen nimium id videatur, arripi poterit Rhodomanni auxilium, quo in Addend. suis, *καὶ ἀριστείων*, ait, *haud dubie scriptum fuit: ut sit vertendum: iudicio de Atheniensibus et praerogativa praemiorum ediderant.* Mihi quidem certe alterutro, ut sententia constet, videtur opus. Tua in disquisitione, utrum praeoptes, positum est. Nam de *ἐποιήσατο* cur multa dicam, caussam non video. Id sua se elegantia satis superque commendat. Wess.

446. 4. *Καθάπερ προειρήκαμεν*] Ubi vero? Equidem in superioribus nihil huius invenio: quae nisi pro arbitrio a Criticis inmutata dixeris, non enim commodum lacunae locum animadverto, aut haec inperite hic sunt inculcata, aut sui oblitus auctor est. Wess.

446. 12. *Φάσκοντες προδότην καὶ λυμεῶνα τῆς ὅλης Ἑλλ.*] Lectionem marginis *ἀποκαλοῦντες* praefero. Rhod. *Ἀποκαλοῦντες προδότην*] Non repugno, quamquam discrimen haud magnum est. Vid. c. 26. De re ipsa Thucydides I. 137. et Plutarch. Themist. p. 124. et Epistolarum, quae Themistoclem auctorem mentiuntur, XIX. p. 100. Wess.

446. 23. *Δύο νεανίσκους Λίγυας τὰ γένος*] Paullo distinctius hanc magni viri fugam iidem scriptores exsequuntur, sed nihil de iuvenibus ex Ligurum regione; quos equidem miror in intimam Epirum vicinamque Macedoniam hac tempestate penetrasse, ut mutandis mercibus lucrum facerent. Si liceret, *Λυγκιστὰς Lyncestas* scriberem, quorum regio Admeti regno paene adfinis fuit. Favent manu exarati libri, qui *Λιγυστὰς* praeferunt. Verum haec divinatio est. Wess.

446. 29. *Ὄνομα μὲν Ἀνταξείδην*] *Nicogenem*, Aegis Aeoliéis longe omnium ditissimum, Plutarchus Themist. p. 124. E.

vocitat. Qui vero Xerxem eiusque copias, antequam in Europam tramitterent, magnificentissimo hospitio excepit, is Herodoto VII. 27. *Pythius*, Myis F., est. WESS.

446. 37. *Ἀγαγεῖν αὐτὸν πρὸς τὸν Ξέρξην*] Sequitur eos scriptores, Ephorum, Dinonem, Clitarchum, Heraclidem, et complures alios Diodorus, qui Themistoclem Xerxem regem convenisse tradiderunt Plutarcho teste in Themist. p. 125. B. Nec multum diversa est D. Petavii sententia L. X. de Doct. Temp. c. 26. At Thucydides I. 237. et Charon Lampsacenus, illi tempori paene aequales, Xerxe mortuo ad Artaxerxem, tantum quod regni gubernaculis assidentem, adiisse adfirmant: quorum opinio cum vetustis annalibus, quod iam olim prodidit Plutarchus, et summa diligentia commonstravit Celeb. Hieron. van Alphen Part. III. c. 6. Commentar. in Daniel. c. IX., optime congruat, eam praeferendam priori arbitror. Rerum series, ut deinceps videbitur, firmat eandem egregie. WESS.

447. 48. *Ἀπήνην πολυτελέσι παραπετάσμασι κεκοσμημένην*] Non praeteriit haec Diodori, ut luxum mulierum Persicarum proponeret, Barn. Brissonius Regn. Persar. L. II. p. 514. Ut enim nostra aetate per Orientis regiones inpensissime cavent, ne se feminae aliorum in conspectum dent, ita et veteri aevo. Quare peregre si abirent, curribus opertis includebantur, sive, quae Plutarchi verba, *ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις ὑπὸ σκηνὰς κύκλῳ περιπεφραγμένας ἐπὶ τῶν ἁρμαμαξῶν*. qui quoque pro re memorabili morem regis Artaxerxis Mnemonis consignavit, quo legitimae uxori auctor fuit, ut, velis, quae currui oppansa erant, subductis, facilem se et conspiciendam omnibus, quibus ea conventa opus erat, praeberet. *γυναῖκα τὴν γνησίαν ἐκέλευσε τῆς ἁρμαμάξης τὰς αὐλαίας περιελεῖν, ὅπως οἱ δεόμενοι κατὰ τὴν ὁδὸν ἐντυγχάνωσι* Apophtheg. p. 173. F. WESS.

447. 73. *Ἐξαιτοῦντος ἐπὶ τιμωρίαν*] Non refert, hoccine retineas, an *ἐπὶ τιμωρίᾳ*. Res ipsa vix alibi obvia est, quod mirum non est, cum plerique Thucydidem sequantur. Nec abhorret tamen a vero. WESS.

447. 91. *Ἔχουσαν θάλατταν εὔϊχθυν*] Negligunt elegans vocabulum Lexicorum plerique conditores. Rhodum tamen, piscoso incinctam mari, *εὔϊχθυν* Lynceus adpellat in Athen. VIII. p. 360. E. Mox *τοῦ παρ' Ἕλλησι φόβου* parum probo: timorem notat, qui Graecos incesserat. Malim *τοῦ παρ' Ἑλλήνων*. De urbibus, quas Persarum rex Themistocli dederit, copiose B. Brisson. de Reg. Pers. I. p. 212. WESS.

448. 1. *Καὶ μνημεῖον τοῦ ἔτι νῦν διαμένοντος*] Vid. Thucydidem I. 139. quaeque inibi de *μνημεῖον* vocabulo diligentissime perscripserunt viri celeb. Ioseph. Wasse et C. A. Dukerus. WESS.

448. 3. *Στρατηγεῖν ἐπὶ τοῦ πολέμου*] Non placet hoc mihi loco *ἐπὶ*, neque admodum *περὶ*, quod in scriptis Codd.; si abesset, non revocarem. Dionysius Rom. Ant. L. III. p. 178. *καὶ νομίσαντες οὐχ ἱκανὸν εἶναι πολέμου στρατηγεῖν*, saepeque alii. Quod statim consequitur, *τὸν δὲ συγχωρήσαντα*, absolute ponitur. Spectat enim Themistoclem. Genus structurae praeter ceteros explicuit Tib. Hemsterhusius in Luciani Halcyon. c. 8. Wess. Quae de absoluta structura monui, alibi erunt commodiora. Pendent verba ex *φασὶ*, quod in superioribus. Idem in Add.

448. 7. *Κύλικα τοῦ αἵματος πληρώσαντα ἐκπιεῖν*] Sanguinem taurinum, si bibatur, pestilentem esse, docent Nicander Alexiph. v. 312. et Dioscorides Alexipharm. c. 25., ferunturque eo hausto periisse Tanyoxarces in Ctesiae Persic. c. 10., Aeson, Iasonis pater, superius L. IV. 51. atque alii plures. De Themistocle vulgi is rumor fuit, quem falsi arguit Symmachus in schol. ad Comici Equit. v. 83. Wess.

448. 11. *Ὅτι καλῶς ἐπολιτεύθη τὰ πρὸς τοὺς Ἕλληνας*] Eadem sententia Aristidis, quum de Themistocle, *ἐπειδὴ ἔδει στρατεύειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, προὔκρινε τελευτᾶν· ἔργῳ μὲν ἅπασαν λύσας αἰτίαν, δείξας δ' ὁπόσου τιμᾶται τὰς πρότερον πράξεις καὶ πολιτεύματα, καὶ ὅτι οὐδέποτε ἑκὼν εἶναι τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ προσήκοντος οὐδὲν πρότερον ποιήσεται, οὐ πλοῦτον, οὐ παῖδας, οὐ τὴν σωτηρίαν αὐτήν.* Tom. III. p. 362. In quibus cur *πράξεις* maluerim, quam *τάξεις*, fecerunt et res ipsa et scripti libri. Paullo post si qui *ἐπεὶ πάρεσμεν* maluerint, utantur arbitrio suo: mihi ad orationem necessarium non videtur. Wess.

448. 37. *Αὐτὴν διέσωσε*] Vide Aeschinem apud eundem Aristidem T. III. p. 366. Wess.

449. 45. *Χαλεπωτάτην πρὸς ἐκεῖνον εὑρίσκομεν*] Scripti manu libri hoc postulant. Quam vero Athenienses maximis reipublicae suae viris fuerint infesti, exempla haud rara docent. Quare Aeschines, quum incommoda et pericula proposuisset, quae Athenis in rerum administratione multis usu veniebant, *ποῦ τέθνηκεν*, inquit Dialog. III. 12., *Μιλτιάδης; ποῦ Θεμιστοκλῆς; ποῦ δ' Ἐφιάλτης; ποῦ δ' οἱ πρώην δέκα στρατηγοί*; ingratum animum civibus eleganter exprobrans. Id mireris, in postrema etiam Dialogorum editione placere potuisse, *ποῦ δ' οἱ πρώην βασιλεῖς καὶ στρατηγοί*; cum *βασιλεῖς* omittat Cod. Medic., atque id, quod repraesentavi, Io. Stobensis servarit, et Socrates in sequentibus non alios respiciat ac decem eos Atticae classis duces, qui, egregia ad Arginusas de Spartanis parta victoria, auctoribus Theramene et Callixeno capitis fuerant damnati. Vide Observat. mearum L. I. 1., ego ad institutum revertor. Wess.

449. 51. *Πόλιν ἔκτισε Πυξοῦντα*] Lege *Πυξοῦντα, Buxentum*, de qua Plinius L. III. c. 5. Palm. *Πόλιν ἔκτισε Πυξοῦντα*] Verum urbis nomen, ut Palmerius, et eo prior Ph. Cluverius ital.

Ant. L. IV. p. 1261. edixerant, revocavi. Auctorem do Strabonem L. VI. p. 388. *μετὰ δὲ Παλίνουρον Πυξοῦς, ἄκρα καὶ λιμὴν καὶ ποταμός· ἓν γὰρ τῶν τριῶν ὄνομα· ὥκισε δὲ ΜΙΚΥΘΟΣ ὁ Μεσσήνης ἄρχων τῆς ἐν Σικελίᾳ.* Haud quidem me fugit in Anagraphe Olympiadum Scaligerana Archonte Praxiergo reperiri, *Μίκυθος δυνάστης Ῥηγίου καὶ Ζάγκλης πόλιν ἔκτισε Τευξοῦντα.* Sed ea nihil moror, quippe hinc descripta. Confer L. Holstenium ad Stephani Byzantini *Πυξοῦς*. Wess.

449. 55. *Ἄππιον Ῥοῦφον*] Fasti Coss. *Ναύτιον* habent. Rhod. *Γάϊον Ναύτιον Ῥοῦφον*] Ex Vaticani libri vestigiis gentile Cos. nomen instauravi: cognomen pravum est, ex *RUTILO*, ut Capitolino in marmore, natum. Wess. *Ναύτιον Ῥουτῖλον* correxit Ursinus. Idem in Add. Correxit etiam Pighius L. II. p. 112.

449. 61. *Καὶ ἐν Βυζαντίῳ καταπλεύσας ἐπὶ πόλιν* etc.] Nisi locus hic sit defectus, atque obsidio Byzantii, qua Cimon Pausaniam ea in urbe inclusit, excideriit, legendum erit *ἐκ Βυζαντίου*. Coacto enim in ordinem Pausania et urbe ea electo, Cimon in Thraciam tramisit, ac Eionem, Persis oppressis, sub Atheniensium ditionem redegit, docentibus Thucydide I. 98. et Plut. Cim. p. 482. C. Porro satis constat, Diodorum iterum hoc loco plura coniungere, quae diversis temporibus et ante quidem hunc annum, a Cimone fortiter sunt administrata. Wess.

449. 63. *Σκύρον δὲ Πελασγῶν ἐνοικ. καὶ Δολόπων ἐξεπολ.*] *Scyrum, quam eo tempore Dolopes incolebant, quod contumacius se gesserat, vacuefecit, sessores veteres urbe insulaque eiecit, agros civibus divisit*, sic Nepos Cimon. c. 2. Quo tempore et Thesei ossa collegit, Athenas deportanda apud Plut. Thes. p. 17. B. et Cim. p. 483. Wess.

449. 75. *Ταύτας παραχρῆμα συνέπεσεν ἀποστῆναι*] Credo scripsisse Diodorum *συνέπεισεν ἀποστῆναι*, *persuasit illis, ut deficerent.* Id requirunt praecedentia, et firmat *συνέπεισεν ἐθελοντὶ ἀπογράφεσθαι* cap. 83. Iam quod est in Mss. *ὅσαι δ' ὑπῆρχον δίπλωτοι* sive *δέπλωττοι*, id manifesto corruptum ex *δίγλωττοι*, quomodo L. XII. 68. *αἳ δὲ εἶχον ὄχλον βαρβάρων διγλώττων Βισαλτικῶν*. Et L. XVII. 68. *ἀνὴρ δίγλωττος*. In Cariae autem urbibus mixtim Graecos et indigenas, qui Poëtae *βαρβαρόφωνοι*, incoluisse exploratum satis est. Wess.

449. 77. *Βίᾳ προσάγων*] Hoc loco exemplaria habent *βίᾳ προσάγων*. At in loco qui est p. 310. (L. XII. 46.) *βίαν προσάγειν*. At vero p. 318. (L. XII. 62.) rursum *βίᾳ προσαγόντων*. Ibidem et *βίᾳ προσάγειν*. De cuius ultimi loci lectione dubitari non potest. Steph.

449. 79. *Πάσας προσελάβετο*] Movent huic scripturae controversiam vetustae schedae, quarum *πείσας* haud sane pro reiiculo habendum: frequens enim, cum oratione civitates in partes pelliciuntur. Sic L. V. 60. *καὶ τὰ μὲν πείσας, τὰ δ' ἀναγκά-*

σας ἐβασίλευσε μέρους τῆς χώρας. Et L. XVII. 91. καὶ τῶν πόλεων ἃς μὲν βίᾳ χειρωσάμενος, ἃς δὲ πειθοῖ προσαγόμενος. Itaque ab eo probando haud multum deflecto. Wess.

450. 84. *Τιθραύστης*] Ex Ephoro hoc sumtum, qui *Τιθραύστην φησὶ τῶν βασιλικῶν νεῶν ἄρχειν καὶ τοῦ πεζοῦ Φερενδάτην* apud Plutarch. Cim. p. 486. B., quem exercitus pedestris ducem *Φερεδάτην* Noster vocat, male fortasse: alterum enim apud Persas receptissimum. Vid. Herodot. VII. 67. Wess.

450. 88. *Πρὸς τριακοσίας καὶ τετταράκοντα*] Ephorus apud Plutarchum *πεντήκοντα καὶ τριακοσίας*. Unde aut hic aut illic in minore numero error inest. Wess.

450. 94. *Ἀνεχώρησαν*] *Ἀπεχώρησαν* C. R. 1. V. sat bene. v. c. 61. Wess.

450. 8. *Ἐπιβιβάσας τοὺς στρατιώτας*] Scripserat *ἀποβιβάσας*, ut pulchre in Addend. advertit Rhodomannus. Sic L. IV. 81. *ἀποβιβάσας δὲ τὴν δύναμιν*. Et Plutarchus ipsa hac in re, *ἀπεβίβαζε τοὺς ὁπλίτας ἔτι θερμοὺς τῷ κατὰ τὴν ναυμαχίαν ἀγῶνι* Cimon. p. 486. D. Wess.

450. 27. *Τῆς δὲ νυκτὸς οὔσης ἀσελήνου*] Vide L. XII. 56. XIII. 72. Wess.

451. 46. *Τριήρεις τριακοσίας καὶ τετταράκοντα ναῦς*] Non satis haec respondent extremo c. 60., nedum Thucydideis I. 100. Corn. Nep. Cimon. c. 2. Plut. Cim. p. 486. E.; qui, quamquam in omnibus non consentanei, numerum tamen longe minorem edunt. Dices *ναῦς* et *τριήρεις* hic posse distingui; quod si feceris, neque enim necessarium, nondum res expedita erit. Wess.

451. 53. *Ἐν ἀνδρίᾳ*] Lege *ἐπ' ἀνδρίᾳ*. Rhod.

451. 55. *Ἀνέθηκε τῷ θεῷ*] Haud scio an *τῇ θεῷ* ex Reg. 2. praestet, ut *Minerva*, Atheniensium tutelare numen, intelligatur: ceteroqui Apollo erit. Xenophon Ages. p. 24. ed. Oxon. *ὥστε — πλέον τῶν ἑκατὸν ταλάντων τῷ θεῷ ἐν Δελφοῖς δεκάτην ἀποθῦσαι*. ubi Hutchinson. Wess.

451. 58. *Ἐξ οὗ γ' Εὐρώπην* etc.] Idem Epigramma Aristides exscripsit T. III. p. 260., sed in multis hinc discrepans; adponam, ut differentia sit manifestior:

Ἐξ οὗ τ' Εὐρώπην Ἀσίας δίχα πόντος ἔχρινε
Καὶ πόλιας θνητῶν θοῦρος Ἄρης ΕΦΕΠΕΙ,
ΟΥΔΕΝΙ πω ΚΑΛΛΙΟΝ ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν
Ἔργον ἐν ἠπείρῳ καὶ κατὰ πόντον ΟΜΟΥ.
Οἵδε γὰρ ἐν ΓΑΙΗΙ ΜΗΔΩΝ πολλοὺς ὀλέσαντες,
Φοινίκων ἑκατὸν ναῦς ἕλον ἐν πελάγει
Ἀνδρῶν πληθούσας· μέγα δ' ἔστενε Ἀσὶς ὑπ' αὐτῶν
Πληγεῖσ' ἀμφοτέραις χερσὶ, κράτει πολέμου.

Sic ille. Discrimen ex diversa Epigrammatis editione natum videtur, neque est, cur Nostri partes deseras, si *οἵδε γὰρ ἐν γαίῃ* etc. exceperis: id enim arbitror opportunius. Wess.

451. 64. *Μέγα δ' ἔστενεν Ἀσὶς ὑπ' αὐτῶν*] In exemplaribus nostris legitur *μέγα δ' ἐς γενεὰς ὑπ' αὐτῶν* et sine sensu et cum metri dissolutione. At *μέγα δ' ἔστενεν Ἀσὶς ὑπ' αὐτῶν*, (ut apud alios scriptores legitur hoc idem epigramma citantes) utroque incommodo vacat. Nam *Ἀσίδος αἴης* alibi quoque legimus in fine versus hexametri cum *α* longo in *Ἀσίδος*, licet in *Ἀσίας* corripi soleat, ut factum est in primo huius epigrammatis versu. STEPH. Vere Stephanus, cuius correctionem stabilit liber Vatic.; namque *ΔΕΣΙΓΕΝΕΑΣΙΣ* non aliunde originem accepit atque ex *μέγα δ' ἔστενε Ἀσίς*. WESS.

451. 66. *Ἐπ' Ἄρχοντος δ' Ἀθήνῃσι Φαίδωνος*] Lege *Ἀψηφίωνος* ex Marmore Arundeliano linea 72., cui concordat Diogenes Laërtius in Socrate (L. II. 44.) PALM. *Ἐπ' Ἄρχοντος δ' Ἀθήνῃσι Φαίωνος*] Instauravi Archontis nomen, etsi corruptum. Videri quidem posset Plutarch. Thes. p. 17. B. patrocinari *Φαίδωνι*, cum *μετὰ τὰ Μηδικὰ Φαίδωνος ἄρχοντος* Athenienses oraculo monitos ait, ut reliquias Thesei Athenas reportarent, quas relatas circa hoc tempus, Scyro subacta, diximus, nisi et illic vitio depravatum Archontis esset nomen. Plutarchus enim ipse in Cimon. p. 483. E. *Ἀφεψίωνα* adpellat. Scribe ergo *Ἀφεψίωνος*, aut *Ἀψηφίωνος* ex Marmore Oxoniensi cum Palmerio, quicum consentiunt Stanleius ad vitam Aeschyli p. 706. et Rich. Bentleius Dissert. de Phalarid. Epist. p. 282., aliorum de hoc Archonte peccata uberius persecutus. WESS. Phaedonem ut Apsephioni suffectum inter pseudeponymos archontes retulit Corsinus F. A. p. II. t. 1. p. 182. seq. Suffectorum autem nulla ratio est fastis excludendorum.

451. 68. *Μεδιολανὸς*] Muta *Μεδιολανὸς* in *Μεδουλλῖνος* et *Μάνιος Οὐάσων* in *Μάνλιος Οὐόλσων*. RHOD. Certa res est ex Fastis, et suffragatur Pighius Fastor. L. II. p. 113. Manlio gentile nomen restitui ex Codd., levi opera adiutis, quod et in cognomine fecissem, scribentium peccato ex *ΟΥΟΛΣΩΝ* progenito, si quid illi opis tulissent. WESS. *Μάνλιος Οὐούλσων* Ursin. IDEM in Add.

451. 71. *Ἐν γὰρ τῇ Σπάρτῃ γενομένων σεισμῶν*] Liquet ex Thucydide I. 101. terrae hunc tremorem posteriorem fuisse defectione Thasiorum, de qua Noster c. 70. Nec aliud quidquam collegeris ex Plut. Cimon. p. 488., qui cum addit, terram Spartae movisse anno regis Archidami quarto, a Nostri rationibus, nisi vitium in quatuor illis annis sit, longissime discedit. Initium enim Archidami posuit anno 1. Olymp. LXXVI. huius libri c. 48. Pausanias itidem discordat, Hilotas bellum Spartanis movisse referens *κατὰ τὴν ἐννάτην Ὀλυμπιάδα καὶ ἑβδομηκοστήν*, sic enim scripsit, ut Io. Meursius L. II. de Archont. c. 15. optime vidit, L. IV. 24., quo tempore cum Thasiorum defectio contigerit, Diodoro tradente c. 70., haud iniuria opineris, belli Messeniaci principium, et terrae motum, qui bello occasionem dedit, ab auctore nostro fuisse anticipatum. WESS.

452. 79. *Ὥσπερ δαιμονίου τινὸς νεμεσήσαντος*] Iniuriis agitati Hilotes, supplices consederant ad aram Neptuni Taenarii, quos contra datam fidem cum occidissent, valuit opinio, Neptunum hanc cladem civitati conciliasse, uti memorat Schol. Aristoph. Acharn. v. 509. et Aelianus L. VI. Var. Hist. c. 7., ubi viros egregios Kuhnium et Perizonium consule. Wess.

452. 81. *Εἵλωτες καὶ Μεσσήνιοι*] Explicabit Thucydides I. 101. *πλεῖστοι δὲ τῶν Εἱλώτων ἐγένοντο οἱ τῶν παλαιῶν Μεσσηνίων τότε δουλωθέντων ἀπόγονοι· ᾗ καὶ Μεσσήνιοι ἐκλήθησαν οἱ πάντες.* Erant ergo plerique origine Messenii, sed in servitutem redacti, et Hilotibus, de quorum servili conditione Athen. L. XIV. 21., Strabo VIII. p. 561. et Pausan. III. 20. p. 261., adscripti. Wess.

452. 96. *Τοῦτον τὸν τρόπον οἱ περιλειφθέντες*] Consentit Polyaenus Stratag. L. I. 41. 3. Tremuit autem terra vehementer adeo, ut ex aedibus Spartanis vix quinque durarent, eodem Polyaeno et Aeliano Hist. Var. L. VI. 7. et Plut. Cim. p. 488. E. testibus. Quare nec mirum accidet, XX Lacedaemoniorum millia labefactarum aedium ruinis fuisse oppressa. Wess.

452. 5. *Τῆς Μεσσηνίας χωρίον ὀχυρὸν*] *Ithomen*, ut brevi dicet ipse, et Thucydid. I. 102. Wess.

452. 13. *Ὡς τῶν Ἀθηναίων μελλόντων ἀποκλίνειν*] Venerat illis auxilio valida cum manu Cimon apud Plutarch. in eius vita p. 489. quem, quod Atheniensibus, qui Spartam negligendam censuerant, parum fiderent, deinceps quaesitis caussis dimiserunt. Refer huc quae habentur ea in Oratione, cui *Lesbonactis* praescriptum est nomen, p. 178. Wess.

452. 19. *Τὴν ἔχθραν ἐπύρσευον*] Vide L. XII. 49. et Rittershus. in Oppiani Cyneget. III. 144. Hoc loco *πυρσεύειν* haud aliud est atque iram simultatis quasi flabello ventilare, aut certe, inimicitiam palam prae se ferre, ut *πυρσεύω σοὶ τὴν σωτηρίαν, ἀντὶ τοῦ ἐκφαίνω καὶ ἀνάπτω* apud Suidam et *τὶ γὰρ — πρῶτοι ἡμῖν* (oculi) *τὸ κάλλος ἐπυρσεύσατε* in Philostrato, de quibus H. Stephanus Thes. T. III. p. 631. Wess.

453. 29. *Ἐπὶ δὲ ἔτη δέκα*] Thucydides I. 103. et inferius c. 83. Noster. Wess.

453. 32. *Ἄρχων Θεαγενείδης*] Adstipulatur Dionysius Rom. Ant. L. IX. p. 611., sed *Θεαγενίδης* scribens, et Plutarchus T. II. p. 835. A., cui *Θεογενίδης*. Coss. *L. Aemilium Mamercum* et *Vopiscum Iulium*, sic scribi hic oportuisse vidit Pighius Fastor. L. II. p. 114., Dionysius cum principio superioris Olympiadis, a Nostri rationibus quadriennio, ut solet, discrepans, committit p. 594. Wess.

453. 34. *Στούδιος Ἰούλιος*] Fasti Romani *Vopiscum* nominant. *Οὐόπισκος* igitur scribendum. Rhod. *Ἴουλος* Reg. I. Eo utere, si lubet. Fuit enim hoc cognomine. Wess.

453. 42. *Περὶ τῶν ἱερῶν τῆς Ἥρας*] *Heraeum* intelligit,

quod Iunonis prope Mycenas templum commune Argivis atque Mycenaeis erat, Strabone auctore L. VIII. p. 571. et Pausan. II. 17. Mox *Νεμεαῖον* aut *Νέμεον* ex decreto Ethnicographi scribendum foret; cuius certaminis dispositio Argivis erat propria, quamquam et alii subinde eam sibi vindicarunt. Auctor Argumenti III. ad Pindari Nemeonic. *προέστησαν δὲ τοῦ ἀγῶνος καὶ Ἀργεῖοι καὶ Κορίνθιοι καὶ Κλεωναῖοι*, sic recte: nam *Δεκελεωναῖοι*, qui Argumento V. in horum locum succedunt, nulli fuerunt tota Peloponneso, ex Cleonaeis scribentium errore nati. Wess.

453. 48. *Συνεμάχησαν οἱ Μυκηναῖοι τοῖς Λακεδαιμ.*] Miserunt LXXX bellatores, qui ad Thermopylas cum Leonida rem dextre gesserunt apud Pausan. II. 16. Wess.

453. 57. *Ἐκ τῶν συμμαχίδων πόλεων*] Athenienses, Lacedaemoniis offensi, cum Argivis, Spartanorum inimicis, societatem inierant, Thucydides I. 102., qui utrum et Argivis in delendis Mycenis auxilio fuerint, non dixero. De Cleonaeis et Tegeatis certa res est ex Strabone L. VIII. p. 579. B. Wess.

453. 72. *Καὶ διέμεινεν ἀοίκητος μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων*] Adeo deletae fuerunt Mycenae, *ὥστε νῦν μηδ' ἴχνος εὑρίσκεσθαι τῆς Μυκηναίων πόλεως*, quae tamen Strabonis L. VIII. p. 571. non admodum districte sunt accipienda: durabant enim in Pausaniae usque aetatem rudera urbis varia, sicuti docet L. II. c. 16. p. 146. Wess.

454. 77. *Π. Φούριον Φίφρωνα*] Restitue ex Fastis *Λούκιον Φούριον Φοῦσον*. Rhod. De cognomine non intercedo. Id in editis et scriptis libris flagitiosissime corruptum. Praenomen mutari vetant Livius II. 56. Dionysius IX. Antiq. Rom. p. 597. Wess. *Φοῦσον* iam Pighius L. II. p. 115.

454. 78. *Τοὺς Ἀναξίλα παῖδας*] Horum e numero *Cleophon* fuit, nisi fallant Critici ad Pindari Od. II. Pythion. v. 34. Namque eum pariter cum patre Rhegii imperasse referunt, et Locrensibus arma intentasse. Hi *parvuli* erant, cum pater decederet, apud Iustin. IV. 2. Wess.

454. 87. *Ἀνὴρ ὢν ἀγαθὸς*] *Spectatae fidei servus* propterea Iustino. *Tutelam* vero *sancte gessit, imperiumque tam clementer obtinuit, ut Rhegini a servo regi non dedignarentur. Perductis deinde in aetatem pueris et bona et imperium tradidit, ipse parvo viatico sumto profectus est*, sic de Micytho Macrobius Satur. L. I. 11. Wess.

454. 98. *Ἐν Τεγέαις*] Tonum vocis mutavi. Auctor ipse *Τεγέαν* plerumque, ut ceteri, vocat L. XII. 79. XV. 81. Concessisse vero Micythum Tegeam Arcadiae, ibique summa tranquillitate consenuisse, non *Olympiae*, quemadmodum Macrobius, testes sunt locupletes Herodotus VII. 171. et Pausan. V. 26. p. 447. Wess.

454. 1. *Ἐτελεύτησεν ἐν τῇ Κατάνῃ*] Ex calculi dolore, quicum tota vita conflictatus est, referentibus Plutarcho T. II. p.

403. C. et Graecis Interpr. ad princ. Od. III. Pythion. Pindari. Vicerat autem hac Olymp. LXXVIII., cuius honoris fructum exiguum abstulit morte praeventus, ut ad initium Od. I. Olympion. iidem Critici docent, chronologiam Diodori egregie firmantes. WESS.

454. 2. *Ὡς ἂν κτίστης γεγονὼς*] De honoribus, qui urbium conditoribus deferebantur, Ill. Spanhem. Diss. IX. de Usu et Praest. Num. p. 562. et nos inferius L. XX. 103. Schol. Pindari ad princ. Od. I. Nemeon. *Ἱέρων γὰρ οἰκιστὴς ἀντὶ τυράννου βουλόμενος εἶναι, Κατάνην ἐξελὼν, Αἴτνην μετωνόμασε τὴν πόλιν, οἰκιστὴν ἑαυτὸν προσαγορεύσας.* Vide et c. 49. Tumulum, quem ut urbis conditor ibidem habebat, reversi non multo post in patrias sedes Catanenses disiecerunt, teste Strabone VI. p. 412. A. WESS.

454. 5. *Ἀνσανίου*] Archontem hunc proscribit, ex errore, ut ait, repetitum a Diodoro ex Olymp. LXXXIV. 3. H. Dodwellus Annal. Thucydid. p. 81., et ea quidem ex caussa, ne inserto *Aristidi*, quem supra repulimus, noceret. Tempora et in Diodoro et Dionysio optime succedunt, nec patiuntur Lysaniam de gradu deiici. WESS.

454. 6. *Τίτον Κάτλιον*] Pro *Κάτλιον*, *Κοΐγκτιον Καπιτ.* RHOD. *Τίτον Κούτιον*] Sic scripsi, quod vitiosum hoc nomen levissimo discrimine distet a *Κοΐντιον*, quo nomine *Titus Capitolinus* usus est. WESS. Monuerat etiam Pighius p. 115.

454. 12. *Τοὺς ἄλλους διενέγκας*] Genus hoc loquendi firmavimus abunde L. II 5. De victis ad Himeram a Gelone Carthaginiensibus dixit superius c. 22. WESS.

455. 23. *Καὶ καλοκἀγαθίας τἀδελφοῦ ἀλλοτρ.*] Etsi abesse posset penultimum vocabulum, malim retinere. Revera enim a fraternis moribus longissime seiunctus erat Hieron, et civibus propterea invisus. Solebat, ut expiscaretur Syracusanorum de se colloquia, Corycaeos et auscultatores submittere, sicubi civium corona esset, Aristoteles Polit. V. 11. *οἷον περὶ Συρακούσας αἱ ποταγωγίδες καλούμεναι. καὶ τοὺς ὠτακουστὰς ἐξέπεμπεν Ἱέρων ὅπου τις εἴη συνουσία καὶ σύλλογος.* Ubi nisi *οἱ ποταγωγίδαι καλούμενοι* cum Budaeo legeris, multum Plutarch. in Dion. p. 970. a Philosopho abibit: adpellat enim perditissimos eos delatores *τοὺς καλουμένους προσαγωγίδας, ἀνθρώπους ἀνοσίους καὶ θεοῖς ἐχθρούς.* Sed quid si ex utroque genere capturam ex delatione quaesiverint plures, et feminas Aristoteles potissimum eo vocabulo designarit, reliquos *ὠτακουστὰς* vocitans? Id vero non absimile. Vid. eundem Plutarch. T. II. p. 522. F. WESS.

455. 28. *Παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν Θρασύβουλος*] Superabat Gelonis filius, quem patruus Thrasybulus blandis verbis sibi conciliabat, inque voluptates et mollitiem incendebat, ut solus imperium obtineret: quod aegrius cum ferrent Gelonis amici et familiares, Thrasybulum a rerum actu semovere ingressi sunt, pariter-

que Syracusanis occasionem praebuerunt, ut omnes huius stirpis civitate et principatus possessione deiicerent. Haec Aristoteles Politic. L. V. 10. ἡ μὲν Γέλωνος, Θρασυβούλου τοῦ Ἱέρωνος ἀδελφοῦ, τὸν υἱὸν τοῦ Γέλωνος δημαγωγοῦντος καὶ πρὸς ἡδονὰς ὁρμῶντος, ἵν' αὐτὸς ἄρχῃ· τῶν δ' οἰκείων συστησάντων, ἵνα μὴ τυραννὶς ὅλη καταλυθῇ, ἀλλὰ Θρασύβουλος. οἱ δὲ συστάντες αὐτῶν, ὡς καιρὸν ἔχοντες, ἐξέβαλον ἅπαντας αὐτούς. Quam rem cum negligant ceteri, praetereundam non censui. Wess.

455. 33. *Εἰς τὸ βασιλικὸν ἀνελάμβανε*] *In fiscum referebat*, recte interpres. Excerpt. Vales. p. 334. καὶ τὰς οὐσίας τῶν ἐπιφανεστάτων εἰς τὸ βασιλικὸν ἀναλαμβάνειν. Paullo diversiore modo L. XX. 4. de Agathocle, καὶ τὰς οὐσίας εἰς αὐτὸν ἀνέλαβε. Wess.

455. 50. *Τὴν ὀνομαζομένην Ἀχραδινὴν καὶ Νῆσον*] Partes urbis erant Syracusanae. Cicero L. IV. in Verr. c. 53. *Tanta est urbs, ut ex quatuor urbibus maximis constare dicatur: quarum una est ea, quam dixi, INSULA, quae duobus portubus cincta, in utriusque portus ostium aditumque proiecta est: in qua domus est, quae regia Hieronis fuit.* Et post pauca. *Altera autem est urbs Syracusis, cui nomen ACRADINA, in qua forum maximum* etc. Noster brevi post: τῆς μὲν Ἀχραδινῆς καὶ τῆς Νήσου κύριος ἦν. Et c. 73. καὶ τῆς πόλεως κατελάβοντο τήν τε Ἀχραδινὴν καὶ τὴν Νῆσον. Wess.

455. 55. *Τὴν ὀνομαζομένην Ἰτύχην*] Scribe *Τύχην* cum Casaubono in Strabon. L. VI. p. 415., aut *Τύχην*, ut censuit Ph. Cluverius in Sicil. L. I. p. 151. Praeclare Cicero IV. Verr. c. 53. *Tertia urbs est, quae, quod in ea parte fortunae fanum antiquum fuit, TYCHA nominata est.* Wess. Conf. Schweighaeuser. ad Polyb. vol. VI. p. 441.

455. 67. *Ἀγωνίζεσθαι*] Lege *διαγωνίζεσθαι*. Rhod. *Βουλομένους διαγωνίζεσθαι*] Non repugno: est enim significantius, atque ipsum certamen cum Thrasybulo committendum exprimit, quod nuper admodum Cel. T. Hemsterhusius in aliis hoc genus verbis praeclare ostendit ad Xenophont. Ephesium Miscell. Observ. Vol. V. T. III. p. 53. Wess.

456. 73. *Καὶ λειφθεὶς τῇ ναυμαχίᾳ*] Hoc iustum verumque est. Praetor Rom. post cladem in Etruria acceptam ad cives λειπόμεθα μάχῃ μεγάλῃ inquit apud Polyb. III. 87. Noster vero c. 65. de Mycenaeis, μετὰ δὲ ταῦτα λειπόμενοι τῷ πολέμῳ. Nihil autem obvium magis, quam λῃφθεὶς, ut sedem occupet τοῦ λειφθείς. Vid. Casaub. Athen. VIII. 2. et inferius c. 76. Wess.

456. 80. *Διεπρεσβεύσατο τὰ πρὸς* etc.] Malim *διεπρεσβεύσατό τε πρὸς*. Steph. et Rhod. *Διεπρεσβεύσατο πρὸς τοὺς Συρ.*] Inventum Rhodomanni recipi potuerat, nisi scripti Codd., quos amplector, aliud edixissent. Wess.

456. 87. *Εἰρήνην ἔχουσα*] Praecesserat *οἱ δὲ Συρακούσιοι*. Sed haec Grammaticorum est synthesis, utroque in sermone frequentata, ut exempla docent a Io. Fr. Gronovio congesta ad Livii IX. 41. WESS.

456. 89. *Ἔτη σχεδὸν ἑξήκοντα*] L. XIII. 96. adi. WESS.

456. 95. *Κατεστάθησαν δήμαρχοι τέτταρες*] *Tum primum tributis comitiis creati tribuni sunt: numero etiam addito, tres, perinde ac duo antea fuerint, Piso auctor est. Nominat quoque tribunos, C. Sicinium, L. Numitorium, M. Duillium, Sp. Icilium, L. Maecilium*, haec Livius II. 58. Unde liquet, quomodo tribunorum nomina sint refingenda. Imo C. Sigonius *Σπόριον Ἰκίλιον* ex Diodoro ad eum Livii locum adscribit, credo, coniectura motus. Pighius in Annal. ad ann. CCLXXXIII. p. 117. non dissentit, haec commentatus: *L. Pisonis sententiam sequitur Diodorus nominatque C. Sicinium, qui perperam Cn. Siccius in Livii exemplaribus legitur, L. Numitorium, M. Duilium, et Sp. Icilium. In hoc tamen discrepat a Pisone, quod L. Maecilium omittat et quatuor dumtaxat creatos scribat. Verum haec fortassis errore librariorum contigere, ut uno negligentia in exemplaribus omisso, postea quis numerum quinarium mutaverit in quaternarium, quatuor tantum nomina reperiens.* Quae viri sollertissimi vero videntur similia. WESS.

456. 2. *Τίτος Αἰμίλιος Μάμερκος*] Praestat *Τιβέριος*, quomodo Dionysius Ant. Rom. L. IX. p. 606. et auctor ipse c. 74. Vidit et hoc Pighius in Annal. L. II. p. 116. WESS.

456. 7. *Ὃς ἦν κατακοιμιστὴς τοῦ βασιλέως*] Cubiculi praepositus, quae apud Persas olim et Romanos non postrema dignitas. De Persis praeter haec Diodori testis Plut. Apophtheg. p. 173. D., non neglectus a B. Brisson. de Reg. Persar. I. p. 291. Apud Imp. Caium Caligulam quanta valuerit gratia Helicon Philo Ind. docet Leg. ad Cai. p. 1017. *τὴν τοῦ κατακοιμιστοῦ καὶ κατ' οἰκίαν ἀρχισωματοφύλακος τεταγμένος τάξιν*. Serior aetas *κοιτωνίτας* adpellavit. Glossae Philoxeni, *Κοιτωνίται, Cubicularii*. Egregie Galenus de Praecognit. p. 455. *Χαριλαμποῦς*, inquit, *τοῦ Κοιτωνίτου μὲν, ὡς ἅπαντες νῦν Ἕλληνες ὀνομάζουσι, σωματοφύλακος δὲ, ὡς οἱ περιέργως ἀττικίζοντες*. Porro hunc Eunuchum *Σπαμίτρην* et *Ἀσπαμίτρην* Ctesias Exc. Persic. c. 29. vocat. WESS.

456. 11. *Καὶ τὸν Ξέρξην ἀνελών*] Aristoteles, cui caedis auctor *Ἀρταπάνης*, metu in hoc scelus impulsum ait, *φοβούμενον τὴν διαβολὴν τὴν περὶ Δαρείου, ὅτι ἐκρέμασεν οὐ κελεύσαντος Ξέρξου*, Politic. L. V. 10., quae brevius proposita quorsum spectent, non divino. WESS.

457. 27. *Καὶ παραλαβὼν τοὺς ἰδίους υἱοὺς*] *Septem*, ut Iustin. III. 1., qui ordinem suscepti sceleris accuratius persecutus,

assumit, inquit, *in societatem consilii Bacabasum*: prave, ut auguror. *Megabyzum* oportuerat, ut ex Ctesia Pers. c. 30. videbis. WESS.

457. 35. *Ἔτη πλείω τῶν εἴκοσι*] Canon Astronomicus dat Xerxi annos XXI, nec aliud auctor voluisse videtur. Id parum opportunum, quod nunc demum Xerxis mortem commemoret, quae ante hos quinque annos, paullo ante Themistoclis in Persidem iter, contigit: cuius rei caussa est, quod Xerxis initia repetierit a patris Darii morte, citius inchoanda. Sed haec nunc non ago. Tu vide Cl. Hier. van Alphen Comment. in Daniel. IX. P. III. c. 4. WESS.

457. 38. *Ἀρχεδημίδου*] Eundem Archontem et Olympiade hac stadio victorem edit Dionys. Ant. Rom. L. IX. p. 618., ut merito Io. Meursius correxerit Pausan. IV. c. 24., in quo *Ἀρχιμήδους ἄρχοντος*. Scripsit autem Xenophonti Corinthio Od. XIII. Olymp. Pindarus. WESS.

457. 40. *Τίτον Μινούκιον*] *Νουμίκιον* esse debere Rhodomannus et Pighius ad ann. CCLXXXIV. monuerunt. Nata commutatis inter se literis prava haec scriptura est. WESS.

457. 42. *Ἀποστάντες Θάσιοι*] Non concordat cum Thucydide Diodorus de tempore huius Thasiorum defectionis, quam Thucydides (L. I. 100.) ponit, antequam Sparta terrae motibus concuteretur: quem terrae motum posuit Diodorus supra ante annos sex, et ex Thucydidis narratione duravit id bellum cum Thasiis tres tantum annos. Ergo vel non fuit satis exactus Thucydides in ea narratione, vel calculus Diodori falsus est. Viderint Chronologi, quomodo concilientur. PALM. Vide superius c. 63. et Plut. Cimon. p. 487. C. Delevi autem, Mss. obtemperans, vocem *ἕνεκα*, quippe haud necessariam. De metallis, quae bello materiam dederunt, dicam alias. WESS.

457. 45. *Αἰγινήτας ἀποστάντας*] Simultas cum maxime erat, quae in bellum dein abiit. Conf. c. 78. WESS.

457. 60. *Εἰς Ἀμφίπολιν ἐξέπεμψαν οἰκήτορας μυρίους*] *Ἐννέα ὁδοὶ* urbs dicebatur, deinceps *Ἀμφίπολις*, postquam ab Agnone instaurata fuit, nuncupata. Deducta haec colonia fuit, annis XXXII postquam coloni, Aristagora duce eo profecti, exciderant, de quibus Herodotus extremo L. V. Cumque pari calamitate oppressi essent Athenienses, iterum missi coloni sunt post annos XXIX, auspiciis et ductu Agnonis, Thucydide L. IV. 102. Cuius coloniae tempus quia extrema Olymp. LXXXV. incidit, uti Noster docet L. XII. 32., non patitur uterque terminus, priorem hanc coloniam ut ab hoc anno longe removeamus. WESS.

458. 64. *Ὕστερον δὲ αὐτῶν ἀναβάντων εἰς Θράκην*] Ad Drabescum. Vide Thucydidem I. 100. et Nostrum L. XII. 68. WESS.

458. 69. *Κ. Σερουλίων Στρούκτον*] *Q. Servilium Priscum* collegam dat T. Quintio Capitolino Dionysius Rom. Antiq. L. IX.

p. 613. Noster c. 75., ubi alter Servilii consulatus, cognomen negligit, suspicionemque auget, *Στρούκτου* vocabulum aliunde huc translatum. Wess.

458. 78. *Καὶ σκευῆς*] Non damno, tametsi *παρασκευῆς* tritius. Infr. L. XIV. 79. *ἐδωρήσατο σκευὴν τοῖς Σπαρτιάταις ἑκατὸν τριήρεσι.* Arrianus Exp. Alex. II. 6. p. 69. *εἶναι γὰρ τὴν εὐρυχωρίαν πρὸς τοῦ πλήθους τε καὶ τῆς σκευῆς τῶν Περσῶν.* Ubi tamen Gronovium vide. Wess.

458. 86. *Τὸν ὀνομαζόμενον Ἰναρώ*] *Ἴναρως* Libanio T. I. p. 420. C. *Ἰνάρως* Thucydidi I. 104. cum Cl. Dukeri nota. Wess.

458. 97. *Ἐψηφίσαντο τριακοσίαις τριήρεσι βοηθεῖν*] Iterum L. XIII. 25. in Nicolai oratione de Atheniensi populo, *περὶ τὴν Αἴγυπτον τριακοσίας τριήρεις αὐτάνδρους ἀπολέσας.* Et tamen utrobique error est. Ipse auctor c. 74. Athenienses *μετὰ διακοσίων νεῶν* ad Aegyptum adpulisse refert, quem numerum non excedit Thucydides I. 104.; nam Ctesias Persic. c. 32. quadraginta naves Atticas auxilio Aegyptiis occurrisse prodens vitio foedatus est. Utrumque animadvertit Cl. Barbeyracius Hist. Foeder. P. I. p. 102. Mox si esset, *μετὰ πολλῆς προθυμίας περὶ τὴν τοῦ στόλου παρασκευὴν ἐγίνοντο*, vulgato longe antistaret, me quidem arbitro. Wess.

459. 21. *Διὸς μὲν Ἐλευθερίου*] Restitui suum Iovi cognomen, quod Syracusanorum numi praeclare firmant, *ΖΕΥΣ ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ* inscripti in Parutae Tab. LXV. *Βωμὸς Ἐλευθερίου Διὸς*, sed in Graecia, memoratur ab Aristide Panathen. p. 257. Et *θύσας ἐν τῇ Πλαταιέων ἀγορᾷ Διὶ Ἐλευθερίῳ ἱερὰ* Thucydid. II. 71. Wess.

459. 37. *Οὗτοι τῆς ἐκ τῶν ἀρχαιρεσιῶν τιμῆς ἀπελαυνόμενοι*] Fatum hoc nobilissimae urbis fuit, ut tyrannis liberata intestinis seditionibus laboraret. Monet Aristoteles Politic. L. V. 3. Syracusanos, pulsis tyrannis, cum advenis ac mercenariis, civitate donatis, vehementer dissensisse, ita ut in arma ruerent. *Συρακούσιοι μετὰ τὰ τυραννικὰ τοὺς ξένους καὶ τοὺς μισθοφόρους πολίτας ποιησάμενοι, ἐστασίασαν, καὶ εἰς μάχην ἦλθον*, haec, credo, respicions. Pari seditione pressa fuit Agathocle exstincto: nam cum in deferendis magistratibus populus in comitiis eorum rationem non haberet, qui nuper erant allecti, nova turbarum nata materies. *Τῶν μισθοφόρων ἀτιμαζομένων ἐν ταῖς ἀρχαιρεσίαις συνέβη στάσεως πληρωθῆναι τὴν πόλιν*, Noster ait L. XXI. Eclog. 13. Wess.

459. 43. *Καὶ τὸ πρὸς τὰς Ἐπιπολὰς τετραμμένον*] Vide Ph. Cluverium Antiq. Sicil. L. I. p. 146. Mox *εὐθὺς* commodius foret. Wess. Ursinus adscripserat *ἴσως τὰς ἐπιτολὰς*, sed aliud agens. *Ἐπιπολὰς* nemo ignorare in Syracusanis potest rebus. Idem in Add.

459. 47. *Οἱ ξένοι ἐπροτέρουν*] Cur hoc maluerim, videbis ad c. 12. Wess.

459. 56. *K. Φάβιος Οὐβουλανὸς*] Scribe *Οὐϊβουλανὸς* et pro *Τιβέριος*, *Τίτος*. Rhod. Prius ex Rhodomanni correctione recipiendum, non alterum. Vide not. in cap. 69. Wess.

459. 59. *Ἀχαιμένην τὸν Δαρείου μὲν υἱὸν*] Frater erat Artaxerxis, duxitque in Aegyptios cccc peditum millia, si fides Ctesiae Persic. c. 32., cui *Ἀχαιμενίδης*. Cum Diodoro pulcre conspirat Herodotus III. 12. VII. 7. Wess.

460. 78. *Ἐπὶ τὸ καλούμενον Λευκὸν τεῖχος*] Pars erat urbis Memphis, ob lapides albos, e quibus coagmentata, id cognominis sortita, ni fallit Schol. Thucydidis I. 104. Wess.

460. 88. *Τῶν δὲ Λακεδαιμονίων οὔτε χρήματα δεξαμένων*] Lacedaemonii rerum suarum satagebant, bello Messeniaco implicati, neque adeo opportunum illis erat Atticam incursare, quod Megabazus, a Persa missus, postulabat apud Thucydid. I. 109. Wess.

460. 92. *Καὶ Μεγάβυζον*] Sic et Ctesias. Aliis *Megabazus*, ut Thucydidi, ubi Duker. et ad Lucian. Timon. c. 22. T. Hemsterhusius videndi. Wess.

460. 95. *Εὔϊππον*] In Marmore Oxoniensi *Εὔθιππος*, fortasse verius. *Euthippus*, Anaphlystius, Cimonis amicus, memoratur Plut. Cimon. p. 498. E., quem eundem suspicor. Wess.

460. 97. *Ποστούμιον Ἄλβῖνον*] *Ἄλβον* Rhodomannus rescribit, praeeunte vetere interp., et consentiente Capitolino Marmore. Dionysius Rom. Antiq. L. IX. p. 619. cum Diodoro facit, adaeque vitiosus, docente Pighio in Ann. ad ann. CCLXXXVII. Wess.

460. 5. *Καταρτισθέντων δὲ τριηρῶν*] Ordo verborum requirit *καταρτιαθεισῶν*. Memini simile delictum in *ῥηθέντων* superioribus libris animadvertere, quod frustra nunc quidem quaero. Wess. in Add. Est p. 79. 79.

460. 8. *Περὶ τὰς παρασκευὰς ἐγίνοντο*] Sermonis indoles et auctoris consuetudo hoc expostulant. Supra c. 71. *οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι — περὶ τὴν τοῦ στόλου παρασκευὴν ἐγίνοντο*. Et L. XII. 55. de Lacedaemoniis, *καὶ περὶ τὴν κατασκευὴν τῶν τριήρων γενομένων*. Tum L. XIII. 107. *περὶ δὲ τὴν τῶν τειχῶν κατασκευὴν ἐγίνοντο*. Porro L. IV. 44. Vide H. Stephanum ad L. XIV. 26. Wess.

461. 16. *Τὸν ἐνιαυτὸν*] Fuisse autumo *τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν*. Novi ex Harpocratione *δι' ἐνιαυτοῦ, ἀντὶ τοῦ, δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ*, et *διὰ νυκτὸς* pro *δι' ὅλης νυκτὸς* in Aristophane, quo de Athen. L. VII. 1. cum animadversione viri magni. Sed Nostri alia ratio. Vid. c. 26. 37. 47. 53. Wess.

461. 29. *Δαμέτιος μὲν ὁ τῶν Σικ. ἡγεμών*] *Δαμέτιος* verte in *Δαυχέτιος* aut *Δευχέτιος*. Quomodo saepius deinde recurrit. Rhod. Lego *Δαυχέτιος*, ut infra p. 287. et 289. ed. Steph. Palm. *Δαυχέτιος μὲν ὁ τῶν Σικελῶν ἡγεμών*] Sequor virorum doctissi-

morum iudicium. Mentio reguli huius extremo hoc libro et sequentis principio frequens est, nec aliter scriptum reperitur nomen. Putant eius caput inscriptum conspici in numis Menaeniorum Tab. CV. Parutae, mihi non satis liquet. WESS.

461. 33. *Καὶ κατοικισθέντες ὑφ' Ἱέρωνος τοῦ δυν. ἐπολέμουν*] Leve vitium haec verba occupavit, fecitque ut interpres aliorsum ea referret, atque oportuerat. Sententia est, Ducetium et Syracusanos, cum Catanensium agros sorte inter se distribuerant, bello eosdem, ab Hierone illic collocatos, fuisse adgressos. Scribe ergo *καὶ κατοικισθέντας ὑφ' Ἱέρωνος — ἐπολέμουν*, et, ne verborum structura offendaris, confer not. ad L. IV. 61. WESS.

461. 35. *Καὶ λειφθέντων πλείοσι μάχαις*] Bene Coislin., qui si tacuisset, postulante sermonis indole mutassem. Vid. supr. c. 68. WESS.

461. 37. *Πρὸ τούτου καλουμένην Ἐννησίαν*] Praestat *Ἴνησσαν*, ut pulcre monuit Ph. Cluverius Sicil. Antiq. L. I. p. 123. cui Ioseph. Wasse iunge in Thucydidis L. VI. 94. Receperunt Catanenses avitam urbem, postquam per XIV annos eius possessione, inde ab Hierone deiecti, deportatique in Leontinorum urbem, ut traditum c. 49., caruerant. Reversi, quo Hieronem ulciscerentur post fata, eiusdem in urbe sua tumulum everterunt apud Strab. L. VI. p. 412., qui haec Diodori illustrat. WESS.

461. 44. *Τούτων δ' ἦσαν Γελῶοι* etc.] Huc pertinent, quae in scholiis ad Pindari Pythion. Od. I. 110. notantur, et quae Herodotus memoravit L. VII. 154. WESS.

461. 48. *Καμαρίναν μὲν Γελῶοι κατοικίσαντες*] Urbem condiderant Syracusani circa Olymp. XLV., ut ex Thucydide L. VI. 5. colligas et diserte tradit Schol. Pindari Od. V. Olymp. vers. 19. Everterunt eandem, cum imperata facere detrectaret, annis XLVI postquam prima eius iacta erant fundamenta, teste Marciano, sive Olymp. LVII., sicuti in Pindari scholiis est. Fracti dein bello Syracusani ab Hippocrate Gelensium tyranno, ut captivos reciperent, Camarinam eidem, quo instaurari posset, concesserunt apud Herodotum VII. 154. Hippocrate sublato Camarina in Gelonis potestatem devenit, qui Camarinaeos, urbe eversa, Syracusas transduxit, et post dein eandem denuo condidit, si non fallunt Thucydidis verba: *καὶ αὖθις ὑπὸ Γέλωνος*, inquit, *ἀνάστατος γενομένη, τὸ τρίτον κατῳκίσθη ὑπὸ Γέλωνος*. At fallere credibile est. Tertia enim urbis instauratio debetur Gelois, qui multis a Gelonis morte annis in eam urbem conmigrarunt. Novi haec Schol. Pindari, *εἶτα ὑπὸ Γέλωνος συνῳκίσθη ἡ Καμαρίνα κατὰ τὴν μβ' Ὀλυμπιάδα, ὡς φησι Τιμαῖος, διὸ καὶ νέοικον ἔδραν εἶπε τὴν πόλιν*. Verum ea nihil iuvant, turpissime corrupta. Qui enim Pindarus Camarinam Olymp. LXXXII., qua victor abiit Psaumis, quem ea Od. V. celebrat, *νέοικον ἔδραν* adpellare potuit, si instaurata fuerit Olymp. XLII.? quo tempore ne condita quidem erat.

Hinc suspicor in scholiis illis fuisse *εἶτα ὑπὸ Γελώων συνῳκίσθη*, quo modo et Thucydidis refingenda verba non iniuria suspicatus est H. Dodwellus Annal. Thucydid. p. 85. Iam cum tertia vice condita Camarina sit Olymp. LXXIX. anno quarto, necesse est, ut eadem Olympias Timaeo in Scholiis Pindari restituatur, tumque optime addiderit, *διὸ καὶ νέοικον ἕδραν εἶπε τὴν πόλιν*, Grammaticus. Namque Olymp. LXXXII. qua scripta Ode V. Olympion., revera Camarina recens condita urbs erat. Atque haec de Camarina sufficiant. Alii diversiore modo, ut Ph. Cluverius Sicil. Antiq. L. I. p. 193., rem expediunt, sed hinc adiuvandi. Id paene praeterieram, *κατοικίσαντες* mihi verius fuisse visum, neque ambigere, quin et tibi. WESS.

461. 55. *Κατοικεῖν ἅπαντας ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ*] Delevi copulam, quae his praeposita erat, parum huic loco opportunam, quod et advertit Rhodomannus. Videntur hi peregrini fuisse Italici generis ex magna parte, et propterea in agro Messanensi, non *Messanae*, ut vir doctus, collocati, ut brevi traiectu in continentem Italiam, ubi vellent, reverterent. WESS.

462. 58. *Τὰς ἀπαλλοτρίους πολ.*] Vel *ἀποβαλοῦσαι*, vel *ἀπ' ἀλλοτρίων πολιτείας ἀναλαβοῦσαι*. Nota compositionem novam *ἀπαλλοτρίους*, nisi mendum est, ut reor. RHOD. *Τὰς ἀπαλλοτρίους πολιτείας ἀπολαβοῦσαι*] Camusatus adscripserat: *recuperata potestate et imperio quod exteri tenuerant.* Ita Ism. Bullialdus vertit: Rhodomannus quasi *ἀπ' ἀλλοτρίων*. Discrimen haud magnum est. Puto *ἀπαλλοτρίους* tantundem dicere ac *ἀπαλλοτριωθείσας abalienatas, aliorumque in potestatem redactas:* quo vocabulo augeri possunt Graeci sermonis Thesauri. Nam ut suspicionum Rhodomanni examen instituatur, operae non arbitror. Sponte sua corruunt. WESS.

462. 62. *Φρασικλείδου*] Addita canina litera vocem auxi, quod fieri oportere Io. Meursius L. III. 14. de Archont. et Simson. Chron. ad an. 3545. monuerant, Plutarcho T. II. p. 835. C. *Φρασικλῆς*, et Dionysio princ. L. X. Antiq. Rom., primitivum loco patronymici, ut saepe, ponentibus. Porro *Τορύλλας* Dionysio *Τορύμβας*. WESS. Ita Archontis nomen instaurandum esse, monuit et Cl. Hemsterhusius ad Aristoph. Plut. p. 325. IDEM in Add.

462. 65. *Τ. Κόϊντον Καπιτωλῖνον*] *Muta Καπιτώλιον in Καπιτωλῖνον. Tametsi Diodorus forte mollius, Graecorum more inflectendo, sic enunciari voluit.* Sic Rhodomannus. Ego Coislin. adstipulor, et *Κόϊντον* in *Κοΐντιον*, quo gentili nomine T. Capitolinus utebatur, conmutandum edico. Mox in *διαβάντες περὶ τὴν Κιλικίαν* insolentior est praepositio. An voluit, obiisse eos Ciliciae maritimas urbes, ut classis adparatum urgerent? Id verba requirunt. Paullo audacior fortasse *εἰς* aut *ἐπὶ* substitueret, cui nondum accedo. WESS.

462. 78. *Ἐν τῇ Προσωπίδι λεγομένῃ νήσῳ*] Scribe *Προσωπίτιδι*. Sic enim Herodotus nominat I. II. 41. *Προσωπὶς* au-

tem Stephano urbs est Aegypti. Rhod. *Ἐν τῇ Προσωπίτιδι*] Libri manu exarati summo consensu hoc postulant, mirorque Stephanum vulgato primas dedisse, praesertim cum Thucydides l. 9. contra id veniat apertissime, et auctor ipse L. XII. 3. De nomine, quo deinceps fuit insignis, dixi ad Antonini Itiner. p. 156. Wess.

462. 93. *Καὶ λογισάμενοι τοῦ πολλὰς* etc.] Vix credibile est scripsisse Diodorum *λογισάμενοι τοῦ ἀποβαλεῖν*. Steph. *Καὶ λογισάμενοι τοῦ πολλ. μυριάδας ἀποβαλεῖν*] Rhodomannus corrigit *τὸ ἀποβαλεῖν*, Barbeyracius Histor. Foed. P. I. p. 105. suspicatur excidisse *μνήμην τοῦ πολλ. μυρ. ἀποβαλεῖν*. Ego, in partes si sit transeundum, Rhodomanno accessero: namque ita solent Graeci. Vid. L. XIII. 112. Wess.

463. 99. *Ἐσώθησαν παραδόξως*] At pauci numero, de quibus Thucydides l. 110. Adde Schol. Aristophan. Plut. v. 178. et principium Epigrammatis apud Montfaucon. Palaeogr. Gr. L. II. p. 134. Wess.

463. 2. *Ἐφιάλτης ὁ Σιμωνίδου*] Aeliano *Ἐφιάλτης ὁ Σοφωνίδου* Var. Hist. II. 43. III. 17. XI. 9. Atque ita ex Diodoro citat Io. Meursius Areopag. c. 9., pluribus consilia eius et Periclis in frangenda Areopagitici senatus auctoritate exsecutus, credo tamen ex coniectura. De morte Ephialtae, eiusque auctore Aristodico Tanagraeo Plut. Pericl. p. 158. A. Wess. Lege *Σοφωνίδου* ex Aeliano. Reines.

463. 5. *Οὐ μὴν ἀθρόως γε διέφυγε*] Interpres *ἀθρόως* legisse videtur, *haud impune* vertens, neque male ille, nisi *ἀθρόως* idem esse hoc loco velis ac *confestim*; quam vocabuli potestatem declarat Eustath. in Homer. p. 1386. Ioan. Chrysost. T. III. p. 357. B. *προτρέχουσι στρατιῶται, ὥστε μὴ ἀθρόον ἀπαρασκευάστως δέξασθαι τὸν βασιλέα. Praecurrunt milites, ne statim rex sine ullo apparatu excipiatur.* Et T. V. p. 52. C. *ὅπερ οὐκ ἦν κατ' ἀκολουθίαν ἀνθρωπίνην, τὸν ἀθρόον ἐλθόντα, τοῦτον οὕτω τιμῆσαι.* Ego cum viro doctissimo facio. Wess.

463. 9. *Ἄρχων Φιλοκλῆς*] Hoc Archonte edita est Aeschyli Fabula Agamemnon, non *εἰκοστῇ ὀγδόῃ Ὀλυμπιάδι ἔτει δευτέρῳ*, ut est in eius Didascalia, sed *ὀγδοηκοστῇ*, quemadmodum Petitus ad Leg. Attic. L. I. p. 67. vere correxit. Eodem genitus est Athenis Lysias, *ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος τοῦ μετὰ Φρασικλῆ, κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς Ὀλυμπιάδος*, Plut. T. II. p. 835. C. Wess.

463. 10. *Ῥηγοῦλος*] Pro *Ῥηγοῦλος* fortean *Ῥηγιλλεὺς*, et pro *Μεδιολανὸς*, *Μεδουλλῖνος*, ut supra. Nisi et hic, Romani nominis non ita gnarus, vocabulum ad sonum concinniorem detorserit. Rhod. Idem Pighio in Ann. ad ann. CCLXXXIX. in opinionem venit, neque sine caussa. Bellum, quod sequitur, Lacedaemoniis signiferis conflatum est. Iustinus III. 6. *Sed nec Lacedaemonii quievere; qui cum Messeniorum bello occupati essent.*

Peloponnenses inmisere, qui bellum Atheniensibus facerent. Parvae tunc temporis, classe in Aegyptum missa, vires Atheniensium erant. Inchoatum ergo iam superiore anno bellum erat, si quidem, ut ille ait, classis Attica in Aegypto attinebatur; quod ipsum agnoscunt Lysias Orat. Fun. c. 15. et Aristides T. I. p. 270. WESS.

463. 14. *Ἐνίκησαν Ἀθηναῖοι μεγάλῳ στόλῳ καταπλεύσαντες*] Interpunge post *Ἀθηναῖοι*, et *καὶ* ante *μεγάλῳ* restitue. RHOD. Non sequor. Athenienses enim classe ad Halias provecti vicerunt, si tamen vicerunt: namque negat Thucydides I. 105. Potius arbitrer copulam deficere ante *ἀνέβησαν*, quae et H. Stephani sententia. *Ἁλιεῖς* illustrat ad Thucydid. diligenter Io. Wasse. WESS.

Ibid. Ἐνίκησαν Ἀθην.] Pugnat cum Diodoro Thucydides, qui victoriam Corinthiis adiudicat. Eum vide L. I. 105. PALM.

463. 16. *Ἀνέβησαν εἰς τὴν Πελοπόνν.*] Nihil verear ante *ἀνέβησαν* addere *καί*. STEPH.

463. 19. *Περὶ τὴν ὀνομαζομένην Κεκρυφαλίαν*] Aristides T. I. p. 269. *ἐνίκων μέν γε ναυμαχίᾳ Πελοποννησίους ἐπὶ Κεκρυφαλίᾳ*. Rectius Thucydides *Κεκρυφάλειαν*, et Stephanus, cuius errorem, quo Aeginetas victoriam de Atheniensibus ad hoc promontorium reportasse ait, animadverterunt viri docti. Vide Ioseph. Wasse, Aristidis etiam loco usum, in Thucydid. I. 105. Quod autem modo dixit *συνέβη μάχη* fortasse alius in *συνέστη* converteret ob c. 80. et XII. 5. Verum caussa gravis non est. WESS.

463. 30. *Ἀπέβαλον τριήρεις ἑβδομήκοντα*] Consentiunt Thucydides et Lysias Orat. Parent. c. 15. Victi Aeginetae in Atheniensium ditionem concesserunt his legibus, ut muros demolirentur, naves traderent atque imperata facerent, Thucydid. I. 108. Scio huc referri atrox decretum, quo Aeginetarum unicuique dextrae manus pollicem amputari victores Athenienses iusserunt apud Aelian. Var. Hist. L. II. 9., sed id serius conditum fuit, ut alias ostendetur. WESS.

463. 38. *Ὠνομασμένος τὸ γένος*] Quaenam gens illa fuit? de qua silent omnes, et est illa vox mendosa, si quae alia. Credo reponendum *Νοαῖος μὲν τὸ γένος*. Nam Stephanus habet: *Νόαι, τὸ ἐθνικὸν Νοαῖος, ἐστὶ δὲ πόλις Σικελίας. Noae, gentile Noaeus, est autem urbs Siciliae.* Ea urbs Suidae et Favorino memoratur *Νόαι*. Plinio etiam *Noaeni* L. III. cap. 8. in mediterraneis Siciliae recensentur. Infra vero Diodorus ipse p. 288. ed. Steph. de eodem Ducetio haec habet: *ἀθροίσας δύναμιν ἀξιόλογον, τὰς μὲν Νέας, ἥτις ἦν αὐτοῦ πατρὶς, μετῴκισεν εἰς τὸ πεδίον. cum collegisset copias sufficientes, Neas quidem, quae eius erat patria, in campos deduxit, mutata habitatione.* Sed cum nullus alius de urbe *Νέαι* in Sicilia fecerit mentionem, sine dubio legendum ibi

Νόας, quae fuit Ducetii patria. Nisi hoc sit verum, valde fallor. PALM. Nostra nobis placent, et quae plausibilia accidunt, ab illis difficulter divellimur. Vide in Palmerio, qui cum de Ducetii genere nihil reperisset, vitii haec manifesta habuit. Cur vero tandem? an *ὠνομασμένος τὸ γένος* genio sermonis repugnat? Id dixerit nunquam. Sed silent de ea gente. Quid tum postea? Quam enim multi domi nobiles perhibentur, quorum nobis origo est obscura. Mitto, fundamentum, quo nixa coniectura est, labare. Nam vitiosae sunt *Νέαι* c. 87., longeque aliter instaurandae. WESS.

464. 40. *Μέναινον μὲν πόλιν ἔκτισε*] *Quia hoc Diodori loco alia exemplaria habent Μέναιον, dubium est, an non ipse auctor scripserit Μεναίων πόλιν, id est, Menaeorum urbem, usitatissima apud Graecos loquutione.* Sic Ph. Cluverius Sicil. Antiq. L. II. p. 340., cuius dubium dispellit numus Thesauri Brandenburgici T. III. p. 40. *MENAINON* praeferens, et *MENAININΩN* alii in Parutae Tab. CV. WESS.

464. 42. *Μοργαντίναν*] Aliis *Μοργεντία* et *Μοργαντία*. Diodoro placuit derivativum, semel etiam *Μοργαντῖνον* L. XIV. 78. Vide L. XIX. 6. XIV. 95. WESS.

464. 44. *Ἦρχε Βίων*] Aufert hunc Archontem, inserendum anno Olymp. LXXXVI. primo, Fastis Atticis H. Dodwellus, motus his Thomae Magistri in Vita Pindari: *τέθνηκε δὲ ὁ Πίνδαρος ἐξ καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν γεγονὼς, ἢ, ὥς τινες, ὀγδοήκοντα, ἐπὶ Ἀβίωνος ἄρχοντος κατὰ τὴν ἕκτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα*, Annal. Thucydid. p. 87. Quae, si quid in his prospicio, non multum iuvant. Possunt enim postrema *ἐπὶ Ἀβίωνος*, seu *Βίωνος* potius, *ἄρχοντος*, aeque referri ad priora *ἐξ καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν γεγονὼς*, et commodius quidem, quam ad *ὀγδοήκοντα*. Agebat enim Pindarus, si primo Olymp. LXXV. anno fuerit quadragenarius, ut Suidas docet, cum maxime LXVI. aetatis annum. Sic error erit in Olymp. LXXXVI., cui Bionem Archontem Thomas dat. Dices, ultra hunc annum poetam vitam prorogasse. Id agnoscimus. Sed Thomas, ut in aliis, ita et hic labi potuit. Addo insuper, Bioni Archonti sedem Olymp. LXXXVI. anno primo nullam relinqui, quam Lysimachus Archon tuetur egregie. Eo natus est Isocrates, sex annis maior Platone, in lucem edito, cum summum magistratum gereret Aminias seu Epaminon, Diogene auctore L. III. 3., iunior autem annis XXII. Lysia, quod Dionysio credimus T. II. p. 94., nato Olymp. LXXX. anno secundo, Archonte Athenis Philocle apud Plutarchum T. II. p. 835. C., qui termini ex Olymp. LXXXVI. Bionem prorsus eliminant atque extrudunt. WESS.

464. 47. *Ἄλβας*] Sic forte expressit Latinum *Elvam*. RHOD. Ego librariorum peccatum arbitror, *Ἔλβαν* in *Ἄλβαν* convertentium. Servilio autem cognomen *Prisco* est in Capitolino lapide et

Dionysio Ant. Rom. L. IX. p. 623., utrumque in magistratu mortuum tradente. WESS.

464. 50. *Καὶ κατ' ὀλίγους συμπλοκὰς* etc. *ποιούμενοι*] Emendat in Addend. suis *κατ' ὀλίγον* Rhodomannus, quod factum nollem. Auctor hoc amat. Nam L. XIII. 15. *πλήρης ἦν ὁ λιμὴν τῶν κατ' ὀλίγους ναυμαχούντων.* Et c. 40. eiusdem libri Mindarus *κατ' ὀλίγας καὶ κατὰ μίαν ἐκέλευσε συμπλέκεσθαι.* Tum L. XVII. 83. *μέχρι μέν τινος μάχαι κατ' ὀλίγους ἐγίνοντο.* WESS.

464. 61. *Τὸ τελευταῖον ἐνίκησαν*] Mars fuit anceps, sicuti Thucydides I. 105. asseverat: quia tamen Athenienses tropaeum posuerunt primi, victoriam iisdem adiudicant Lysias Orat. Funebr. c. 15. et Aristid. T. I. p. 269., qui praeterea adiungit, alterum praelium duodecimo post die, magno Corinthiorum malo, fuisse pugnatum. Quam vero *Cimoliam* Noster adpellat, ea privati hominis erat praedium, Thucydide significante I. 106. WESS.

464. 63. *Πάλιν γενομένης ἰσχυρᾶς μάχης*] Dele quatuor has dictiones. Ex praecedenti enim versu per oscitantiam librarii ociose huc sunt translatae. RHOD. *Μετὰ δὲ ὀλίγας ἡμέρας οἱ Φωκεῖς*] Induxi ineptissimas voces, huic loco alienas, et manifesto ex superioribus repetitas. Mallem etiam, sublatis *μετὰ δὲ ὀλίγας ἡμέρας*, scriptum legeretur *οἱ δὲ Φωκεῖς.* Neque enim paucis post depugnatum in Cimolia praelium in hoc bellum Phocenses descenderunt, quemadmodum ex Thucydide I. 107. videbis. Vetus interpres, retentis, quae delevi, vocabulis, lacunam hoc loco suspicabatur. WESS.

464. 68. *Κυτίνιον καὶ Ἐρίβοιον καὶ Ἐρινεόν*] Lege *Κυτίνιον, Βόϊον, Ἐρινεόν.* Has enim urbes sic Strabo, vel STRATO, ut a quibusdam existimatur, nominat L. IX. p. 654. A. in descriptione Doridis, et L. X. p. 729. A. in descriptione Cretae. RHOD. Hunc locum in margine sic emendavit H. Stephanus: *Κυτίβιον καὶ Ἐρίνιον καὶ Ἐρινεῶν*: nescio unde sumserit eas voces, hoc scio longius eas abesse a genuina et vera lectione, quam ea, quae sunt in textu. Vix puto ea esse H. Stephani, sed eo absente ea edita esse. Tu, lector, si nobis fidis, lege *Κυτίνιον καὶ ἔτι Βοῖον καὶ Ἐρινεὸν*, et repete, quae supra notavi ad p. 187. ed. Steph. PALM. *Κυτίνιον καὶ ἔτι Βόϊον καὶ Ἐρινεὸν*] Correxi pravas voces, etsi Codd. parum iuvarent, obsecutus Rhodomanno, Palmerio et Is. Casaubono ad Strabon. IX. p. 654.; nec alia mens Cl. Barbeyracio in Histor. Foeder. P. I. p. 106., improbanti praeterea voces *ὑπὸ λόφον τὸν ὀνομαζόμενον Παρνασσὸν*, ut supervacuas parumque adpositas. Ego illis non offendor, plane similibus Cononis Narrat. XXVII. Porro Stephano *Κυτίνιον μία τῶν τριῶν τῶν Δωρικῶν*, ubi *τεττάρων* cur L. Holstenius emendaret, caussa praegnans non erat. A quibusdam quatuor, ab aliis tres Doricae hae urbes memorantur, uti Thucydide I. 107. et Nostro cum hic, tum L. IV. 67., cui adscripta vide. WESS.

464. 71. *Νικομήδην τὸν Κλεομένους*] Thucydides I. 107. habet *τὸν Κλεομβρότου*, et certe melius. PALM.

464. 77. *Νικήσας δὲ τοὺς Φωκεῖς*] Conditionibus bellum fuit positum, reddideruntque unum ex tribus captum oppidum Doriensibus Phocenses, teste Thucydide, e quo et ductu Nicomedis Cleombroti F., haec gesta fuisse constat, non Cleomenis F., ut prave heic scribitur. WESS.

465. 87. *Τὰς περὶ τὴν Γεράνειαν παρόδους*] Alio loco L. XIX. 54. *Γερανία*, et Pausaniae L. I. 11. Situ praerupta mons erat in finibus Megarensium, dabatque difficilem in Isthmum versus transitum. *Δύσοδος γὰρ ἡ Γεράνεια* Thucydid. I. 107. WESS.

465. 91. *Καὶ τῶν Θετταλῶν μεταβαλομένων*] Paria Thucydides. At Pausanias I. 29. p. 73. nocte ingruente diremtum praelium incertumque fuisse, utri vicissent: postridie Thessalos ad Lacedaemonios transiisse, ac victoriae momentum Spartanis attulisse adfirmat. Quam ob perfidiam pessime deinceps audiverunt Thessali. *Ταῦτα γὰρ*, de Thessalis sermo est, *ἄπιστα μὲν ἦν δήπου φύσει, καὶ ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις* Demosthen. Olynth. I. p. 8. WESS.

465. 13. *Τῆς μάχης ἀμφίδοξον λαβούσης τὸ τέλος*] Victoriam sibi quidem et sociis Lacedaemonii asseruerunt, eiusque nomine decimas ad Olympium Iovem misere apud Pausan. L. V. 10., revera tamen Atheniensium potior fuit caussa, quod bene advertit Aristides Panathen. p. 272. WESS.

465. 20. *Μνησιθείδης*] Est hoc nomine Archon in Demosthenis Orat. de Coron. p. 166., sed is Philippo Macedonum regi fuit aequalis. Hunc Schol. Aristophan. Acharn. v. 10. *Μνησίθεον* vocat, primitivo patronymici loco usus. WESS.

465. 21. *Λ. Λουκράτιος*] Muta *α* in *η*, et paulo post *Κιχωρηνὸς* emenda per *Κικυρῖνος*. Sed tamen illud auctoris esse nonnemo suspicetur. RHOD. *Λουκράτιος*] Corruptum hoc sine dubio est ex *Λουκρήτιος*, sicuti *Κιχωρηνὸς* ex *Κικυρῖνος*, cui non admodum dissimile cum *Κιχωρῖνος* scriptorum sit Codd., id praetuli. WESS. Nomina restituit etiam Pighius p. 123.

466. 32. *Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι χρίναντες* etc.] *Inde revocati Lacedaemonii* (ab expeditione suscepta in Doriensium gratiam postque praelium ad Tanagram) *ad Messeniorum bellum, ne medium tempus otiosum Atheniensibus relinquerent, cum Thebanis paciscuntur, ut Boeotiorum imperium his restituerent, quod temporibus Persici belli amiserant, ut illi Atheniensium bella susciperent.* Sic Iustinus III. 6. Mox *ὥσπερ ἀντίπολιν τινὰ* rarum est, nec alibi, quod sciam, obvium. Erunt fortasse, qui *ὥσπερ ἀντίπαλόν τινα, tanquam adversariam quandam*, praeoptabunt, ut infra L. XV. 65., quibus etsi vehementer obloqui nolim, necdum adduci possum, ut *ἀντίπολιν* plane proscribam. WESS.

466. 46. *Οὐκ ἀπήντησαν*] Hoc retineas, an *κατήντησαν* substituas, non magnum operae pretium. Utitur utroque. *Ἀπαντᾶν ἐπὶ τὸν θερισμὸν* L. I. 36. *καταντᾶν εἰς τὰς Ἀθήνας* L. IV. 60. atque alias saepe. Vide Miscell. Observat. Vol. X. p. 209. WESS.

466. 54. *Κινδύνους ὑποστήσεσθαι*] *Κινδύνους οὐχ ὑποστήσεσθαι* inserta negandi particula scriptum arbitror. RHOD. *Κινδύνους οὐχ ὑποστήσεσθαι*] Quod abesse negandi vocula sine certissimo sententiae detrimento haud posset, revocandam, ut vir doctissimus censuerat, opinatus sum. Genus loquendi habes L. XII. 61. WESS.

466. 56. *Τὴν ἐν τῷ πολέμῳ τάξιν*] *Ordinem in pugna adtributum.* Saepe *πόλεμος* de praelio et caede. Ioseph. III. Bel. Iud. 2. 2. *Ῥωμαῖοι δ' ἐν ταῖς εὐπραγίαις, καίπερ ὄντες ὀλίγοι, τῷ πολέμῳ καὶ περισσεύειν σφᾶς αὐτοὺς ὑπελάμβανον.* Noster L. XIII. 79. *πολὺς ἐγένετο πόλεμος, ἁπάντων ἀφειδῶς τὰ σώματα τοῖς κινδύνοις παραῤῥιπτόντων.* Quem vocis usum quia pluribus e Diodoro declaravit Is. Casaubon. in Polyb. I. 12., tantum addam, quod neque ille praeteriit, *bellum* pari significatione Latinis haud esse ignotum. Iustinus II. 4. *ab auxiliis desertae bello ab Atheniensibus vincuntur.* Et cap. 5. *Ionas quoque navali bello superat*, sic enim Franequeranus bonae notae liber, non *praelio*, uti vulgo. Sed vide Stewichium in Veget. L. II. 13. et Cortium ad Sallustii Catil. c. 9. WESS.

466. 60. *Καὶ κατὰ κράτος περιεγένετο*] Usus Myronides variis artibus est, ut hostes militum numero potiores eluderet, de quibus Polyaen. de Stratagem. I. 35. et Frontinus II. 4. 11., IV. 7. 21. WESS.

467. 78. *Ἑλλάδος ἁπάσης ἡγεμόνες*] Vide princ. L. XV. WESS.

467. 85. *Τάναγραν μὲν ἐκπολιορκήσας*] Post pugnam ad Oenophyta Thucydides I. 108. Tanagram muris nudatam refert, prioris pugnae mentione neglecta. Vide Platon. Menexen. p. 242. B. WESS.

467. 93. *Ἐν Οἰνοφύτοις τῆς Βοιωτίας*] *In vinetis Boeotiae* inprudenter Rhodomannus. Loci nomen est. Aristides Panath. p. 272. *ἀλλ' ἡττηθέντες*, Boeotii, *ἐν Οἰνοφύτοις ὑπέκυψαν.* Plutarchus T. II. p. 315. D. *καὶ Μυρωνίδην νικῶντα Βοιωτοὺς ἐν Οἰνοφύτοις καὶ Θουκυδίδης σοὶ διαγέγραπται·* quibus iunge Schol. in Aristoph. Lysistrat. v. 802. WESS.

467. 1. *Εἰς τὴν Φαρσαλίαν*] Haec vox *Φαρσαλίαν* mihi suspecta est. Nam ex iis, quae sequuntur, patet Myronidem, post devictos tandem Phocenses in Thessaliam penetrasse, ubi est *Pharsalus*, et ipsam Pharsalum urbem obsidione cinxisse. Tum inter Opuntios et Pharsaliam intersunt Epicnemidii, Thermopylae, Trachinii et Phthiotae, de quibus hoc loco nihil. Forte scripserat Dio-

dorus *παραλίαν*. Nam Opuntii, de quibus hoc loco agit, licet non longe sint a mari, non sunt tamen in ipso littore, et distant ab eorum navali Cyno sexaginta stadiis. Itaque post subactam Opuntem, Cynum a tergo intactam non debuit relinquere Myronides ex belli ratione, sed eum portum etiam in sua potestate habere, antequam Phocidem aggrederetur. Sed eo, quod postea Phocensibus subactis Pharsaliam venit, et ibi bellum gessit, quidam corrector, imo corruptor, non habita ratione temporis et ordinis, quo res gestae sunt, *παραλίαν* in *Φαρσαλίαν* mutavit. PALM. Dubitari non potest de vitio, quod hunc locum foedavit. Palmerii correctio, quam repetit L. V. Graec. Antiq. c. 7. p. 576., elegans est et levi opera exstructa: in ea tantisper acquiescam, donec fidei melioris libri, unde certius loco auxilium, producantur. WESS.

467. 4. *Καταδέχεσθαι τοὺς φυγάδας*] Orestem inprimis, Echecratidae Thessalorum regis filium, qui Atheniensibus persuaserat, ut se in patriam restituerent, Thucydid. I. 111. WESS.

467. 14. *Καλλίου*] Consentit Dionysius Rom. Ant. L. X. p. 652. et Aristoph. Schol. Acharn. v. 10. WESS.

467. 18. *Οὐολούμνιος Ἀμυντῖνος*] Sic Pighius invenit in Graeco manuscripto Fastor. L. II. p. 125., Antonii Cardinalis Granvellani, credo, quem citat ad ann. U. C. CCLXVII. Eo vero cognomine cum Volumnius in Capitolino Marmore sit insignis, cur spernemus? WESS.

468. 24. *Χιλίους ὁπλίτας παραλαβών*] Vide Aeschin. de Leg. Fals. p. 38. WESS.

468. 33. *Ἐξάγειν εἰς τὴν στρατιὰν*] Mallem *στρατείαν*, ut modo. Polyaenum, Tolmidae hoc consilium proponentem L. III. 3. Stratagem., recte hoc ex loco sanarunt viri docti. WESS.

468. 36. *Διὰ τὸν κατάλογον ἀναγκασθῆναι*] Tabula erat *Κατάλογος*, in qua civium, qui militaris erant aetatis, nomina proscribebantur: unde *εἰς τοῦ καταλόγου* Meton apud Aelian. Var. Hist. XII. 12. cum Kuhnii nota, qui scriptus erat miles, et *οἱ ὑπὲρ τὸν κατάλογον* in Demosth. Orat. *περὶ Συνταξ.* p. 97., quorum emerita stipendia. Relati in catalogum a Praetore aut Taxiarchis militiam, nisi graves et sonticas attulissent caussas, recusare non poterant, malo cogendi, si subterfugerent. Vide S. Petitum ad LL. Att. p. 546. 549. et T. Hemsterhusium in Luciani Timon. c. 51. WESS.

468. 43. *Εἰς Μεθώνην*] Haud aliter urbem adpellat L. XII. 43., nec Strabo, Ptolemaeus, Plinius, Stephanus. Pausaniae *Μοθώνη* L. IV. 3. ubi Sylburg. WESS.

468. 45. *Εἰς τὸ Γύθιον*] Vide eundem Sylburg. in Pausan. I. 27., ubi Tolmidae praeclara haec expeditio innuitur. Eandem, sed tectius, describit Aristides Panath. p. 271., haud uno obsitus mendo, quod commodiore loco detergam. Mox *καὶ* ante *τὴν χώραν* induxi, quippe inutile. WESS.

468. 49. *Τῆς Κεφαληνίας εἰς Ζάκυνθον*] *Κεφαλληνίας*, ut in cap. huius argumento, fronti L. XI. praescripto, verius erat, quo modo et citat Iac. Gronovius ad Stephani *Ζάκυνθος*. Graeci enim veteres semper geminata liquida *Κεφαλληνίαν* et *Κεφαλλῆνας* scribebant, teste Eustathio in Dionysii Perieg. v. 431., cui C. A. Duker. iunge ad Florum II. 9. Wess.

468. 53. *Κατῴκισεν εἰς ταύτην Μεσσηνίων τοὺς ἐπισήμους*] Praedicat hanc popularium suorum erga Messenios humanitatem, sed quae proprio ex commodo et Spartanorum odio haud parum traxit, Isocrates Panath. p. 369. Naupactum, quorsum Messenii deducti, Locris Ozolis Athenienses eripuerant. Thucydides I. 103. *ἐς Ναύπακτον κατῴκισαν, ἣν ἔτυχον ἠρηκότες νεωστὶ, Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν ἐχόντων.* Wess.

468. 56. *Πεπολεμηκότες ἐπὶ πλεῖον, τότε κρατήσαντες*] Veriorem scripturam, Reg. 1. beneficio servatam, amplexus sum. Lacedaemonii Messenios per continuos decem annos oppugnaverant. Saluti victis fuit loci, quo se tuebantur, natura, et quod praemoniti Spartani essent, piaculum grave admissuros, si Iovis Ithomatae supplices violassent, apud Pausan. IV. 24. Hoc vero anno finitum si bellum id sit, et Messenii certis legibus e Peloponneso dimissi, principium eius anticipatum est supra c. 64. Wess.

469. 63. *Γ. Κλώδιον Ῥήγιλλον*] *Ῥηγιλλανὸν* fortasse pro *Ῥήγιλλον*. Rhod. Supra c. 78. simile cognomen Rhodomannus in *Ῥηγιλλεὺς* convertit, quod a lacu Regillo sumtum, ut hoc ab Regillis, oppido Sabinorum, unde *Regillanus* apud Sueton. Tiber. c. 2.; nisi si tamen *Regillensis* ibi melius sit, quo cognomine Claudii publicis in monumentis et apud Livium VIII. 15. utuntur, monente Ill. Spanhemio Dissert. X. de Usu et num. Praest. p. 48. Certe *Ῥηγιλλεὺς* a vulgato proxime abest. Confer L. XII. 23. Wess.

469. 65. *Τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν*] Interpres doctissimus artissime haec iunxit sequentibus: sic *ἀγαθοὶ* fortes et strenui erunt, *ἀγαθοὶ εἰς πόλεμον* Xenophonti Exp. Cyri L. I. p. 211. sive *ἀγαθοὶ πολέμῳ* in eiusdem Oeconom. p. 655., *bello meliores* apud Sallust. Iugurth. c. 13. Aliter H. Dodwellus: *Ἀγαθῶν nomine intelligit, nisi fallor, καλοὺς κἀγαθοὺς Plut. Cim., δήμῳ oppositos, nempe Εὐπατρίδας. Sic fuerit Sophocles poeta inter illos agnoscendus, quem Periclis socium agnoscunt Auctor Vit. Sophoclis, Plutarchus in Pericle, et Iustinus*, Annal. Thucydid. p. 98. sed parum commode. Pericles multitudini nimium studebat, nec suis artibus conveniebat, ut optimates praecipue in hoc bellum adsciscceret. Adde Sophoclem habuisse collegam, illiusque adeo *στρατηγὸν* non fuisse. Equidem opportunius fore arbitror, si superioribus haec connectantur, ut Periclem spectent, qui *τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν* fuerit, vir quippe egregius, et nobilissimo genere progenitus. Wess.

469. 69. *Πλησίον Οἰνιάδων*] Urbem oppugnavit, sed frustra. Aristides T. II. p. 48. *οἶδα δὲ εἰς Οἰνιάδας Ἀκαρνάνων διαβάντας, ὡς οὐκ ἦν ἑλεῖν, ἀναχωρήσαντας, Περικλέους οὐ Νικίου στρατηγοῦντος.* quae ex Thucydide sumsit I. 111. De Oeniadis earumque situ Palmer. Graec. Antiq. L. III. 8. Interpres doctissimus male *insulas* fecerat. WESS.

469. 76. *Κουριτῖνον*] Hoc mendosum esse putat C. Sigonius, V. Cl. et de re literaria optime meritus, cui Fast. Coss. accuratissimam correctionem inter caetera debemus. Is ergo ex fragmento consulis huius Capitolino, per coniecturam tamen, *Cossum* pro illo reponit. RHOD. *Κουριτῖνον*] Tale in Cornelia gente cognomen frustra quaerimus. *Cossum* fuisse certa res est. Forte additum tribus nomen fraudi Diodoro fuit. Fac enim in Fastis, quibus usus est, perscriptum fuisse *Λ. Κορνήλιον Κουρίνᾳ Κόσσον*, et nasci mendosum id potuisse advertes. Nihil tamen decerno. WESS.

469. 77. *Πενταετεῖς ἐγένοντο σπονδαὶ*] Hoc loco rursus pugnat cum Thucydide Diodorus circa tempora: nam post ea, quae superiore anno narravit Diodorus, quae habet Thucydides immediate, sic ait Thucydides (L. I. 112.) *ὕστερον διαλιπόντων ἐτῶν τριῶν σπονδαὶ ἐγένοντο Πελοποννησίοις καὶ Ἀθηναίοις πενταετεῖς, post tres annos foedera quinquennalia inter Peloponnesios et Athenienses facta sunt.* Ad Chronologorum calculum ea relinquo examinanda. PALM. Ex Thucydide auctor has inducias si sumsit, perperam eius verba intellexit. Ipse insecuto anno res Periclis exsecutus, nondum eas tum coaluisse satis indicat. Itaque aut haec ab alia manu sunt, aut sui oblitus est. Vide et H. Dodwellum Annal. Thucydid. p. 96. WESS.

469. 79. *Ἐγεσταίους*] Vid. supra L. IV. 23. WESS.

Ibid. Καὶ Λιλυβαίοις] Haec illis liquido pugnant, quae L. XIII. 54. de Lilybaei origine disputat. Fluvium, quem heic *Μάζαρον*, eodem loco *Μαζάραν*, sicuti et Ptolemaeus, adpellat, verius fortasse. Ph. Cluverii Sicil. Ant. L. I. 18. eadem est sententia. WESS.

469. 82. *Καὶ τῆς φιλοτιμίας μὴ λῆξαι*] Pro *μὴ* reficiendum videtur *τότε*, aut simile. RHOD. Rhodomanno si accedas, verte, ut fecerat, *tum quidem disceptandi fervor aliquantulum restinctus fuit.* Mihi mutandi caussa non videtur gravis: constat enim sententia. WESS.

469. 86. *Ἐνόσουν αἱ πόλεις*] Quae hominibus, cum intestina quadam tabe languent et conficiuntur, eadem civitatibus, seditionum flabella ventilatis, conveniunt. Livius XXIV. 2. *unus velut morbus invaserat omnes Italiae civitates, ut plebes ab optimatibus dissentiret.* De Mileto Herodotus V. 28. *ἐπὶ δύο γενεὰς ἀνδρῶν νοσήσασα ἐς ταμάλιστα στάσει.* Quare Athenodorus, cum Tarsensem civitatem procax libertas miscuisset, *τῆς στάσεως κατηγορῶν ἐν ἐκκλησίᾳ, τὴν νόσον τῆς πόλεως, ἔφη,*

καὶ τὴν κακεξίαν πολλαχόθεν σκοπεῖν ἔξεστι apud Strabon. L. XIV. p. 992. C. Praeclare vero Libanius Orat. ad Theodos. p 390. D. νοσοῦσι καὶ πόλεις, βασιλεῦ. τὰ δὲ νοσήματα τούτων ταραχαὶ, θόρυβος, ὀργῆς ἥττηθῆναι, τὰ τῶν ἡττημένων ἁμαρτεῖν, τὰ νόμῳ κεκωλυμένα πρᾶξαι. τουτὶ γὰρ αἱ στάσεις. Wess.

469. 91. Καὶ σωματοποιῶν τούτους] Polybianum ἐσωματοποίησε μὲν τοὺς ἵππους, corpora quidem equorum refovebat, ex L. I. 87. et quod apud Diogen. II. 138., satis tueri interpretem potest. Mallem tamen et opes et potentiam, quibus eos instruxit Tyndarides, respexisset. Idem Polyb. II. 45. ἀλλὰ τοὐναντίον, καὶ τὸν Ἄρατον τότε προεστῶτα, καὶ τὸ ἔθνος ἐσωματοποίησαν. Et Excerpt. Legat. p. 1143. ἔξεστιν οὖν καὶ τοὺς φίλους μεγαλομερῶς σωματοποιῆσαι. Mitto eiusdem alia: saepius enim quam quisquam alius orationi id inserit. Noster, Polybium aemulatus, L. XVIII. 10. οἱ μὲν ῥήτορες τὰς τῶν δημοτικῶν ὁρμὰς σωματοποιοῦντες. Et c. 55. dicti lib. Κάσσανδρος μὲν σωματοποιηθεὶς ὑπ' Ἀντιγόνου. In quibus firmandi augendique potestatem induere apertissimum est. Wess.

470. 98. Οἱ χαριέστατοι τῶν πολιτῶν] Civium intelliguntur honestissimi et prudentissimi, ut c. 87. et 88. et L. XIII. 92. XIX. 6., χαρίεντες τῶν πολιτῶν Appiano L. IV. Bel. Civil. p. 1011. et Aristoteli Polit. L. IV. 13. Strabo χαριεστάτους τῶν ἄλλων et χαριεστέρους doctiores et peritiores vocitat L. I. p. 111. et II. p. 167. B. Adde Io. G. Graevium in Lucian. Conscrib. Histor. c. 16. Mox Τυνδαρίων idem ac Τυνδαρίδης, sed alia forma, qua de Ger. Io. Vossius L. II. Analog. c. 28. Wess.

470. 17. Οἱ δὲ Συρακούσιοι πεταλισμὸν] Meminit Hesychius, Πεταλισμὸς, ὁ διὰ φύλλων ὀστρακισμὸς γινόμενος. Testularum autem suffragia quam diu Athenis viguerint, docet Plut. in Nicia p. 530. F., atque ex eo Io. Meurs. Lect. Att. L. V. 18. Wess.

470. 35. Ἠλλάττοντο] Nihil muto. Excerpt. Vales. p. 269. ἀντὶ γὰρ τῆς προϋπαρχούσης αὐτῷ δόξης πολλαπλασίαν τὴν ἀτιμίαν καὶ τὴν αἰσχύνην ἠλλάξατο. Quod enim in Codd. est quibusdam ἤροῦντο, id interpretis esse opinor. Wess.

470. 43. Ῥουτίλιος] Ῥούτιλος. Pro Καρουτιανὸς vero Sigonius Ἀγουρῖνος restituit. Nisi forte est Ἀτρατῖνος ex Fastis Siculis, quod propius ad cognomen istud mendosum alludit. Rhod. Verum haud dubie Ῥουτίλος est. Καρουτιανὸν, in Fastis paene perpetua Sigonii simia, Panvinius quoque mutat et Ἀγουρῖνον esse iubet ad ann. CCXCVI. Vin. Pighius reiiciendum Minucii cognomen *Carutianus*, vel Κωρατιανὸς, quod in Graeco exemplari invenerat, decernit Fastor. L. II. p. 128. Ego vero vitiosum agnosco id cognomen, nec satis scio, qui instaurari possit. Ἀγουρῖνος Sigonii sive *Augurinus* bene Cos. convenit, sed longius a corrupta voce distat. Ἀτρατῖνος Fastorum Graecorum adae-

que pravum est, et nihil iuvat. Viderint ergo peritiores. Wess. Ursinus *Καρουτιανὸν* esse *Αὐγυρῖνον* iubet. Idem in Add.

470. 44. *Περικλῆς ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς*] Accuratius adverte, lector, et videbis hanc historiam bis narratam, et esse repetitionem eorum, quae supra Sosistrato Archonte gesta fuisse dixit, et pugnat etiam haec narratio cum foederibus, quae anno superiore facta fuisse narravit. Non me expedio ex his vepretis. Palm. Iusta est Palmerii animadversio. Sicyoniorum oppugnationem excepit expeditio Periclis in Acarnaniam, quam cum supra descripserit, intempestive repetitur. Coloni in Chersonesum Thraciae deducti, et opera illic fortiter suscepta et perfecta apud Plut. Pericl. p. 163. C., huc pertinent. Wess.

471. 59. *Τὴν τῶν Ναξίων γῆν διένειμε*] Scriptum fuisse autumo, *ταύτην καὶ τὴν τῶν Ναξίων γῆν*, *Euboeam et Naxiorum terram*. Id quae praecedunt, postulant: quid enim opus erat, ut in Euboeam transiret, quo colonos in Naxum deduceret? Requirunt et haec Pausaniae de Tolmide L. I. 27. p. 65. *ἐσήγαγε ἐς Εὔβοιαν καὶ Νάξον Ἀθηναίων κληρούχους*. Iuvat praeterea Plutarchus Pericl. p. 158. D., quingentos dumtaxat colonos Naxum missos referens. Wess.

471. 62. *Φάϋλλον*] Hoc malo. Vulgatum viri nomen si praeferas, utere Demosthene patrono, in cuius Orat. in Aristocratem *Φάϋλος* reperitur, et Suida: quamquam Harpocration, unde Suidas sua exscripsit, *Φάϋλλος* ea in oratione invenit. Wess.

471. 71. *Κατεχομένην ὑπὸ Τυρρηνῶν*] Vide supra L. V. 13. Wess.

471. 76. *Ὁ τῶν Σικελιωτῶν*] Opinor *τῶν Σικελῶν*, quibus imperavit, non *Σικελιώταις*. Hinc semper alias *τῶν Σικελῶν ἔχων τὴν ἡγεμονίαν*. Vide cap. 76. 90. et L. XII. 8. Wess.

471. 80. *Τὰς μὲν Νέας, ἥτις ἦν αὐτοῦ πατρὶς*] Corrigunt viri docti *τὰς Μένας* ex Ptolemaeo L. III. 4. et Stephano, qui *Μένδαι*, sive, ut refingendum monent, *Μέναι*, *πόλις Σικελίας*, *ἐγγὺς Παλίκων*, quibus non refragor. Nullae enim per Siciliam *Neae*, et *μὲν*, nisi cum sequenti vocabulo coalescat, inportunum est. Ph. Cluverium vide L. II. Sicil. Antiq. c. 9., pluribus emendationem hanc stabilientem. Wess.

471. 90. *Πολλῶν ἐν αὐτῷ παραδόξων γεγενημένων*] Commodius hoc vulgato. De crateribus his Callias apud Macrobium L. V. Saturn. c. 19. *ὑφ' ἧ καὶ τοὺς Δελλοὺς καλουμένους εἶναι συμβέβηκε. οὗτοι δὲ κρατῆρες δύο εἰσὶν, οὓς ἀδελφοὺς τῶν Παλίκων οἱ Σικελιῶται νομίζουσιν*. Iunge S. Bochartum, ex Phoenicum sermone harum vocum originem dexterrime scrutatum, L. I. Canaan. c. 28. Wess.

472. 1. *Τὸ μὲν ὕδωρ θείου κατακόρου τὴν ὄσφρησιν ἔχει*] Polemon apud eundem Macrobium: *φέρεται ἀπ' αὐτῶν ὀσμὴ βαρεῖα θείου καὶ τοῖς πλησίον ἱσταμένοις καρηβάρησιν ἐμποιοῦσα*

δεινήν· τὸ δὲ ὕδωρ ἐστὶ θολερὸν αὐτῶν, καὶ τὴν χρόαν ὁμοιότατον χαλκαὶ ῥύπῳ λευκῷ. Φέρεται δὲ κολπούμενόν τε καὶ παφλάζον, οἷαί εἰσιν αἱ δῖναι τῶν ζεόντων ἀναβολάδην ὑδάτων et reliqua, quae ibi legi possunt, Nostri descriptioni non admodum dissimilia. Ovidio ob sulphuris, quem exhalant, odorem *olentia stagna Palici* L. II. Ep. X. ex Pont. v. 25. et *olentia sulphure stagna Palicorum* Metam. V. 406. Id paene praetermiseram inprudens, H. Stephano videri *addendum καὶ ante τό· nisi quis malit legere*, *τὸ μὲν οὖν ὕδωρ*. Non id quidem absurde, nec necessario tamen. Wess.

472. 8. *Τινὲς γὰρ τῆς ὁράσεως στερηθέντες*] Poenae genus non exprimit Silius Ital. XIV. 219.

Et, qui praesenti domitant periura, Palici,
Pectora supplicio. —

Distincte Solinus Polyhist. c. 4. *Nam quisquis sacramento raptum negat, lumina aquis attrectat: ubi periurium non est, cernit clarius: si perfidia abnuit, detegitur facinus coecitate, et captus oculis admissum tenebris fatetur.* Id tamen prave, quod has aquas ex Sicilia in Sardiniam transtulerit, cuius inprudentiae poenas dedit Cl. Salmasio Exercit. p. 73. Solinum, ut solet, sequitur Isidorus Origin. L. XIV. 6. Wess.

472. 14. *Καὶ τοῖς ἀτυχοῦσιν οἰκέταις* etc. *παρέχεται βοήθειαν*] Exemplum habes L. XXXVI. p. 531. Proptereaque et servi, cum sumto pileo dominis per Siciliam bellum fecissent, Palicos praecipuo cultu devenerati sunt p. 534., ubi nunc prave *Ἰταλικοῖς Ἥρωσι* pro *Παλίκοις* scribitur. Wess.

472. 18. *Ἐπὶ διωρισμένοις φιλανθρώποις πείσαντες*] Praestantissimus interpres *per benignos domini arbitros persuasi* verterat. Ego *arbitros* non invenio. *Ἐπὶ διωρισμένοις φιλανθρώποις* est *certis, iisque lenibus et humanis conditionibus.* Uti L. XIII. 3. *πάντων ἔτυχον τῶν φιλανθρώπων*. Et *φιλάνθρωπα πράσσειν* L. XVIII. 67. Wess.

472. 34. *Κατεσκάφη καὶ διέμεινεν ἀοίκητος*] Quando et a quibus solo sit aequata, ignoramus. Auctor illis fortasse in libris, quos perditos dolemus, prodiderat. Durant veteris splendoris vestigia, descripta a Fazello Decad. 1. Lib. III. 2. Wess.

472. 40. *Θετταλὸς συναγαγὼν τοὺς ὑπολοίπους* etc.] Vide Lib. sequentis c. 10., ubi *Θεσσαλοὶ*, unde *Θετταλός τις* forte melius erit, deque fluviis, quos inter urbs erat posita, Sybari et Crathi Ph. Cluver. Ant. Ital. L. IV. p. 1267. Wess.

472. 47. *Ἐπ' ἄρχοντος* etc.] Hiatus hic est. Defit annus primus Olymp. LXXXII., cum Archontis Attici nomine et victore, qui coronatus hac Olympiade fuit. Atque haec quidem suppleri in hunc possunt modum omnia: *Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνῃσι Χαιρεφάνους, παρὰ μὲν Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς ἤχθη δευτέρα πρὸς ταῖς ὀγδοήκοντα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἄγκος Θεσσαλὸς ἀπὸ Λα-*

ρίσσης ex Dionysio Ant. Rom. L. X. p. 676. Gesta vero huic anno aequalia unde eruemus? Suspicor ea pauca fuisse, et socordem librarium, cum mox iterum sequeretur ἐπ' ἄρχοντος, coniectis in id oculis, cetera omnia transiluisse. WESS.

473. 48. *Α. Ποστούμιον*] Delevi *Ποπλίου* vocabulum Codd. auctoribus. Abit autem Diodorus a ceteris Fastis, qui post C. Nautium Rutilum et L. Minucium Augurinum Coss. edunt *C. Horatium et Q. Minucium Augurinum*. Fortasse eos posuerat anno superiore, quem excidisse vidimus, quamquam ne sic quidem illis conspirat, uti deinceps dicetur. WESS. Substituit Ursinus Coss. *C. Horatium Pulvillum, Q. Minucium Augurinum*. IDEM in Add.

473. 52. *Μότυον φρουρούμενον ὑπὸ τῶν Ἀκραγαντίνων*] In Agrigentinorum id fuisse castellum agro adparet: praeterea nihil; nam qui praeter Diodorum meminerit, nemo est. Videtur tamen ab urbe *Motya*, de qua L. XIII. 54., nomen sortitum. Haud vero scio, an post pauca fuerit olim *τῶν δὲ Ἀκραγαντίνων καὶ Συρακουσίων ἐπιβοηθησάντων*. Id videntur requirere quae succedunt, *ἐξήλασεν ἀμφοτέρους*, tum etiam, quod de Bolcone, Syracusanorum praetore, additur continuo. WESS.

473. 64. *Περὶ τὰς Νομὰς*] Et hoc soli Diodoro debetur oppidum. Retulit eo Ph. Cluverius II. Sicil. Antiq. p. 384. ex Silio XIV. 266.

— — *Comitata Nemaeis*
Venit Amastra viris. —

Nomaeis corrigens. Sed *Menaeis*, quod scriptis in libris invenit N. Heinsius, optime se tuetur, a *Menis*, de quibus c. 87. vidimus, repetitum. WESS.

473. 75. *Τοῖς ὅλοις συντριβείς*] Hoc genus in superioribus illustrare memini. Iunge Is. Casaubonum ad Polyb. I. 12. WESS.

473. 83. *Τῶν βωμῶν*] Nisi fuit *τὸν βωμόν*, ut est 503. 75.

473. 93. *Καὶ τὴν Νέμεσιν τῶν θεῶν ἐντρέπεσθαι*] *Ultrix haec facinorum inpiorum bonorumque praemiatrix*, ut Ammiano dicitur L. XIV. 11., maxime timenda censebatur omnibus, qui prospera fortuna elati, insolentius agerent aut supplicibus essent infesti. Quare cultissime veteri in Hymno de Nemesi:

Ἄ κοῦφα φρυάγματα θνατῶν
Ἐπέχεις ἀδάμαντι χαλινῷ,
Ἔχθουσα θ' ὕβριν ὁλοὰν βροτῶν,
Μέλανα φθόνον ἐκτὸς ἐλαύνεις.
Ὑπὸ σὸν τροχὸν, ἄστατον, ἀστιβῆ
Χαροπὰ μερόπων στρέφεται τύχα.
Λήθουσα δὲ πὰρ πόδα βαίνεις.
Γαυρούμενον αὐχένα κλίνεις etc.

quae legi possunt in Comment. Academ. Inscript. T. VII. p. 289., mireque illustrantur ab Ammiano, quaeque ad eum adscripsit H. Valesius. Habet etiam Io. G. Graevius haud pauca, ex interioribus

literarum penetralibus depromta, quae huc referas, Lect. Hesiod. c. 15. Wess.

474. 99. *Ὥσπερ τινὶ μιᾷ φωνῇ*] Sic melius. Infra L. XVI. 80. *πάντων δὲ καθάπερ τινὶ μιᾷ φωνῇ βοώντων*. Aliter paullo Gregor. Nazianz. Orat. IV. p. 113. C. *ἅπαντας ὥσπερ ἐξ ἑνὸς συνθήματος καὶ μιᾶς φωνῆς τὸν τῶν Χριστιανῶν ἀνακαλεῖσθαι θεόν*. Quae exempla et *ἅπαντες ἐβόων* retinenda suadent: nam *δῆμος* quod modo praecesserit, id nemini molestiam creabit. Frequens enim ea enallage utroque in sermone. Virg. Aen. VI. 660.

Hic manus, ob patriam pugnando vulnera passi.

Noster V. 4. *ὁ δῆμος οὗτος περιττότερον τῶν ἄλλων ἐτίμησαν τὴν θεόν*· ubi plura. Wess.

474. 2. *Ἐξέπεμψαν εἰς τὴν Κόρινθον*] Vide inferius L. XII. 8. Wess.

ANNOTATIONES

IN

LIBRUM DUODECIMUM.

475. 9. *Θουρίων*] *Ὀθυρίων* Co. Reg. 1. Vat. Non male si *ὁ Θουρίων νομοθ.* scribas. WESS. Qui ad v. 11. aberravit.

475. 22. *Στρατεύσαντες ἐπὶ Πικινοὺς*] *Picenos* interp. doctissimus, in Addend. *Πικηνοὺς* refingens. Cogitasset Picenum Syracusis longissime fuisse disparatum, et nihil uspiam de hoc bello Diodorum memorasse, et vitio demersam esse vocem animadvertisset. Lib. XII. 29., ubi hoc de bello, *Τριναχίους* fortasse prave, ut, eo cum devenerimus, quaeremus. WESS.

475. 28. *Πρὸς Κερκυραίους*] *Κορκυραίους* veteres numi tuentur apud Spanhem. ad Callim. H. Del. v. 156. Vetustae schedae variant, ut Eustath. in Dionys. Perieg. v. 494. docet, multoque uberius Illust. Ang. Maria Quirinus in Primord. Corcyr. c. 2. WESS.

476. 37. *Σπ. Μάλιος*] Antistat vulgato, etsi corruptum: propius enim abest a *Sp. Melio*, de quo L. XII. 37. WESS.

476. 47. *Θυρεὰς κατώχησαν*] Vide L. XII. 44. WESS.

476. 60. *Ἀπὸ Ἀθηναίων*] Prave scripti quidam libri *Θηβαίων*, sed frequenti, ut supra monuimus, errore. In Polyaeno de Stratag. II. 1. legitur, *Ἀγησίλαος ἐν Κορωνείᾳ Ἀθηναίους ἐνίκησεν*, peccato contrario. Scripserat *Θηβαίους*, ut ex Plutarchi Agesil. p. 606. notum, idque firmatur eo Cod., quem usurpavit P. Fermat in Epist. post Diophantum Alexandr. p. 43. WESS.

476. 80. *Ἔκπτωσις Δηλίων*] Ita scripsit, quod et coniectura adsecutus erat Rhodomannus. Certa res est ex L. XII. 73. WESS.

477. 89. *Καὶ Καλχηδονίων*] *Χαλκηδόνιοι* L. XII. 82. Hoc, quod restitui, Carthaginiensibus expulsis, numorum veterum librorumque auctoritate satis est munitum. Vide III. Spanhemium Orb. Romani p. 460. et Dissert. II. de Usu et Praest. Num. p. 117. WESS.

478. 3. *Οὔτε γὰρ τῶν νομιζομένων* etc.] Vera animadversio et usu rerum conprobata. Non dissimile Menandri:

Ὦ Παρμένων, οὐκ ἔστιν ἀγαθὸν τῷ βίῳ
Φυόμενον ὥσπερ δένδρον ἐκ ῥίζης μιᾶς
Ἀλλ' ἐγγὺς ἀγαθοῦ παραπέφυκε καὶ κακὸν,
Ἐκ τοῦ κακοῦ τ' ἤνεγκεν ἀγαθὸν ἡ φύσις.

Vertit Illust. Grotius:

O Parmeno, nullum vita in humana bonum est,
Quasi arbor radice una ramos erigens:
Sed mala propinqua sunt bonis atque adsita:
Natura ex ipsis bona quin progenerat malis.

Quibus gemina si requiras alia, adi Io. Stobaei Florileg. Tit. CV. Wess.

478. 14. *Τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ*] Propter hiatum concurrentium vocalium, quem ubique religiose vitat Diodorus, praefero lectionem marginis *τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν*. Rhod.

478. 25. *Αἵ τε τέχναι διὰ τὴν εὐπορίαν* etc.] Nunquam profecto illustrior Graeciae gloria fuit, sive res gestas, seu artes, disciplinas atque opes spectes. Provenerunt eo tempore excellentissima ingenia. *Una, neque multorum annorum spatio divisa, aetas, per divini spiritus viros, Aeschylum, Sophoclem, Euripidem, illustravit Tragoedias: una priscam et veterem sub Cratino, Aristophane et Eupolide Comoediam, ac novam Comicam Menandrus, aequalesque eius aetatis magis quam operis, Philemon ac Diphilus, et invenere intra paucissimos annos, neque imitanda reliquere. Philosophorum quoque ingenia, Socratico ore defluentia, omnium, quos paullo ante enumeravimus, quanto post Platonis Aristotelisque mortem floruere spatio? Quid ante Isocratem, quid post eius auditores eorumque discipulos clarum in Oratoribus fuit? adeo quidem artati angustiis temporum, ut nemo memoria dignus, alter ab altero videri nequiverint.* Sic Velleius Paterculus I. 16. De praeclaris artificibus, qui eodem se tempore ac patriam illustrarunt, Plinius L. XXXIV. Hist. Nat. c. 8. Wess.

479. 30. *Ῥήτορες δὲ Περικλῆς*] Vide infra c. 40. Wess.

479. 52. *Ἐπὶ Κύπρον ποιησάμενοι*] Deest *τὴν ἀρχὴν ποιησάμενοι*, ut modo et princip. L. IV. et L. XV. 1. Wess.

479. 57. *Λ. Κοΐντιον Κικιννάτον*] L. Quinctium Cincinnatum, non consulem, sed dictatorem fuisse, produnt Dionysius, Livius et Val. Maximus, Fabium autem Vibulanum in Minucii (quem dictator, ut se magistratu abdicaret, quod castra eius hostes obsederant, coegit) locum suffectum, Livius ostendit. Desiderantur autem sequentis anni Coss. apud Diodorum, Q. Minucius et M. Horatius Pulvillus. Rhod. Longe haec distant a reliquorum Fastis, qui consules L. Quinctium Cincinnatum et M. Fabium Vibulanum ignorant. Nec sufficit, ut L. Quinctium dictatorem consulis

sedem occupasse Diodori inprudentia arbitreris. Functus enim is supremo eo magistratu est superiore anno, quo Minucium ob res ad Algidum male gestas consulatu se abdicare iussit. Missus tum Minucio successor Fabius Quintus in Algidum est apud Livium III. 29. Sed is consul suffectus non fuit. Livius quidem certe, nec quisquam alius, quod sciam, id nusquam tradit. Habuit ergo auctor Fastos alios, a Capitolino marmore, Livio et Dionysio multum, hoc quidem anno, discrepantes. WESS. Conf. Borghesii *Nuovi frammenti dei fasti consolari*, p. I. p. 25.

479. 61. *Προσωπίτιδι νήσῳ*] Vide not. in L. XI. 77. WESS.

479. 70. *Ἐστρατήγουν*] Puto deesse hic tria verba, et ita scriptum reliquisse Diodorum, *ἐστρατήγουν Ἀρτάβαζος καὶ Μεγάβυζος. Ἀρτάβαζος μὲν* etc. STEPH. et RHOD. Praesentia earum vocum plane necessaria est. Addidi itaque, sed uncis inclusas. Librarii omiserant, coniectis in repetitum *Ἀρταβάζου* vocabulum oculis, quae huic generi sollemnis errandi occasio. WESS.

479. 76. *Κίτιον μὲν καὶ Μαλὸν*] Prius oppidum cognitum satis est, non item alterum. Io. Meursius nullum illi patronum reperit L. I. Cypri suae c. 13., nisi Nostrum, qui et L. XIX. 79. *Στασίοικον τὸν τοῦ Μαλιέως* in Cypro regulum memorat. Sed debile id patrocinium: nam eundem *Στασίοικον τὸν βασιλέα τῶν Μανέων* paulo ante c. 62. vocarat, voce utrobique corrupta. *Μαριέων* verum esse, alias docebo. Hoc loco *Μάριον* oportuerat, quo nomine Cypri urbem Stephanus, deinceps *Ἀρσινόην* dictam referens, Scylax atque alii memorarunt. Vide quae dixi ad Hieroclis Synecdem. p. 707. WESS.

480. 86. *Συνῆψαν μάχην*] Thucydidem vide L. I. 112., qui rem paullo aliter exsequitur. WESS.

480. 95. *Μάρκον Οὐαλέριον Λακτοῦκαν*] Praenomen Consulis, ut decebat, instauravi. Cognomen illi *Maximo* in fragmentis est Capitolinis, nec spernendum tamen, quod auctor illi indidit, siquidem *Lactucinos in Valeria familia non puduisse appellari* testis est Plinius L. XIX. 4. Monuerunt id ipsum Sigonius, Panvinius, Pighius in Fastis ad ann. CCXCVII. WESS. V. Borghes. p. 58.

480. 3. *Ὑπελάμβανε μάλιστα*] Adverbium hic nihil agit. RHOD. Omnium excerpta librorum, quibus utor, quum vocem defendant, non elimino. Potest etiam concinniore quodam usu *μάλιστα* vim asseverandi, ut saepe, capessere, de qua eius potestate ad Luciani Iudic. Vocal. c. 4. eruditissimus T. Hemsterhusius. WESS.

481. 23. *Καλλίας ὁ Ἱππονίκου*] Familiam et genus copiosissimi hominis declararunt Iac. Palmer. Exercitat. p. 754., Io. Fr. Gronov. Observat. L. IV. 7. et Iac. Perizon. in Aeliani Var. Hist. L. XIV. 16. Tempus legationis, quam pacis sanciendae caussa obiit, hoc anno prius erit, si post praelium ad Eurymedontem pax Persas inter et Athenienses coaluerit, quemadmodum clarissime

significant Lycurgus in Leocrat. p. 157., Plut. Cimon. p. 487. A., Aristides Panathen. p. 267. et Suidas in *Κίμων*. Qui locupletes quum sint auctores, haud sane mirandum est, viros egregios, H. Dodwellum Annal. Thucydid. p. 67. et 99. et Barbeyracium Histor. Foeder. P. I. p. 99. partes Diodori deserere, atque illis album calculum adponere. Mihi quidem consilium non est, gravissimis scriptoribus obloqui, nec desperata tamen prorsus Diodori caussa videtur. Namque Callisthenes diserte negat, mox a praelio ad Eurymedontem foedere sancitum fuisse, ut Persae illis se finibus, de quibus auctor, continerent: metu dumtaxat perculsos, cladibusque fractos longius a Graecia sese seiunxisse, potuisseque adeo Periclem et Ephialtem ultra Chelidonias classe provehi, nulla barbarica conspecta navi. Obmovet, fateor, Plutarchus Cimon. p. 487. C. exemplum foederis, quod Psephismatum collectioni inseruerit Craterus, nihil tamen addens, quo potissimum tempore id Athenienses inter et Persas coaluerit. Adde hoc amplius, nihil amicum ante hunc annum Atheniensibus fuisse cum Persis. Cimon enim statim a parta ad Eurymedontem victoria in eos, Thraciae Chersonesum insidentes, duxit. Non multis post annis Aegyptii, Inaro duce desciscunt, Atheniensiumque implorant auxilium, qui, tametsi conditionibus foederis nominatim insertum esset, *μὴ στρατεύειν Ἀθηναίους εἰς τὴν χώραν, ἧς ὁ βασιλεὺς ἄρχει*, confestim valida cum classe advolant, ipsosque Persas oppugnant. Quin ipso hoc tempore, Thucydide teste L. I. 112. Cimon sexaginta naves auxilio misit Amyrtaeo, qui in paludibus Aegypti, Persarum inimicus, degebat. Quae quidem aut foedus post pugnam ad Eurymedontem non fuisse pactum aut certe ab Atheniensibus perfide neglectum persuadent: fractum vero qui tradiderit, neminem novi. Unde ego suspicari malim, foedus reapse inter Athenienses et Persas ante hunc annum non fuisse, sed hos, quod Callisthenes memoriae prodidit, sponte sua post cladem ad Eurymedontem missas fecisse Graeci nominis in Asia civitates, raroque navigasse inter Chelidonias et Cyaneas, quod mare illud, Graecis longe superioribus, tutum non haberent. Quod autem pacem sociatam Lycurgus, Plutarchus, et reliqui scriptorum post victoriam ad Eurymedontem referunt, illi rei occasio fuisse videtur ex metu Persarum, intra eos se fines constringentium. Atque hoc si probes, in concordiam utcunque redibunt scriptores, frontibus alioqui adversis pugnantes. Wess. Non mirum diversa tradi ab scriptoribus de foedere quod nunquam initum est. Id quod optime ostendit Dahlmannus in Quaestionibus historicis vol. I. p. I.

481. 28. *Κατωτέρω τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν*] Multimodis spatium hoc describitur ab illis, qui celeberrimae pacis meminerunt. Demosthenes *περὶ Παραπρεσβ.* p. 258. *Ἵππου μὲν δρόμον ἡμέρας πεζῇ μὴ καταβαίνειν ἐπὶ τὴν θάλατταν βασιλέα.* Hunc aemulatur Himerius in Photii Biblioth. p. 1110. *Ἵππου μὲν δρόμον ἡμέ-*

ρας θαλάττης ἀφέξειν ἄνω. Aemulatur et Aristides Panath. p. 294. ἀλλ' αὐτῆς, φησὶ, ἵππου δρόμον ἡμέρας τῆς θαλάττης ἀποσχήσειν. Itaque male ἡμέρας vocabulum abest ex Himerii Cod. Uffenbachiano, quem Io. Henr. Maius recenset Uffenbach. Biblioth. p. 627., nec recte mutatur in ἡμετέρας ab eruditissimo Kuhnio in verbis Aristidis ad Pausan. I. 8. Abit ab hac formula Isocrates Panath. p. 359. οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς οὔτε ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ πεζῷ καταβαίνειν, quibus gemina in Areopagitica extrema. Id vero Plutarchus Cim. p. 491. C. spatium amplitudine stadiorum trecentorum, Aristides Panathen. p. 267. stadiis quingentis metitur, si tamen numeri utrobique vitio careant, de quo dubito. Potest vir expeditus diurno itinere conmode absolvere stadia centum septuaginta: Noster autem trium dierum spatio cum Persas a mari seiungat, opinor in Plutarchi numeris peccatum esse, idque ope Aristidis eluendum. WESS.

481. 29. Ἐντὸς Φάσιδος] Scribe Φασηλίδος, quae urbs est Pamphyliae, teste Stephano. RHOD. Ἐντὸς Φασηλίδος] Scripti Codd. hoc postulant, resque ipsa. *Phasis* fluvius nihil ad hunc locum, sicuti res ipsa clamat, et Isocrates Panegyr. p. 93. et Panathen. p. 360. Natum scribendi compendio vitium videtur, quod et occupavit haec Lycurgi in Leocrat. p. 157. μαχρῷ μὲν πλοίῳ μὴ πλεῖν ἐντὸς Κυανέων καὶ Φάσιδος. *Phaselis* Pamphyliae urbs erat prope montem Climacem apud Strabon. L. XIV. p. 982. Illi alto in mari obiacent tres insulae Chelidoneae, mare Pamphylium et Lycium distinguentes, teste Luciano in Navig. c. 8. Unde scriptorum alii, Demosthenes, Aristides, Himerius et Plutarchus pactum fuisse aiunt, ἐντὸς Χελιδονέων καὶ Κυανέων πλοίῳ μακρῷ μὴ πλεῖν. quarum Chelidoneae meridiem versus, Cyaneae ad septemtrionem Persis navigandi fines erant, ut bene Aristides Panath. p. 267. WESS.

481. 36. Νόσῳ τελευτῆσαι] Non deerant, qui ex vulnere, quod cum barbaris confligens acceperat, mortuum referebant apud Plutarch. Cim. p. 491. A. Nostro adstipulatur Schol. Thucydidis I. 112. atque ipse Plutarchus. WESS.

481. 39. Ῥωμίλιον] Vide Harduin. in Plinii L. VII. 28. WESS.

481. 40. Κιχώριον] Forte Κικυρῖνον scripsit: ad Graecam tamen inflexisse vocem, ut solet, videtur. RHOD.

481. 42. Κρίσων Ἱμεραῖος] Habet hunc victorem Dionysius Ant. Rom. princ. L. XI. Bellum cum Megarensibus geri coeptum est, cum Pericles in Euboea ageret, ut eam in ordinem cogeret, Thucydide teste L. I. 114. WESS.

481. 53. Ἀστέριον Φοντίνιον] Rectius Ἀτέριον. Φοντίνιος autem posuit pro Φοντινάλιος, ut sit *Fontinalis* Romanum. RHOD. Mire discrepant auctores in gentili consulis nomine, ut copiose Sigonius, Gebhardus, Dukerus et Drakenborchius ad Livii

L. III. 31. ostendunt. Nostri Ἀστέριος, si lapsum scribentis tollas, *Aterium* requirit, quod et verum. Nota enim gens Romana *Ateria* est, cuius nomen multimodis corrumpi potuit Latinis in libris, in Graecis difficilius. Vide tamen et Pighium in Annal. ad ann. CCXCIX. WESS. *Aternius* cum fastis Capit. Borghes. p. 73.

481. 59. *Καθ' ἣν Τολμίδης μὲν μαχόμενος ἀνῃρέθη*] Thebani ductu et auspiciis Spartonis Tolmidem atque Athenienses fuderunt, teste Plutarcho Agesil. p. 606. A., qui quoque cladis eius meminit in Pericl. p. 163. B., sicuti et Pausanias L. I. 27. p. 65. et his prior Thucydid. I. 112. WESS.

482. 67. *Σέξτον Κοΐντιον*] *Κοΐντιον* muta in *Κοϊντίλιον*. At *Σέξτον* pronomen deest, ut in altero Cos. praenomen atque nomen simul, nempe *Πούπλιον Ὁράτιον*. RHOD. In Rhodomanni nota quaedam luxata sunt. Voluit, credo, Sexto Quinctilio cognomen deesse, sicuti praenomen et nomen Tergemino; quem *Πούπλιον Ὁράτιον* adpellans, consentit quidem cum Dionysio L. X. Rom. Antiq. p. 676., at abit a Livio III. 32., cui *Curiatius*, uti in versione. Pro *Horatio* pugnat Pighius Fastor. L. II. p. 136., Panvinius pro *Curiatio* ad ann. CCCI.; mihi res dubia est. *Tergeminus* gentis utriusque est cognomen. WESS. V. Borghes. p. 79. s.

482. 69. *Περὶ Χαιρώνειαν ἧττων*] Suspicor scriptum olim fuisse *περὶ Κορώνειαν*. Ad eam enim urbem, quod modo memoravit, infelici praelio victi Athenienses discesserunt. Simili librariorum peccato in Isocratis Orat. de Big. p. 521. de patre Alcibiadis, *ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ μαχόμενος ἐν Χαιρωνείᾳ τοῖς πολεμίοις ἀπέθανε*. Atqui Clinias strenue pugnans ad Coroneam occubuit, sicuti ad Hierocl. Synecdem. p. 644. ostendi. Fuit ergo et ibi *ἐν Κορωνείᾳ*, quemadmodum in Thucydide I. 112. Nam quod Palmerius Exercit. p. 46. *ἐν Κορωνειάτιδι* melius Thucydidem fuisse dicturum adfirmat, id nullius esse momenti vere monuit Cel. Duker. Quid enim obvium magis hac structura? Ἡ ἐν Φιλίπποις νίκη Straboni L. XIV. p. 991. D., quae ad Philippos parta. *Τὸ ἐν Πλαταιαῖς ἔργον* in Epist. personati Themistoclis II. p. 9. praelium ad Plataeas. Verum hoc de genere alias fortasse uberius. WESS.

482. 73. *Τὴν μὲν πόλιν τῶν Ἑστιαιέων ἑλὼν*] Videatur Plutarchus in Pericl. p. 164. E. Tempus subactae Euboeae firmat egregie Pausan., cum de triginta annorum inter Spartanos et Athenienses induciis L. V. 23. *ταύτας ἐποιήσαντο*, inquit, *Ἀθηναῖοι παραστησάμενοι τὸ δεύτερον Εὔβοιαν, ἔτει τρίτῳ τῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν Κρίσων Ἱμεραῖος ἐνίκα στάδιον*. Idem enim annus est, modo suppleas *Ὀλυμπιάδος τρίτης πρὸς ταῖς ὀγδοήκοντα*. quae mihi necessaria videntur, quod alioqui dubia temporis sit notatio. Namque ter Crison et hac LXXXIII. et duabus sequentibus Olympiadibus victor abiit. WESS.

482. 77. *Καλλίου καὶ Χάρητος συνθεμένων*] Missi decem Lacedaemona legati sunt, quorum princeps Andocides oratoris avus,

ni fallit Aeschines *περὶ Παραπρ.* p. 51. Sed fallit omnino. Nam Andocides Orat. de Pac. p. 24., quem Aeschines exscripsit, avum suum e decem illis fuisse, non legationis principem, perhibet. Vidit et hanc Aeschinis inconsiderantiam Cl. Barbeyracius Hist. Foeder. P. I. p. 112. Formula induciarum, columnae insculpta, durabat in Pausaniae usque aetatem Olympiae iuxta Iovis signum lib. V. 23. WESS.

482. 84. *Ἀπέδειξαν αὐτῷ τὴν τῶν Κορινθίων πόλιν οἰκητήριον*] Supra L. XI. 91. WESS.

482. 87. *Κτίσαι τὴν Καλὴν Ἀκτὴν*] Siciliae litus, Etruscorum orae obversum, sic adpellabant olim. *Ἡ δὲ καλὴ αὕτη Ἀκτὴ καλεομένη ἔστι μὲν Σικελῶν, πρὸς δὲ Τυρσηνίην τετραμμένη τῆς Σικελίας*, Herodotus VI. 22. Dein urbs, Ducetii auspiciis illic condita, eodem nomine fuit, et contracte *Καλακτὴ*, unde Latinorum *Calacta*, et oppidani *Καλακτῖνοι* inferius c. 29. WESS.

482. 90. *Ἀρχωνίδης ὁ τῶν Ἐρβιταίων δυναστεύων*] Cicero et Plinius *Herbitam* et *Herbitenses* adspirant, non item Graeci: nam in Ptolemaeo, cui *Ἔρβιτα* L. III. 4. scripti Codd. Palatin. et Coislin. ceteris consentiunt. Latinos sequitur Ph. Cluverius Sicil. Antiq. L. II. 8. Ceterum Archonides Herbitensium princeps memoratur et in rebus Dionysii L. XIV. 16., qui, si idem atque hic fuerit, vitam in ultimam senectutem prorogavit. WESS.

482. 96. *Τῶν Σικελικῶν πόλεων*] *Σικελῶν πόλεων* scribitur et a Coislin. infra c. 29., quod, etsi *οἶμος Σκύθης, Ἕλλην στρατὸς, Θετταλὴ ἵππος*, eiusque generis plura ignota non sint, haud sequor. Vide Io. Meursium in Lycophron. v. 496. et Th. Stanleium ad Aeschyli Prometh. v. 2. WESS.

482. 1. *Ἀλλήλοις*] *Ἀλλήλαις* Coisl. non male: enallage tamen generis Nostro frequentatur. WESS.

483. 12. *Τοῦ τε Κράθιος καὶ τοῦ Συβάριος*] Conf. L. XI. 89. WESS.

483. 19. *Ἔχειν πολιτῶν τριάκοντα μυριάδας*] Similia Strabo, sed distinctius: *τοσοῦτον δ' εὐτυχίᾳ διήνεγκεν ἡ πόλις αὕτη τὸ πλέον, ὡς τεττάρων μὲν ἐθνῶν τῶν πλησίον ὑπῆρξε, πέντε δὲ καὶ εἴκοσι πόλεις ὑπηκόους ἔσχε, ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ δὲ ΜΥΡΙΑΣΙΝ ἀνδρῶν ἐπὶ Κροτωνιάτας ἐστράτευσεν*, L. VI. p. 404. A. Porro quod succedit de Tely, eum Herodotus L. V. 44. Sybaritarum regem, Heraclides Ponticus eorundem tyrannum vocat in Athenaei L. XII. 4., id insuper significans, prius dominatione deiectum fuisse quam bellum ipsos inter et Crotoniatas arderet, adversantibus Herodoto et Diodoro. WESS.

483. 21. *Φυγαδεῦσαι τοὺς εὐπορωτάτους τῶν πολιτῶν*] Sybaris Achaeorum et Troezeniorum erat colonia: Achaei cum numero evasissent superiores, Troezeniis oriundos civitate eiecerunt. Hinc, cum Crotoniatae exules prodere nollent, ortum bel-

lum. Aristoteles Polit. L. V. 3. *Τροιζηνίοις Ἀχαιοὶ συνῴκισαν Σύβαριν· εἶτα πλείους οἱ Ἀχαιοὶ γενόμενοι, ἐξέβαλον τοὺς Τροιζηνίους. ὅθεν τὸ ἄγος συνέβη τοῖς Συβαρίταις.* Hoc enim ad tempus ea Philosophi pertinere, quae continuo de Thuriis subiungit, liquido declarant. WESS.

483. 26. *Οἷς ἦν προστεταγμένον ἢ τοὺς φυγάδας*] Videtur addi debere infinitivus *εἰπεῖν*, aut alius huiusmodi. Nisi quis eum non nimis dure subaudiri existimet. STEPH. et RHOD. Saepe utroque in sermone elegantiae est, ut subintelligant id verbum, non exprimant. Noster L. XIV. 112. *ἅμα κήρυκος συνακολουθοῦντος, ὅτι τὸν ἄνδρα Διονύσιος τιμωρεῖται.* ubi, *qui diceret*, manifesto intelligendum relinquitur. Et in Excerpt. Valesii p. 381. *ἐξαπέστειλε πρεσβευτὰς εἰς Ῥώμην, μὴ περιϊδεῖν βασιλέα φίλον καὶ σύμμαχον κινδυνεύοντα*, i. e. qui dicerent rogarentque, ne regem amicum etc. Plutarchus de Curios. p. 519. A. *εἰς τὸ βῆμα καὶ τὴν ἀγορὰν καὶ τοὺς λιμένας ὠθοῦνται, μή τι καινὸν*; videlicet *λέγοντες*. Similis figura apud Livium L. XXXVIII. 1. *Remissique ab eo nuncii principibus Argitheam, si popularium animos satis perspectos haberet, inpetrato ab Aetolis auxilio, in Athamaniam se venturum.* Et Sallustium Iugurth. c. 109. *Tum rex post diem decimum redire iubet, ac nihil etiam nunc decrevisse, sed illo die responsurum.* Ubi Cortium vide et Io. Fr. Gronov. ad Senec. VII. de Benef. c. 30. et Io. Freinshem. in Curtii L. III. 4. WESS.

483. 29. *Τοὺς Ἰταλιώτας ἐκδοῦναι*] Doctissim. Rhodomannus in Addend. *ἱκέτας* loco *Ἰταλιώτας* rectius legi arbitratur: cui nisi adstipuleris, dicendum erit, *Ἰταλιώτας* hic adpellari exsules, quod Graeci origine Italiae urbem Sybarim incolerent. *Itali enim οἱ ἀρχῆθεν τὴν χώραν οἰκοῦντες. Ἰταλιῶται δὲ, ὁπόσοι τῶν Ἑλλήνων ἐπῴκησαν μετὰ ταῦτα*, differentiam explicante Ammonio. Hinc et auctori L. XIV. 102. Thurini *Ἰταλιῶται*. Iunge Menagium in Diogen. II. 5. Tamen, ne quid dissimulem, cum Rhodomanno *ἱκέτας* malim; quod egregie opportunum, et saepius deinceps repetitur. WESS.

483. 34. *Πυθαγόρου τοῦ φιλοσόφου συμβουλεύσαντος*] Iamblichus eadem de re, *καὶ δοκιμάζοντος αὐτοῦ, μηδ' ἱερεῖα τοῖς βωμοῖς προσάγειν ἐκείνους, καὶ τοὺς ἱκέτας*, sic optime refingunt Stanleius ad Aeschyli Eumen. v. 233. et Kusterus, *ἀπὸ τῶν βωμῶν ἀποσπᾶν*, de Vita Pythagor. sect. 177. Hoc autem Diodori loco ad Pythagorae aetatem constituendam diligenter usus est Cel. Rich. Bentleius Dissert. de Phalar. Epist. p. 72. WESS.

483. 41. *Ὁ γὰρ ἀνὴρ οὗτος ἑξάκις Ὀλύμπια νενικηκὼς*] Citat haec Tzetzes Chil. II. 460. De victoriis, quas Milon Olympiae reportavit, Pausanias L. VI. p. 486. atque ex eo Schol. Aristophan. Ran. v. 55. WESS.

483. 44. *Ὀλυμπιακοῖς*] *Ὀλυμπικοῖς* Co. Vat., sed alterum probat auctor. WESS.

484. 46. *Λεοντῇ καὶ ῥοπάλῳ*] Vide ad L. I. 24. WESS.

484. 53. *Θετταλοὶ συνῴκισαν*] Superius L. XI. 89. uni *Thessalo* urbis instaurationem acceptam retulit, minus conmode: praeterea *ἓξ ἔτη per sex annos* conditam urbem novos sessores tenuisse: quod verius censeo. Excidit ibi, sicuti ostendimus, annus primus Olymp. LXXXII.; qui non animadversus defectus, ut annorum numeri minuerentur, effecisse videtur. Deleta ergo a Crotoniatis est Sybaris circiter annum tertium Olymp. LXVII. WESS.

484. 55. *Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνῃσι Καλλιμάχου*] Plutarchus T. II. p. 835. D. duobus abhinc annis principio Olymp. LXXXIV. Archonte Athenis Praxitele urbem Atheniensium ope e ruinis resurrexisse, tumque eo Lysiam properasse adfirmat: nec dissentit Dionysius T. II. p. 82., cum Lysiam eodem conmigrasse prodit *δωδεκάτῳ πρότερον ἔτει τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου anno XII. ante bellum Peloponnesiacum*. Id enim coepit ardere praetore apud Athenienses Pythodoro, sive anno primo Olymp. LXXXVII. Quare, ut hi cum Diodoro conspirent, fatendum est, aut statim Lysiam iter non fuisse ingressum, sed urbe paene instaurata, aut consilia reficiendae urbis agitari cum maxime fuisse coepta, legatosque Lacedaemonem et Athenas super ea re missos, qui demum Athenienses in operis societatem pellexerint. WESS.

484. 60. *Οἱ δὲ*] *Δὲ* supervacaneum est. WESS.

484. 63. *Λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν οὐ προσέσχον αὐτοῖς*] Male ergo Eustathius in Dionys. v. 374. *ὕστερῳ μέντοι χρόνῳ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἀποικίαν στείλαντες τὴν πόλιν συνῴκισαν καὶ Θούριον μετωνόμασαν*. Athenienses, spe Italiae et Siciliae inflammatos, Pericles perpulit, ut colonos ad Sybarim instaurandam ablegarent. Missae ergo decem sunt naves totidemque coloniae duces, quorum princeps Lampon, cuius ea in re opera usus est Pericles, teste Plutarcho de Rep. Administr. p. 812. C., celebrioris tum famae vates. Suidas in *Θουριομάντεις*. *ἐξέπεμψαν δὲ εἰς κτίσιν τὴν αὐτοῦ Ἀθηναῖοι δέκα ἄνδρας, ὧν καὶ ΛΑΜΠΩΝ ἦν ὁ μάντις, ἐξηγητὴς ἐσόμενος τῆς κτίσεως τῆς πόλεως*. quae ille exscripsit ex Schol. ad Aristoph. Nub. v. 331. et Aves v. 521. Aderat praeterea Hieron, qui *τῆς ἀποικίας ἡγεμὼν* Plutarcho in Nicia p. 526. B. Aderant alii, de quibus Cl. Io. Taylor ad Lysiae vitam p. 33. WESS.

484. 80. *Ὠνόμασαν ἀπὸ τῆς κρήνης Θούριον*] Strabo aliique plures *Θουρίους*. Cum Nostro conspirant Ptolemaeus, Mela, Schol. Theocriti et Stephanus. Vide Casaub. in Strabon. L. VI. p. 404. et Ph. Cluver. Ital. Antiq. IV. p. 1264. WESS.

485. 89. *Στάσει μεγάλῃ περιέπεσον*] Meminit seditionis Philosophus Polit. L. V. 3. *καὶ ἐν Θουρίοις Συβαρῖται τοῖς συνοικήσασι πλεονεκτεῖν γὰρ ἀξιοῦντες, ὡς σφετέρας τῆς χώρας,*

ἐξέπεσον. Nimirum Sybaritae advenas prae se contemnentes, praecipua cum in rerum administratione, tum agrorum descriptione sibi sumebant: hinc rixae. Strabo eiusdem conmeminit, sed parum accurate, L. VI. p. 404. Wess.

485. 93. *Καὶ τὰς γυναῖκας ἐπιθύειν τοῖς θεοῖς* etc.] Interpres generaliore dictione defungitur. *Ἐπιθύειν* servat veteris significationis, qua *θύειν thus adolere*, manifesta vestigia. Dici de illis solet, qui thus digitis primoribus correptum in aram invergunt. Noster Eumenem cum prodidisset admonuisse duces et conmilitones *ἐπιθύειν ἅμ' ἡμέρᾳ πάντας* Alexandro, quid sit continuo explicat L. XVIII. 6. *καὶ κειμένης ἐσχάρας ἐχούσης πῦρ, ἐπέθυον ἐκ κιβωτίου χρυσοῦ πάντες οἱ ἡγεμόνες τόν τε λιβανωτὸν καὶ τῶν ἄλλων εὐωδῶν τὰ πολυτελέστατα*, *positoque foculo, igne repleto, ex aurea acerra depromtum thus et reliqua magni pretii aromata duces in eo adolent.* Hinc vero liquet nefarium consilium Antiochi, qui patria Iudaeorum deserta religione, *τεκμήριον ἐμπαρέχειν ὀλόμενος τὸ ΕΠΙΘΥΕΙΝ, ὥσπερ νόμος ἐστὶ τοῖς Ἕλλησιν, ἐκέλευε καὶ τοὺς ἄλλους ταυτὸ ποιεῖν ἀναγκάζειν· φανεροὺς γὰρ γενήσεσθαι τῷ μὴ θέλειν τοὺς ἐπιβεβουλευκότας* apud Ioseph. Bel. Iud. L. VII. 3. 3. Volebat, ut Antiocheni Iudaei, quemadmodum ipse, thus primis digitis ex acerra decerptum arae iniicere adigerentur; idque si recusarent, manifesto ut tenerentur. *Immolationis*, quam viri docti obtrudunt, nulla illic ratio. Praeclare Porphyrius L. II. A. A. c. 58. *καὶ αὐτὸ τὸ θύειν τοῦ θυμιᾶν εἴχετο, καὶ τοῦ νῦν παρ' ἡμῖν λεγομένου ΕΠΙΘΥΕΙΝ.* Wess.

485. 1. *Καὶ κρείττονες σχεδὸν ὄντες*] Nos marginis lectioni subscribimus. Quid enim hic *σχεδὸν* post *κρείττονες* agit? Rhod.

485. 15. *Ἄλλων γενῶν*] Malim *ἀλλογενῶν*, quam *ἄλλων γενῶν*. Steph.

485. 16. *Τὸν ἄριστον τὸν ἐν παιδείᾳ θαυμαζόμενον*] Non dubito quin legendum sit *ἄριστον τῶν ἐν παιδείᾳ θαυμαζομένων*. Steph. et Rhod. Accedo viris doctissimis. Id Diodoro largiri non possum, Charondam fuisse Thurinum civem, legesque Thuriis scripsisse. Adpellant eum quidem *Thurium*, *Θούριον*, Valer. Max. L. VI. 5. et Themistius Orat. II. p. 31. B., sed cum Nostro errantes. Domo *Catanaeum* Philosophus Polit. L. II. 10., Heraclides de Polit. Iamblichus Vit. Pyth. sect. 33. 104. etc. atque alii perhibent. Addit Iamblichus Pythagorae aequalem et discipulum fuisse, qui cum ante hos sexaginta quatuor annos in Italia floruerit, fieri vix potuit, ut Charondas inter vivos duraret, quum Thurii instaurarentur. Prodidit hoc amplius Heraclides dicto loco, Rheginos, apud quos optimatium partes valuerint, Charondae legibus fuisse usos: mutasse dein reipublicae formam Anaxilam, civitate tyrannide oppressa. Atqui Anaxilas post octodecim annorum dominationem fatis concessit anno primo Olymp. LXXVI., sicuti vidimus L.

XI. 48., prior ergo Charondas est Olymp. LXXI. Dices Sybaritis, quod Iamblichus innuit, leges dictasse: at eius civitatis, Pythagorae aetate, adeo profligati et perditi erant mores, ut leges, cuiusmodi Charondae, ferre non potuisse videatur. Et veri id tamen similius foret, modo ea in re veteres consentirent. Vide vero quid Aristoteles memoret: *Χαρώνδας ὁ Καταναῖος τοῖς αὑτοῦ πολίταις καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς Χαλκιδικαῖς πόλεσι, ταῖς περὶ Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν (νομοθέτης ἐγένετο)* L. II. Polit. c. 10. Iam Chalcidicae civitates per Siciliam *Zancle*, *Naxos*, *Leontini*, *Catana*, *Euboea*, *Mylae*, *Himera*, *Callipolis* erant. In Italia *Rhegium*, teste Scymno Chio. A qua origine et Sybaris et Thurii multum aberant. Ergo ex Philosophi opinione ne Sybaritarum quidem legislator Charondas fuit. Dici potest, quod in opinionem venit eruditissimo Bentleio, Thurinos, urbe instaurata, Charondae leges, iam olim latas, adscivisse suae reipublicae in usum, quod seriore aetate a Mazacenis in Cappadocia factum fuisse ex Strabone L. XII. p. 813. novimus. Hinc sumtam occasionem Charondam *Thurinum*, etsi perinconmode, appellandi. Vide virum doctissimum, uberius haec declarantem, Dissert. de Phalarid. Epist. p. 364. WESS.

485. 19. *Πολλὰ δὲ καὶ ἴδια παρεπινοησάμενος*] Id vero negat Philosophus L. II. Polit. c. 10. *Χαρώνδου δ' ἴδιον μὲν οὐδέν ἐστι, πλὴν αἱ δίκαι τῶν ψευδομαρτυριῶν. πρῶτος γὰρ ἐποίησε τὴν ἐπίσκηψιν.* Sic recte corrigit Bentleius. Sententia est: Charondam nihil proprium et praecipuum in legibus habere, praeter caussas de falsis testimoniis. Primum eum introduxisse *τὴν ἐπίσκηψιν* sive actionem falsi testimonii. Atqui in legibus, quae continuo consequuntur, multa insunt singularia: unde conficias, longe alio legum Charondae exemplo Philosophum fuisse usum. Ad haec, ait Aristoteles *τὴν ἐπίσκηψιν* esse Charondae proprium quoddam inventum, quae Athenis Lysiae, qui, quamquam iuvenis admodum, socius fuit instaurandorum Thuriorum, aetate et ante iam nota erat; sequitur proinde Charondam principio Thuriorum esse priorem: quae et conclusio est R. Bentleii Dissert. de Phalar. Epist. p. 369. WESS.

485. 23. *Μητρυιὰν ἐπαγομένοις*] Vide Maussac. ad Plutarch. de Flumin. c. 3. Sollemnia sunt verba *ἐπάγεσθαι*, *ἐπεισάγειν*, *ἐπιγαμεῖν* de patribus, qui liberis suis novercam inponunt. Mox vetus poeta c. 14.

Ὁ παισὶν αὐτοῦ μητρυιὰν ἐπεισάγων.

Heliodorus Aethiop. I. p. 16. *καὶ τοῖς οἴκοις ἐπεισάγει γύναιον ἀστεῖον.* Euripides Alcest. v. 305.

Καὶ μὴ 'πιγήμῃς τοῖσδε μητρυιὰν τέκνοις.

Plut. T. II. p. 480. D. *Πεισίστρατος ἐπιγαμῶν ἐν ἡλικίᾳ οὔσι τοῖς υἱοῖς.* Porro legis Charondae verba ad hunc modum exhibet Io. Stobaeus Serm. XLII. p. 291. *ὁ μητρυιὰν ἐπιγαμῶν μὴ εὐδοξείτω, ἀλλ' ἀνειδιζέσθω, ὥσπερ αἴτιος ὢν οἰκείας διαστάσεως.* WESS.

486. 32. *Ὅπως ἐν πᾶσι τοῖς πολίταις φαίνωνται*] Licebat propterea hoc hominum genus conviciis incessere et tanquam in comoedia traducere, quod alioqui legibus vetitum erat. Plutarchus de Curiosit. p. 519. B. *κωμῳδεῖσθαι γὰρ ἐκώλυσε*, Thuriorum legislator, *τοὺς πολίτας, πλὴν μοίχους καὶ πολυπράγμονας*. Nimirum id legumlator praeter cetera civium animis ingenerare adnixus erat, ut singuli amarent *τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀληθὲς*, odissent autem *τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ ψεῦδος* apud Stobens. p. 289. Wess.

486. 45. *Καθάπερ λοιμικὴν νόσον, ἐπινέμεσθαι*] Eadem S. Paulli 2. ad Timoth. II. 17. translatio: *καὶ ὁ λόγος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει*. Et Iudaeorum in A. A. III. 17., Philonisque Iud. de Insid. a Deter. Potiori Struct. p. 175. D. *εἴ τις ἐπινεμομένη κακία μηκύνεται τῆς ἐν σώματι ἐρπινώδους ἀδελφὴ νόσου*. Egregie vero ad mentem legislatoris huius Aeschylus VII. C. Theb. v. 605.

Ἐν παντὶ πράγει δ' ἔσθ' ὁμιλίας κακῆς
Κάκιον οὐδέν, καρπὸς οὐ κομιστέος.
Ἄτης ἄρουρα θάνατον ἐκκαρπίζεται.

Iunge, quae de Philippo L. XVI. 55. prodita leguntur. Wess.

486. 55. *Καὶ ἕτερον νόμον ἀπὸ τούτου κρείττονα*] Sive illud *ἀπὸ* referas ad *ἕτερον* seu ad *κρείττονα*, orationis elegantiam turbabit. Equidem ne adesset mallem. Wess.

486. 58. *Χορηγούσης τῆς πόλεως τοὺς μισθούς*] Vide Is. Casaubon. in Strabon. L. IV. p. 273. Charondae hoc institutum labentibus annis Romani aliique sunt imitati, professoribus et magistris publicum salarium constituentes. Wess.

486. 65. *Ψήφους*] *Suffragia* interpres. Tu, si malis, *λογισμούς* et conputandi usum intellige. Mox ante *τἆλλα* desiderari copulam pulcre vidit Rhodomannus. Wess.

487. 69. *Οἱ δὲ μακρὰν τοῖς τόποις διεστῶτες*] Palamedes in cognomine Euripidis Fab. apud Stob. Serm. LXXIX. p. 469.

Ἐξεῦρον ἀνθρώποισι γράμματ' εἰδέναι,
Ὥστ' οὐ παρόντα ποντίας ὑπὲρ πλακὸς
Τἀκεῖ κατ' οἴκους πάντ' ἐπίστασθαι καλῶς.

A quibus non abit Aeschyli Prometheus, pulcerrimum literarum inventum sibi vindicans v. 459.

Ἐξεῦρον αὐτοῖς γραμμάτων τε συνθέσεις
Μνήμην θ' ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάτιν.

Mitto alia; longum enim facerem, si, quae in laudem literarum congesta saepe sunt, coacervarem. Wess.

487. 84. *Δημοσίῳ μισθῷ τοὺς νοσοῦντας* etc.] Confer superius L. I. 82. Wess.

487. 94. —96. Euripidis ex Phoenice versus notissimi, quos afferunt praeter Demosthenem p. 417. s. R., ab Reinesio indicatum, Aeschines c. Tim. p. 21. St., Hermogenes progymn. in Bibliothek der alten Litt. u. Kunst VIII. 13.

487. 98. *Τὸν νομοθέτην φασὶ Χαρώνδαν*] Avulsi haec a superioribus, et versus, ut sunt, esse iussi. Tantum *ταῦτα* in *ταυτὶ*, ne versus modulo noceret, converti, obsecutus Cl. Bentleio, qui primus omnium animadverterat, Diss. de Phal. Epist. p. 375. Wess.

487. 4. *Εἶτ' ἐπέτυχες γάρ φησι γήμας*] Illust. Grotius in Excerpt. Trag. etc. p. 919. versum legit,

Εἶτ' ἐπέτυχες γὰρ τὸ πρότερον γήμας φίλε·

fortasse offensus *τῷ φησὶ*, quod ad Charondam pertinere adparet clarissime. Mox pro *πείρας δευτέρας λαβεῖν* lege cum eodem Bentleio *πεῖραν δευτέρας*, *coniugis* nimirum, ut L. I. 59. *ἥτις πεῖραν ἀνδρὸς οὐκ εἴληφεν ἑτέρου*, et similium in secundas nuptias criminationum desiderio si tenearis, decurre ad Athen. L. XIII. p. 559., ubi eorum larga seges. Wess.

487. 10. *Νόμῳ τεθαύμακα*] Haec phrasis vitium sonat, et vox *νόμῳ* habet notam superscriptam. Forte scripserat *νῷ μοῦ τεθαύμακα*, *in mente mea miratus sum*. Palm. Retulit Illust. H. Grotius in Excerpt. Tragic. etc. p. 769. hoc Philemonis fragmentum ad Fab., cui *Νόμος* titulus, distractaque adeo *νόμῳ* voce a sequentibus, legit: *ΝΟΜΩι·*

— — Τεθαύμακ' οὐκ ἐπεὶ
Πέπλευκεν, ἀλλ' εἰ δὶς πέπλευκε —

Io. Clericus, cum Grotius auctorem, unde haec sumserat, signare neglexisset, magni ducis vestigiis inhaerens, praescripto tamen titulo *ΕΚ ΤΟΥ ΝΟΜΟΥ*, pari modo exhibet Philemon. Fragm. p. 316.; sine dubio ingeniose. Id solum perinconmodum, quod nemo quisquam veterum Fabulae Philemonis, cui *ΝΟΜΟΣ* inscriptus, meminerit. Diceres etiam nomen eius unde haec depromta, fuisse *ΝΑΥΤΙΛΛΟΜΕΝΟΙ*, aut certe *ΠΟΛΛΑΚΙΣ ΝΑΥΤΙΛΛΟΜΕΝΟΙ*. Hoc enim requirere videntur auctoris verba *γράφοντος τοὺς πολλάκις ναυτιλλομένους*, *cum comoediam scriberet*, *πολλάκις ναυτιλλομένους dictam*. Cuius dramatis, fatebor enim, nulla mihi quidem alibi reperta memoria est: neque ea tamen iusta, ut spernatur, caussa habebitur. Quam enim pauca ex illis XC Philemonis Fabulis, quas a Suida scriptas reliquisse perhibetur, in veterum commentariis, memorantur, recensitae post Grotii operam a L. Kustero et Io. Alb. Fabricio? Hoc mihi vero si dederis, et postulat paene Diodorus, suspicabor venisse a Philemone:

— — Οἴ μοι! τεθαύμακ' οὐκ ἐπεὶ
Πέπλευκεν, ἀλλ' εἰ δὶς πέπλευκε. —

Sed suspicabor tantum. Qui enim meliora coniecerit, eum ego vatem perhibebo optimum. Wess.

488. 31. *Ἐκφαίνεταί τις ἐπίνοια τοῦ νομοθέτου*] Egregia profecto et summi consilii plena. Solon, etsi non seiunxerit bonorum atque educationis curam, simili ex caussa agnatos a tutela

prohibuit, veritus, ne hereditatem, in cuius spe erant, capere quam exspectare mallent. *Μηδ' ἐπιτροπεύειν, εἰς ὃν ἡ οὐσία ἔρχεται, τῶν ὀρφανῶν τελευτησάντων* apud Diogenem l. 56. Romanis placuit ut quo hereditas pervenit, eo et tutela rediret. Vide S. Petitum in L. L. Attic. L. VI. 7. et viros doctos ad Caii Instit. L. I. Tit. 7. Wess.

488. 45. *Οὗτος προσέταξε τοὺς τοιούτους ἐν τῇ ἀγορᾷ*] Non dissimile Aegyptiorum institutum vidimus L. I. 78. Charondas, ut plerique veterum, censebat: *ὑπὲρ πατρίδος ἀποθνήσκειν σεμνότερον εἶναι ἢ γλιχόμενον τοῦ ζῆν ἐγκαταλιπεῖν αὐτὴν καὶ τὸ καλόν. Κρεῖττον γὰρ τεθνάναι καλῶς ἢ ζῆν αἰσχρῶς καὶ ἐπονειδίστως* apud Stobaeum Floril. Tit. XLII. p. 290. Wess. Plato l. 9. de leg. vocat eiusmodi poenam *ἀμόρφους ἕδρας, ἢ στάσεις ἢ περιστάσεις εἰς τὰ ἱερά.* Reines.

488. 57. *Ἐκ παντὸς τρόπου πείθεσθαι τῷ νόμῳ*] Maximorum scelerum instar erat *καὶ ἀρχόντων καὶ νόμων ὀλιγωρία καὶ ἐκούσιος ἀτιμία δικαιοσύνης* in eo Stobaei Sermone, quem signavi. Idque meritissimo: *οἱ γὰρ νόμοι φοβεροὶ διὰ τοὺς ἄρχοντας· ὥστε ὅστις ἄρχοντα ὕβρισεν, οὗτος ἐκ περιουσίας τοὺς νόμους κατεπάτησεν*, Iulianus imperator eleganter ait in Misopog. p. 342. B. Porro si haec auctoris accuratius inspicias et cum praefatione legum Zaleuci apud eundem Stobaeum p. 280. conponas, non dubitabis inde sumta videri. Verba adscribam, ut quaerendi molestiam compendifacias: *τῶν δὲ κειμένων νόμων ἐάν τις δοκῇ μὴ καλῶς κεῖσθαι, μετατίθεμεν ἐπὶ τὸ βέλτιον· μενόντων δὲ πάντας πειθαρχεῖν. ὑπ' ἀνθρώπων ἡττᾶσθαι τοὺς κειμένους νόμους, οὐ καλὸν οὐδὲ συμφέρον· ὑπὸ δὲ νόμου βελτίονος ἡττώμενον κυτακρατεῖσθαι, καὶ καλὸν καὶ συμφέρον.* Wess.

489. 63. *Μάλιστα τοῦ τοιούτου τρόπου*] Insere inter *μάλιστα* et *τοῦ τοιούτου τρόπου* praepositionem *διά*. Steph. et Rhod.

489. 66. *Εὐρεσιλογίαις*] *Εὑρησιλογίαις* Vat. *εὑρεσιολογίαις* Clar. Vide not. in L. I. 37. Wess.

489. 72. *Παραδοξότατον νενομοθετηκέναι*] Rhodomannus inserendum *τὶ* censet, quod et necessarium erit, si *νόμου* vocabulum intelligi posse neges. Nec dissidet H. Stephanus, cuius haec sunt: *Rectius legeretur παραδοξότατόν τι, ut pag. seq. ἴδιόν τι καὶ παράδοξον, et in hac, statim post, ἰδιόν τι καὶ παντελῶς ἐξηλλαγμένον ἐνομοθέτησε.* Wess.

489. 78. *Ἐνομοθέτησε*] Non puto Diodorum post *ὁρῶντα αὐτὸν* (tanquam post *ὁρῶν αὐτὸς*) subiunxisse *ἐνομοθέτησε*. Et quanvis interiecta sint quaedam verba, non video quomodo excusare possimus sermonem hunc, appellando eum *ἀνακόλουθον*. Quare *νομοθετῆσαι* legendum censeo, etiamsi videam *προσέταξε* statim sequi, non *προστάξαι*. Steph. et Rhod. Non possum hac quidem in re a viris doctissimis dissentire. Id negligendum haud arbitror, Diodorum Charondae acceptam referre legem de coll

eius funi inserendo, qui legum latarum aliquam meliore conmutandam suaderet, ceteros vero, Demosthenem Orat. in Timocrat. p. 468. Locrensibus, et Locrensium legum auctori Zaleuco Io. Stobaeum Serm. XLII. p. 280., Polybium, parum tamen discrepantem, L. XII. 7. et Hieroclem in Stobaei Tit. XXXVIII. p. 229. contribuere constanter. Videri propterea Charondam aut cum Zaleuco confusum, quod sibi persuasit Cl. Io. Albertus Fabricius Bibl. Graec. L. II. c. 14. 3., aut Diodorum eiusmodi in legum exemplar incidisse, quod Charondam eius constitutionis auctorem perhiberet. Atque hoc mihi quidem vero similius accidit, quandoquidem et alia ex legibus, quae Zaleuco adscribebantur, Charondae largitus est, ut modo vidimus. WESS.

489. 85. *Παραχρῆμα θνήσκειν ὑπὸ τοῦ βρόχου*] Eadem sententia horum Hieroclis loc. dicto, *ὡς ἀκαρὴς οἴχοιτο πνιγείς*. Neque enim gravis caussa est, cur *ἐκ χειρὸς*, *statim*, *confestim*, cum Cel. Bentleio legas. *Ἀκαρὴς*, aut potius *ἀκαρῆ*, non aliud est. Alciphron L. III. Ep. 7. *Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐρρύσατό με ἀκαρῆ μέλλοντα παρὰ τοὺς πλείονας ἰέναι*. Synesius Epist. 4. p. 164. D. *ἐλάθομεν ἐγχρίμψαντες ἀκαρῆ πέτρᾳ προβεβλημένῃ τῆς γῆς*. Atque ad eum modum Basilius, si tamen is auctor Orat. de Structura hominum, T. I. p. 345. B., aliique a Spanhemio ad Plut. v. 244. Aristophan. advocati. WESS.

489. 91. *Διά τινας ἀναγκαίας* etc.] Videtur desiderari *καὶ* ante *διά*. STEPH. et RHOD.

489. 93. *Ἐάν τις τινὸς ὀφθαλμὸν ἐκκόψῃ*] Convenit legi divinae Exod. XXI. 24., quam Iosephus sic explicat Antiq. Iud. L. IV. 8. 35. *ὃ πηρώσας πασχέτω τὰ ὅμοια, στερόμενος οὗπερ ἄλλον ἐστέρησε, πλὴν εἰ μήτε χρήματα λαβεῖν ἐθελήσειεν ὁ πεπηρωμένος*· quo modo vix distabit a lege talionis XII. Tabularum: SI. MEMBRUM. RUPIT. NI. CUM. EO. PACIT. TALIO. ESTO., de qua A. Gellius Noct. Attic. L. XX. 1. WESS.

489. 95. *Τὸν μὲν ἀντεκκόψαι*] Legendum puto *ἀντεξέκοψε*. STEPH. Hic *ἀναπαπόδοτος* est syntaxis, nisi malis *ἀντεξέκοψε*. RHOD. Si in partes virorum praestantissimorum concedas, habebit oratio nescio quid illepidi. Mihi vestigia scriptorum Codd. legenti, scriptum olim fuisse videtur *τὸ μὲν ἀντεκκόψαι τὸν δράσαντα, ἐλασσον ὑπέλαβε πρόστιμον. τυφλώσαντα* etc. *oculum facinoris auctori vicissim effodere, poenam censuit leviorem.* In qua opinione magis inhaereo, quod ex iis, quae consequuntur, satis adpareat, non eruisse *τὸν ἑτερόφθαλμον* iniuriae et caecitatis auctori unum oculum, quippe arbitratum poenam fore minorem damno, quod sibi dederat. Hinc legem rogavit, *ἐάν τις ἕνα ἔχοντος ὀφθαλμὸν ἐκκόψῃ, ἄμφω ἀντεκκόψαι παρασχεῖν, ἵνα τῇ ἴσῃ συμφορᾷ ἀμφότεροι χρῶνται*, apud Demosthen. Orat. in Timocrat. p. 468., qui quoque, etsi in paucis a Nostro dissentiens, confirmat, quod de oculo non eruto dixi. WESS.

490. 12. *Ἀπολύειν τὸν ἄνδρα*] S. Marcus X. 12. *καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς, καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται.* De maritis, uxores res suas sibi habere iubentibus, frequentius id verbum in N. T. libris. Atticorum more atque usu *ἀπολείπει ἡ γυνὴ τὸν ἄνδρα, ἐκβάλλει δὲ ἀνὴρ τὴν γυναῖκα.* Nec semper tamen, uti ad Luciani Soloecist. p. 757. Io. G. Graevius et ad Aristoph. Plut. v. 1033. L. Kusterus docuerunt. WESS.

490. 21. *Τῆς δὲ γυναικὸς βουληθείσης* etc.] Enallage casuum est *τῆς δὲ γυναικὸς βουληθείσης νεωτέρῳ συνοικῆσαι, πάλιν ἔγημε*, pro *ἡ γυνὴ βουληθεῖσα*. De Epicleris quam legem tulerit Solon Atheniensis in eius vita apud Plutarchum invenies. RHOD. *Κωλυθείσης νεωτέρῳ συνοικῆσαι*] Dedi scriptis Codd. et orationis progressui, ut hoc suam in sedem reverteretur. WESS.

490. 24. *Ὁ καὶ παρὰ Σόλωνι κείμενος*] Vide Plut. Solon. p. 89. B. Isaeum Orat. de Pyrrhi Hered. p. 45. WESS.

490. 27. *Ἢ πεντακοσίας ἐκτίσαι δραχμὰς*] Inerat id legibus Solonis, quamquam caput hoc non omnes spectat *ἐπικλήρους*. Erant earum aliae in re lauta, quas genere proximi ambiebant; aliae *θῆσσαι*, et opibus defectae, quibus, ne negligerentur, dotem ad quinque minas dare genere proximo iuncti debebant apud Demosthen. Orat. in Macartat. p. 607., cui S. Petitum iunge Comment. L. L. Attic. L. VI. p. 442. WESS.

490. 31. *Κατέφυγεν ἐπὶ τὸν δῆμον*] De his quid R. Bentleius opinetur vide in Dissert. de Phalarid. Epist. p. 367. WESS.

490. 42. *Ὑπὲρ τῆς τοῦ Χαρώνδου τελευτῆς* etc.] Ecce iterum confusio. Eustathius in Homerum p. 83. Zaleuco, Locrensium legislatori, id contigisse adfirmat. Facit tamen cum auctore Valer. Maximus L. VI. 5. extremo. WESS.

491. 51. *Μὰ Δί', εἰπεῖν, ἀλλὰ* etc.] Qui sermonem *ἀνακόλουθον* vitare volet, legat *εἶπεν*. STEPH. et RHOD.

491. 54. *Διοχλεῖ, τῷ Συρακουσίων νομοθέτῃ*] De eo L. XIII. 33. WESS.

491. 61. *Ἀνὴρ εὐγενὴς*] Plerique recentiorum scriptorum Diodoro adstipulantur, virum illustrem et Pythagorae discipulum Zaleucum perhibentes, Iamblichus Vit. Pythagor. sect. 33. 104. 130. Porphyrius Vit. Pyth. p. 30. Seneca Epist. XC. Diogen. Laert. VIII. 16. Antiquiorum alii, uti Timaeus, Zaleucum istum negant ullum fuisse apud Ciceron. II. de LL. c. 6., alii, etsi hoc nomine Locris fuisse legislatorem concedant, obscurissime tamen natum adfirmant. Quos inter praeter ceteros nomen suum profitetur Aristoteles, in Schol. Pindari Olymp. Od. I. 17. professus, Zaleucum pastorem fuisse, et monitis Minervae leges suas acceptas retulisse: quod ipsum et de eo memoriae tradidit Plutarchus T. II. p. 543. A. Suidas insuper addit, servum ante fuisse: *ἦν δὲ οὗτος πρότερον δοῦλός τε καὶ ποιμὴν* in voc. *Ζάλευκος*. Iam Strabo auctor est, Locrenses inter eos habitos, qui primi scriptis legibus

fuerint usi. *Πρῶτοι δὲ νόμοις ἐγγραπτοῖς χρήσασθαι πεπιστευμένοι εἰσί.* lib. VI. p. 397. Itaque ante Draconem, qui circiter Olymp. XXXV. Atheniensibus leges scripsit, suas Zaleucus Locrensibus dictavit. Atque hoc confirmatur ab Eusebio, cui Zaleucus aequalis est Olymp. XXIX. Unde tandem consequitur liquido, Zaleucum Pythagora esse priorem, neque eius adeo fuisse discipulum. Idem et alia probant, quae summa dexteritate collecta vide in R. Bentleii Dissert. de Phalar. Epist. p. 337. etc. WESS.

491. 69. *Καὶ ταῖς διανοίαις ἐπισκοπεῖν*] Puto scripsisse Diodorum *ἐπισκοποῦντας*, non *ἐπισκοπεῖν*. Posito autem illo participio, sequetur apte infinitivus *χρῆναι*, sed ita ut ante eum distinguatur, non post. Apud Stobaeum legitur itidem per participium *ἀναβλέποντας*, sed tamen absque infinitivo ullo. Quoniam autem sunt et alia apud eum secus quam hic scripta, proferam huius loci totius scripturam ex ipso. Ita igitur in eius cap. 42. (quod est *de legibus et consuetudinibus*) legitur, *τοὺς κατοικοῦντας τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν πάντας πρῶτον πεπεῖσθαι χρὴ καὶ νομίζειν θεοὺς εἶναι, καὶ ἀναβλέποντας εἰς οὐρανὸν καὶ τὸν κόσμον, καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς διακόσμησιν καὶ τάξιν. οὐ γὰρ τύχης, οὐδ' ἀνθρώπων εἶναι δημιουργήματα. σέβεσθαι δὲ τούτους καὶ τιμᾶν, ὡς αἰτίους ὄντας ἁπάντων ἡμῖν ἀγαθῶν τῶν κατὰ λόγον γιγνομένων. ἕκαστον οὖν ἔχειν καὶ παρασκευάζειν δεῖ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν πάντων τῶν κακῶν καθαράν. ὡς οὐ τιμᾶται θεὸς ὑπ' ἀνθρώπου φαύλου, οὐδὲ θεραπεύεται δαπάναις, οὐδὲ τραγῳδίαις τῶν ἁλισκομένων, καθάπερ μοχθηρὸς ἄνθρωπος, ἀλλ' ἀρετῇ καὶ προαιρέσει τῶν καλῶν ἔργων καὶ δικαίων.* Sed hoc considerandum est, Diodorum satis habuisse sensum citare, non se ubique astringentem eius verbis: at Stobaeum ipsamet verba (sicut et aliorum authorum solet) citavisse. STEPH. Pro *ἐπισκοπεῖν* citra dubitationem lego *ἐπισκοποῦντας*, quia post *τάξιν*, ubi comma facio, copulativa non habetur. Insignis profecto locus de cognitione Dei physica, eiusque cultu, et honesta vitae conformatione, quae ex internae sanctitatis fonte promanat. Vix *θεολογικώτερόν τι* ab ullo Ethnicorum pronunciari dixeris. RHOD.

491. 70. *Οὐδ' ἀνθρώπων*] *Οὐδὲ τέχνης* Reg. 1. et vetus interp. Unde nasci suspicio posset, fuisse olim *οὐδὲ τέχνης ἀνθρώπων*, nisi obstarent Zaleuci apud Stobaeum Serm. XLII. p. 279. verba. WESS.

491. 80. *Ἀλλ' οὕτω τὴν ἔχθραν ἀναλαμβάνειν* etc.] Aiax Sophoclis in cognomine Fabula v. 689.

Ἐγὼ δ' ἐπίσταμαι γὰρ ἀρτίως ὅτι,
Ὅτ' ἐχθρὸς ἦμην ἐς τοσόνδ' ἐχθραντέος
Ὡς καὶ φιλήσων αὖθις. —

Hactenus bene et ad Zaleuci mentem. Quod subnectit non item:

— — ἐς δὲ τὸν φίλον
Τοσαῦθ' ὑπουργῶν ὠφελεῖν βουλήσομαι
Ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα. —

Quonam enim modo quisquam amicus esse poterit, cui se putabit inimicum esse posse? Quare Scipio merito *negabat ullam vocem inimiciorem amicitiae potuisse reperiri, quam eius, qui dixisset, ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus*, apud Ciceronem in Laelio c. 16. Wess. *Πολιτικὸν ἀφαιρεῖν τῆς ἔχθρας τὸ ἀΐδιον* Solon apud Plut. Bias apud Laërt. Odi tanquam amaturus. Reines.

491. 85. *Μὴ εἶναι αὐθάδεις*] Io. Stobaeus Serm. XLII. p. 280. ex legum Zaleuci Praefatione: *ἄρχοντας δὲ μὴ εἶναι αὐθάδεις, μηδὲ πρὸς ἐπήρειαν κρίνειν, μηδὲ μεμνῆσθαι κρίνοντας φιλίας ἢ ἔχθρας, ἀλλὰ τοῦ δικαίου.* quorum sententiam auctor brevius expressit. Wess.

491. 86. *Νομοθετήσας*] Lego *νομοθετήμασι*. Item *σοφῶς* pro *σαφῶς*. Steph. et Rhod.

492. 92. *Μὴ πλείω ἀκολουθεῖν*] Vide not. ad L. I. 92. et Ios. Mercer. in Aristaenet. L. I. Epist. 7. Ceterum similia Syracusis in feminas legibus erant statuta, Phylarcho apud Athen. L. XII. 4. teste: *τὴν ἐλευθέραν μὴ ἐκπορεύεσθαι ἡλίου δεδυκότος, ἐὰν μὴ μοιχευθησομένην. ἐκωλύετο δὲ καὶ ἡμέρας ἐξιέναι ἄνευ τῶν γυναικονόμων ἀκολουθούσης αὐτῇ μιᾶς θεραπαινίδος.* Credo Dioclem, Syracusanarum legum conditorem, ea omnia a Zaleuco et Locrensium constitutionibus mutua sumsisse; etsi non ignorem Alb. Rubenium L. I. Rei Vestiar. c. 10. Lacedaemone haec repetita suspicatum ob Clement. Alexandrin. Paedag. III. 11.; nam cetera si consideres, quae mox exscribam, a mea profecto opinione non recedes. Wess. Suidas aliter hanc legem recitat in *Ζάλευκος*. Reines.

492. 95. *Μηδὲ ἐσθῆτα παρυφασμένην*] Vertuntur *intertextas auro vestes:* parum apte. *Παρυφὴ* limbus seu clavus potius est vesti adtextus. *Ἐσθὴς παρυφασμένη* aut *παρυφὴς* tunica est clavis distincta. Alb. Rubenium vide L. I. R. V. c. 2. Porro ex legibus Syracusanorum haec adfert Phylarchus: *τὰς γυναῖκας μὴ κοσμεῖσθαι χρυσῷ, μηδ' ἀνθινὰ φορεῖν, μηδ' ἐσθῆτας ἔχειν πορφυρᾶς ἐχούσας παρυφὰς, ἐὰν μή τις αὐτῶν συγχωρῇ ἑταῖρα εἶναι κοινή.* Quae eadem. Wess.

492. 97. *Μηδὲ ἱμάτιον ἰσομιλήσιον*] Displicet vocabulum R. Bentleio, viro longe eruditissimo, tum quod *ἰσομιλήσιον* multiplex esse possit, ansamque praebuerit rixis. Disputari enim potuisse, an et quatenus vesti Milesiae conveniret; cuiusmodi contentiones sublatae forent prorsus, si *ἱμάτιον Μιλήσιον* Zaleucus vetuisset. Tum quoniam credibile non sit, Zaleuci aetate, in tanta commerciorum raritate, lanam et vestes Milesias in Italiam fuisse inportatas. Praesertim cum e vicinia Locrenses lanam Apulam et Tarentinam, quae utraque Milesia mollior habebatur, sumere potuerint. Audiamus Plinium L. VIII. H. N. cap. 48. *Lana autem laudatissima Apula, et quae in Italia Graeci pecoris adpella-*

tur: alibi Italica. Tertium locum Milesiae oves obtinent. Ubi *Graecum pecus* non aliud ac *Tarentinum* videri diserte Columella L. VII. R. R. c. 4. significat; cuius lana omnium censebatur optima, eodem c. 2. teste. Hinc et *Ταραντίνιον*, sive, ut in scriptis libris, *Ταραντῖνον* vestis mollissimae genus Athenaeo L. XIV. p. 622. B. vocitari. Itaque Zaleucum, dum legibus modum luxui Locrensium ponit, prohibiturum potius *ἱμάτιον Ταραντῖνον* aut *ἰσοταραντῖνον* fuisse, cuius copia haberi ex vicinia poterat, quam *ἰσομιλήσιον*; viderique adeo *ἰσομιλησίου* vocabulum Zaleuco esse posterius, et a sophista quodam excogitatum, qui Diodoro et aliis inposuerit, Dissert. de Phalar. Epist. p. 351. A qua ego opinione non admodum dissentio, verum tamen ratus, huiuscemodi legem Locris valuisse, quae luxum in omni vestium genere praecideret: colligo ex lege Syracusana, *τὸν ἄνδρα μὴ καλλωπίζεσθαι, μηδ' ἐσθῆτι περιέργῳ χρῆσθαι καὶ διαλλαττούσῃ, ἐὰν μὴ ὁμολογῇ μοιχεύειν ἢ κίναιδος εἶναι* ex Phylarcho apud Athen. L. XII. 4. In ea enim *ἐσθὴς περίεργος* respondet *ἱματίῳ ἰσομιλησίῳ* auctoris nostri, firmaturque magis, quod de Diocle opinatus supra sum. Wess. Vide eundem ad Herod. VI. 21. et Heyn. Opusc. Acad. II. p. 34.

492. 4. *Κατὰ τὸν βίον ἀμφισβητούντων*] Scribendum puto *ἀμφισβητουμένων*. Steph. et Rhod.

492. 13. *Περὶ τὸν Τράεντα ποταμὸν*]. *Ad Truentum fluvium* doctissimus interpres, perinconmode. Id flumen Piceni erat, hinc ultra cc passuum millia remotum, ut bene Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. IV. p. 1313. Traeis, nunc accolis *Trianti*, Sybaris et Crotonis agrum alluebat. Ad quem olim amnem fatali praelio Sybaritae a Crotoniatis fuerant caesi. Iamblichus Vit. Pythag. sect. 260. *αἰσχρὸν εἶναι*, Crotoniatarum verba sunt, *τοὺς τριάκοντα μυριάδων περὶ τὸν Τράεντα ποταμὸν περιγενομένους* etc. Sic enim vitiosum *Τετράεντα* vocabulum plaudente eruditorum cavea refinxit optime Rich. Bentleius Dissert. de Epist. Phalar. p. 72. Loquuntur enim Crotoniatae de nobili victoria, quam centum suorum millia de ccc Sybaritarum millibus, ut Noster c. 9. prodidit, reportaverant. Wess.

492. 14. *Ὑπὸ Βρεττίων*] *A Bruttiis?* Id mirum profecto, cum multis demum post annis circa Olymp. CVI. unam in gentem coaluerint Bruttii, id nomen, quod a Lucanis, quibus *Βρέττιοι* iidem atque *ἀποστάται*, descivissent, sortiti, sicuti inferius L. XVI. 15. videbitur. Ergone voluit, Sybaritas ad Traentem amnem usque in Olymp. CVI. quietos consedisse? Id sane opportunum foret, ni verba *χρόνον μέν τινα διέμειναν* brevius intervallum, quam LXXXVI annis amplius, requirerent. An itaque in *Βρεττίων* vocabulo vitium est? An auctor sibi obloquitur ipse? An nomen *Βρεττίων* Olymp. CVI. prius est? Posterius firmaret Aristophanis apud Stephanum in *Βρέττος* versus, ni eius eraso

nomine Aristophonta substituerent viri docti. Equidem, si bene hic habet *Βρεττίων* vox, Aristophanem in Stephano loco non deiicerem. Sed viderint perspicaciores. WESS. Opportunus est hic locus Mazochio, qui Bruttium nomen Ol. CVI. longe antiquius facit, originemque eius ab Diodoro XVI. 15. aliisque traditam fabulis annumerat, ad tab. Herael. p. 539. Conf. Niebuhr. Hist. Rom. vol. I. p. 98. ed. sec.

492. 25. *Πόπλιος Κλώδιος Ῥηγιλλανὸς* etc.] Hic corrupta Decemvirûm nomina ex Livio, Dionysio et doctissimis Caroli Sigonii commentariis in Fastos consulum restituenda veniunt. Pro *Μινούκιος, Γενούκιος*, pro *Γάϊος Σουλπίκιος, Σέρβιος*, pro *Ῥωμύλιος, Τίτος Ῥωμίλιος*. Inter *Σπόριος* et *Ποστούμιος* nulla distinctio esse debet. Pro *Καλβίνιος* pone *Ἄυλος Μάνλιος*. Caeterisque addatur *Πόπλιος Ὁράτιος*. RHOD. *Πόπλιος Κλώδιος Ῥηγιλλανὸς*] Praenomen illi *Appio* fuit. Cognomen est apud Sueton. Tiber. c. 2., quod hinc haud futile patrocinium accipit contra suspiciones Ill. Spanhemii, de quibus supra L. XI. 84. In ceteris Decemvirûm nominibus corrigendis cum Sigonio fere consentit Pighius Fastor. L. III. p. 145. WESS.

492. 29. *Διαπολεμοῦντες πρὸς Ταραντίνους*] Ultimae voci controversiam movent scripti libri, corrupti quidem, sed *Ταραντίνους* non agnoscentes. H. Stephanus unde eos acceperit, an ex argumento capitis, fronti huius libri praeposito, an veteri ex Cod., non adfirmavero. Sunt tamen satis hic opportuni. Cogitaveram quidem *Οὐερτίνους* ex vestigiis eorum librorum, qui *Οὐεντίνους* praeferunt: ut bellum Thuriis fuerit cum incolis eius urbis, quae Straboni in hac vicinia *Οὐερτίναι* L. VI. p. 390. Nec placet tamen, tum quod oppidi eius scriptura sit dubia, tum etiam quod in mediterraneis sedem habuerit, neque dici possint illius incolae terra marique Thurios oppugnasse et vicissim ab illis infestati; quorum utrumque in Tarentinos optime quadrat. Addo *Ταραντίνους* firmari ab Antiocho apud Strabon. L. VI. p. 405., referente Tarentinis et Thuriis eorumque praefecto Cleandridae, sic enim ibi scriptum fuisse egregie perspexit Celeb. Barbeyracius Hist. Foeder. P. I. p. 115., Lacedaemone profugo, ob Siritidem, quam sibi utrique vindicabant, acre bellum fuisse. Idem autem bellum significari, dux Cleandrides indicat, qui paucis abhinc annis pecunia a Pericle corruptus metu gravioris poenae solum verterat, sponte in exilium profectus apud Plutarchum Pericl. p. 164. WESS.

493. 37. *Κόϊντον Πόπλιον*] In Decemviris iterum creatis quosdam vitiose nominatos esse, ut *Κόϊντον Πόπλιον* pro *Ποπτήλιον*, *Μάνιον Ῥαβουλήϊον* pro *Μάρκον*, quosdam desiderari, ut *Τίτον Αντώνιον Μερήνδαν, Κόϊντον Φάβιον Οὐϊβουλανὸν, Γάϊον Ἀϋίλλιον καὶ Σπόριον Ὄππιον, Σπόριον* vero *Οὐετούριον* falso caeteris annumerari, idem Sigonius ex veterum auctoritate confirmat. RHOD. *Poetelii* nomen hic corruptum videri, non fugit

Pighium in Annal. ad ann. CCCIII., ubi et reliquorum nomina haud aliter ac Sigonius instauranda docet. WESS.

493. 39. *Εἷς δ' ἐξ αὐτῶν ἐρασθείς*] Ap. Claudii inpurum id scelus exsequitur Livius III. 44. WESS.

493. 46. *Διακούσαντος τὴν κατηγορίαν*] *Τῆς κατηγορίας* Co. sat bene. Vide S. Lucam A. A. XXIII. 35. Ioseph. Ant. Iud. XX. 6. 2. WESS.

493. 51. *Κρεωπώλιον*] Vid. Pollux. VII. 25. WESS.

493. 55. *Ἐν τῷ Λαγαδίῳ*] Mendose pro *Ἀλγίδῳ*, ut Livius L. III. 38. appellat. RHOD. Rhodomannus notae suae praescripserat *Λαγιδίῳ*, unde Cl. Iac. Gronovius Respons. ad Cavill. Fabret. p. 19. quum Stephanus clare dicat *ἐθνικὸν* esse *Ἀλγίδιος*, apparere scribit, nihil in ea voce accidisse, nisi mutationes *Α* et *Δ* literarum et dedisse Diodorum *Ἀλγιδίῳ*, scilicet *ὄρει*, particulatim dicto Vecilio in Livii L. III. 50., uno ex collibus Algidensibus. Bene, modo *Λαγιδίῳ* in scriptis Diodori esset libris, quibus Rhodomannum nunquam fuisse usum abunde constat. *Ἐν τῷ Ἀλγίδῳ* emendavit quoque Ph. Cluverius Ital. Ant. L. II. 16. p. 777. WESS.

493. 66. *Μεγάλης δὲ πεσούσης φιλοτιμίας*] Truncatum est prima sui parte medium vocabulum. *Ἐμπεσούσης* fuerat olim, quod nec Rhodomanno latuit. WESS.

494. 70. *Περιβαλεῖν τὴν πατρίδα μεγάλαις συμφοραῖς*] Sic L. XIV. 2. *τήν τε πατρίδα μεγάλοις ἀτυχήμασι περιέβαλον*, saepeque alias. WESS.

494. 72. *Ὥστε δέκα αἱρεῖσθαι δημάρχους*] Id, credo, vult, inter conditiones et hanc fuisse, ut plebi liceret, sicuti ante, X tribunos creare. *Potestatem enim tribunitiam, provocationemque repetebant, quae ante decemviros creatos auxilia plebis fuerant*, apud Livium III. 53. Alioqui longe recedit eodem a Livio, qui Coss. Q. Minucio, C. Horatio Pulvillo ante hos sex annos, *Tricesimo sexto*, inquit, *anno a primis tribunis plebis, decem creati sunt, bini ex singulis classibus. itaque cautum est, ut postea crearentur* L. III. 30. Porro nimia sunt, quae auctor de potestate tribunitia prodit. Magna ea fuit sine controversia, nec tanta tamen amplitudine circumdata. Polybium vide VI. 10. et Dionysium Ant. Rom. VI. p. 410. WESS.

494. 77. *Καὶ τὸν ἕνα πάντως ἀπὸ τοῦ πλήθους καθίστασθαι*] Nihil horum apud Livium, ex cuius annalibus multis demum abhinc annis consulatus cum plebe communicatus est. Refert huc quidem ex oratione Quinctii Cons. apud Livium in Fastis ad ann. CCCIV. Pighius: *Tribunos plebis creare iterum voluistis. Creastis. Consules facere vestrarum partium, etsi patribus videbamus iniquum; patricium quoque magistratum plebi donum fieri vidimus.* At bene addit: *Sed ipsum de Consulibus huius (anni) vel de tribus X-viris plebeiis ante creatis Quinctium dixisse opinari etiam possumus.* Auctor ergo alios hic duces ad-

hibuit, nisi velis ex eius rei mentione iniecta in errorem illum incidisse. Ego prius arbitror. Wess.

494. 86. *Ζῶντας καταχανθῆναι*] Ex Livio L. III. 55. *M. Duillius tribunus plebis plebem rogavit, plebesque scivit: QUI PLEBEM SINE TRIBUNIS RELIQUISSET QUIQUE MAGISTRATUM SINE PROVOCATIONE CREASSET, TERGO AC CAPITE PUNIRETUR.* Tamen ex vetustis annalibus ignis in eos poena fuisse animadversum, qui tribunos non subrogassent, non iniuria colligitur, quod nec Pighium fugit, ex Valer. Maximo L. VI. 3. 2., cum *P. Mucius*, inquit, *tribunus plebis, qui omnes collegas suos, qui duce Sp. Cassio id egerant, ut magistratibus non subrogatis, communis libertas in dubium vocaretur, vivos cremavit:* errat is quidem in numero tribunorum, ut viri docti admonuerunt, clare tamen indicans, de supplicio, quod *vicicomburium* Latini recentiores vocant, se aliquid vetustis in libris reperisse. Porro *τὸ ἀνὰ μέσον κείμενον* praeferam, nisi *χρόνου* vocem subintelligi malueris. Nam *κύριοι εἶναι κωλύεσθαι* tritum satis genus est. Vid. Iac. Gronov. in Polyb. V. 100. Wess.

494. 92. *Κάγκον Ὁράτιον*] Pro *Κάγκον* lege *Μάρκον*, et pro *Τουρπῖνον*, *Ποστῖτον* ex triumpho eius Capitolino. Rhod.

494. 1. *Προσήλωσαν τοῖς πρὸ τοῦ βουλ. κειμ. ἐμβόλοις*] De rostris res nova: centum enim et amplius annis postea, cum naves Antiatium essent captae, earum rostris suggestum, in foro exstructum, adornari placuit, auctore Livio L. VIII. 14. Nostro tamen adsentitur Pomponius de Orig. Iur. §. 4. *Quas leges in tabulas eboreas perscriptas pro ROSTRIS conposuerunt, ut possent apertius percipi.* Ubi vide Rupertum, diligenter lapsum memoriae Scalīgeri corrigentem, quo solum Dionysium leges in aes incisas prodidisse suspicabatur Animadv. in Guilandinum p. 19. Wess.

494. 2. *Ἀπερίττως συγκειμένη*] De hoc publici privatique apud Romanos iuris fonte paullo augustius, nec sine patriae quodam amore, Cicero de Orat. I. 44. *Fremant omnes licet, dicam quod sentio: bibliothecas mehercule omnium philosophorum unus mihi videtur XII tabularum libellus, si qui legum fontes et capita viderit, et auctoritatis pondere, et utilitatis ubertate superare.* Auctoris verba respondent sententiae Sex. Caecilii, qua *eleganti atque absoluta brevitate verborum scriptas* leges XII tabularum perhibebat in A. Gellii Noct. Attic. L. XX. 1. Wess.

494. 7. *Τὰς μὲν πρὸς Ἀθηναίους* etc.] Hoc de foedere disputavimus supra c. 4. Wess.

494. 9. *Πρὸς δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους ὕστερον ἐγράψησαν*] Consideravit haec Nostri scriptoris Cl. Barbeyracius Histor. Foed. P. I. p. 111., opinatus foedus indicari, quod non multis post sociatum cum Atheniensibus annis inter Lacedaemonios et Persas coaluerit, Artaxerxe rege: ego vero foedus, quod Antalcida auctore sancitum fuit, indicari suspicor, quo demum Graeci nominis per

Asiam civitates Persarum imperio sunt permissae. Vid. inferius L. XIV. 110. Auctor tamen audaciore prolepsi defungitur, quum eius pacti, tanquam quum maxime initi, meminit. Wess.

495. 14. *Σπονδὰς τριακονταετεῖς*] Vide L. XII. 7. Wess.

495. 18. *Τὴν ἡγεμονίαν — συγκεχωρηκότων*] Grammaticorum leges postulabant *συγκεχωρηκυιῶν*, quas auctor, generis enallagen probans, saepe spernit. De foedere Gelonem inter et Carthaginienses L. XI. 26. Wess.

495. 30. *Λαρῖνον Ἑρμίνιον*] *Λάρον*, cum Dionysio Hal. L. XI. p. 729. *Ἑρμίνιον*, Latine *Lartem Herminium*, et *Τίτον Οὐεργίνιον Τρίκοστον*, legendum esse Sigonius docet. Rhod. Eundem Sigonium vide in Livii L. III. 65. et Pighium in Fast. ad ann. CCCV. Wess.

495. 32. *Περὶ εἰρήνης ἀμφισβητήσαντες*] Ita librarius corrupit vocem *Πριήνης*. Sic autem urbs Ioniae nominatur ad Maeandrum fluvium, inter Miletum et Ephesum, Pittaci, unius ex VII sophis, patria. Rhod. Vitium, quo *εἰρήνης* foedatum est vocabulum, animadvertit et correxit Guil. Canterus Nov. Lect. IV. 9. Thucydides rem dubio eximit L. I. 115. *ἔκτῳ δὲ ἔτει*, inducirarum scilicet tricennalium, *Σαμίοις καὶ Μιλησίοις πόλεμος ἐγένετο περὶ Πριήνης*. Et Plutarchus Pericl. p. 165. F. Wess.

495. 37. *Πλεύσας, ἐπί τε τὴν Σάμον παρεισελθών, καὶ τῆς* etc.] Mutanda distinctio videtur, *πλεύσας ἐπί τε τὴν Σάμον, παρεισελθών*. Mox ipse *πλεύσαντες εἰς τὴν Σάμον, ἑλαθόν τε τὴν πόλιν παρεισελθόντες*. Wess.

495. 40. *Καὶ τοὺς ἴσους ὁμήρους παῖδας λαβών*] Aliter Thucydides I. 115. *καὶ ὁμήρους ἔλαβον τῶν Σαμίων, πεντήκοντα μὲν παῖδας, ἴσους δὲ ἄνδρας*, quicum si consentire Diodorum necesse fuerit, adde *ἄνδρας πεντήκοντα καὶ τοὺς ἴσους ὁμήρους* etc. et vide Plut. Pericl. p. 166. A. Wess.

495. 56. *Τοὺς δ' ὁμήρους ἐκκλέψαντες*] In Thucydide *τοὺς ὁμήρους κλέψαντες ἐκ Λήμνου* editur, Mss. plures *ἐκκλέψαντες*. Res etsi eodem recidit, malim tamen compositum. Wess.

496. 72. *Καὶ νικήσαντες τῇ ναυμαχίᾳ*] Recepi hoc invitis libris, qui *τῆς ναυμαχίας* contra constantem Graecorum morem. Vitium quoque animadverterat Rhodomannus. Posses et *τὴν ναυμαχίαν*, ut in Codd. quibusdam c. 31. Sed alterum tritius. Victoriam hanc navalem, ductu et auspiciis Melissi, philosophiae studiis addicti, partam, describit Plut. Pericl. p. 166. D. Wess.

496. 81. *Ἀρτέμωνος τοῦ Κλαζομενίου*] *Testudines Artemonem Clazomenium* invenisse testis Plinius L. VII. 56. De eodem Servius Aeneid. IX. 505. *Inventor autem testudinis Artemon Clazomenius fertur, idem arietis repertor dicitur:* hac parte Diodoro egregie consentaneus. Sumsit Noster haec ex Ephoro, qui Artemonem operam suam Pericli commodasse prodiderat, sed invito Heraclide Pontico, et Artemonem *Periphoretum*, sic,

quod lectica ob mollitiem circumgestaretur, dictum, Pericle priorem perhibente apud Plut. Pericl. p. 167. A. Wess.

496. 93. *Μυριχίδου*] De huius nominis scriptura v. Seidleri Dissert. de tempore quo primum acta est Antigona, praefixam ed. Hermanni, p. XXII. *Μοιριχίδης* scribitur in lapide ab Oderico De didascalia marmorea edito p. 67., ut *Μουριχίδης* eiusdem nominis alius in quibusdam libris Herodoti IX. 4. s.

496. 94. *Μάρκον Γηγάντιον*] Repone *Γεγάνιον*. Rhod. *Γεγάνιον*] Sequor monentem Rhodomannum, tum quod scripti Codd. proxime abeant, tum quoniam auctor ita scribat ipse c. 33. Alter Consulum C. Iulius Livio III. 65. Wess. Macerini cognomen addunt Geganiis Capitolinae tabulae, et ita reperitur etiam in manuscriptis Diodori codicibus, in vulgatis perperam Macrinus legitur. Pighius Annal. L. III. p. 158. Qui nescio quos aut scriptos aut editos libros dicat.

496. 97. *Τὸ δεύτερον*] Pravum est et in *τὸ τρίτον* commutandum. Namque Crison hic ter Olympia vicit, hac LXXXV. et duabus superioribus. Vid. c. 5. et 23. Wess.

496. 99. *Τὴν τῶν Καλλατίνων*] Verum est *Καλακτίνων*. Urbs dicebatur *Καλὴ Ἀκτὴ* supra c. 8. Hinc gentile *Καλακτῖνοι*. Lapsum hunc librariorum viderunt viri egregii Is. Casaubon. in Athen. L. VI. 21. Ph. Cluverius Sic. Antiq. L. II. p. 291. et Barbeyracius Histor. Foeder. P. I. p. 114. neque obscura res est. Wess.

496. 2. *Μεσολαβηθεὶς δὲ νόσῳ τὸν βίον* etc.] De loquendi genere dixi L. XI. 2. Wess.

496. 4. *Πλὴν τῆς ὀνομαζομένης Τριναχίης*] Non possum satis mirari, quomodo factum sit, ut de hac urbe tam celebri, et quam Diodorus videtur secundam post Syracusas totius Siciliae facere, nullam mentionem fecerint alii omnes, quos habemus auctores. Nam *Trinaciam*, vel potius *Trinacriam*, omnes, qui de Sicilia scripserunt, volunt fuisse nomen antiquum insulae totius, de urbe vero eius nominis apud Strabonem, Stephanum et alios *οὐδὲ γρύ*. Nec Cluverius, qui tam exacte de Sicilia antiqua volumen integrum exaravit, de ea urbe loquutus est, et hunc Diodori locum dissimulavit, nescio quare. Num id accepit a Timaeo Diodorus? sublestae fidei historico, et qui *διὰ τὸ τὰ τυχόντα ἀναγράφειν, γραοσυλλεκτρία* dictus est, ut nos docet Suidas in *Τιμαῖος*. Forte ita est, forte non. Nam in iis tenebris scintillam lucis non video. Palm. Verum si foret, Trinaciam post Syracusas secundam totius fuisse Siciliae urbem, mirum omnino accideret, nusquam alias eius memoriam durare. At id Diodorus non profitetur. Inter Siculas ea urbes eminebat, distinctas ab urbibus Graeci nominis per Siciliam. Distant enim *Σικελοὶ* et *Σικελιῶται* plurimum, sicuti auctor patefecit L. V. 6. In Siculis vero his urbibus, insulae mediterranea occupantibus, plures fuerunt obscurae, et quarum notitia uni debetur Diodoro. Porro de Ph. Cluverio quod

notatur, id secus habet. Consideravit ille *Τριναχίην* sive *Trinaciam* Sicil. Antiq. L. II. p. 388., sed dubius, utrum ob Plinii L. III. 8. *TIRACIENSES* *Τιρακίαν* scribat, an ex Stephano *Τυρακίνας* auxilio arcessat, in cuius modestia acquiesco. Plinii Mss. *Triracienses* scribunt, et proxime a *Trinaciis* absunt, ut bene Harduinus, cui adde L. Holsten. in Stephani *Τυρακῖναι*. WESS.

497. 25. *Τῖτον Κόϊντον*] Falso pro *Κοΐντιον*. Latini *Quinctium* dicunt. (Vide Livium III. 66.) RHOD.

497. 33. *Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις*] Videtur hic paullo citius inchoatum belli Corinthiaci principium. Thucydides quidem certe inter res in Samo a Pericle gestas et Corcyraeorum motus plus uno anno interponit. *Οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον* ait L. I. 117. WESS.

497. 37. *Ἄποικοι Κερκυραίων καὶ Κορινθίων*] Corcyraeorum erant coloni, quorum dux fuerat Phalius, Eratoclidae F., domo Corinthius, Thucydide teste I. 24., cui Strabonem L. VII. p. 486. opportune adiunxeris. WESS.

497. 40. *Καὶ παραλαβόντες ἔπλευσαν τοὺς Ἰλλυριοὺς*] Traiectionem hanc vocabulorum librariis acceptam refero. Haud multum dissimilis est in S. Lucae Evang. XXII. 31. *ἰδοὺ ὁ Σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον.* quo loco tamen Basilius M. Homil. de Humil. T. II. p. 160. A. *ἐξῃτήσατο, τοῦ σινιάσαι ὑμᾶς ὡς τὸν σῖτον.* quod equidem praeferrem. WESS. Non aptiora comparat Dorvill. ad Charit. III. 7.

497. 51. *Μὴ πέμπειν τὰ κατειθισμένα ἱερεῖα τῇ μητροπόλει*] Diversiore modo Thucydides I. 25. *ἅμα δὲ καὶ μίσει τῶν Κερκυραίων, ὅτι αὐτῶν παρημέλουν ὄντες ἄποικοι. οὔτε γὰρ ἐν πανηγύρεσι ταῖς κοιναῖς διδόντες γέρα τὰ νομιζόμενα, οὔτε Κορινθίῳ ἀνδρὶ προκαταρχόμενοι τῶν ἱερῶν, ὥσπερ αἱ ἄλλαι ἀποικίαι.* ubi Schol. *τὰ γέρα* interpretatur *τὰς προεδρίας*, insuper addens colonos ex maiore patria, seu metropoli, sacrorum praefectum adsciscere fuisse solitos. Et tamen verum est, quod heic Diodorus, ex colonia in matricem sacra sollemni ritu fuisse tramissa. Polybius Excerpt. Legat. c. 114. Carthaginiensium *ναῦν ἱεραγωγὸν* habet, *ἐφ' ᾗ εἰς τὴν Τύρον ἐκπέμπουσιν οἱ Καρχηδόνιοι τὰς πατρίους ἀπαρχὰς τοῖς θεοῖς.* De iisdem Curtius L. IV. 2. *Carthaginiensium legati ad celebrandum sacrum anniversarium more patrio tunc venerant: quippe Carthaginem Tyrii condiderant, semper parentum loco culti.* Quo utroque loco ad hanc rem illustrandam usus etiam est H. Valesius ad Excerpt. Peires. p. 1394. ed. Gron., pluribus iura, quae originibus a colonis debebantur, exponens, pariter atque Illust. Spanhemius de Usu et Praest. num. Dissert. IX. p 580. WESS.

498. 59. *Ἐπὶ δὲ τοὺς φρουροὺς Κορινθίους*] Hoc probo, nec multum curo vocem *πρέσβεις*, quam utroque in sermone saepe intelligendam omittunt. Vide Io. G. Graevium in Iustin. L. V. 3.

et Cortium ad Sallust. Catilin. c. 32. Noster Thucydidem I. 26. aemulatur: *τούς τε φεύγοντας ἐκέλευον* (Corcyraei) *κατ' ἐπήρειαν δέχεσθαι αὐτούς — — τούς τε φρουρούς, οὓς οἱ Κορίνθιοι ἔπεμψαν, καὶ τοὺς οἰκήτορας ἀποπέμπειν.* Wess.

498. 66. *Πρὸς Οὐολούμνους*] Depravatum ex *Οὐολούσχους*, Latine *Volscos*. Rhod. Livius III. 66. correctionem Rhodomanni, quae et Pighio ad ann. CCCVII. in mentem venerat, egregie adfirmat. Wess.

498. 72. *Γενίκιον*] Non *Γενίκιον* sed *Γενούκιον* legatur. Rhod. *Γενύκιον*] A Cod. Coislin. nihil dissentit Dionysius semper *Γενύκιον* scribens L. X. p. 680. et XI. p. 730. De *Curtii* praenomine et cognomine lis est. *Γάϊος Κούρτιος* Dionysio et Zonarae; id Sigonius, Panvinius et Pighius cupide arripiunt, in Livii etiam L. IV. 1. inculcantes. Cognomine *Philo*, si Eusebium in Chronico, Pighium aliosque Fastorum conditores audis, fuit: mihi neutrum satis placet; certe nec *Agrippam*, nedum *Chilonem* sollicitari patior. Auctor enim suos sibi Fastos, quos sequeretur, habuit: in his Agrippae non infrequens olim praenomen reperit: ut mutemus, in dissensu aliorum iusta caussa non est, cum plura sibi propria servet. Iam *Chilonis* cognomen adserunt Charisius L. I. p. 78. *Chilones cum adspiratione ex Graeco a labris improbioribus, quae illi χείλη. Unde* CHILONES *improbius labrati.* Et Festus: *Chilo dicitur cognomento a magnitudine labrorum.* Wess.

498. 74. *Τὸ ἔθνος τῶν Καμπανῶν συνέστη*] Eusebius haec ad verbum exscripta retulit ad annum Olymp. LXXXV. quartum. Capuae origo, in hanc enim coiere, diversis auctorum opinionibus incerta est. Cato a Tuscis conditam stetisse adfirmabat, antequam a Romanis caperetur annis circiter CCLX in Velleii L. I. 7. Sic ante hos XXVI annos initium ceperit. Ipse Velleius primordiis Romae urbis antiquiorem perhibet. Contra Livius duobus fere et XX abhinc annis a Samnitibus captam tradit, Capuamque tum demum dictam. Verba ex L. IV. 37. adscribam, sunt enim opportuna: *Peregrina res, sed memoria digna, traditur eo anno facta: Vulturnum Etruscorum urbem, quae nunc Capua est, ab Samnitibus captam, Capuamque ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero est) a campestri agro adpellatam.* Qui quidem in nominis origine a Diodoro nihil admodum dissentit, ut nec Varro in Servii ad Aeneid. X. 145. notis. Et bene profecto. Ex *κῆπος*, *κᾶπος*, nata *Capua* est, unde *Campani*. Vid. Ph. Cluver. Ital. Antiq. IV. 1. Wess.

498. 77. *Ὀνομασθέντες δὲ Ἀρχαιαναχτίδαι*] Qui genus, unde domo Archaeanactidae fuerint, cum praeter Diodorum nemo quisquam eorum commemineri, difficulter constituetur. In Strabone L. XIII. p. 895. reperitur *Archaeanax* Mitylenaeus, qui Sigeum Pittaci et Alcaei aetate munierit. Cuius posteri, postquam Sigei possessione exciderant, potuerunt in Bosporum Cimmerium

tramittere ac novi illic regni fundamenta ponere, quae erudita Cl. De Boze suspicio est in Commentar. Acad. Inscript. T. IX. p. 243. Praeter hunc Schol. Nicandri Theriac. v. 612. citat *Archaeum*, sive is *Alcaeus* seu *Achaeus* fuerit, *ἐν τοῖς περὶ Ἀρχαιαναχτίδην*, datque adeo ipsum regulorum horum nomen, sed nihil amplius. Neque enim liquet, quis ille scriptor, quive Archaeanactides, cuius res descripserit? Parum itaque cum haec iuvent, coniecturis supersederem, ni manum ad alia properanti iniiceret Doctissimus P. E. Souciet, atque historiam ac tempora regum Cimmerii Bospori digerens Dissert. de Numo Pythodor. p. 50. admoneret, *Ἀρχαιαναχτίδας* ex vocis origine non alios videri ac *primos reges*: Strabonem auctorem esse L. VII. p. 476. regni sive tyrannidis inter Bosporanos principium inchoasse Parisaden et Leuconem: scribere enim *ἀρξάμενοι ἀπὸ Παρισάδου καὶ Λεύκωνος*. Illa verba tantundem valere ac *Ἀρχαιαναχτίδαι εἰσὶ Παρισάδης καὶ Λεύκων*, i. e. *Archaeanactidae*, seu *primi regni conditores*, Parisades et Leucon fuere: posse tamen in eorum numerum Sagaurum addi, quem Strabo brevi ante iisdem adiunxerat. Sic ille: quae ut probarem, induci fortasse possem, nisi *Archaeanactidae* patronymica forma descenderent ab *Archaeanacte*, atque eum suae ac gentis auctorem agnoscere, ut Seleucidae et Lagidae Seleucum et Lagum, ostenderent. Sequitur hinc, Parisaden et Leuconem non fuisse primos eius regni conditores, nedum Archaeanactidas. Nam Strabo aliud regni eius principium exorsus est. Fuere inter hos regulos Leucon et Parisades opibus, auctoritate et illustri nominis fama eminentissimi, uti dicetur alias. Qui eos tempore praeverterunt Archaeanactidae et eorum successores, non ita inclaruerunt. Hanc causam arbitror, cur Geographus ab his ambobus regni eius originem auspicetur, neglectis ceteris. Wess.

498. 85. *Ἐνίκησαν τῇ ναυμαχίᾳ*] *Τὴν ναυμαχίαν* qui probet, uti poterit exemplis, quae in superioribus adducere memini. Utrumque usu tritum est, neque adeo multum refert, in utro acquiescas. De victoria ipsa Thucydides I. 29. Wess.

499. 97. *Τίτος Κοΐντιος*] In Livio est *T. Κλοίλιος*. Rhod. Revocavi veterem scripturam. *Κλοίλιος*, quem substituerat Rhodomannus, nusquam vetustis in schedis reperitur, nedum in Livio IV. 7. Sigonius, illique adsentiens Pighius, et huic et Diodoro id nomen reddiderunt. Wess.

499. 5. *Τὰς δὲ πεπονηκυίας ἐθεράπευον*] Sic L. XIII. 41. de Mindaro *τάς τε πεπονηκυίας ναῦς ἐπεσκεύασε*. Et de eodem c. 47. *τὰς πεπονηκυίας ναῦς κατεσκεύασε*. Passimque alii: ut mirer suspecta viro docto haec Aristidis T. II. p. 217. *ὥσπερ οἱ τὰς πεπονηκυίας οἰκίας ἀναλαμβάνοντες* et in *πεπτωκυίας* convertenda fuisse visa. Wess.

499. 6. *Καὶ*] Dicerem legendum hic *δὲ καὶ*, nisi passim illam animadvertissem in huiusmodi locis copulam negligere. Steph.

499. 10. *Συνῴκισαν Ἀμφίπολιν*] Adfirmant hanc scripturam, quae et Rhodomanno proba in Addend. visa est, et sermonis indoles et haec egregia Schol. inediti ad Orat. Aeschinis de Legat. Ement. *τὰς δὲ Ἐννέα Ὁδοὺς Ἄγνων* ΣΥΝΟΙΚΙΣΑΣ *Ἀθηναῖος Ἀμφίπολιν ἐκάλεσεν ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνῃσιν* ΕΥΘΥΜΕΝΟΥΣ. Dicta ergo cum maxime Amphipolis est, nomen mutante Agnone, de quo Thucydides L. IV. 102. Wess.

499. 13. *Ναυσιμάχου*] *Ανσίμαχος* dicitur in Isocrate Dionysii Halicarnassei p. 94. Plut. T. II. p. 836. E. et Diogene Laertio III. 3., idque verum Archontis nomen pertendit Io. Meursius de Archont. III. 2. Pro *Nausimacho* pugnat Nunnesius ad Aristotelis vitam. Ego a Meursio sto. Confer Menagium ad Diogen. III. 3. Wess.

499. 14. *Κόϊντον*] Scribe *Κοΐντιαν* et pro *Μάκερνον*, *Μακερῖνον*. Rhod. Ex Livii L. IV. 8. emendatio certa est, nec praeterierat Pighius in Fastis ad ann. cccx. Wess.

499. 17. *Ἐπὶ δὲ τούτων Κερκυραῖοι*] Serius haec contigerunt. Post praelium navale, de quo superius, Corinthii unum alterumque annum belli apparatu absumserunt. Discrte Thucydides l. 31. *τὸν δ' ἐνιαυτὸν πόντα, τὸν μετὰ τὴν ναυμαχίαν καὶ τὸν ὕστερον οἱ Κορίνθιοι ἐναυπηγοῦντο*. Quae Corcyraei quum cognoscerent, legatos Athenas, sicuti et Corinthii, miserunt, opem rogaturos. Tum demum Atheniensibus, in Corcyraeos pronioribus, bellum summis viribus geri coeptum est. Vidit et hoc H. Dodwellus Ann. Thucydid. p. 113. Wess.

499. 22. *Καὶ ἐψηφίσατο συμμαχεῖν*] Praestare diceres *βοηθεῖν* ex Reg. 1, ob haec Thucydidis l. 44. *Κερκυραίοις ξυμμαχίαν μὲν μὴ ποιήσασθαι, ὥστε τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους νομίζειν — ἐπιμαχίαν δὲ ἐποιήσαντο*. Si enim Athenienses *συμμαχίαν* cum Corcyraeis non inierunt, ut verba ea praeferunt, melius utique foret *βοηθεῖν*. At ipse auctor intercedit, mox *τὴν δευτέραν συμμαχίαν*, qua XX naves Corcyraeis auxilio Atheniensis miserint, memorans, neque obscure significans sese in Thucydide legisse *Κερκυραίοις ἐπιμαχίαν μὲν μὴ ποιήσασθαι — — ξυμμαχίαν δὲ ἐποιήσαντο*, sicuti scriptum olim fuisse egregie commonstrat Andr. Dounaeus Praelect. in Demosthen. Orat. de Pace p. 135. Wess. *Δευτέρα συμμαχία* est *altera submissio copiarum*. Eodem sensu accipitur vocab. *συμμαχία* p. 452. 14. 550. 87. II. 46. 28. 140. 56. Dionys. H. p. 671. 42. Reisk.

500. 34. *Γενομένης δὲ ναυμαχίας*] V. Thuc. l. 49. Wess.

500. 41. *Ἀντιλοχίδου*] *Ἀντιοχίδου* R. 1. et Cois. quod an vulgatum praestet in dubio est. Wess. Quum *Ἀντιοχίδου* confirmetur inscriptione ab Oderico edita, hic, non *Antilochides* in fastis ponendus erat Clintono ad Ol. 86. 2.

500. 42. *Ποστούμιον*] *Πόστουμον* Livius et Valerius nominant. *Οὔλεκον* corruptum est ex *Οὔλβας*. Id enim cognominis Li-

vius huic addit. Rhod. *Πόστουμον*] De *Postumo* non obloquor: id restitui ex vestigiis libri Coislin. Cognomen *Cornicinis* habet in Livio IV. 11., *Ἔλουας* in Fastis Eusebii, a quo cum propius absit *Οὔλεκος*, quam a *Cornicine*, nolim cum Rhodomanno et Pighio ad ann. CCCXI. hac in parte dissentire. Wess.

500. 48. *Οὖσαν ἑαυτῶν ἄποικον*] *Coloniam illorum* vertebatur, quasi Atheniensium fuisset, quod a vero recedit. Erant Potidaeatae *Κορινθίων ἄποικοι*, ut diserte Thucydides I. 56. et Plutarchus Pericl. p. 168. B. prodiderunt. Wess.

500. 52. *Εἰς μίαν — Ὄλυνθον*] Confer Thucydid. I. 58. et infra XVI. 54. Wess.

500. 62. *Τὸν πλησίον τῆς Παλληνίων*] Non longe ab urbe Olyntho, quae isthmo accubans LX stadiorum spatio Potidaea dissepta erat. Ellipsis simillima est in his Luciani Icaromenip. c. 11. *ἄρτι μὲν τὴν τῶν ἱπποπόλων Θρηκῶν καθορώμενος, ἄρτι δὲ τὴν τῶν Μυσῶν.* ubi Doctissim. Reitzius. Wess.

500. 63. *Οἱ Ποτιδαιάται*] Bene ex Stephani praecepto. *Ποτιδεάται* Pausaniae L. V. 23. cum nota diligentissimi Sylburgii. Wess.

500. 66. *Τὴν ὀνομαζομένην Λέτανον*] *Letanum* Atheniensium in Propontide coloniam frustra quaero. Invenient feliciores. Wess.

500. 67. *Εἰς Ἄρδεα*] Alii *εἰς Ἀρδέαν* dixissent. Livius senatus consultum factum esse ait L. IV. 11. ut, *quoniam civitas Ardeatium intestino tumultu redacta ad paucos esset, coloni eo praesidii caussa adversus Volscos scriberentur. Hoc palam relatum in tabulas, ut plebem tribunosque falleret iudicii rescindendi consilium initum. Consenserant autem, ut, multo maiore parte Rutulorum colonorum, quam Romanorum, scripta, nec ager ullus divideretur, nisi is, qui interceptus iudicio infami erat; nec ulli prius Romano ibi, quam omnibus Rutulis divisus esset, gleba ulla agri adsignaretur.* Quae, quia plenius rem exponunt, addenda fuere. Wess.

500. 70. *Φόσσον*] Scribatur *Φοῦσσον*, et pro *Κράσσον*, *Κράσσον* pronunciatione ac literatura Romana. Rhod. *Pacili* cognomen illi Livius inponit L. IV. 12., quod Furiorum sicuti et *Fusi* fuisse constat. Papirio praenomen est *Marco* apud eundem, usique utroque Papirii sunt: tamen quia librariis perpetuum est ex *Maniis* exstruere *Marcos*, et quoniam eadem litera M. utrumque designabatur, ex Nostro Livius videtur adiuvandus, quae et Cel. Drakenborchii coniectura. Wess. De *Κόϊντος* v. Pigh. p. 170.

500. 71. *Παπίριον Κράσσον*] Vid. Sigon. in Livii IV. 12. Wess.

501. 77. *Ἔτι δὲ κατὰ τὴν Πελοπόννησον*] Fortasse scripsit ita, *ἔτι δὲ οἱ κατὰ τὴν Πελοπόννησον, διὰ τὸ πόλεις* etc. Steph. et qui *οἵ τε* Rhod. Si *οὐκ ὀλίγους* ex scriptis Codd. receperis, ut equidem faciundum censeo, tantum decrit articulus *αἱ κατὰ τὴν* etc. Nam ex superioribus et participio *ἀποφαινόμενοι* cetera pen-

dere clarum est. De colonis ex Peloponneso dixit superius c. 11. huius libri. WESS.

501. 86 *Ὁ θεὸς ἔχρησεν αὐτὸν δεῖν κτίστην νομίζεσθαι*] Passim hic honor Apollini habitus legitur; neque id mirum:

— — Φοῖβος γὰρ ἀεὶ πολίεσσι φιλῆδεῖ
Κτιζομένοις, αὐτὸς δὲ θεμείλια Φοῖβος ἔφαινε,

si verum cecinit Callimachus H. Apollin. v. 56. ubi plena manu Exech. Spanhem. exempla conduxit. WESS.

501. 90. *ἀποκατέστη*] Quam hic libri quidam exhibent formam *ἀπεκατέστη*, eandem omnes supra 441. 81. *ἀπεκατέστησε*, et Excerptorum codices Hoeschelianus p. 500. 73. *ἀπεκατεστάθησαν* et Peirescianus 554. 5. *ἀπεκατέστησε*. Quae tamen aliena puto ab Diodoro, non ignarus quamvis reperti in tabula Heracleensi altera v. 22. p. 264. *ἀπεκατεστάσαμεν*.

501. 91. *Ἀρχίδαμος — ἐτελεύτησεν*] Auctor hoc in errore sibi constat, sicuti ex L. XI. 48. videbis; quem non animadvertisse eum miror vehementer. Scribit ipse inferius c. 47. Archidamum magnam suorum manum duxisse in Boeotiam atque ad Plataeas consedisse anno Olymp. LXXVII. 4., et c. 52. in Atticam invasisse Olymp. LXXVIII. 1. Quae si considerasset, reprehensionis inmunis fuisset, qua eum H. Valesius ad Harpocrat. in *Ἀρχιδάμειος Πόλεμος* et H. Dodwellus Annal. Thucydid. p. 70. haud sane iniuria taxarunt. WESS.

501. 96. *Τίτον Μενήνιον*] *Lucius* Menenius Livio L. IV. 12. Eusebio aliisque Fastorum conditoribus. WESS.

501. 98. *Ἄρξας ἔτη δεκαεπτὰ*] Scripserat *ἑπτὰ*, ut ante c. 31. Regnavit Spartacus septem fere annos, quod post Is. Casaubonum in Strabon. L. VII. p. 476. non monere neglexit Doctissim. P. E. Souciet. Dissert. de Pythodor. p. 53. Spartaci F. Satyrum, Bospori regem, videbimus L. XIV. 93. WESS.

501. 1. *Μέτων ὁ Πανσανίου*] Facem ea in re Metoni praeluxit Phainus, de quo Theophrastus de Sign. Pluviar. p. 416. Apseude vero Archonte vulgatam fuisse Enneadecaëteridem Metonis, docetur et in Schol. ad Comici Aves v. 998., a Scaligero et Kustero correctis. WESS.

501. 4. *Ἀπὸ μηνὸς ἐν Ἀθ. Σκιροφ. τρισκαιδεκάτης*] Lucem his adspergunt D. Petavius L. I. Doct. Temp. c. 8. et S. Petitus Eclog. Chronol. L. IV. 12. Mox ante *καθάπερ* defit *καί*. WESS.

501. 10. *Τὰς ἐπισημασίας ποιεῖται*] Vide H. Dodwellum Dissert. I. Cycl. sect. 21. et de *ἐπισημασιῶν* vocabulo supra L. I. 49. Rem declarat egregie Theo in Diosem. v. 20. Arati: *οἱ δὲ μετὰ Μέτωνα ἀστρονόμοι καὶ πίνακας ἐν ταῖς πόλεσιν ἔθηκαν περὶ τῶν τοῦ ἡλίου περιφορῶν τῶν ἐννεαδεκαετηρίδων, ὅτι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τοιόσδε ἔσται χειμών, καὶ τοιόνδε ἔαρ, καὶ τοιόνδε θέρος, καὶ τοιόνδε φθινόπωρον, καὶ τοιοίδε ἄνεμοι, καὶ*

πολλὰ πρὸς βιωφελεῖς χρείας τοῖς ἀνθρώποις. Cui adde Geminum Isagog. c. 14. Wess.

501. 14. *Τοὺς τὴν Σίριν καλουμένην οἰκοῦντας*] Bellum Tarentinis et Thuriis de urbe fuerat, quod positum his conditionibus, ut aequo utrimque iure incoleretur, colonia tamen Tarentinorum haberetur, teste Antiocho in Straboh. L. VI. p. 406., id praeterea addente, ὕστερον δ' Ἡράκλειαν κληθῆναι, μεταβαλοῦσιν καὶ τοὔνομα καὶ τὸν τόπον. Plura Ph. Cluverius Ital. Ant. L. IV. p. 1273. Wess. Rhodomanni interpretationem, *Tarentini Siris oppidi incolas alio migrare cogunt, et colonia suorum illuc deducta urbem, cui nunc Heracleae nomen est, condunt*, quae quam falsa sit vel Strabonis verba docent, multis exagitavit Mazochius ad tab. Heracl. p. 65. s.

502. 19. *Καὶ Νίττον Μενήνιον*] Pro *Νίττον* haud dubie a Diodoro scriptum fuit *Τίτον*. Alii tamen *Ἀγρίππαν* faciunt praenomen. Rhod. Firmat Rhodomanni coniecturam vetus interp., qui si *Τίτον* suo in libro reperierit, idem et ego conprobavero. Fortasse tamen *NITTON* pars est, sed depravata, praenominis *Agrippae*, quod illi Livius L. IV. 13. pluresque alii inponunt. Porro Archonte Pythodoro, quem his cum Coss. auctor conmittit, Euripides Fabulam Medeam docuit. Aristophanes Grammatic. in Argumento II. eius Tragoediae, *ἐδιδάχθη*, inquit, *ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα*. Ubi *Πυθοδώρου* ob Diodorum et Thucydid. II. 2. praestat. Wess.

502. 23. *Σπόριος Μάνιος*] Pro *Μάνιος* redeat ceu postliminio *Μαλλιος*. Rhod. Recte Rhodomannus. Vitium debetur errantibus librariis; nam *Μαλλιος* hic olim fuisse, *Μάλιος* indicat, in capitis huius argumento superstes. Conf. Livium IV. 14. Wess.

502. 27. *Προσκαθήμενος τῇ πόλει*] De obsidione sic saepe. Vid. infra c. 72. Paullo aliter *περὶ Πεδρῶαιβίαν προσκαθῆσθαι* L. XIX. 35., et Pausan. VII. 15., *Ἡράκλειαν δὲ προσεκάθηντο, πολιορκοῦντες οὐ βουλομένους* etc. Phormionem et obsidionis huius tempus signat Athenaeus L. V. 15. Wess.

502. 35. *Ἔτη δύο πρὸς τοῖς εἴκοσι*] Eadem Dionysius Halicarnas. T. II. p. 142. et auctor infra L. XIII. 42. Aliter autem olim Thucydidis fuisse divisos libros, abunde cognitum est ex his Marcellini de Vit. Thucyd. prope finem: *ἰστέον δὲ ὅτι τὴν πραγματείαν αὐτοῦ οἱ μὲν κατέτεμον εἰς τρισκαίδεκα ἱστορίας, ἄλλοι δὲ ἄλλως. ὅμως δὲ ἡ πλείστη καὶ ἡ κοινὴ κεκράτηκε, τὸ μέχρι τῶν ὀκτὼ διῃρῆσθαι τὴν πραγματείαν.* Fortasse nata omnis haec est discordia, quod cum Thucydides continua oratione historiam absolvisset, Critici eandem in plures paucioresve libros secuerint: quae opinio est Schol. Cassellani extremo L. IV. Vide Duker. p. 648. et Stephan. p. 662. edit. Amstel. Wess.

502. 38. *Μάνιον Ἀἰμιλιανὸν*] Tribunos militum sic in ordinem redige ac corrige: *Μάν. Αἰμίλιον Μάμερκον, Γάϊον Ἰού-*

λιον, *Λεύκ. Κοΐντιον.* Rhod. In Livii correctioribus libris Aemilius *Mamerci* praenomine utitur, sicuti Iulius *Lucii* L. IV. 16. Fuit tamen in Aemilia gente non insolens *Manii* praenomen, de quo alias. Errorem librariorum, in Tribunorum nominibus admissum, animadvertit et Pighius in Fast. ad ann. CCCXV. Wess.

502. 40. *Ἐπὶ δὲ τούτων Ἀθηναίοις* etc.] Sequitur eorum scriptorum institutum, qui Peloponnesiaci belli principium ab Archidami in Atticam incursione repetunt. Hoc calculo Xerxis in Graeciam expeditio annis L bellum praecessit apud Ciceronem L. VII. Attic. Epist. 11. et Demosthen. in Neaer. p. 740. Verum eodem est, Isocratem, qui Archonte Lysimacho, sive Nausimacho, ut Noster hominem adpellat, primam lucem adspexit, *πέμπτῳ πρότερον ἔτει τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου* esse natum apud Dionysium T. II. p. 94. Id tamen prave, quod hunc in annum auctor ea, quae ad Plataeas sunt administrata, coniecerit: superiore enim contigerunt, sicut ex Thucydide vere docuit H. Dodwellus Annal. Thucyd. p. 118. Wess.

502. 46. *Τάλαντα σχεδὸν ὀκτακισχίλια*] Vereor vehementer, ne quid in his sit peccatum. Auctor quidem certe, ita si scripserit, sibi non constat. Namque c. 40. et L. XIII. 21. *μύρια τάλαντα* e Delo Athenas conportata refert, at c. 54. huius libri *πλείω τῶν μυρίων ταλάντων.* quae non cohaerent. Wess.

502. 54. *Ὁ ἀδελφιδοῦς*] Suidas in *Ἀλκιβιάδης* sororis Periclis filium perhibet, paene ad mentem Diodori, Valer. vero Maximus Alcibiadis *avunculum* Periclem, L. III. 1. At mater Alcibiadis Dinomache erat Megaclis F., cuius proavi neptem Agaristam Pericles sibi matrimonio iunxerat, teste Plutarcho, qui et Alcibiadi genere coniunctum Periclem *προσήκοντα κατὰ γένος* prudenter adpellat in Alcib. princip. De tutela Alcibiadis et in aedibus Periclis educatione Isocrates de Big. p. 520. Wess.

502. 55. *Παῖς ὢν τὴν ἡλικίαν*] Cave credas admodum puerum tum temporis fuisse. Si enim haec Periclis usu venerint paullo ante Peloponnesiacum bellum, Alcibiades aetatem militarem iam attigerat, quippe qui superiore anno Phormionis ductu in Thraciam militatum abierat, uti praeter Isocratem eo, quo dixi, loco Plutarchus testatur in Alcib. p. 194. E. Scio, quae Athenaeus disputarit L. V. 15., sed ea aetati Alcibiadis nihil nocent. Vide tamen Schol. ad Aristophan. Pac. v. 604. Wess.

502. 61. *Ὁ Ἀλκιβιάδης*] *Ὁ δ' Ἀλκ.* praestaret. Rhod. et Wess.

502. 62. *Ἀλλὰ πῶς σκοπεῖν μὴ ἀποδῷ*] Praestat *ἀλλὰ σκοπεῖν πῶς μὴ* etc., ut bene in Addend. suis Rhodomannus. Paullo aliter Plutarchus rem refert Alcib. p. 194. E., Nostro paene consentit Val. Maximus L. III. 1. Wess. III. Scaliger maluit etiam *σκοπεῖν πῶς.* Idem in Add.

503. 66. *Τοὺς τῆς πόλεως περισπασμοὺς καὶ φόβους*] Diodoro perfrequens vocis *περισπασμοῦ* de occupationibus, qui-

bus ad alia curanda homines distrahuntur, usus est. *Πολιτικοὺς περισπασμοὺς* L. I. 74. curas rerum civilium, quarum administratione opifices suis a rebus abstrahuntur, L. XVII. 65. *περισπασμοὺς*, et L. XVIII. 16. *ἀγῶνας καὶ περισπασμοὺς*, quibus Alexander distinebatur, adpellat. Adde *πολέμους καὶ περισπασμοὺς* ex L. XVIII. 54. XIX. 68. et *ἀναγκαίους περισπασμοὺς* Hieroclis apud Io. Stobaeum Floril. Tit. LXV. p. 415. Wess.

503. 71. *Τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἄγαλμα Φειδίας*] Vid. Aristoph. Pac. v. 604. quaeque ibi ex Philochoro veteres Critici proluxerunt. Subornarunt autem Periclis inimici Menonem quendam, cuius opera Phidias uti fuerat solitus, eum furti reum qui deferret, apud Plutarchum Pericl. p. 169. B. Wess.

503. 73. *Διενεχθέντες ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν*] Haec scabra videntur. Succurrit Ill. Scaliger probante Is. Vossio *διδαχθέντες ὑπὸ* refingens. Idem 85. *σπεύδοντες καταβαλεῖν τὴν* etc., haud absurde. Wess. in Add.

503. 82. *Διδάσκαλον ὄντα Περικλέους*] Anaxagorae discipulis praeter Archelaum et Euripidem accenset et Eusebius Praep. Evangel. L. X. 14. Periclem. De accusatione Philosophi discordia est: nam Plutarchus Pericl. p. 169. E. Anaxagoram Periclis artibus ereptum, ne damnaretur, Diogen. vero Laërt. II. 12. exilio et quinque talentis multatum refert, ubi Aldrobandin. inspice. Wess.

503. 96. *Μεγαρέας εἴργεσθαι τῆς τε ἀγορᾶς καὶ τῶν λιμένων*] Decreti eius caussam declarat Philochorus in Schol. ad Comici Pac. v. 604. Id vero abolere cum nollent Athenienses, *τοῦ μακροῦ πολέμου τοῖς Ἕλλησι τὸ πυράκιον τὸ κατὰ τῶν Μεγαρέων* principium fuit, ut Aelian. de Animal. L. XI. 27. loquitur. Wess.

503. 5. *Ἔπεισε τοῖς Ἀθηναίοις*] Constructio verbi *πείθειν* efflagitat *τοὺς Ἀθηναίους*. Rhod. *Ἔπεισε τοὺς Ἀθηναίους*] Sic praeferunt libri editi et manu exarati; neque adeo divino, quid ea animadversione Rhodomannus intenderit. Wess.

504. 18. *Πρὸς τὴν κατασκευὴν τῶν προπυλαίων*] Exstrui coepta sunt ante hos quinque annos Archonte Euthymene, absolutaque quinquennio Mnesiclis architecti diligentia. Inpensae, in ea insumtae, aequarunt talentorum duo millia duodecim, testibus Philochoro et Heliodoro in Harpocrat. v. *Προπύλαια* et Plutarcho Pericl. p. 160. B. Wess.

504. 21. *Τάλαντα τετρακόσια ἑξήκοντα*] Haec summa tributi, quod Aristides sociis conferendum descripserat, uti L. XI. 47. observatum. Pericles ad sexcenta redegerat talenta, quae et ipse annumerat in Thucydid. II. 13. Wess.

Ibid. *Ἥ τε πομπία σκευὴ*] Series orationis et sermonis indoles *τά τε πομπεῖα σκεύη* efflagitant. Intelliguntur *τὰ ἱερὰ σκεύη περί τε τὰς πομπὰς καὶ τοὺς ἀγῶνας*, quemadmodum apud Thucydidem II. 13. Pericles circumscribit. Bene Harpocration, *Πομ-*

πεῖα δὲ λέγεται, τὰ εἰς τὰς πομπὰς κατασκευαζόμενα σκεύη. Atque ita Demosthen. in Timocrat. p. 472., pluresque alii, a Io. Meursio advocati Attic. Lect. II. 15. Wess.

504. 23. *Ἔν τε τοῖς ἔργοις*] Diceres argenti fodinas indicari, quae ἔργα ἀργύρια Demosthen. *περὶ τῶν ἐν Χερρ.* p. 60. et Xenophonti de Reditib. Athen. p. 729. dicuntur, quaeque civitati haud exiguos reditus adferebant, nisi quae mox succedunt, aurum argentumque non signatum, quod operibus publicis insertum conspiciebatur, postularent. Firmat Thucydides II. 13. Wess.

504. 25. *Χρυσίου πεντήκοντα τάλαντα*] In Thucydide II. 13. *τεσσαράκοντα τάλαντα* et Plut. T. II. p. 828. Philochorus in fragmento inter Schol. ad Comici Aves v. 604. *σταθμὸν ταλάντων μδ'* habet. Putem, quod auctor in his Thucydidem Ephorumque ducem sibi adsciverit, *τεσσαράκοντα* refingendum esse. Wess.

504. 27. *Καὶ ταῦτα ἀναγκαῖα, εἰ καταλάβοι χρεία, χρησ.*] Sic distinguunt editi libri. Ego vero mallem *καὶ ταῦτα, ἀναγκαία εἰ καταλάβοι χρεία* etc. cum interprete. Iungit *ἀναγκαίας χρείας* et S. Paullus Epist. ad Tit. III. 14. Mox *χρησαμένους παρὰ τῶν θεῶν* ex Reg. 1. non omnino pravum est. Agitur non de una Palladis imagine, sed et donariis reliquorum: quae cuncta a Diis mutuo sumta, si quae necessitas urgeat, pacis tempore restitui reddique posse censebat Pericles. Rhodomannus vertit, quasi *παρὰ τῆς θεοῦ* legeretur, quod nusquam inveni. Wess.

504. 29. *Τούς τε τῶν πολιτῶν βίους*] Admonet Rhodomannus ita scribi oportere omnino. Pravo errore *τοῖς τε τῶν πολιτῶν βίοις* huc usque legi. Ego vero non perspicio, quos designet libros. Namque et Stephanus et ipse haud aliter provulgarunt. Ergone festinanti hoc excidit? Wess.

504. 34. *Μυρίους καὶ δισχιλίους*] Thucydides gravis armaturae XIII millia, in praesidiis et propugnaculis XVI millia numerat, L. II. 13. Wess.

504. 42. *Δι' ἣν αἰτίαν ὠνομάσθη Ὀλύμπιος*] Hanc nominis caussam praeter alias adfert et Plut. Pericl. p. 156. A. Vide Io. Georg. Graev. ad Imagin. Luciani c. 17. Wess.

504. 45. *Ἐν δὲ τοῖς γεγραμμένοις*] Non puto scripsisse Diodorum *ἐν δὲ τοῖς γεγραμμένοις*. Steph. Dele *δὲ* post *ἐν*. pro *γεγραμμένοις* restitue *τετραμέτροις*. Rhod. *Ἔν τοῖσδε τοῖς γεγραμμένοις*] Prius ex libro Coisl. verissimum est. Noster L. V. 66. *Ἡσίοδον ἐπιμαρτυρεῖν ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσιν*. Herodotus Vit. Homer. c. 28. *ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσιν εἶπε*. Pausanias III. 2. *ἤνιξατο — τῆς νομοθεσίας ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσιν*. Recte proin Guil. Canterus Nov. Lection. L. IV. 9. coniectura ductus ita scribendum decrevit. Posterius *γεγραμμένοις* si cum Cantero et Rhodomanno ex *τετραμέτροις* natum arbitreris, non intercedam. Wess. *Ἔν τοῖσδε* placuit et Scaligero. Idem in Add.

504. 47. *Ὦ λιπερνῆτες γεωργοὶ*] Semper haec mihi scriptura multis partibus doctior et cultior est visa, quam quae librariorum ingenio debeatur. *Πένητες*, qui legebantur, ex Grammatici Scholio in hanc sedem conmigraverant; nam *λιπερνὴς ὁ ἐκ πλουσίου πένης* Hesychio teste. Haud sane ignoro, in Aristophanis Pac. v. 602., unde haec excerpta, esse,

Ὦ σοφώτατοι γεωργοὶ, τἀμὰ δὴ ξυνίετε
Ῥήματα. —

Verum illis cum similia prodant Critici veteres haec Cratini et Archilochi,

Ὦ λιπερνῆτες πολῖται, τἀμὰ δὴ ξυνίετε
Ῥήματα —

nasci utique suspicio potest, olim et in Comico fuisse *Ὦ λιπερνῆτες γεωργοὶ* etc. — tantoque magis, quoniam Diodorus ita citat diserte. Quod tamen tuo arbitrio permissum esto. Mihi cum maxime sufficit instaurata Diodoro melior scriptura. Wess.

Ibid. Τἀμά τις ξυνιέτω] Correxit Rhodomannus *τἀμὰ δὴ ξυνίετε*, insuper admonens pro *ῥήματα* et *βούλεσθε*, *ῥήματ'* ac *βούλεσθ'* scribendum, cui non refragor. Wess.

505. 50. *Εἶτα Περικλέης*] Hanc eiusdem Rhodomanni coniecturam liber Coislin. adfirmat. Sequuntur apud Poëtam, quae consulto neglexisse Diodorus videtur,

Τὰς φύσεις ὑμῶν δεδοικὼς καὶ τὸν αὐτοδὰξ τρόπον,
Πρὶν παθεῖν τι δεινὸν, αὐτὸς ἐξέφλεξε τὴν πόλιν
Ἐμβαλὼν etc.

Nam excidisse aliorum negligentia, non opinor. Wess.

505. 53. *Ἐξεφύσησεν τοσοῦτον*] Sic Aristophanes. Editum *ἐξεφύσησε τοσοῦτον* versus modulum iugulat, sicuti monuit Rhodomannus. Wess.

505. 56. *Καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις Εὔπολις ὁ ποιητὴς*] Tantamne socordiam in Diodoro fuisse, ut Eupolidi tribuerit, quae Aristophani debentur? Culpae inmunis erit, modo refinxeris: *Καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις,*

— — *Περικλέης ὀὐλύμπιος*
Ἥστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα.

Εὔπολις δὲ ὁ ποιητής·

Πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν
Οὕτως ἐκήλει etc.

Nam priora in Comici Acharnens. v. 529. restant, posteriora ibidem Critici ex Eupolidis *Δήμοις* advocarunt. Atque ita Diodorum explicuit accuratissimus P. Leopardus Emendat. L. V. 14. et L. XVI. 14., quem sequere, si lubet. Mihi necdum omnia expedita. Scripsi *ἤστραπτεν* ob Poetam et Cod. Coisl., quamquam alii *ἤστραπτ'*, celebratissimum hunc locum citantes, de quibus L. Kuster. ad Acharn. v. 529. Wess. Vt Wesselingius, ita iam Iebbius ad Aristid. vol. II. p. 574., nisi quod hic *καὶ Εὔπολις ὁ ποιητής*. Sed rectius

error hic Diodoro relinquitur, cui non dissimilem ab Cicerone his iisdem in versibus commissum (v. Ep. ad Atticum XII. 6.) comparavit Elmsleius ad locum Aristophanis et ante eum cum aliis aliorum Reinesius *ἱστορουμ.* linguae Punicae XIII. 5.

505. 61. *Τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε*] Translationem signat Plato in Phaedon. p. 91. C. *εὐλαβούμενος ὅπως μὴ ἐγὼ ὑπὸ προθυμίας ἅμα ἑαυτόν τε καὶ ὑμᾶς ἐξαπατήσας, ὥσπερ ΜΕΛΙΤΤΑ ΤΟ ΚΕΝΤΡΟΝ ΕΓΚΑΤΑΛΙΠΩΝ οἰχήσομαι.* Quam frequenter autem huc alludant utriusque linguae scriptores, docent egregii viri Stephan. Bergler. in Alciphron. L. I. Ep. 38. p. 180. et Ti. Hemsterhus. ad Lucian. Nigrin. c. 7. Wess.

505. 73. *Κατὰ γὰρ τὴν Βοιωτίαν ἢ τῶν* etc.] Haec superiore anno administrari coepta, Archontis Pythodori mense decimo, Thucydides, ne dubites, vetat L. II. 2. Wess.

505. 77. *Ἐπαγγελλόμενοι τὴν πόλιν ὑπὸ τὴν τῶν Θηβαίων*] Confer Thucydid. II. 2. Demosthen. in Neaer. p. 740. et Aeneam Poliorcet. c. 3. Wess.

506. 94. *Βαλλόντων τὰς κεραμίδας*] *Λίθοις τε καὶ κεράμῳ βαλλόντων* Thucydides II. 4. et simili in re Pausanias IV. 21. ac 29. et Philo Iud. Legat. Cai. p. 1010. B. Sed editum nihil eo deterius. Vid. Thucydid. III. 22. Wess.

506. 1. *Παυδημεὶ κατὰ σπουδὴν*] Faciunt Codd. aliqui primam harum vocem suspectam, quam ego non moveo: oportuerat enim Thebanos, cum populares Plataeam invaderent, *ἔτι τῆς νυκτὸς παραγενέσθαι παυστρατιᾷ*, sed praepediti et Asopo flumine et nocturno tempore, nunc demum iter maturant apud Thucydid. II. 5. Porro *παράξον*, quod in Steph. edito, vitio operarum fuit natum, optimeque correctum ab ipso Steph. et Rhodom. Wess.

506. 8. *Τοὺς αἰχμαλώτους ἀπολαβόντες*] Pugnat iterum Thucydides II. 5. Nam Thebanos captivos iugulatos fuisse ait. Palm. Thucydidi adstipulatur Demosthenes, si tamen is auctor Orat. in Neaer. p. 741. *ὡς οὖν ἀπέτυχον οἱ Θηβαῖοι τῆς πείρας, καὶ οἱ Πλαταιεῖς τοὺς ἄνδρας, οὓς ἔλαβον αὐτῶν ἐν μάχῃ ζῶντας, ἀπέκτειναν* etc. Itaque in his error inest. Wess.

506. 22. *Συνεμάχουν δὲ τότε Λακεδαιμονίοις*] Ex Thucydide II. 9., quem vide. Wess.

506. 31. *Οἱ ἐπὶ Θράκην*] In Addend. suis Rhodomannus *ἐπὶ Θράκης* praeoptat, ut in Thucydide II. 9. et infra c. 46. huius libri *εἰς τοὺς ἐπὶ Θράκης*, et L. XV. 31. *καὶ οἱ ἐπὶ Θράκης κατοικοῦντες.* Tamen L. XII. 73. *ἐξέπεμψαν εἰς τοὺς ἐπὶ Θράκην τόπους*, sed melius in Aristoph. Pac. v. 282. *ἐς τἀπὶ Θράκης χωρία.* Aristid. T. I. p. 365. *τὰ ἐπὶ Θράκης ἔχειν.* Wess.

506. 33. *Καὶ Κερκυραῖοι*] In recensione Atticorum sociorum ante haec verba *αἱ δ' ἄλλαι πᾶσαι*, deesse arbitror protasin periodi, qua recenseantur illi, qui naves miserint. Rhod. Adsti-

pulor viro doctissimo. Deesse videntur haec: *τούτων ναυτικὸν παρείχοντο Χῖοι, Λέσβιοι καὶ Κερκυραῖοι*, quae Thucydid. II. 9. non praeteriit. Omissa sunt a socorde librario, oculos in postremam vocem coniiciente et intermedia omnia transiliente, quae defectuum sollemnis caussa. WESS.

507. 39. *Τῆς χώρας πολλὴν ἐδήωσε*] Scribe *τὴν πολλήν*. RHOD. Non intercederem, si hoc in genere sibi perpetuo constarent. Thucydid. II. 56. *ἕτεμον τῆς γῆς τὴν πολλήν*, plane ut Rhodomannus edixit. At mox Noster *οὗτοι δὲ πολλὴν τῆς παραθαλαττίου χώρας πορθήσαντες*. Et L. II. 48. *καὶ πολλὴν τῆς ὁμόρου χώρας κατατρέχοντες λῃστεύουσιν*. Et L. V. 32. *καὶ πολλὴν μὲν τῆς Εὐρώπης — φορολογήσαντες*. Sic et Aristophan. Pac. v. 166. *Κἀπιφορήσεις τῆς γῆς πολλήν*. Conf. L. Kuster. in eius Poëtae Plut. v. 694. WESS.

507. 47. *Καρκῖνον καὶ ἑτέρους τινὰς*] Adi Thucydid. II. 23. et Schol. in Aristoph. Ran. v. 1511. WESS.

507. 50. *Κατεπτήξαντο τοὺς Λακεδαιμονίους*] Dicere solet *κατεπλήξαντο*, non *κατεπτήξαντο*. STEPH. et RHOD. Vera Stephani observatio est. *Καταπλήξασθαι* quum de timore, qui incutitur, sermo instituitur, auctori tritum, nusquam *καταπτήξασθαι*. Sunt quidem *οἱ κατεπτηχότες τὴν τῶν ὄχλων ὁρμὴν καὶ βίαν* in Excerpt. Vales p. 385., sed ab hoc loco plane alieni. WESS.

507. 58. *Μάρκον Γεγάνιον*] V. Wesseling. ad 509. 46.

Ibid. Καὶ Λούκιον Σέργιον] Conspirant in Sergii praenomine cum in modum scribendo magno consensu scripti Codd. Alias *Λεύκιον* probat cum Dionysio et Plutarcho, quamquam *Λούκιον* mavult Dio Cassius. Credo *Λούκιον* Diodoro a librariis esse datum. WESS.

507. 64. *Τὴν καλουμένην Ἀκτὴν ἐδῄου*] Huius Peloponnesi orae meminit iterum L. XV. 31. et L. XVIII. 11. Meminit et Stephanus in *Ἀκτὴ* et Scymnus Chius v. 522.

— — *Ἀργεῖοί τε πρὸς ἀνιόντα δὲ*
Ἥλιον, ὅσαι κατέχουσι τὴν ΑΚΤΗΝ πόλεις.

Unde recte conficias, *Ἀκτὴν* Peloponnesi tractum fuisse orientalem, Argivis vicinum, ubi Troezenii et Epidaurii incolebant. Scymni locum non neglexit Abr. Berkelius, sed alia admiscens, parum congrua. WESS.

507. 82. *Περιπλεύσαντες τὴν Ἠλείαν*] Lectionem marginis *εἰς τὴν Ἠλείαν* retinemus. RHOD.

507. 83. *Καὶ Φερίαν χωρίον Ἠλείων*] Hoc loco *Φερίαν*, et mox *Φερὰς*, aequaliter mendosa: nulla enim *Pheria*, nullae *Pherae* in Eleorum regione. Lege utrobique *Φείαν* et *τὰς Φείας*. Fuit enim urbs Eleorum, de qua Thucydides II. 25., Strabo L. VIII. p. 535. et alii, quae modo *Φεία*, modo pluraliter *Φεῖαι* dicta est. PALM. Optime Palmerius. Reddit eandem urbem vir doctus Aristidi Panath. p. 272. *οἳ περιέπλευσαν μὲν τὴν*

Πελοπόννησον, οὐχ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν περίπλοις ναυτικοῖς, ἀλλ' ὥστε κρατεῖν μὲν τῶν ἐπικαίρων τῆς χώρας, νικᾶν δὲ τοὺς ἀντιστάντας ἐν φαύλῳ, arbitratus pro *ἐν φαύλῳ* scribendum *ἐν Φειᾷ Ἠλείων* ex Thucydide II. 25. Cui quidem adsentiri non possum. Quae enim eo loco Orator commentatur, ea Peloponnesiaco bello sunt priora, declarantque Tolmidae expeditionem, qua de Noster L. XI. 83. Itaque si vitio sit foedatum id vocabulum, praeferrem *ἐν Γυθίῳ*, aut, si nimium istud opineris, uti revera videtur, nihil innovarem, *ἐν φαύλῳ* explicans de parvo futilique loco, sicuti apud Thucydidem IV. 115. *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἠμύνοντό τε ἐκ φαύλου τειχίσματος.* Wess.

508. 96. *Περὶ πόλιν Ἁλόπην*] *Ἁλώπη* Thucydidi II. 26., ubi de Cleopompi hac expeditione. Nostri scripturam scriptorum plerique probant, monentibus Hudsono et Wasse, viris clarissimis. Wess.

508. 97. *Νῆσον ὀνομαζομένην Ἀταλάντην*] Bene, ut Thucydides II. 32. declarabit. Nam quod eam insulam post paucos annos continente abruptam scribit infra c. 59., id falsum esse videbimus. Atalante deserta erat, sed conmodissimo situ ad Locrenses infestandos: quare *ἐπιτείχισμα*, sive castellum, e quo illorum agros excursionibus depopulari possent, ea in insula Athenienses excitarunt. *Ἐπιτειχίζειν* enim et *ἐπιτείχισίς ἐστι, πόλιν τινὰ ἑτέραν πλησίον ἄλλης τειχίσαι, διὰ τὸ φρουρεῖν καὶ λυμαίνεσθαι τὴν γῆν*, sicuti explicat Schol. Thucyd. I. 144. Frequens propterea *ἐπιτειχίζειν τῇ πόλει*, de eiuscemodi munimento, in urbis alterius perniciem condito. Andocid. de Myster. p. 13. *ἦλθες εἰς Δεκέλειαν; καὶ ἐπετείχισας τῇ πατρίδι τῇ σεαυτοῦ*; Xenophon. Hellen. L. V. princ. *οἱ Ἀθηναῖοι ἐπετείχισαν Αἰγινήταις καὶ ἐπολιόρκουν αὐτούς.* Sic oportuit, non *Αἰγινήτας*, ut meo in exemplari. Philostratus L. VIII. Vit. Apol. c. 7. p. 344. ad homines transfert, sed perperam expositus. *Δραχμὴν δέ*, inquit, *οὐδὲ φιλοσόφῳ ἀνδρί ποτε προέμενος, ἐπιτειχίζει τὸν ἑαυτοῦ πλοῦτον ἑτέροις, τὸν Αἰγύπτιον τουτονὶ βόσκων χρήμασι καὶ ὀξύνων ἐπ' ἐμὲ γλῶτταν.* Haec vera loci distinctio, quem praestantissimus Olearius aliorsum transtulit. Significat Euphratem opibus suis, tanquam munimento, ad alios oppugnandos uti. Hinc *ἐπιτείχισμα* et *ἐπιτειχισμὸς*, ut in Synes. Orat. de Reg. p. 24. C., castellum, eo fine exstructum. Eleganter Philo Iud. L. I. Vit. Mos. p. 604. A. *ἐπεὶ εὐανδροῦσα δύναμις δυσάλωτον καὶ δυσκαθαίρετον ἐπιτείχισμα.* Et Iosephus L. I. Bel. Iud. 23. 1. de Herode: *ἀναπληθεὶς δὲ τῶν διαβολῶν Ἡρώδης, ὥσπερ ἐπιτείχισμα τοῖς υἱοῖς, κατάγει τὸν ἐκ τῆς Δωρίδος Ἀντίπατρον.* Instructurus scilicet Antipatrum et armaturus in Mariamnes filios. Atque hoc ex usu suspiceris, scribi et heic debuisse *ἐπιτείχισμα τῇ Δωρίδι.* Sed iuvat Demosthenes Philipp. I. p. 31. *ἔχουσι τοιαῦτα ἐπιτειχίσματα τῆς αὐτοῦ χώρας.* nisi et illic *τῇ αὐτοῦ χώρᾳ* praestite-

rit, quae opinio viri eruditissimi Ti. Hemsterhusii, hoc de vocabulo diligentissime disputantis in Luciani Nigrin. c. 23. Wess.

508. 2. *Ἀνέστησαν αὐτοὺς ἐκ τῆς πόλεως*] Forte et hac tempestate atrocissimum id decretum conditum, quo Aeginetarum unicuique dextrae manus pollex, ne hastam vibrare possent, amputabatur apud Aelian. H. V. II. 9. Aetas Philoclis, quem eius consilii auctorem perhibet Plut. Lysandr. p. 438. A., id suadet. Captus enim est extremo bello Peloponnesiaco, neque idem adeo esse poterit atque Archon Philocles, quo Aeginetae ab Atheniensibus in ordinem coacti referuntur L. XI. 78. Namque idem si fuerit, ut multi opinantur, oportet aetatis anno fere LXXX. postremam expeditionem fuerit ingressus, quod mihi quidem ad credendum difficile accidit. Wess.

508. 4. *Τὰς καλουμένας Θυρέας*] Sitae erant in finibus regionis Spartanae atque Argivae, *ἐν τοῖς μεθορίοις τῆς Λακωνικῆς καὶ Ἀργείας* inferius c. 65., ubi itidem *Θυρέας* sicuti et in Strabone L. I. p. 114. Melius Stephanus, *Θυρέα, περὶ ἧς Ἀργεῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι ἐπολέμησαν. — λέγεται δὲ καὶ πληθυντικῶς.* Et Strabo L. VIII. p. 577., atque in argumento cap., fronti huius libri praescripto. Conf. Is. Casaubon. in Strab. I. p. 114., et Sylburg. ad Pausan. II. 39. p. 178. Wess.

508. 15. *Πλὴν τῆς καλουμένης Τετραπόλεως*] Idem ex Istro docetur in Schol. Sophoclis Oedip. Colon. v. 689. *Λακεδαιμόνιοι τὴν λοιπὴν γῆν δῃοῦντες, τῆς μὲν τετραπόλεως ἀπέσχοντο διὰ τοὺς Ἡρακλείδας.* Heraclidae Tetrapolim Atticae, tota Graecia extorres, incoluerunt, Eurystheumque invadentem repulerunt occideruntque, sicuti L. IV. 57. proditum fuit. Mox orationis series requirit manifesto *δίκαιον γὰρ ἡγοῦντο τοὺς εὐηργετηκότας τοὺς προγόνους — ἀπολαμβάνειν.* Nam quod in Cod. Veneto reperitur, non satisfacit. Lysias Orat. XIX. 10. *πῶς οὖν οὐ χρὴ χάριν παρ' ὑμῶν ἀπολαμβάνειν, εἰ τοιοῦτοι ἐσμέν.* Wess.

508. 22. *Ἐνέπεσον εἰς λοιμικὴν περίστασιν*] Vide Thucydidem, hanc luem egregie describentem, L. II. 47. et Lucretium VI. 1130. Wess.

509. 37. *Ἐζημίωσαν αὐτὸν ὀγδοήκοντα ταλάντοις*] Multam non praeteriit Thucyd. II. 65., sed quanti lis aestimata sit non addens. At Plut. Pericl. p. 171. E. qui minimam eius summam referant, XV talentis, qui maximam, quinquaginta talentis finitam tradere, prodit. Unde de mendo suboriri suspicio posset, nisi satis liqueret, Nostri Bibliothecam Plutarchum neglexisse. Wess.

509. 44. *Ἐπαμινώνδου*] Nomen notum et celebre pro ignoto posuerunt exscriptores. Sed haec terminatio nominis Thebanis peculiaris, non est Attica. Repone audacter *Ἐπαμείνωνος*, ut est apud Athen. L. V. 18. Saepe in ea voce erratum est, ut apud Diogenem Laërtium in Platone (Lib. III. 3.) legitur *ἐπ' Ἀμεινίου* pro *Ἐπαμείνωνος*. Palm. Magnum certamen est Archontis

hoc nomen viris eruditis: occasionem praebent veteres, quorum Diogenes Platonem *ἐπὶ Ἀμεινίου*, quo Archonte Pericles occubuerit, natum asseverat, Athenaeus, *Περικλῆς δ' ἀποθνήσκει κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, ἄρχοντος Ἐπαμείνονος*, Auctor Argumenti Euripideae Hippolyti, *ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις ἐπὶ Ἀμείνονος ἄρχοντος Ὀλυμπιάδι πζ. ἔτει δ'*. Idem ergo *Aminias*, *Epaminon*, *Aminon* et *Epaminondas*, nisi intercederetur. Is. enim Casaubon. in Athen. V. 18. verum nomen censet *Ἐπαμίνων*, quod idem sonet ac *Ἀμυνίας*. Io. Meursius de Archont. L. III. 3. *Ἐπαμείνων*, Cl. Salmas. in Solin. p. 111. *Ἀμείνων*, probante Menagio ad Laert. III. 3., H. vero Dodwellus de Cycl. p. 739. *Ἀμυνίας* praeoptat. Qua in lite cum necessario mihi in partes sit transeundum, a Salmasio et Dodwello stare cum maxime non possum. Vetant Diodorus et Athenaeus, quorum in verbis si aut *ἐπ' Ἀμείνονος*, aut *ἐπ' Ἀμεινίου*, refinxeris, nascetur verborum ordo, linguae genio contrarius. Quis enim *ἄρχοντος ἐπ' Ἀμείνονος*, aut *ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνῃσι ἐπ' Ἀμεινίου* aequo animo ferat? Casauboni correctio recipi posset, nisi paullo propius abesset a veteri nominis scriptura, quae *Ἐπαμείνων*, uti Io. Meursius et Iac. Palmerius arbitrati sunt, fuisse videtur. Athenaeus et auctor Argumenti Hippolyti Euripidis ostendunt id clarissime. Ab eo Nostri *Ἐπαμινώνδας* non differt, nisi patronymica forma: cuiusmodi nomina primitivorum loco usurpari, diximus antea saepe, et firmat opportuno exemplo Hippocrates, eundem hominem Epidem. L. I. p. 951. *Ἐπαμίνωνα*, et *Ἐπαμινώνδαν* p. 957. adpellitans. Iam quod doctissimus Palmerius terminationem hanc Thebanis esse particularem adseverat, id nunquam patietur Archon Atheniensis *Χαιρώνδας* in Demosthen. Orat. de Cor. p. 143. Wess.

509. 46. *Κορνήλιον Μαχειρῖνον*] Agnomen hoc vitiosum esse absque dubitatione pronunciat Sigonius. Forte *Μαλουγῖνον* scripsit, ut Romanum *Maluginensis*, quod Fasti habent, ita exprimatur. Rhod. Paria cum Sigonio facit Pighius in Fast. ad ann. CCCXVII. Ego vero haud scio, an superioris anni Consuli M. Geganio per iniuriam ablatum sit hoc cognomen et A. Cornelio tributum. Wess. Conf. Borghes. p. 12. s.

509. 65. *Πλείω τῶν χιλίων ταλάντων*] Duo talentorum millia usque in urbis deditionem, quae paucis post Agnonis discessum mensibus facta fuit, insumserunt, teste Thucydide II. 70. Wess.

510. 70. *Βίαν προσάγειν τῇ πόλει*] Vid. ad Libr. XI. 60. Wess.

510. 75. *Πλείους*] *Πλείω* Co. R. 1. plane ex Diodori consuetudine. Vid. not. in L. I. 92. et supr. c. 21. huius libri. Wess.

Ibid. Πλείους τῶν χιλίων] Ex quatuor mille militibus spatio dierum XL mille et quinquaginta lue exstincti sunt, sicuti Thucydides II. 58. memoriae prodidit. Wess.

510. 79. *Ἀσμένως δὲ κἀκείνων προσδεξαμένων*] Caussam explicat Thucydid. II. 70. ubi de urbis deditione. Adde Pausaniam L. V. 23. p. 437. WESS.

510. 93. *Διεκώλυσε ταύτῃ πλεῖν τοὺς Λακεδαιμονίους*] Corinthios, Spartanorum socios. Haec autem et quae ad Potidaeam gesta fuere, ante Periclis mortem hieme anni superioris administrata fuisse ex Thucyd. II. 69. 70. haud difficulter conficies. WESS.

510. 97. *Καὶ παρακαλούντων τοὺς Πλαταιεῖς*] Conf. Thucyd. II. 71. Post pauca *ὡς δ' οὐ προσεῖχον* praestaret, Rhodomanno monitore. WESS.

510. 9. *Μετὰ στρατιωτῶν χιλίων*] *Ἀθηναῖοι δισχιλίοις ὁπλίταις ἑαυτῶν καὶ ἱππεῦσι διακοσίοις ἐστράτευσαν ἐπὶ Χαλκιδέας τοὺς ἐπὶ Θράκης* Thucydides ait L. II. 79. Scribe ergo *δισχιλίων* cum Cl. Ios. Wasse, ut Thucydidi, si tamen id necesse, consentaneus sit. WESS.

510. 10. *Εἰς Πακτωλὸν τῆς Βοττικῆς*] Et rursus hoc loco *Pactolum* aurifluum exscriptor in mente habuit, et e media Lydia in Macedoniam transfretavit. At tu melius doctus lege *Σπαρτωλόν*· urbs enim fuit Bottica nota. PALM. Sine controversia verum est *εἰς Σπαρτωλὸν* ex Thucydide II. 79. et Isaeo Or. de Dicaeogen. Hered. p. 55. Vitium etiam animadversum est a doctissimo Wasse in Thucyd. I. 65. WESS.

510. 14. *Οἵ τε στρατηγοὶ*] Praeter eos, quos auctor modo nominavit, Calliades, de quo Plut. Nicia p. 526. E. WESS.

511. 21. *Τῆς ὀνομαζομένης Στράτου*] Vid. L. XIX. 67. WESS.

511. 24. *Τοὺς ὀνομαζ. Οἰνιάδας*] Idem urbi, quod civibus, nomen erat. Polyb. IV. 65. *τοὺς μὲν γὰρ Οἰνιάδας κεῖσθαι συμβαίνει παρὰ θάλατταν, ἐπὶ τῷ πέρατι τῆς Ἀκαρνανίας* etc. Adde Pausan. Messen. c. 25. WESS.

511. 29. *Τήν τε στρατηγίδα ναῦν*] Verius scripsisset *μίαν τῶν στρατηγίδων* cum Thucydide II. 84. Plures enim erant, ut illic videbis. WESS.

511. 36. *Τρόπαιον στήσαντες*] Haec sunt *τὰ ναύμαχα πρὸς Ῥῖῳ Φορμίωνος τρόπαια* apud Plutarchum de Athen. Glor. p. 345. C. De navi, quod continuo sequitur *περὶ τὸν Ἰσθμὸν* Neptuno consecrata, id si de Isthmo Corinthiaco, ubi *Ἴσθμιος Ποσειδῶν* colebatur, intellexerit, a vero aberit longissime: mox enim a parta victoria Phormion posito ad Rhium Molycricum tropaeo navim dedicavit, quod ipse auctor et ante eum diserte prodidit Thucydides II. 84. Quam difficultatem, exscriptis Nostri verbis, cum animadvertisset Iac. Palmerius Graec. Ant. L. IV. 20. p. 487. sic commentatur: *Hunc locum apponendum iudicavi, non quod nos doceat aliquid, quod Thucydides non dixerit, sed ob vocem Ἰσθμὸν isthmum, qua videtur abuti pro voce πορθμόν.*

Nam isthmus est terra utrinque in angustias redacta, πορθμὸς vero fretum angustum inter duas terras, quale est illud, de quo agitur inter duo illa promontoria. Itaque si non abusus est ea voce Diodorus, dicendum est, Rhium Aetolicum habuisse quoddam collum terrae inter sinum Crissaeum et mare Ionium, exterius angustum, antequam extremum promontorii finem protenderet: quod non abhorret a verosimili, et ibi fuisse id Neptuni templum, prospectum habens in sinum et in exterum mare. Haec ille; quorum postrema ut probem adduci non possum. Nam *ἰσθμὸν* loco *τοῦ πορθμοῦ* posuisse Diodorum persuaderi nondum mihi patior. WESS.

511. 54. *Πρόκλον Οὐιργίνιον*] *Lucii* praenomine in Livii L. IV. 21. Eusebii Chronico et aliis insignis est; quod Pighius propterea in Fast. ad ann. CCCXVIII. verius censet. WESS.

511. 57. *Σύμμαχος Μεσσήνιος ἀπὸ Σικελίας*] *Σύμμαχος τῶν ἐπὶ πορθμῷ Μεσσηνίων*, quod eodem redit, apud Pausan. VI. 2. Quanquam, ut ibidem additur, Siculi Symmachum istum origine Messenium negabant, Zanclaeum perhibentes. WESS.

511. 58. *Ἐπὶ δὲ τούτων Κνῆμος* etc.] Nondum exierat superioris Archontis annus, quum Cnemus ea moliretur, quemadmodum ex Thucydide II. 93. cognoscitur. WESS.

512. 68. *Τὸ καλούμενον Βουδόριον*] In Thucydide *Φρούριον Βούδορον* II. 94. cum nota diligentissimi Wasse. WESS.

512. 72. *Ταχέως ἐξεβοήθουν*] Obsequor scriptis Codd. et Diodori consuetudini, qua L. XIII. 67. *οἱ μὲν κατὰ τὴν πόλιν ὄντες — ἐξεβοήθουν ἐπὶ τοὺς λιμένας.* Et tum c. 93. *εὐθὺς δ' ἐξεβοήθουν ὄντες ὀλίγοι παντελῶς.* Non addo, simplici verbo et grandius et multo id opportunius esse. Vid. L. V. 59. WESS.

512. 75. *Ἐπιβολῆς*] *Ἐπιβουλῆς* R. 2. frequentissima confusione. Vid. L. I. 4. ibique adscripta. WESS.

512. 79. *Κλείθροις καὶ φυλακαῖς διαλαβόντες*] Tum demum Piraeei portus *κλειστοὺς* fecerunt, qui ante patebant, nullis muniti claustris. Bene Hesychius in *Ζέα· ἔχει δὲ ὁ Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς κλειστούς.* Neque Io. Meursius Piraeei c. 3. neglexit. Hoc amplius opportunis locis custodias collocarunt: id enim *φυλακαῖς διαλαμβάνειν.* De Cicerone Appianus L. II. Bel. Civil. p. 711. *τήν τε πόλιν ἐκ διαστημάτων φρουραῖς διελάμβανεν.* Herodes *διαλαμβάνων φυλακαῖς τὸ πᾶν ἔθνος* est apud Ioseph. Antiq. Iud. XV. 8. 5., qui quoque *τὴν Ἰδουμαίαν δισχιλίοις πεζοῖς καὶ τετρακοσίοις ἱππεῦσι διελάμβανε* L. I. Bel. Iud. 16. 1. Sed vide not. in Nostri L. I. 33. WESS.

512. 81. *Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Σιτάλκης*] Hoc vero recte. Superioris enim anni exitu Sitalces in id bellum descendit. Confer Thucydid. II. 95. WESS.

512. 96. *Πλείω χιλίων ταλάντων*] Attigit obiter hunc locum doctissimus Wasse ad Thucyd. II. 97. corrigendumque mo-

nuit, quod Belli Peloponnesiaci scriptor τετρακοσίων duntaxat ταλάντων meminerit, quae Seuthes, qui post Sitalcem regnans tributa multis partibus auxerat, ex regni reditibus perceperat. Ab eo equidem non dissentirem, si mihi certo liqueret, solo Thucydide duce in his describendis auctorem fuisse usum. Id vero necdum adparuit. WESS.

512. 98. *Πλείους τῶν δυοκαίδεκα μυριάδων* etc.] Thucydides exercitus *τὸ πλῆθος οὐκ ἔλασσον πεντεκαίδεκα μυριάδων* fuisse adfirmat, atque huius quidem maiorem partem pedestrem, tertiam vero equestrem L. II. 98. Nostro non plane consentiens. WESS.

512. 6. *Πρὸς Περδίκκαν τὸν βασιλέα*] Successerat patri Alexandro superiore anno, si vera sunt, quae vir excellentissimae eruditionis disputavit ad Athen. L. V. 18. Namque alii, etiam auctor L. XII. 34., regnum eius citius ordiuntur, atque ab Olymp. LXXIX. anno tertio, uti Parium Marmor, repetunt. Quam controversiam nunc omitto, in sequentibus fortasse non neglecturus. Vide interea Lydiat. ad Chron. Marm. p. 6. WESS.

512. 9. *Ἀμύνταν τὸν Φιλίππου*] Philippum Perdiccae fratrem in parte quadam superioris Macedoniae regnasse non iniuria suspicatur Ill. Spanhem. Dissert. VI. de Praest. et Usu Num. p. 374. Cuius possessione cum deiectus a Perdicca esset, filium eius Amyntam Sitalces in regnum restituere adnixus est. Scio in fragmento Diodori, quod Syncellus Chronogr. p. 262. inseruit, Alexandrum perhiberi duos duntaxat reliquisse filios, Perdiccam et Amyntam, horumque posteriorem privatam egisse vitam. At contra venit Thucydides II. 95. disertis verbis Philippum Perdiccae fratrem adpellans: quicum si consentire Noster debet, Philippus et Perdiccas fratres uterini fuerunt, non germani. WESS.

513. 16. *Ἐκκομίσαντες δὲ τόν τε σῖτον*] Erunt fortasse, qui *εἰσκομίσαντες* praeferent: ego non muto; perinde enim est, utrum adhibeatur. Thucydid. II. 78. de Plataeensibus, *παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας — πρότερον ἐκκεκομισμένοι ἦσαν εἰς τὰς Ἀθήνας*. WESS.

513. 29. *Θετταλοὶ καὶ Ἀχαιοὶ καὶ Μάγνητες*] Vid. Thucyd. II. 101. WESS.

513. 34. *Καὶ κινδυνεύσωσι ταῖς πατρίσι*] Non ausus sum, etsi *δυναστεύσωσι* commodam daret sententiam, scriptis libris reluctari. *Κινδυνεύειν ταῖς πατρίσι* adaeque probum est, et periculum exprimit, quod patriae amittendae adibant, si Thraces tanto cum exercitu ulterius tenderent. Sic L. XIX. 19. *πολλοὺς ἀποβαλὼν καὶ τοῖς ἄλλοις κινδυνεύσας, διεσώθη μόγις*. Et Polybius V. 76. *Σελγεῖς μὲν δὴ οὖν διὰ τὴν Λογοβάσιος ἀσέβειαν ΤΗΙ ΠΑΤΡΙΔΙ ΚΙΝΔΥΝΕΥΣΑΝΤΕΣ — τήν τε πατρίδα διετήρουν* etc. WESS.

513. 38. *Ἐπιγαμίαν ἐποιήσατο*] Non est, cur ab hac scriptura discedatur. Infr. L. XIV. 44. *καὶ παραχαλῶν ἐπιγαμίαν ποιήσασθαι.* Seuthae autem Sparadoci, qui Sitalcis frater, filio Stratonice, Perdiccae soror, fuit collocata, iisque conditionibus bellum positum apud Thucydid. II. 101. Wess.

513. 50. *Εὐκλείδου*] Fieri potest, ut levi vitio Archontis huius nomen sit deformatum. *Ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνῃσιν Εὐκλέους τοῦ Μόλωνος, τοῦ μετὰ Διότιμον*, scribit Aristoteles Meteorol. L. I. 6. stellam crinitam esse visam, sicuti bene correxit Io. Meursius de Archont. III. 4. Philosophum sequuntur interpretes Alexander Aphrodiseus, Olympiodorus et Io. Grammaticus. Accedit Schol. ineditus in Aeschin. *περὶ Παραπρ.* et Suidas in *Σαμίων ὁ δῆμος*. Nam quod ibi nunc editum legitur, *τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου καὶ ἐπὶ Εὐκλέους*, id verissime correxit Ampl. Bouhier. *ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου κέ ἐπὶ Εὐκλέους, annis XXV ante Euclidem Archonte Eucle*, Dissert. de Prisc. Graec. et Lat. Liter. p. 573. Tot enim anni ab hoc Archonte ad Euclidem, qui anno Olymp. XCIV. secundo fuit, abierunt. Wess.

513. 52. *Μάρκον Μάνιον* etc.] Repone *Μάνλιον*, et *Σουλπίκιον Πραιτέξτατον*. Item *Σέρβιον Κορνήλιον Κόσσον*, pro *Σερουίλιον Κορν. Κένσον*. Sigonius anni superioris Coss. refectos esse annotat. Rhod. Corrigenti Rhodom. adstipulor, quaedam ex Mss. vestigiis refingens. Diodorus eos heic scriptores secutus est, qui tribunos militum hoc anno fuisse tradiderunt, de quibus Tubero et Macer in Livii L. IV. 23. Wess. V. Pighius p. 177.

513. 54. *Χαλκιδέων μὲν ὄντες ἄποικοι*] Vide L. XIV. 14. Wess.

514. 65. *Ὥστε μισθὸν λαμβάνειν — μνᾶς ἑκατὸν*] Eadem Suidas in *Γοργίας*, insuper professus Periclis in dicendi arte fuisse praeceptorem: idem Philostratus de Vit. Soph. I. 9. p. 493. censuit. Neutrius tamen sententia veritati respondebit, nisi Gorgiam prius Athenas fuisse profectum agnoveris, quam legationem hanc obiret; quod cur negetur, caussam non video. Dubitat tamen doctissimus Olearius ad Philostrati locum. Wess.

514. 71. *Ἀντιθέτοις καὶ ἰσοκώλοις*] Vide Langbaen. ad Dionys. Longinum de Sublimi Dict. p. 17. et Ludovici Cresollii Theatr. Rhet. III. 24. Cicero explicabit Orat. c. 52. *Nam paria paribus adiuncta, et similiter definita, itemque contrariis relata contraria, quae sua sponte, etiamsi id non agas, cadunt plerumque numerose, Gorgias primus invenit, sed his usus est intemperantius.* Wess.

514. 75. *Καὶ φαίνεται καταγέλαστον πλεονάκις* etc.] Avidior huius fuit generis, saepeque festivitatibus illis abusus est insolentius Gorgias. Quare Dionysius Halicarnas. T. II. p. 147. *τὰς παρισώσεις*, ait, *λέγω καὶ παρωνομασίας καὶ ἀντιθέσεις, ἐν*

αἷς ἐπλεύνασε Γοργίας ὁ Λεοντῖνος. Discipuli, ut fit, plus sibi indulsere, et quae lumina orationis videri poterant, nimio et intemperanti usu adeo corruperunt, ut veterem dicendi maiestatem paene exstinguerent. Audi Dionysium eundem p. 165. τὰ γὰρ ἀντίθετά τε καὶ πάρισα καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις, οὔτε μετριάζοντα οὔτε καιρῷ γινόμενα καταισχύνει τὴν μεγαλοπρέπειαν αὐτῆς. Hinc de Isocrate, Lysiae discipulo, qui aetatem in his elegantiis, sic enim censebat, consumsit, Plut. de Glor. Athen. p. 350. D. satis festive: ἀλλ' ἀντίθετα καὶ πάρισα καὶ ὁμοιόπτωτα κολλῶν καὶ συντιθεὶς, μονονοὺ κολαπτῆρσι καὶ ξυστῆρσι τὰς περιόδους ἀπολεαίνων καὶ ῥυθμίζων, ἐγήρασε. Hinc et Dionysio T. II. p. 175. τὰ μειρακιώδη πάρισα καὶ τὰ ψυχρὰ ἀντίθετα. quae quia Gorgiae debentur omnia, ψυχρόν τι εἰπεῖν καὶ Γοργιᾶον pro eodem posuit Synesius Epist. LXXXII. p. 229. Wess.

514. 77. *Οὗτος μὲν θαυμασθεὶς ἐν ταῖς Ἀθήναις*] Dies illos, quibus audiendum se populo praebuit, festos, orationes ipsas lampadas vocarunt, si fides Troilo Sophistae in Proleg. Rhetor. Ms. apud Langbaen. ad Longin. p. 17. τὰς ἡμέρας ἐκείνας, ἐν αἷς ἐπεδείξατο, ἑορτὰς ἐκάλουν. τοὺς δὲ λόγους αὐτοῦ λαμπάδας. Mihi, etsi varium et mutabile Atticum vulgus fuit, cum eius tempestatis moribus res bene convenire non videtur. Wess.

514. 80. *Πάλαι μὲν ἦσαν ἐπιθυμηταὶ τῆς Σικελίας*] Id verum videri cognosces ex Thucydidis L. I. 44. et Plut. Alcib. p. 199. D. Wess.

514. 97. *Πλείω τῶν μυρίων ταλάντων*] Vide supra c. 38. Wess.

514. 1. *Ἤλπιζον καταπολεμήσειν*] Nihil muto. Credo Vat. et Reg. 1. *καταπονήσειν* aut *καταπρονομεύσειν* voluisse; quorum prius ferri utcunque poterat, non alterum: est enim *προνομεύειν*, *ἁρπάζειν*, *κατασύρειν*, *αἰχμαλωτεύειν*, Hesychio explicante, minusque huic loco accommodatum; tacco de vocis compositione rariore. Vide Spanhem. in Iosephi L. III. Bel. Iud. 9. 4. Wess.

515. 5. *Λάχητα καὶ Χαβρίαν*] In hoc ultimo nomine erratum est: saepissime id accidit in propriis nominibus locorum, urbium aut virorum. Apud Thucydidem legitur L. III. 86. *καὶ Λάχητα τὸν Μελανώπου, στρατηγὸν αὐτῶν, καὶ Χαροιάδην, τὸν Εὐφιλήτου.* Ergo legendum hoc loco *Λάχητα καὶ Χαροιάδην.* Palm. *Λάχητα καὶ Χαροιάδην*] Instauravi scriptis e libris *Charoeadas* nomen, quod diu ante Palmerium castigandum monuerat ad Orosium L. II. 14. Franc. Fabricius. Id adtexo, Thucydidem ducibus his naves duntaxat XX dedisse L. III. 86., praeterea Demetrium in Schol. ad Comici Vesp. v. 240. asseverare, Lachetem *στρατηγῆσαι πρὸ τριῶν ἐτῶν εἰς Σικελίαν πεμφθέντα μετὰ νεῶν.* quod falsum erit, nisi *εἰς Σικελίαν* idem sit atque *in Sicilia.* Sequenti enim anno, qui tertius ante Amyniam, quo Archonte Aristophanes Vespas suas docuit, exercitus imperium

Laches in Sicilia administravit. Alioqui ἐν Σικελίᾳ cum Palmerio rescribendum. Wess. MS. Coisliniani Χαριάδην, quo etiam Reg. 1. Χοιριάδην ducit, quum alibi reperitur tum in nobilissima inscriptione Attica, quam postremus edidit Rosius Inscr. p. 145.

515. 7. *Καὶ τῶν Χαλκιδέων ἀποίκων*] Doctissimus interp. *et a Chalcidensibus colonis suis* obscurissime: non enim ex illis adparet, quorum coloni *Chalcidenses* fuerint, Rheginorumne an Atheniensium. Utrum elegeris, a vero recedet. Rhegini Chalcidensium erant coloni, Strabone auctore L. VI. p. 395. et Nostro L. XIV. 40. Quare ad hos si verba referas, inducenda erit copula. Ego vero eam non moveo, tantum Codd. addicentibus vocem ὄντων eliminans. Namque id vult, a Rheginis et ceteris Chalcidensium colonis eas naves Lachetem et Charoeadam impetrasse. Consentit Thucydides, qui *τὰς Χαλκιδικὰς πόλεις* hoc bello a Leontinis et Atheniensibus stetisse tradidit L. II. 86. Wess.

515. 12. *Φρούριον ἐπολιόρκησαν*] Rhodomannus Locrensium castellum intellexit, quorum *φρούριον* a Lachete occupatum testis Thucydides est L. III. 115. Id tamen ut hic intelligas, sequentia vetabunt: decent clare *Mylas* indicari. Forte itaque olim fuit *φρούριόν τι*, aut *Μυλαίων φρούριον*, aut *τὰς Μύλας τῶν Μεσσηνίων φρούριον*, quae Ph. Cluverii suspicio est Sicil. Antiq. L. II. p. 302. Firmat coniecturam Thucydid. III. 90., id praeterea commonstrans, haec et quae succedunt, insecuto anno fuisse administrata. Mox Σικελοὶ loco Σικελιωτῶν sunt positi, cuiusmodi Messanenses, qui opem obsessis tulerunt. Wess.

515. 19. *Εὐρυμέδων καὶ Σοφοκλῆς*] Hos antevertit Pythodorus, citius in eas Italiae ac Siciliae oras delatus. Vide Schol. ad Aristoph. Vesp. v. 240. et Thucyd. III. 115. IV. 2. Wess.

515. 22. *Ἐκ τριήρων πεντήκοντα καὶ διακοσίων*] Alios ac Thucydidem in his recensendis duces sibi adscivit: ex eo tantum navium numerum difficulter conficies. Vid. eius L. IV. 24. Wess.

515. 26. *Μεταδόντες τῆς πολιτείας*] Dederunt Syracusani Leontinis ius suae civitatis, sed postquam temporis aliquantum abierat, quo mutuis discordiis sese pessum dederant ipsi. Cognosces, si volupe fuerit, ex Thucydide L. V. 4. Id ius cum deinceps sprevissent, patriae amore accensi, urbemque instaurassent, iterum a Dionysio in Syracusanae civitatis consortionem compelluntur infra L. XIV. 15. Wess.

515. 31. *Ὅτι βουλομένων συνοικίζειν πάσας τὰς κατὰ τὴν Λέσβον* etc.] Unde unde haec sumpsit, sive ex Thucydide, sive ex alio, cum veritate non congruunt. Neque enim crimini Atheniensibus Lesbii dabant, quod insulae eius civitates Mitylenen transferre decrevissent. Contra accidit. Mitylenaei Lesbios omnes in ius suae civitatis conpellere adnixi sunt. Thucydidem audiamus L. III. 2. *καὶ αὐτῶν Μιτυληναίων ἰδίᾳ ἄνδρες κατὰ στάσιν πρόξενοι Ἀθηναίων μηνυταὶ γίγνονται τοῖς Ἀθηναίοις ὅτι ξυνοικί*

ζουσί τε τὴν Λέσβον ἐς τὴν Μιτυλήνην βίᾳ etc. Id aegrius cum ferrent Athenienses, legatos misere, qui *οὐκ ἔπειθον τοὺς Μιτυληναίους τήν τε ξυνοίκισιν καὶ τὴν παρασκευὴν διαλύειν*, sicuti ibidem adiungitur. Ergone Thucydidis verba, haud profecto obscura, secus atque oportuerat, accepit ipse, aut ante eum alius? Id fieri potuisse, non negavero. Homines fuerunt, et quod omnibus accidit, illis usu venire potuit. Quid si tamen vitium his inhaereat, quo loci sententia sit conturbata? Scribe enim mecum *ὅτι βουλομένων — κατὰ Λέσβον πόλεις εἰς τὴν Μιτυληναίων πόλιν, διεκώλυσαν*, et turbas has compositas animadvertes. Namque Lesbii Atheniensibus vitio vertebant, quod, cum ipsi Mitylenas conmigrare constituissent, id illi inpedire fuissent conati. Atque hoc fortasse bene procedet. Aliud est de tempore inchoati belli, quod ab anno primo Olymp. LXXXVIII. removeri non posse, ex Thucydidis III. 8. liquidissimum evadit. WESS.

516. 43. *Κλεινιππίδην*] *Κλεϊππίδην* Thucydides adpellat III. 3., uter rectius, non decerno. WESS.

516. 51. *Πάχης ὁ Ἐπικλήρου*] *Ὁ Ἐπικούρου* in eiusdem L. III. 18., qui sive Epicuri, seu Epicleri F., a Schol. Comici ad Equit. v. 831. *Χάρης*, et in Plutarchi Nic. p. 526. D. *Λάχης* vocatur, melius in Vit. Aristid. p. 335.; sed haec occupavit Cel. Barbeyracius Histor. Foed. P. I. p. 130. WESS.

516. 56. *Τριήρεις μὲν τετταρακονταπέντε*] XLII Thucydid. III. 26., ubi et de agri Attici populatione. WESS.

516. 64. *Βουλευομένου ὡς χρὴ προσεν.*] Addit Scaliger *ὡς χρὴ προσηνῶς προσεν.* quod nimium arbitror. Ego praeferrem, si quid mutandum, *πῶς χρή*. WESS. in Add.

516. 65. *Κλέων ὁ δημαγωγὸς, ὠμὸς ὢν τὸν τρόπον*] Hominem ex virtutibus ornavit Aristophanes in Equitib., cuius fabulae v. 770. 831. inspice, quaeque ibi Critici veteres et ad Luciani Timon. c. 30. adscripserunt. WESS.

516. 67. *Μιτυληναίους — ἠβηδὸν ἅπαντας ἀποκτεῖναι* etc.] Ipsa plebisciti verba sunt, quae saepe respiciunt scriptores. Defungar uno Libanio T. II. p. 693. B. *καὶ πρὸς τοσοῦτον ἦλθεν ὀργῆς ὁ πραότατος τῶν Ἀθηναίων δῆμος, ὥστε ψήφισμα ἐνίκησε τὴν πόλιν ἠβηδὸν ἀνελεῖν, καὶ τοῦτο φέρουσα τριήρης ἔπλει. ἐκκλησία δευτέρα καὶ Διοδότου λόγος ἐπιεικέστερος, καὶ ψήφισμα ἐλύθη ψηφίσματι.* Sic scripsit et distinxit, quod non animadversum fraudi viro docto fuit. Nam Diodotus, cum res iterum ad populum esset relata, persuasit, ut inmane id decretum rescinderetur, apud Thucydid. III. 42. De loquendi genere *ἠβηδὸν ἀποκτεῖναι* dictum saepe est. Vid. not. in L. III. 54. WESS.

516. 78. *Πλὴν τῆς Μηθυμναίων χώρας*] Vide Thucydid. III. 55. WESS.

516. 83. *Χρονιζούσης τῆς πολιορκίας*] Tracta fuit in alterum annum. Legitur nunc quidem in Demosth. Orat. in Neaer.

p. 741. *ἐπολιόρκουν αὐτοὺς διπλῷ τείχει περιτειχίσαντες δέκα ἔτη*. Sed corruptissime. Scriptum fuisse *δύο ἔτη* vidit Cl. Ioseph. Wasse in Thucyd. III. 52. et ante eum Palmerius Exercitat. p. 648. WESS.

516. 87. *Ἀποβεβλήκεισαν*] Huius formae conpluscula conduximus ad L. XI. 26. WESS.

516. 91. *Καὶ διεκπεσεῖν εἰς τὰς Ἀθήνας*] Sic L. IV. 54. *καὶ διεκπεσεῖν εἰς Θήβας*. Et L. XVII. 34. *οἱ δὲ πλεῖστοι εἰς τὰ πεδία διεκπεσόντες*. Plene Pausan. VII. 16. p. 561. *τότε τῷ Καλλιστράτῳ παρέσχε τόλμα διεκπέσαι διὰ τῶν πολεμίων*. Rarius hoc Iosephi L. VII. Bel. I. 6. 4. *οἱ μὲν οὖν ἀνδρειότατοι τῶν ἐξιόντων ἔφθασαν διεκπέσασθαι*, modo id dederit ipse. Dubito enim. Namque et hoc usu, quod recordor, verbum obvium non est, et scripti Codd. *διεκπαίσασθαι* clare suppeditant. Id autem cur pro reiiculo censeretur, caussam non exputo. Iosephus ipse post pauca: *ὅπως τοῖς διεκπαίεσθαι τολμῶσι τῶν Ἰουδαίων ἄπορος ἡ φυγὴ γίνηται*. L. Kuster. confer in Aristoph. Plut. v. 805. WESS.

517. 93. *Αὐτοὶ δ' ἑτοιμασάμενοι — αὐτοὶ* etc.] Posterius sine sententiae intertrimento deesse potuerat. Sed placet Diodoro haec dictionis subinde redundantia. Vide not. in L. I. 97. WESS.

517. 97. *Ἐπὶ τὸ τεῖχος*] *Ἐντὸς τοῦ τείχους* scilicet. Sic Scaliger et Is. Vossius. WESS. in Add.

517. 2. *Οἱ δὲ Πλαταιεῖς καταπλαγέντες* etc.] Diodorus haec nimis arte praecedentibus connectit. Inter elapsos ex obsessa urbe et deditionem reliquorum aliquot intercesserunt menses. Thucydides III. 20. et 52. aperte significat. WESS.

517. 11. *Καὶ κατασκάψαντες ἐμίσθωσαν* etc.] Videatur Thucydid. III. 68., quaeque illi adscripsit Cel. Duker. de Plataeis iterum instauratis iterumque eversis, atque inferius etiam L. XV. 46. WESS.

517. 16. *Στάσις καὶ φιλοτιμία*] Concors Codd. scriptorum consensus hoc reposcebat; postulabat praeterea mos auctoris, quo *φιλοτιμία* quaevis est *contentio*. Sic L. IV. 23. *γενομένης δὲ τῆς φιλοτιμίας μετὰ προστίμου, cum rixa, constituta mulcta, esset nata*. Et L. XII. 32. *μετὰ πολλῆς φιλοτιμίας κατεσκεύαζον τριήρεις*. Tum post pauca de Corcyraeis, *καὶ ταῖς φιλοτιμίαις οὐκ ἀπολιμπανομένων*. Quem in modum Iosepho de Iud. Antiq. L. XVI. 8. 4. *νεανικαὶ φιλοτιμίαι* contentiones, quibus iuvenes in certamen conmittuntur. Vide mox c. 61. WESS.

517. 22. *Διηγνήθησαν ἀπὸ τῶν προξένων*] Mallem *ὑπὸ τῶν προξ.*, quod et Rhodomanno placuit, et *διηγνήθησαν*. Thucyd. III. 70. paullo aliter, *ὑπὸ Κορινθίων ἀφεθέντες, τῷ μὲν λόγῳ ὀκτακοσίων ταλάντων τοῖς προξένοις διηγγυημένοι, ἔργῳ δὲ, πεπεισμένοι Κορινθίοις Κέρκυραν προσποιῆσαι*. Porro *τηροῦντες τὴν τῶν ὡμολογημένων πίστιν* sine praepositione melius

erit. Wess. Ὑπὸ τῶν προξένων Scaliger et Is. Vossius. Idem in Add.

517. 31. *Οὗτοι δὲ φοβηθέντες τὴν τιμωρίαν* etc.] Nimiam in his brevitatem secutus foedum seditionis exitum paene transiliit: habet aliqua L. XV. 49. at quantum ea absunt ab ubertate Thucydidea L. III. 72. etc.? Wess.

517. 34. *Εὐθυδήμου*] In Didascalia Aristophanis Acharnensium *ἐπὶ Εὐθυμένους ἄρχοντος*, prave. Scribi debuerat *ἐπ' Εὐθυδήμου*, quo Archonte eam fabulam poëta docuit, sicuti egregie patefecit S. Petitus Miscell. L. I. 4. Wess.

517. 36. *Μάρκον Φαλίνιον*] Scribe *Φόσλιον καὶ Λ. Σέργιον*. Foslii cognomentum fuit *Flaccinator*. Ideo *Φλαικίνιον* a Diodoro forte scriptum fuit. Rhod. Errorem librariorum animadvertit Pigh. in Fast. ad ann. cccxx. Vide Livium L. IV. 25. Wess.

518. [41. *Ἱππεῖς τετρακοσίους* etc.] Thucydides dissentit L. III. 87., quem si consulueris, luem haud prorsus cessasse superioribus annis perspicies. De caussis recrudescentis pestilentiae non male Diodorus, cui Hippocratem adiunge de Aër. Aq. et Loc. p. 287. Wess.

518. 64. *Ἐρρίπτον ἑαυτοὺς εἰς τὰ φρέατα*] Sumtum ex Thucyd. II. 49. e quo et Lucretius:

In fluvios partim gelidos ardentia morbo
Membra dabant, nudum iacientes corpus in undas:
Multi praecipites lymphis putealibus alte
Inciderunt etc.

quae elegantissima extremo Poëtae L. VI. legi poterunt. Wess.

518. 69. *Τὴν νῆσον Δῆλον*] Arbitror postremam vocem, cum ab optimis libris negligatur, librarii auctarium esse: Delum intelligi, sequentia ostendunt apertissime. Nec sede tamen deieci, quod eam tueri quodammodo posse videatur. Wess.

518. 73. *Εἰς τὴν Ῥήνειαν*] Ita plerumque insulae nomen scribere solent, Thucydides, Dionysius Halicarnassensis, Strabo, Aelianus, advocati ab Holsten. ad Stephan. in v. Adde elegantem Sopatri locum ex Conment. in Hermogenem, exscriptum in Is. Casaub. Animadv. Athen. X. 6. In Plutarchi Nic. p. 525. A. scribitur Ῥηνία, sed contra manu exaratorum Codd. iudicium. Wess.

518. 76. *Τὴν τῶν Δηλίων*] Vide Thucydid. III. 104., atque excitatos ibi a viris doctissimis scriptores. Quod vero haec praecedit, ne cui parere, aut mori, aut sepeliri intra Delum liceat, similis superstitio in Aesculapii apud Epidaurios luco vetabat, Pausania teste L. II. 27. Wess.

519. 88. *Ποιῆσαι δὲ νῆσον — Ἀταλάντην*] Imo vero ante hos terrae tremores Atalante insula fuit, ut supra c. 44. significavit. Cum maxime aquarum illa inundatione fuit superfusa, quod Thucydidi III. 89. docenti, sicuti et Philostrato Heroic. XIX. 15.

p. 744. credimus. Errorem Diodori castigarunt Ill. Scaliger ad Eusebii Chron. n. MDXCI. et Is. Casaub. in Strabon. IX. p. 651. WESS.

519. 91. *Μετωνόμασαν Ἡράκλειαν*] Alias *Ἡράκλειαν τὴν ἐν Τραχινίᾳ* adpellat, ut c. 77. et XV. 57., neque aliter Strabo L. VIII. p. 587. et IX. p. 627. In Thucydide III. 92. *Ἡράκλεια ἡ ἐν Τραχινίαις*, ubi scripti libri *ἐν Τραχινίᾳ*, quod equidem praeferrem. Polemon vocat apud Athen. XI. p. 462. *Ἡράκλειαν τὴν ὑπὸ τὴν Οἴτην καὶ Τραχῖνα*, situm bene circumscribens. Aberat enim a veteri Trachine sex ferme stadiorum intervallo, teste Strabone IX. p. 655. WESS.

519. 97. *Πρόγονον ἑαυτῶν ἐγκατῳκηκέναι*] Vide L. IV. 57. WESS.

519. 4. *Τὴν Τραχῖνα μυρίανδρον ποιήσαντες*] Dixi libro superiore c. 49. De numero colonorum adsentitur Scymnus Chius,

Ἦν οἱ Λάκωνες μυρίους οἰκήτορας
Πέμψαντες εἰς Τραχῖνα, πρότερον ᾤκισαν.

Quos quidem versus cum Ill. Scaliger produxisset ad Eusebii Chron. num. MDXCVI. IX colonorum millia a Diodoro recenseri admonet, nimium festinans puto. WESS.

519. 7. *Στρατοκλέους*] Memoriam huius Archontis adhibuit Strabo, quae non animadversa viros doctissimos exercuit. Verba Geographi L. VIII. p. 551. de Pylo haec sunt: *προσεκτήσαντο δ' αὐτὴν Ἀθηναῖοι τὸ δεύτερον ἐπὶ Σικελίαν πλέοντες μετ' Εὐρυμέδοντος καὶ Στρατοκλέους, ἐπιτείχισμα τοῖς Λακεδαιμονίοις.* Scribit, et vere quidem, Is. Casaubonus, *στρατηγοὺς* fuisse Eurymedonta et Demosthenem, nec Stratoclis ullam esse mentionem. Addit his ex Thucydide tertium Sophoclem Iac. Palmerius, decernitque Strabonem dedisse *μετ' Εὐρυμέδοντος καὶ Σοφοκλέους*, haud sane contra rei gestae veritatem. Vide vero, sitne multo hoc mollius et lenius *μέτ' Εὐρυμέδοντος ἐπὶ Στρατοκλέους* i. e. *Archonte Stratocle*, ut *ἐπὶ Ἀνσιμάχου* in Diogene III. 3. et *ἐπὶ Χαρίνου* apud Pausaniam L. I. 23. p. 55. et *ἐπὶ Στρατοκλέους* de ipso hoc in Schol. Aristoph. Nub. v. 584. Pylum autem submagistratu Stratoclis, quod Geographus asseverat, esse captam et munitam ab Atheniensibus, ea, quae mox sequentur, adfirmant clarissimum in modum. WESS.

519. 9. *Λεύκιος Φούριος*] Post hunc reliquos Tribunos Militum ita corrigas, *Λεύκιος Πινάριος, Σπόριος Ποστούμιος.* Tot enim Fasti exhibent. RHOD.

Ibid. Μέτελλος] Errore amanuensium natum est ex *Μεδουλλῖνος*, quo Furius cognomine fuit. *Σποφίου* praenomen reddendum esse Postumio Rhodomannus recte observavit. Livium adi IV. 25. WESS.

519. 11. *Προχειρισάμενοι στρατηγὸν μετὰ νεῶν* etc.] Hiat oratio. Mallem additum fuisset *ἔστειλαν περὶ Πελοπόννησον*, ut in Thucydide III. 91. WESS.

519. 23. *Κατοικούντων ἐν αὐτῇ τότε Μεσσηνίων*] Conf. L. XI. 84. Wess.

519. 25. *Ἐπὶ τὴν ὀνομαζομένην Μολυκρίαν*] In Strabone modo *Μολύκρεια*, modo *Μολυκρία*, L. X. p. 705. et 706. Plutarchus T. II. p. 162. D. *Μολυκρίαν* vocat, et Euphorion apud Stephan. in v. Itaque elige, utrum malis. De situ urbis Iac. Palmerius Graec. Antiq. L. IV. 19. Wess.

519. 29. *Τὸν Ναύπακτον*] *Τὴν Ναύπακτον* Thucydides II. 91. saepeque alias, Strabo L. IX. p. 653. A. Pausanias IV. 25. et rectius, ut opinor. Wess. *Τὴν Ναύπακτον* refingebat Ursinus, haud male. Idem in Add.

519. 31. *Ἀμπρακιώταις*] *Ἀμβρ.* Coisl. fere semper. Vide Ios. Wasse ad Thucydid. III. 105. et Palmer. II. Graec. Ant. c. 7. Wess.

520. 35. *Ὁ μὲν οὖν Δημοσθένης ᾤετο* etc.] Videndus est Thucydides III. 113. 114. Wess.

520. 45. *Ἐν μεγάλῃ συμφορᾷ περιπεπτωκότες*] Praepositionem merito delendam iudicat Rhodomannus: nunquam enim in hoc genere adhibetur. Namque et supra c. 56. de Plataeensibus, *ἀδίκως ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς περιέπεσον*. Et L. XIII. 21. *ἄνδρας πλείους τῶν τετρακισμυρίων οὕτω μεγάλαις συμφοραῖς περιπεσεῖσθαι*; Tum L. XVII. 29. *Δυρεῖος — καίπερ μεγάλῃ συμφορᾷ περιπεπτωκώς*. Reddendum est Basilio M. Epist. LI. *στόμασι πρὸς ψευδολογίαν εὐκόλοις περιπεσών*. Sic enim oportuit: nam *παραπεσών* non satis ibi est eonmodum, atque a scriptis libris inprobatur. Wess.

520. 51. *Τῆς δὲ Μεσσηνίας ἀπέχον σταδίους τετρακοσίους*] De Pylo loquitur, quam sitam ait in Messenia, et ab illa distare stadiis quadringentis. Absurdissima sententia! Hanc historiam habet a Thucydide (L. IV. 3.) qui accurate eam scripsit. Ex eo lege *τῆς δὲ Σπάρτης ἀπέχον σταδίους τετρακοσίους*. Palm. Error in his absurdus est. Palmerii opinionem firmat et Strabo L. VIII. p. 551. B. Wess. Ursinus malebat *τῆς δὲ Μεσσήνης*, levi mutatione, quae et blandiri propterea posset, modo liqueret, hoc tempore urbem fuisse Messenen: id vero secus habere, notum est ex Strabone, Pausania atque aliis. Vide hunc L. IV. 1. Itaque Palmerii opinio potior est. Idem in Add.

520. 53. *Ἐν εἴκοσιν ἡμέραις ἐτείχισε*] *Ἐν ἡμέραις ἕξ* Thucydides L. IV. 5., quod verius arbitror perpensa Atheniensium summa virium contentione, qua in Pylo munienda usi sunt. Wess.

520. 62. *Θρασυμήδους*] Nihil in vocis scriptura discordant Codd. scripti. Tamen a Thucydide *Θρασυμηλίδας* adpellatur L. IV. 11. Wess.

520. 65. *Ναῦς ἀντιπρώρους ἔστησαν τῷ στόματι τοῦ λιμένος*] Sic L. XIII. 78. *καὶ (τριήρεις) κατὰ τὸν διέκπλουν ἀντιπρώρους κατέστησε*. Et libro eodem c. 50. *αἱ τριήρεις ἐπέστρεψαν ἀντίπρωροι τοῖς πολεμίοις*. Atque ita de navibus passim,

quae proris in hostem obversis stant aut procedunt. Polybius L. I. 50. *παρ' αὐτὴν τὴν γῆν ταχέως ἐποίουν ἀντιπρώρους τοῖς πολεμίοις.* tum post pauca, *ὑπέστησε τὴν ἑαυτοῦ ναῦν ἀντίπρωρον τοῖς πολεμίοις.* Recte proin Cel. Duker. in Thucydide L. IV. 8. *ναῦς ἀντιπρώρους* haud adspernatur. Wess.

520. 70. *Παρατεταμένην δ' ἐπὶ μῆκος*] Vide Strabonem L. VIII. p. 551. A. et Thucydidem inprimis L. IV. 8. Wess.

520. 75. *Διημερεύοντες δὲ ταῖς τειχομαχίαις*] Addere praepositionem adsuevit, *τότε μὲν ἐν τῷ κινδύνῳ διημερεύοντες* L. XVI. 46. Nec semper tamen, sicuti ex L. XVIII. 34. perspicies. Wess.

521. 89. *Προσαγόντων*] De loquendi genere ad L. XI. 60. Wess.

521. 1. *Ἡ μὲν τριήρης ἐπώκειλεν*] Vide not. in L. I. 31. Wess.

521. 2. *Ἐπὶ τὴν τῆς νεὼς ἐπιβάθραν*] *Ἀποβάθραν* Thucydides IV. 12. cum nota Duker. Sed hae voces permiscentur saepe, sicuti in Luciani D. Mort. X. 1. *Scalas* designat, quibus in navim escendebant. Translate Philo Iud. in Flacc. p. 993. A. *κυρίοις ὀνόμασιν ἀδυνατῶν ἐπιβάθρᾳ χρῆσθαι πρὸς δήλωσιν.* Et de Leg. Special. p. 805. B. *ἐπιβάθρᾳ χρωμένους ἅπασιν ὧν γένεσίς ἐστι.* Alia P. Leopardus Emend. XIV. 10. et Ezech. Spanhem. ad Callim. H. in Del. v. 22. Wess.

521. 8. *Ὁ μὲν βραχίων προέπεσεν ἐκ τῆς νεὼς* etc.] Falsa est haec narratio, quam ex Thucydide corrigere debemus, et proculdubio vox *βραχίων* emendatione eget: nam ex tota Brasidae historia, quam accurate exequitur Thucydides, patet eum non amisisse brachium in ea pugna, de qua hic Diodorus. Forte scripserat *βραχύ τι*, vel *ἐν βραχεῖ*, vel quid tale, eo sensu, *parum abfuit, quin e nave caderet*, et proculdubio hanc historiam a Thucydide accepit Diodorus verbis paululum immutatis. Dixit Thucydides L. IV. 12. *ἡ ἀσπὶς περιερρύη εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐξενεχθείσης αὐτῆς εἰς τὴν γῆν οἱ Ἀθηναῖοι ἀνελόμενοι, clypeus in mare effluxit, et in terram delatum Athenienses abstulerunt.* Diodorus vero sic de eodem negotio: *ἡ δὲ ἀσπὶς περιῤῥυεῖσα καὶ πεσοῦσα εἰς τὴν θάλασσαν ὑποχείριος ἐγένετο τοῖς πολεμίοις, clypeus elapsus cum in mare cecidisset, venit in manus hostium.* Nihil similius. Unde colligitur vocem *βραχίων* mendosam esse. Nam si brachium amisisset Brasidas, id non tacuisset Thucydides. Quae addit Diodorus de numero caesorum a Brasida, bella sunt, non vera: nam quomodo vetitus in terram descendere ob tela ingruentia id praestare potuisset, qui cominus cum hoste non potuit pugnare, in sua navi manens, ubi et *λειποψυχήσας* cecidit? Palm. Auctor si diceret, Brasidam brachium amisisse, viro doctissimo obloqui nefas putarem. Atqui id ille nusquam. Tantum significat, Brasidam, viribus ob vulnera profluentemque

sanguinem defectum, animo dum linquitur, ita fuisse lapsum, ut brachio e navi pendente clypeus excideret in mare. Id fieri potuisse, res admonet ipsa, locusque, e quo pugnabat, et in quem praeceps corruit. Stabat ἐν τῇ ἐπιβάθρᾳ, decidit εἰς τὴν παρεξειρεσίαν. utrumque lateri navis proximum fuisse, ignorat nemo. WESS.

521. 15. *Θανάτῳ κολάζεσθαι*] Plutarchum in Pelop. p. 278. B. vide. Romanis moribus *miles, qui in bello arma amisit, vel alienavit, capite punitur: humane, militiam mutat*, teste Modestino L. III. §. 13. D. de Re Milit. Athenis Atticis inurebatur infamia, si non fallit Petitus LL. Attic. L. VIII. Tit. 3. p. 557. Sed virum Illustr. Ezech. Spanhem. ad Aristophan. Nub. v. 352. adi potius. WESS.

521. 21. *Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ ἐκ τῆς Λαχων.* etc.] Aemulatur manifesto Thucydidem L. IV. 13. Mox doctissimus Rhodomannus secutus coniecturam suam vertit, *sua exclusi terra*, quasi esset *οὐκ ἔχοντες*. haud ille quidem inconcinne, citra necessitatem tamen. WESS. Rhodom. sic: *restitue οὐκ ante ἔχοντες.*

522. 32. *Οὐ συγκατατιθεμένων δ' αὐτῶν*] Confer Thucydid. IV. 21. WESS.

522. 41. *Ἑκατὸν εἴκοσι*] Consentit Thucydides IV. 38., id addens, octo defuisse quo minus trecentorum numerus rotundaretur. Sed horum rationem non habuit Noster, ut neque Strabo L. VIII. p. 551., nec Schol. Aristoph. Equit. v. 1050. WESS.

522. 43. *Ὑπὸ Κλέωνος τοῦ δημαγωγοῦ στρατ.*] In Niciae, cum is sese classis imperio abdicasset, locum suffectus apud Plutarchum in Nic. p. 527. D., cui iunge Aristophanem in Equit. v. 391. cum Criticorum veterum scholio. WESS.

522. 56. *Ἄρξας ἔτη τεσσαράκοντα*] Decessisse hoc tempore Longimanum Artaxerxem ex Thucydide L. IV. 50. constat. In regni eius spatio nec hic neque L. XI. 69. ulla discordia: quod iusto contractius Noster fecit, illos secutus scriptores, quibus Themistoclem ad Xerxem in Asiam contendisse placebat. Hinc illius productius regni intervallum, huius brevius, etiam in Ptolemaei Canone, Eusebio et Syncello, qui si pro XLI annis illi XLV totos inputassent, cum rerum gestarum ordine conspirassent melius. Tu si haec uberius conprobata desideres, inspice accuratissimae diligentiae Conment. Cl. Hier. van Alphen in Daniel. IX. Parte III. c. 6. WESS.

522. 57. *Ξέρξης ἐβασίλευσεν ἐνιαυτὸν*] Vide inferius c. 71. WESS.

522. 58. *Αἰχλων ἀποστάντων*] Restituatur *Αἴχων* vel *Αἰχούων*. RHOD. Ad huius gentis vocabulum frequentissime in his libris offensum fuisse, dixi antea. *Αἴχων* verum erit aut *Αἰχαλῶν*, si Ph. Cluverium Ital. Ant. II. 16. audias. De bello Livius L. IV. 26. et seq. WESS.

523. 74. *Τὸν υἱὸν ὡς λελοιπότα τὴν τάξιν ἀποκτεῖναι*] Diodori hac in parte quodammodo consentaneos esse Valer. Max. II. 7. 6. et A. Gellium N. A. L. XVII. 21. dudum monuit Pighius in Fast. ad ann. CCCXXII. Livius negat L. IV. 29., sed caussa allata, quam nec gravem nec veram evincit Cel. Iac. Perizonius Animadv. Histor. c. 8. p. 350. Modo auctorem *τῆς ἀπὸ τοῦ πατρὸς* scripsisse videri, non latuit Rhodomanno in not. Auctario. WESS.

523. 77. *Ἴσαρχος*] Iustum hoc Archontis nomen servant Schol. in Aristoph. Nub. v. 552. et Argum. eius Fabulae IV. Habet etiam Athenaeus, qui eo praetore indutias in annum inter Spartanos et Athenienses factas, tacentibus Thucydide et Diodoro, prodit L. V. 18. p. 218. WESS.

523. 78. *Τίτος Κοΐντιος* etc.] His Coss. Dictatorem A. Postumium cum Aequis id bellum gessisse, quod paullo ante Noster descripsit, Livius docet L. IV. 26. Alios ergo ille annales adhibuit. WESS.

523. 83. *Τριήρεις μὲν ἑξήκοντα, ὁπλίτας δὲ τρισχιλίους*] Thucydides IV. 42. *ἐς τὴν Κορινθίαν ἐστράτευσαν ναυσὶν ὀγδοήκοντα καὶ διαχιλίοις ὁπλίταις* de Atheniensibus et Nicia duce ait: quam expeditionem cum Nicias, uti mox sequetur, hoc ipso tempore sit ingressus, aperta inter Diodorum et Thucydidem discordia est. Sed Noster, ut ex aucto navium numero videbis, sibi constat. Id prave, quod varias Niciae expeditiones in unum annum coniecit. Namque in insulam Melum suscepta est Olymp. LXXXVIII. anno tertio, et navibus quidem sexaginta, sicuti ex Thucydide III. 91. conficias, et clarissime omnium ex Athenaeo, ut mox dicam. In Corinthios duxit, Methonemque muniit, sequente eiusdem Olymp. LXXXVIII. anno apud Thucydid. IV. 42. et Plut. Nic. p. 527. A. Tetigit hanc Nostri inconsiderantiam Clariss. Duker. in Thucyd. L. V. 116. WESS.

523. 87. *Αὕτη γὰρ μόνη τῶν Κυκλάδων νήσων* etc.] Vide superius c. 42. Quatenus autem Melus Spartanorum fuerit colonia, declaratur a Conone Narrat. XXXVI., obsito quidem macula, sed levi, quamque eluit L. Holsten. ad Stephani *Μῆλος*. WESS.

523. 94. *Ἧς ἐστρατήγει Ἱππόνικος ὁ Καλλίου*] Tempus expeditionis huius signatur ab Athen. L. V. 18. *ὁ δ' Ἱππόνικος ἐπὶ μὲν Εὐθυδήμου ἄρχοντος στρατηγῶν παρατέταχται μετὰ Νικίου πρὸς Ταναγραίους καὶ τοὺς παραβοηθοῦντας Βοιωτῶν καὶ τῇ μάχῃ νενίκηκε*. Suscepta ergo fuit, quod modo diximus, ante hos duos annos, Olymp. LXXXVIII. 3. Hipponicus non multo post ad Delium pugnans occubuit, teste Andocide in Alcib. p. 30. Itaque generalius est, quod superioribus adstruit Athenaeus: *τέθνηκε δὲ πρὸ τῆς ἐπ' Ἀλκαίου διδασκαλίας τῶν Εὐπόλιδος Κολάκων*. Non enim id praelium ab hoc Olymp. LXXXIX. anno primo removeri potest. Falsum autem, quod de Hipponici huius vidua, quam Pericles duxerit, commentatur Palmer. ad Aristoph. Av. v.

284. Namque Pericles eam si uxorem sibi adsciverit, rediit haud dubie ex inferis. Wess.

523. 11. *Τῶν δὲ Κορινθίων πλείους τῶν τριακοσίων*] Hoc malui cum scriptis libris. Thucydides e Corinthiis ducentos ac duodecim, ex Atheniensibus paullo minus quinquaginta cecidisse memorat L. IV. 44. De *Κρομμυῶνος* scriptura dictum ad L. IV. 59. Wess.

523. 15. *Ἐν τῇ Μεθώνῃ*] Strabonis L. VIII. p. 575. *Μέθανα*, sicuti et Pausaniae II. 34. eadem est. Nostro praeivit Thucydides IV. 47., in cuius exemplaribus Strabo haud aliter repererat. Vide not. ad Hieroclis Synecdem. p. 646. Wess.

523. 18. *Ἐπὶ Κύθηρα ναῦς ἀπέστειλαν ἑξήκοντα*] Male illi libri, qui ab hac scriptura discedunt. Res ex Thucydide L. IV. 53. aperta est. Insulae nomen attigimus antea L. V. 77. Wess.

524. 24. *Καὶ Θυραίας*] Confer L. XII. 44. et quae viri eruditi ad Thucydid. IV. 57. commentantur. Wess.

524. 32. *Οἱ Μεγαρεῖς θλιβόμενοι*] Aut deest verbum aliquod, fortasse etiam plura, inter *Μεγαρεῖς* et *θλιβόμενοι*, aut scripsit Diodorus *ἐθλίβοντο*. Steph. *Οἱ Μεγαρεῖς ἐθλίβοντο τῷ πολέμῳ*] Sequor Cod. Venetum, cuius scriptura ne quid de defectu temere suspicemur, inpedit. Accedit Thucydides IV. 66. Wess.

524. 45. *Τοὺς βουλομένους τίθεσθαι τὰ ὅπλα μετὰ Ἀθ.*] Simile eius commentum, qui Selybria occupata proclamavit, *Σηλυβριανοὺς Ἀθηναίοις ἐναντία ὅπλα μὴ τίθεσθαι* in Plutarchi Alcib. p. 208. B. et Thebanorum, intercepta paene Plataea, denuntiantium *τίθεσθαι παρ' αὐτοὺς τὰ ὅπλα*, apud Thucyd. II. 2. Genus dicendi, quo hoc quidem loco armorum coniunctio exprimitur, variis adhibetur modis. *Λέγεται καὶ ἐπὶ τοῦ ἀποτίθεσθαι τὰ ὅπλα καὶ ἐπὶ τοῦ παρατίθεσθαι καὶ ἐνδύεσθαι* non vulgatus Schol. ait in Aeschinis Timarch. p. 5. Exempla conduxerunt viri eruditione praestantes P. Leopard. Em. XI. 20. et H. Valesius ad Harpocrat. p. 37. Addo ex Libanio T. II. p. 43. B. *μᾶλλον μὲν οὖν ἢ καὶ πρόσθεν ἠγάπησεν ὑπὲρ πατρίδος ὥσπερ ὅπλα θέμενον τοὺς λόγους, qui orationibus pro patria tanquam armis depugnarat.* Interpres, ut alias, et hic offendit. Infra L. XX. 31. *θέσθαι τὰ ὅπλα* est *ἀποτίθεσθαι, deponere*, de quo usu ad Thucydid. II. 2. dubitasse virum diligentissimum, est cur demirer. Wess.

524. 49. *Τὰ μακρὰ τείχη καταλιπεῖν*] Ab urbe ad Nisaeam pertinebant, exstructa olim ab Atheniensibus in Megarensium commodum. *Καὶ τὰ μακρὰ τείχη ᾠκοδόμησαν (Ἀθηναῖοι) Μεγαρεῦσι τὰ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐς Νισαίαν* Thucydid. II. 103. et Strabo L. IX. p. 600. Diogenes cum labentibus annis Megarenses videret hos muros instaurantes et altius educentes *τὰ μακρὰ τείχη ἱστάντας*, acute pariter atque eleganter, *ὦ μοχθηροὶ, εἶπε, μὴ τοῦ μεγέθους προνοεῖτε τῶν τειχῶν, ἀλλὰ τῶν ἐπ' αὐτῶν στησομένων* apud Io. Stobensem Florileg. Tit. VII. p. 89. Wess.

524. 61. *Τούτους μὲν ἐξέβαλεν ἐκ τῆς Νισαίας*] Errat. Nisaeae possessione Athenienses deiecti non sunt. Docet Thucydides IV. 73. et ipse infra L. XIII. 65. Novi doctissimum Palmerium suppetias Diodoro hac via venisse. *Ut fides historiae constet, et consentiat haec narratio cum Thucydide, legendum est* ἐνέβαλεν *εἰς τὴν Νισαίαν*, in Nisaeam recedere compulit. *Nam ex Thucydide Brasidas populit Athenienses urbe Megaris et Nisaeam aufugere coëgit, quam pluribus annis tenuerunt contra Megarenses.* Sed excedit medicina modum. Tu utere, si lubet, et simile dictionis exemplum quaere. Namque *ἐς δυσχωρίας ἐμβάλλει τοὺς Μακεδόνας* Polyaeni VII. 25. dissimile est, nec vim complectitur illam. Sed id coniecturam unice haud premit. Wess.

524. 65. *Δῖον τῆς Μακεδονίας*] Vide L. XVII. 16. et Ioseph. Wasse in Thucyd. IV. 78. Wess.

525. 71. *Κοινωνεῖν μετὰ τῆς τῶν Λακ. συμμαχίας*] Mallem *τῆς μετὰ τῶν Λακεδαιμονίων* scriptum esset. Neque enim solet, quantum quidem recordor, verbo *κοινωνεῖν* eam praepositionem ita connectere. Consentit Rhodomannus in Addend., quae vocant, sed *μετὰ* delendum arbitratus. Wess.

525. 78. *Χιλίους*] Thucydides *ἑπτακοσίους* L. IV. 80., verum Noster sibi constat infra c. 76. Wess.

525. 84. *Προσέταξαν τοῖς κρατίστοις ἀποκτεῖναι*] Quo teste id edoctus sit, non divino. Plutarchus quidem certe in Lycurg. p. 57. A. neminem aut tum temporis aut postea resciviss ait, quo illi modo perierint, *μήτε παραχρῆμα μήτε ὕστερον ἔχειν τινὰ λέγειν, τῷ τρόπῳ διεφθάρησαν.* Et ante eum Thucydid. IV. 80. Wess.

525. 97. *Ἔτεσι δυσὶ πρὸς τοῖς τριάκοντα*] Conf. L. XI. 70. Wess.

525. 1. *Διαλιπόντες ἔτη δύο — Ἀπίωνος ἡγουμένου*] In his error est. Nam neque Apion coloniae deducendae princeps fuit, neque biennio post acceptam ad Drabescum cladem coloni pulsi fuerunt. Thucydidem, quem ferme in his sequitur, audi L. IV. 102. *καὶ αὖθις ἐνὸς δέοντος τριακοστῷ ἔτει ἐλθόντες οἱ Ἀθηναῖοι ΑΓΝΩΝΟΣ τοῦ Νικίου οἰκιστοῦ ἐκπεμφθέντος Ἠδωνας ἐξελάσαντες, ἔκτισαν τὸ χωρίον τοῦτο, ὅπερ πρότερον Ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλεῖτο.* Dux ergo coloniae Agnon, quem idem scriptor L. V. 11., Polyaen. de Stratag. VI. 53. et Scholiastes Ms. in Aeschin. *περὶ Παραπρ.* praedicant. Ipsa colonia deducta est annis XXIX post priorem, signaturque tempus a Nostro L. XII. 32. Quare, nisi in pravum Belli Peloponnesiaci Codicem inciderit, scribere debuerat, *διαλιπόντες ἔτη εἴκοσι καὶ ἐννέα — — ἡγουμένου ΑΓΝΩΝΟΣ.* Posterius quidem certe levi peccato in *ΑΠΠΩΝΟΣ* vocabulum abire potuit. Wess.

525. 2. *Περιμαχήτου δ' αὐτῆς πολλάκις γεγενημένης*] Tanto Amphipolis studio ab Atheniensibus atque aliis fuit petita,

ut mutuis de ea certaminibus saepe sit pugnatum. Id enim *περιμάχητος*. Unde Gorgo, quam multi proci ambiebant, *διὰ πλοῦτον περιμάχητος καὶ πολυμνήστευτος* in Plutarchi Amator. p. 766. D., *βίος περιμάχητος*, cui certatim multi student, Phil. Iud. apud Euseb. L. VIII. Praep. Evang. c. 11., et *ἀπερισμάχητον δόγμα καὶ ἀνωφελὲς* in eiusdem L. de Opif. Mund. p. 2. E., *ἀοίδιμον ὄνομα καὶ περιμάχητον* de divitiis in Luciani Contempl. c. 11., cum nota T. Hemsterhusii, *τόπος περιμάχητος* supra L. III. 10. Talem vero Amphipolim fuisse clades indicant, quibus ad eam Athenienses olim adflicti sunt, recensitae a Schol. Aeschin. *περὶ Παραπρ.*, et ex parte quadam a me ad Itinerar. Hierosolym. p. 604., quod, si videtur, inspice. WESS.

525. 4. *Πλησίον τῆς γεφύρας*] Vid. Thucydidem L. IV. 103. WESS.

525. 11. *Σύμη καὶ Γαληψὸς*] Lege *Οἰσύμη καὶ Γαληψός*. Nulla ibi Syme: at Oesyme satis celebris et auctoribus saepe memorata. PALM. Vitium ex Thucydide L. IV. 107. manifestum est, neque fugit id diligentiam H. Valesii in Maussaci not. ad Harpocrat. p. 106. Fuit id urbis fatum, ut multimodis eius nomen corrumperetur. Exempla dabit Maussacus in Harpocrat. *Γαληψὸς* et *Οἰσύμη*. WESS.

526. 12. *Καὶ Μύρκινον Ἡδωνικὸν πολισμάτιον*] Plerisque scriptorum *Μύρκινος* hoc oppidum. Quaerit proinde Iac. Gronovius ad Stephan. in Voc. utrum *Μύρκινος* auctor scripserit? an vero quartus sit casus et referri debeat ad verbum *προσηγάγετο*? Posterius malim cum viro eruditissimo, nisi forte aliud genus huic vocabulo inposuerit Diodorus, quod paene putem. WESS.

526. 21. *Εἰς τὴν καλουμένην Ἀκτὴν*] Haec regio erat ad montem Atho, *ἡ περὶ τὸν Ἄθω Ἀκτή*, cuius meminit Demetrius in Stephani *Ἀκτή*, et omnium clarissime Thucydides L. IV. 109. WESS.

526. 23. *Ἦσαν Ἀνδρίων ἄποικοι*] De una Sane Thucydides L. IV. 109. id adfirmat: ceteras quinque, sex enim habet, sicuti et Herodotus L. VII. 22., a promiscuis barbarorum bilinguium gentibus habitari. Mox *ταῦτα* pendet ex vocabulo, quod scribentis animo obversabatur. Nam *πόλεις*, quarum meminerat, aliud genus requirunt. WESS.

526. 34. *Ἀνασαρεστούμενοι τῇ τότε πολιτείᾳ*] Uberius omnia haec Thucydid. IV. 76. exsequitur. WESS.

526. 44. *Παυθημεὶ*] Notam defectus addidit Steph. sed abesse non debet. Vid. Thucydid. IV. 90. WESS.

526. 47. *Πλησίον τῆς Ὠρωπίας καὶ τῶν ὄρων τῆς Βοιωτίας*] Legebatur *τῶν ὀρῶν*. At qui montes illi Boeotiae? quis Delium illis adstruxit? Habent in hac quidem vicinia collem, sed nullum montium tractum. Quare ab aliis neglectos hic aequo animo ferre non potui montes. Delium collocant omnes in Tanagraeorum

agro ipsisque adeo Boeotiae finibus Thucydid. IV. 76. Strabo L. IX. p. 618. A. Pausan. L. IX. 20. Praeclare Livius XXXV. 51. *Templum est Apollinis Delium, inminens mari: quinque millia passuum a Tanagra abest.* Alia viri docti ad Aelian. Var. Hist. L. III. 17. Wess.

526. 48. *Παντόδας δὲ ὁ τῶν Βοιωτῶν ἔχων* etc.] Viri nomen ex scriptis Codd., etsi non omnino verum, revocavi. *ΠΑΝΤΟΔΑΣ* propius abest a *ΠΑΓΩΝΔΑΣ*, quo hic Boeotarcha adpellabatur. Atque ita instaurandum id nominis esse, monuerunt Io. Meursius Lect. Attic. III. 23. et Ioseph. Wasse in Thucydid. IV. 91. viri doctissimi. Wess.

526. 55. *Ἄφνω γὰρ καὶ συντόμως*] Praeferrem *συντόνως*: quas voces permisceri diximus alias. *Σύντομος ὁδὸς* est viae compendium, ut L. II. 13. et Io. Stobaei Serm. CXVI. p. 597. Quo si Athenienses properasse opinaris, acquiesce in vulgato. Mihi alterum, cui non dissimile Appiani *συντόνως βαδίζειν* in Mithrid. p. 410., blanditur. De Boeotorum copiis et Atheniensium turba Thucydides IV. 93. Wess.

527. 63. *Ἡνίοχοι καὶ παραβάται καλούμενοι*] Videtur libri Clarom. scriptor ea fuisse opinione, a qua non alienum se profitetur Eustath. in Homer. 557., *ἡνίοχον* et *παραβάτην* saepe nihil discrepasse. Sequor Porphyrium Quaest. Homer. princ. *ὅπερ δὲ παρὰ τῷ Ποιητῇ τῶν μὲν ἐπὶ τοῖς ἅρμασιν, οἱ μαχόμενοι ΠΑΡΑΒΑΤΑΙ, οἱ δὲ τὰς ἡνίας ἔχοντες ΗΝΙΟΧΟΙ* etc. Pugnabat ergo *παραβάτης*, currum regebat *ἡνίοχος*. Id firmat Noster L. V. 29. cum de Gallis ex essedis dimicantibus, *χρῶνται συνωρίσιν*, inquit, *ἔχοντος τοῦ ἅρματος ἡνίοχον καὶ παραβάτην*. Et L. XX. 42. ubi Ophellas ducit *ἅρματα ἑκατὸν, ἡνιόχους δὲ καὶ παραβάτας πλείους τῶν τριακοσίων*. Strabo L. XV. p. 1035. *δύο δ' εἰσὶν ἐπὶ τῷ ἅρματι παραβάται, πρὸς τῷ ἡνιόχῳ*. Sic enim lego ex scriptis libris. Ceterum *παραιβάται*, quod in editis conspiciebatur, mutavi: poëtarum est, et cum altero permiscetur, sicuti L. XX. 42. atque apud Apollon. Rhod. I. 754. Wess.

527. 79. *Πρὸς τὴν θάλατταν διέτειναν*] Dixi ad L. IV. 57. Wess.

527. 82. *Οὐ πλείους τῶν πεντακοσίων*] Cur hoc restituerim, Thucydides indicabit L. IV. 101. *ἀπέθανον δὲ Βοιωτῶν μὲν ἐν τῇ μάχῃ ὀλίγῳ ἐλάσσους πεντακοσίων, Ἀθηναίων δὲ, ὀλίγῳ ἐλάσσους χιλίων*. Atque haec est celebris *ἐπὶ Δηλίῳ μάχῃ*, qua Socratem strenue pugnasse et Xenophontem servasse, Platonem secuti plures prodidere, negante Athenaeo L. V. 15., cui recte tamen rescripsere viri doctissimi Is. Casaubon. Animadv. V. 15. et Leo Allatius ad Epist. I. Socratis. Wess.

527. 92. *Τὴν τῶν Δηλίων πανήγυριν*] Haud aliam, nisi quod a Boeotis celebraretur, hanc panegyrin fuisse censet Illustr. Spanhem. ad Callim. H. Del. v. 1. p. 318. atque illam, quam

Athenienses, Delo insula purgata, instaurasse Noster c. 58. antea tradiderat. Spanhemio adstipulatur Vir doctissimus, qui Exercit. de Inscript. Deliac. inseruit Tom. I. Volum. VII. Miscellan., insuper arbitratus p. 21. insulam Delum Atheniensium imperio cum maxime fuisse exemtam. Invitus ab utroque dissentio. Delus hoc tempore Atheniensibus parebat, quam rem, si dubites, docebit Thucydides L. V. 1. et Noster inferius c. 77.; neque adeo videntur Boeoti in insulam, etsi sacram, hostibus tamen parentem, misisse, qui choros ducerent atque hanc festivitatem obirent. Hoc amplius, a *Delio*, Apollinis templo, suae in regionis finibus posito, et defenso et reciperato, *Deliorum* eam sollemnitatem exorsi sunt. Itaque non in Delo insula, sed ad Delium haec panegyris concelebrata, diversaque et loco et origine Δήλια Atheniensium et Boeotorum sunt. WESS.

527. 3. Ὡς δ' ἔνιοι γράφουσι, μῆνας δύο] Ctesias dat illi dies XLV Excerpt. Persic. c. 44., menses duos Euseb. in Chronic. WESS.

527. 5. Σογδιανὸς ἦρξε μῆνας ἑπτὰ] Literam, quam praecedens vocabulum regis nomini abstulerat, addidi. Peius habitum eiusdem nomen in Pausan. L. VI. 5. p. 464. ubi de Dario Notho, ὃς ὁμοῦ τῷ Περσῶν ΔΗΜΩι ΙΣΟΓΑΙΟΝ καταπαύσας παῖδα Ἀρταξέρξου γνήσιον· pro ὁμοῦ τῷ Περσῶν ΔΗΜΩι ΣΟΓΔΑΙΟΝ etc. At id librariorum peccatum iam adverterat eruditissimum Palmer. Exercit. p. 401. *Sogdiano* regi, sive *Secyndiano*, Ctesias Excerpt. c. 47. menses VI, dies XX, Eusebius menses regni VII contribuit, ut Noster. WESS.

528. 7. Ἀντίοχος ὁ Συρακούσιος] Xenophanis F., et scriptor πάνυ ἀρχαῖος Dionysio Halic. Antiq. Rom. L. I. p. 10. Reliquit ingenii sui monumenta et Σικελιώτιδα συγγραφήν, qua de hic et apud Pausan. L. X. 11., et τὸ περὶ τῆς Ἰταλίας σύγγραμμα in Strabon. L. VI. p. 391. A., cuius principium et fragmenta quaedam servavit Dionysius. Vide Ger. Io. Vossium de Graec. Histor. L. IV., qui haec occupavit omnia. WESS.

528. 11. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνῃσιν Ἀμεινίου] Postulare hoc manu exarati Codd. videbantur, et Athenaeus L. V. 18. cum auctore Argum. IV Nubium Aristophanis et Schol. in Lucian. Tim. c. 30. Namque Ἀμυνίου titulus, qui se aliis adprobavit, ab hoc Archonte removetur in Schol. ad Comici Nebul. v. 31. WESS.

528. 12. Γάϊον Παπίριον καὶ Λεύκιον Ἰούλιον] Consuli *Iulio* suum nomen ut restituerem, inpelli a vet. interprete potui, qui suo in libro repererat: non item, ut Papirii praenomen innovarem: nam Reg. 1. consulum nomina nullo consilio sed errore manifesto perverse collocavit. Livius Coss. *L. Papirium* et *L. Iulium* dabit L. IV. 30. WESS. Conf. Pighius p. 181.

528. 13. Σικυώνιοι] Mendose pro Σκιωναῖοι, cives Scionis vel Sciones, urbis Thraciae. RHOD. Pro Σικυώνιοι lege meo periculo Σκιωναῖοι, ut fides historiae constet. Vide Thucy-

didem, qui haec fuse persequitur L. IV. 120. PALM. *Σκιωναῖοι*] Veritati doctissimisque viris refragari nolui, praesertim cum vetustis in schedis sit discordia, et *Σικυώνη* saepe *Σκιώνην* de gradu deiecerit, ut mox in Coislin. et olim apud Polyaenum, cui tamen succurrit Is. Casaub., L. I. de Stratagem. c. 38. 4. WESS.

528. 25. *Ἀριστείδην καὶ Σύμμαχον*] Thucydides alterum hunc praetorem *Δημόδοκον* vocitat L. IV. 75. nec aliter hic legi oportere contendit Cl. Ioseph. Wasse. Mihi, ne dicam dolo, mutatio nimia videtur, et potuit Noster alios, quos sequeretur, duces habere. Utere tamen, id si consultius putes. WESS.

528. 32. *Εἰς Ἡράκλειαν*] Flumen non ipsam Heracleam alluebat, quae ad *Lycum* accubabat, Plinio L. V. c. ult. teste, seu potius ad *Acherontem* sive *Soonauten*, de quo Apollon. Rhod. II. 748. et veteres Critici. Fuit ergo in agro Heracleensi, quod et Memnon indicat. WESS.

528. 33. *Κάχητα*] Ortelius hunc locum attigit (Thes. Geogr. v. *Cachetus*), et vult legi *Κάχητον*: male. Thucydides L. IV. 75. eum *Κάληκα* vocat. Arrianus in Periplo *Κάλητα*. Sed Memnon, cui magis credendum, utpote Heracleotae et Bithyniae vicino, *Κάλλητα* nominat (Excerptor. c. 23.) per duplex λλ. Igitur nomen eius fluvii sit *Κάλλης*, et nunc *Chelit* dicitur Belonio in suis Observationibus. Sed haec omnia iam supra dicta sunt, nisi me fallit memoria. (Vid. Exercit. p. 51.) PALM.

528. 38. *Σπονδὰς ἐνιαυσίους ἐποιήσαντο*] Vide Thucydid. IV. 117. 118. WESS.

528. 40. *Τότε*] Lego *ποτε*. STEPH.

528. 42. *Φιλονεικίας*] *Φιλοτιμίας* V. Co. R. 1. non male. Vid. c. 57. WESS.

528. 47. *Περὶ δὲ τῆς Σκιώνης ἠμφισβήτουν*] Quaestio erat, utrum ante inducias, an factis illis in Brasidae potestatem venisset. Hoc Athenienses, illud Brasidas affirmabat, Thucydides L. IV. 122. WESS.

529. 58. *Ἡβηδὸν ἀποσφάξειν*] Sic malui. De Scionaeorum inhumana caede inferius c. 76. WESS.

529. 68. *Στάσιν ὑπερδέξιον ἔχοντες*] *Μάχη ὑπερδέξιος* quae ex superiore fit loco apud Pausan. L. IV. 29. p. 352., et paullo ante *καὶ οἱ φρουροῦντες τὴν ἀκρόπολιν ἐπέκειντο ἐξ ὑπερδεξίων*, i. e. *locis celsioribus*. Unde *ὑπερδέξιοι τῶν κατειλημμένων τὴν πέτραν βαρβάρων*, qui barbaris ignaris in excellentem petrae partem escenderant Nostro L. XVII. 85. WESS.

529. 72. *Ὁ Πίγκτερος*] Legendum *Ὁπίτερος*. RHOD. *Ὁπίτερος*] Cupide hoc praenomen restitui. Scio *Hostum* Livio L. IV. 30. atque in Fragm. Capitolini Marmoris adpellari; idque Lucretio praenomen fuisse a Pighio in Fast. ad ann. CCCXXIV contendi. Quin tamen id, quod revocavimus, in Fastis Diodorus invenerit, scripti Codd. ne addubitemus, efficiunt. Porro collegam Lucretii

Fidenatem alii omnes vocitant; et venit a *Φιδήνη* gentile *Φιδηνάτης* etiam apud Stephanum: illud itaque praestiterit. Wess.

529. 74. *Ὅτι λάθρα πρὸς Λακεδαιμονίους* etc.] Rem habet Thucydides L. V. 1., sed eius caussam adferens, quod Delii polluti essent et sacrae insulae possessione indigni. Utraque vera fortasse fuit. Wess.

529. 78. *Ἀτραμύτιον*] In Addend. *Ἀδραμύττιον* Rhodomannus, cui favet liber Coislin., sed digitum non verterim, utrum probes. Varia enim nominis olim fuit scriptura, quod praeter Stephan. eiusque interpretes ostenderunt viri docti ad Thucydid. V. 1. VIII. 108. Wess.

529. 80. *Εἰς τοὺς ἐπὶ Θρᾴκην*] Conf. huius L. XII. 42. Wess.

529. 96. *Ἀπὸ τῆς Ἀμφιπόλεως σταδίοις ὡς τριάκοντα*] Distabat stadiis ab urbe ea XXV, Thucydide L. IV. 102. indice. Recte proin *Ἠιὼν ἡ πρὸς Ἀμφιπόλει* Demostheni Orat. in Aristocr. p. 435. Wess.

530. 6. *Πολλοὺς τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν* etc.] Haec non usque quaque conveniunt Thucydideis L. V. 11. quae vide. Wess.

530. 11. *Κλέωνος ἐν τῇ μάχῃ πεσόντος*] Periisse Cleonem hoc anno rerum series apud Thucydidem et Schol. Ms. in Aeschin. *περὶ Παραπρ.* declarant liquidissime. Tamen Grammatici veteres dissenserunt vehementer. Namque Schol. Luciani Tim. c. 30. *ἐτελεύτα (Κλέων) νικηθεὶς ὑπὸ Βρασίδου ἐπὶ ἄρχοντος Ἀμεινίου.* Ad Aristoph. vero Nub. v. 549. 552. Critici Archonte *Isarcho* cecidisse adseverant ob Eupolidis Maricam, in qua, illo Archonte edita, poëta mortuo Cleoni insultarit. At his recte ibidem obviam venit Androtion, Archonte *Alcaeo* caesum Cleonem memorans. Neque docuit, quod illi sibi persuadebant, Eupolis *Μαρικᾶν* sub *Isarchi* praetura, sed serius et post primas quidem Aristophanis *Νεφέλας*, ut bene Eratosthenes et Callimachus. Vide H. Dodwelli Annal. Thucydid. p. 161. Wess.

530. 18. *Ἡ μήτηρ τοῦ Βρασίδου*] *Argileonis*, cuius egregium et Spartae honestum hoc dictum non praeteriit Plutarchus in Lacon. Apophthegm. p. 219. D. Wess.

530. 31. *Τὰς δὲ πόλεις ἀπολυθῆναι*] Foederis formulam pete ex Thucydide L. V. 18. Ego vero vehementem in modum dubito de vera loci huius scriptura, autumoque fuisse olim *ΑΠΟΔΟΘΗΝΑΙ*, quod negligentia amanuensium abierit in *ΑΠΟΛΥΘΗΝΑΙ*, tantoque facilius, quoniam modo id fuerat usurpatum. Verbum hac in re tritum est Thucydidi in conditionibus foederis huius describendis, nec spernit Noster, sicuti brevi post videbis. Wess.

530. 33. *Ἔτη δέκα*] *Αὐτοδεκαετῶν διελθόντων καὶ ἡμερῶν ὀλίγων παρενεγκουσῶν* Thucydides V. 20., cui adiungo H. Dodwell. Annal. Thucydid. p. 164. Wess.

530. 35. *Ἀριστωνος*] In Athenaeo L. V. 18. *ἐπ' Ἀριστίωνος*, et verius, Meursio iudice de Archont. L. III. 7. WESS.

530. 36. *Τῖτον Κοΐγκτιον*] Haec scriptura arguit etiam alibi pro *Κόϊντος* et *Κοΐντιος*, *Κόϊγκτος* et *Κοΐγκτιος* a Diodoro positum fuisse: ut ita veram nos scriptionem seu genuinam orthographiam Romanae in hac voce literaturae vel ipse nos doceat; cum vulgo ubique fere scribatur pro *Quinctus*, *Quinctius* et similibus, *Quintus*, *Quintius*, contra naturam primitivi sui *Quinque*. RHOD. *T. Κοΐντιον*] Rhodomanni observatio specie sua blanditur, neque ego in Latinis temere refragabor. De Graecis dubito. Polybius quidem certe *Κόϊντον* et *Κοΐντιον* probat, nec secuti aliud sunt Dionysius, Iosephus, Plutarchus, vetustique lapides in Gruteri Thes.: Dio Cassius *Κόϊντον* et *Κοΐντιον* maluit, quod et in Marmore Thes. eiusdem p. CCCXXX. Eusebius *Κόντον* et *Κόντιον*. Noster autem *Κόϊντον* et *Κοΐντιον* cum semper alias scribat, *παραδιόρθωσιν* exscriptorum nihil moror. WESS.

530. 42. *Συνέθεντο συμμαχίαν*] Nicias, ut haec societas coiret, princeps auctor Athenis fuit, Plutarcho teste Nic. p. 529. C. Tabulas firmatae amicitiae dabit Thucydides L. V. 23. WESS.

531. 60. *Πολλῶν δὲ πόλεων ὑπακουουσῶν πρὸς τ. κ. ἐλευθερίαν*] De militibus, qui vocati respondent et nomina dant L. XVI. 29. *πολλῶν ὑπακούντων πρὸς τὴν στρατείαν*, deque provocatis, quando in arenam descendunt, *ὅταν δέ τις ὑπακούσῃ πρὸς τὴν μάχην* L. V. 29. Vide vero tractum hunc orationis, *πολλῶν δὲ πόλεων — πολλαὶ πόλεις συνίσταντο* etc. et agnosce scriptoris consuetudinem, eiusmodi ubertate et quadam quasi redundantia delectati. Iterum c. 77. *ὁ δῆμος τῶν Ἀργείων ἔπεισε τοὺς Ἀθηναίους φιλίαν συνθέσθαι πρὸς τοὺς Ἀργείους*, et alias saepe. WESS.

531. 68. *Πρὸ γὰρ τῆς Ἡρακλειδῶν καταλύσεως*] Interpres de Heraclidarum in Peloponnesum reditu accepit, neque male, rem si spectes. Namque illi priusquam reverterent, revera illustrissimi Graeciae imperatores Argivi fuere plerique. At enim *ἡ τῶν Ἡρακλειδῶν κατάλυσις* estne eorum reditus? Equidem probe memini *κατάλυσιν τοῦ δήμου* ex Andocide de Myster. p. 6. de populari reipublicae statu everso et disiecto, et *καταλύσεις* et *κατάλυσιν ποιεῖσθαι* de diversoriis, in quae manendi ergo concedimus, ex Nostri L. I. 51. XVI. 41., non item alterum. Fortassis belle res haberet, modo *κατελεύσεως* legeretur, idque probae esset notae vocabulum. Auctor ipse de Heraclidis L. IV. 58. *ὡς ὁ πεντηκονταετὴς χρόνος διῆλθε, κατῆλθον εἰς Πελοπόννησον.* Iam voci testem si requiras, en tibi Hesychium, *Κατήλυσις, κατέλευσις.* quem si recusas, acquiesce in vulgata, atque aut simile dictionis exemplum aliunde erue, aut verte cum Rhodomanno, vineta sua caedente, *ante Heraclidarum abdicationem.* WESS.

531. 71. *Πολὺν χρόνον εἰρήνην ἔχουσα*] Usi fuerant pro-

funda pace, ceteris Graecorum in bella civilia coniectis. Foedus quoque, quod tamen in exitu erat, cum Spartanis habebant, quo quies haec stabiliebatur apud Thucydid. V. 28. et Andocid. Orat. de Pac. p. 26., ubi *πατρίαν εἰρήνην* eam adpellasse docetur. Wess.

531. 74. *Ἐπέλεξαν τῶν πολιτῶν χιλίους*] Conmeminit eorum Pausanias L. II. 20. Adde inferius c. 80. Wess.

531. 80. *Τῶν πολεμικῶν ἔργων ἀθληταὶ*] Conf. not. in L. I. 53. Wess.

531. 90. *Ἀπέλυσαν τῆς ἀτιμίας*] Genus ignominiae explicatur a Thucydid. V. 34., addente tempore demum labente solutos ea fuisse. Erant eorum enim plerique *ἐξ οἴκων τε πρώτων τῆς Σπάρτης καὶ φίλους καὶ συγγενεῖς τοὺς δυνατωτάτους ἔχοντες* Plutarch. Nic. p. 530. A.; ut mirum non sit, pristinos in civitate honores reciperasse. Porro quod modo legitur, *ἀτιμίᾳ προβεβληκότες*, id iustum non est. *Περιβεβληκότες* dicere solent. Auctor ipse L. XV. 11. *καὶ ταῖς ἐσχάταις ἀτιμίαις (τὸν Ὀρόντην) περιέβαλε.* Et L. XVII. 14. *ἀπαραιτήτοις τιμωρίαις δεῖν περιβαλεῖν αὐτούς.* Proinde optime H. Stephanus: *Lego περιβεβληκότες. Nam ἀτιμίᾳ περιβάλλειν saepe me legere memini, ἀτιμίᾳ προβάλλειν nunquam. Sed nec hoc pati potest natura huius verbi.* Wess.

532. 95. *Τοὺς ἀλλοτριοῦντας αὐτῶν ἐθεράπευον*] *Ἀλλοτριωθέντας* in Addend. suis Rhodomannus, quod accipi potuerat, si vetustis e libris foret. Nunc satis erit, si pronomen subintelligas, atque ex Thucydide III. 65., etsi huic generi non plane par, *καὶ τῶν σωμάτων τὴν πόλιν οὐκ ἀλλοτριοῦντας* contendas. Wess.

532. 1. *Πάντας ἠβηδὸν κατασφάξαντες*] Inmanem hanc Atheniensium crudelitatem haud inmerito notat Gylippus Orat. ad Syracusanos L. XIII. 30., excusare conatur, sed frigide, Aristides Panathen. p. 304., secutus ea in re Isocrat. Paneg. p. 89. Porro quod sequitur, *τὴν δὲ νῆσον οἰκεῖν παρέδοσαν*, id ex Thucydidis aemulatione natum, qui Scionen *νῆσον* et incolas *νησιώτας* adpellat L. IV. 120. 121. cum nota Cl. Dukeri. Alioqui urbs posita erat in peninsula Pallene, quam tamen et alii insulam dixerunt. Vide quae adscripsi Antonini Itiner. p. 525. Wess.

532. 4. *Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους κατὰ τὴν Ἰταλίαν* etc.] Livius, sicuti in gentis Campanae initiis a Diodoro abit, ita *Cumas* quoque occupatas aliquot demum post annos refert L. IV. 44. Quam barbare vero et nequiter Cumanos oppresserint Campani docetur a Strabone L. V. p. 373. A. Wess.

532. 12. *Ἀριστοφύλου*] Arundelianum Marmor *Ἀστύφιλον* et Athen. L. V. 18. vocant, e quibus Diodorum adiuvandum censeo cum Palmerio, qui, *Lege Ἀστυφίλου, ut legitur in Marmore Arundeliano, et apud Athenaeum et alios.* Wess. *Ἀστυφίλου* correxerat et Is. Vossius, secutus Scaligerum. Idem in Add.

532. 13. *Λεύκιον Κοΐντιον καὶ Ἄβλον Σεμπρώνιον*] Hos

Coss. Onuph. Panvin. Fast. L. I. ad ann. CCCXXVI. depravate scribi autumat pro *T. Quinctio Penno* et *A. Cornelio Cosso*, inmensor eorum, quae Diodorus c. 75. memoraverat: sequitur errantem Rhodomannus, ut mox videbis. Ceterorum Fasti Coss. praetereunt *L. Quinctium* et *A. Sempronium*, neque inconmode pro Livianis, quas turbant, rationibus. Habent quoque adversarium H. Dodwellum, quem vide in not. ad Chronol., quae subiungitur Dionys. Halic. p. 96. WESS.

532. 18. *Ἀτραμύττιον*] *Ἀδραμ.* Co. Vid. ad c. 73. WESS.

532. 19. *Οὐκ ἀποδιδόντων — τὴν Πύλον*] Conf. Thucyd. V. 35. WESS.

532. 22. *Ἔπεισε τοὺς Ἀθηναίους φιλίαν συνθέσθαι*] Quibus artibus ad conciliandum hoc foedus sit Alcibiades usus, ostenditur a Plut. Alcib. p. 197. D., cui Thucydid. adiunge, foederis eius formulam describentem L. V. 47. WESS.

532. 28. *Αἰνᾶνες*] Hoc malui ob Stephani Byzantini decretum et quia inferius L. XVIII. 11. recurrit. Ceteroqui in scriptis Codd. *Αἰνειᾶνες* et *Αἰνιᾶνες* frequentissime permutari ostendit Hutchinsonius ad Xenophont. Agesil. p. 44. Quin Strabo L. I. p. 105. XI. p. 775. *Αἰνειᾶνας* et Heliodor. Aethiop. II. p. 122. saepius adpellat. Caussam belli, quod Heracleensibus cum maxime illatum est, exponit Thucydid. V. 51. WESS.

532. 38. *Ἐπὶ πόλιν Μηκύβερναν*] Leve vitium, quod L. XVI. 54. recurrit, ex prava pronuntiatione voci ingeneratum, sustuli: *Μηκύβερναν* omnes vocitant, urbem XX stadiis Olyntho, si non fallit Harpocration, remotam. WESS.

533. 43. *Παπύριον Μοντιλανὸν*] Ex *Μοντιλανὸν* fac *Μουγιλανόν*. Prioris anni consulum alter per mendum vocatur *Σεμπρώνιος*, cum debeat esse *Α. Κορνήλιος Κόσσος*. RHOD. *Παπίριον Μουγιλανὸν*] Cum ex vicinia literarum *T.* et *Γ.* vitium sit progenitum, cur non mutarem? Collega Papirii Livio L. IV. 30. *C. Servilius Ahala* est, sed qui praeter id cognomen et *Structi* gessisse videtur, monente Pighio in Fast. ad ann. CCCXXVI. WESS. De Structo Serviliae gentis cognomine v. et Borghes. II. p. 48.

533. 45. *Ἐγκαλέσαντες τοῖς Λακεδαιμονίοις*] Lege *τοῖς Ἐπιδαυρίοις* ex Thucyd. L. V. 53., ubi haec historia fuse narratur. PALM. Fecisset Diodorus rectius, si *τοῖς Ἐπιδαυρίοις*, cum quibus id bellum Argivis fuit, scripsisset. Solet tamen *Λακεδαιμονίων* voce eorundem socios conplecti, cuius usus exempla in hac belli Peloponnesiaci historia conplura sunt. Materia et color bello fuit, *περὶ τοῦ θέματος τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθέως, ὃ δέον ἀπαγαγεῖν, οὐκ ἔπεμπον ὑπὲρ βοταμίων Ἐπιδαύριοι*. Sic Thucydides L. V. 53. Noster Apollinem inde extudit *Pythium*, haud profecto prudenter. Templum enim eius Apollinis in Argivorum erat finibus et potestate, dicebaturque *Πυθαέως*, teste Pausan. II. 35. et 36., qui et ab Argivis id nomen illi venisse

addit. Quare in Thucydide, si res mei esset arbitrii, idem refingerem. At quid tandem ὑπὲρ βοταμίων erit? Vertunt *pascuorum nomine*, quamquam nullius auctoritate; nam Λειμήρας titulus, quem nuper vir consultissimus advocavit, ut pascuis auxilio esset, non huic Epidauro, sed alteri, in Laconicae finibus, fuit proprius. Equidem in partes si sit eundum, praeferrem ex scriptis Thucydidis libris ὑπὲρ παραποταμίων, intelligeremque accolas fluvii in Epidauriorum vicinia, cuiusmodi sumi poterit flumen ex Statio L. IV. Theb. v. 710. etc. Wess.

533. 62. *Προῆγον ἐκ τῆς πόλεως τὸ στρατόπεδον*] Rem alio ordine gestam copiosius exsequitur Thucydides V. 59. Wess.

533. 74. *Διὰ τῶν καλῶν ἔργων*] Alia esse scriptorum N. T. καλὰ ἔργα, non est, ut admoneam. *Τὰ πολεμικὰ* intelliguntur inprimis. De re ipsa Thucyd. V. 63. Wess.

533. 80. *Εἰς αὐτοὺς — ἱππεῖς δὲ διακοσίους*] Maluissem εἰς Ἀργείους scripsisset: fecisset certe orationem haud paullo planiorem. Dein ἱππεῖς δὲ τριακοσίους verius erit, modo ne fallant numeri in Thucydide V. 61., e quo praeterea cognoscimus, haec magnam partem insequenti anno administrata fuisse. Wess.

534. 89. Ἐπ' Ὀρχομενὸν τῆς Ἀρκ.] Conf. L. XIX. 63. Wess.

534. 9. *Λοχαγῶν*] Reddimus auctori λογάδων. Rhod. *Τῶν λογάδων*] Adeo mihi certa viri doctissimi coniectura est visa, ut Diodoro vocem suam reddere nihil sim reveritus. Λοχαγοὶ quidem certe nihil ad hunc locum, cui unice conveniunt λογάδες. Namque eo vocabulo lectos illos mille Argivos saepe describunt. Thucydides V. 67. Ἀργείων οἱ χίλιοι λογάδες. et c. 72. καὶ τῶν Ἀργείων οἱ χίλιοι λογάδες. tum c. 73. τῶν δὲ Ἀργείων λογάδων τὸ πολὺ ἐσώθη. Pausanias II. 20. ἔδοξεν Ἀργείοις λογάδας τρέφειν χιλίους. Quae Thucydidis et Pausaniae loca temeritatem, si cui forte videatur, facile excusabunt. Porro paullo ante οὓς καὶ — κυκλώσαντες rei series requirit. Wess.

534. 18. *Τοῖς Ἀρκάσι δοῦναι δίοδον*] Huc refero Agidis dictum: *συμβουλεύοντος δέ τινος, ὅτι δεῖ τοῖς φεύγουσι τῶν πολεμίων διδόναι δίοδον· καὶ πῶς, ἔφη, τοῖς διὰ δειλίαν φεύγουσι μὴ μαχόμενοι, τοῖς δὲ ἀνδρείαν μένουσι μαχησόμεθα*, in Plutarchi Apophthegm. Lacon. p. 215. F. Wess.

535. 32. *Εἰρήνην ἐποιήσαντο*] Vid. Thucydid. V. 79. et de Mantinensibus c. 81., et cognosces τὸ ὑποταγῆναι non admodum districte hic esse accipiendum. Wess.

535. 37. *Συνεφώνησαν*] Doctissimus De la Barre, cui excerpta Codd. Reg. debeo, συνεφρόνησαν corrigebat, motus, credo, verbi usu et τῷ συμφρονῆσαι κατὰ τῶν ἡγουμένων ex L. I. 89. et c. 77. huius libri. Atque id quidem recipi potuerat, si manu exarati libri addixissent: quibus ego invitis nihil pugnabo. Συμφωνεῖν enim consensum ad alios opprimendos recte declarat. Philosophus Politic. L. IV. 12. *μή ποτε συμφωνήσωσιν οἱ πλούσιοι*

τοῖς πένησιν ἐπὶ τούτους. Consenserunt autem hi mille ad statum reipublicae conmutandum, tum quoniam ad Mantineam rem praeter ceteros egregie gesserant, tum Bryantis, praefecti sui, flagitiis in hoc facinus accensi. Hoc docebit Pausanias II. 20., illud Aristoteles Politic. L. V. 4., ubi οἱ ἐν Ἄργει γνώριμοι non alii atque hi mille, quippe ex praecipua nobilitate lecti, quos γνωρίμους vocitare solet. Vid. L. V. 3. et c. 5. ac c. 8. Wess.

535. 43. *Κατέλυσαν τοὺς νόμους*] Idem est ac καταλύειν τὴν δημοκρατίαν, sive, ut Diogenes Laert. I. 66., τὸν δῆμον καταλύειν. Dissolutas enim leges excipit plerumque mutatio reipublicae. Eleganter, sumta hinc translatione, Synesius Orat. De Regn. p. 10. B. ὃν (νοῦν) ἀξιῶ βασιλεύειν ἐν τῇ τοῦ βασιλέως ψυχῇ, τὴν ὀχλοκρατίαν τε καὶ δημοκρατίαν τῶν παθῶν καταλύσαντα. Dictionem ipsam copioso exemplorum acervo illustrarunt viri docti, qui nostra memoria laudabili consilio Novi Foederis scripta cum Graecorum libris contenderunt, ad Matth. c. V. 17. Wess.

535. 46. *Διὸ καὶ τούτων ἀναιρεθέντων*] Conf. Pausan. II. 20., sed cave audias praestantissimum Kuhnium, de σκυταλισμῷ haud pauca adspergentem: namque is multis demum post annis Argis contigit, ut L. XV. 57. docetur. Melius Is. Casaubon. ad Aeneam p. 1733. ed. Gronov. Wess.

535. 49. *Παρατάξει ἐκρίθησαν*] Praelio inter se decertarunt. Homerus Il. Σ, 209. Οἵ τε πανημέριοι στυγερῷ κρίνονται Ἄρηϊ. Iosephus, seu potius Nicolaus Damascenus, Ant. Iud. L. VII. 5. 2. πόλεμον δὲ ἐξενέγκας πρὸς Δαυΐδην — καὶ πολλαῖς μάχαις κριθείς. Ad quem modum κρίνεσθαι περὶ τῶν ὅλων et διακρίνεσθαι haud infrequens, ut L. XIII. 10. Aliud est κρίνειν τὸν πόλεμον, veluti L. XI. 17. προστάξας ἐξάπτεσθαι τῶν πολεμίων καὶ ναυμαχίᾳ κρίνειν τὸν ἀγῶνα. Et L. XII. 74. τῶν ἡγεμόνων φιλοτιμουμένων δι' ἑαυτῶν κρῖναι τὴν μάχην. utrobique enim finem, quem pugnae inponere conabantur, indicat. Idem confirmatur his L. XVI. 21. βουλόμενοι ναυμαχίᾳ κρῖναι τὸν πόλεμον. Namque id studebant Chii Rhodiique et eorum socii, ut navali hoc certamine tandem aliquando finem bello Sociali facerent. Accedunt Appiani verba L. III. B. Civil. p. 925. ἤλπιζον ἐν τῷδε τῷ ἔργῳ μόνῳ τὸν πόλεμον κρινεῖν. Et Hannib. p. 559. καὶ αὐτοὺς παραπέμποντες ἐξιόντας, ἐδέοντο κρῖναι τὸν πόλεμον μάχῃ. tum post pauca: μνημονεύειν ὧν ὁ δῆμος ἐξιοῦσιν ἐνετείλατο, καὶ κρῖναι τὴν μάχην ὀξέως. Ubi vir doctissimus, *minus*, inquit, *proprie κρῖναι τὴν μάχην dicit, quo modo enim quis dicatur κρῖναι τὴν μάχην, quae nondum incepta est?* Quae equidem non scripta maluissem. Rectius multo instituit Andreas Dounaeus Prael. ad Demosthen. Orat. de Pace p. 164. Porro, unde auctor hoc bellum Phocenses inter et Locrenses depromserit, non recordor. Wess.

535. 52. *Νικίου στρατηγοῦντος εἷλον δύο πόλεις*] Errat, repetitque inprudenter, quae iam olim gesta descripsit L. XII. 65. Melum Niciae ductu crudelissime fuisse adflictam ex Thucydide L. V. 84. non conficitur, neque auctoris verba eum huic rei ducem fuisse necessario postulant. Scholiastes tamen ad Comici Aves v. 186. ita perhibet, male fortassis, atque errore ex prima Atheniensium in Melios ductu Niciae expeditione progenito. Neque id recte, quod anno ante Aves ab Aristophane in scenam productas Melum oppressam prodit: redacta enim in victoris populi potestatem est anno Olymp. XC. quarto. Id rerum gestarum ordo, a Thucydide diligentissime digestus, evincit: quare neque hac in re absolvi auctor potest. Conf. viros doctissimos ad Thucydid. V. 116. WESS.

535. 56. *Φειδηνάται*] Correxi pravam scripturam, ipso ab auctore damnatam L. XII. 73. Belli caussam longe diversam adfert Livius IV. 31.; nam quae hic de legatis, contra gentium ius occisis, ea citius contigerunt, si eidem Livio L. IV. 17. fides. WESS.

535. 61. *Ἄνιον Αἰμίλιον*] Reliquisse videtur *Μάνιον*. Livius adpellat *Mamercum*, atque ex eo Nostrum castigandum dudum censuit Pighius in Fast. ad ann. CCCXXVIII. Exitus belli, ne id neglexisse videar, longe longeque alius fuit, si Livium audis. WESS.

535. 70. *Λεύκιος Κορίντιος*] *Κορίνκτιος* vitiatum ex *Κοΐγκτιος*. Hic quartus omittitur *Λεύκιος Ὁράτιος*. RHOD. *Λ. Κοΐντιος*] Ex vestigiis manu exarati libri, quem a Cardinale Granvellano utendum acceperat Pighius, et auctoris consuetudine, Quinctio suum nomen instauravi. Livius tribus his Tribunis militum consulari potestate addit *L. Horatium Barbatum*, quem hic deesse idem Pighius animadvertit. WESS.

535. 72. *Ἀγιὰς χωρίον εἷλον*] Lege *Ὑσιὰς χωρίον*, ut Thucydides L. V. 83. Strabo L. VIII. p. 578. et IX. p. 620. Pausanias passim et alii. PALM. *Ὑσιὰς χωρίον εἷλον*] Manum medicam et huic admovi, tum auctoritate vetustissimorum scriptorum, quos Palmerius optime adpellavit, tum Codd. veterrimorum, quorum *Ὑγιὰς* hac ope indigebant. Vidit et hoc errantis librarii peccatum Cel. T. Hemsterhusius in Luciani D. Mar. VI. 1. Porro vicem Spartani Argivis, a quibus ad *Hysias* gravi adfecti fuerant clade Olymp. XXVII. anno quarto, reddiderunt. Vide Pausan. II. 24. WESS.

536. 75. *Μέχρι τῆς θαλάττης*] Intercapedo erat stadiorum XL. nam, ut Pausanias L. II. p. 197. ait, *ἀπέχει δὲ Ἀργείων τῆς πόλεως τεσσαράκοντα καὶ οὐ πλείω στάδια ἡ κατὰ Λέρναν θάλασσα*. Quod intervallum muris ut continuarent, praecipue ursit Alcibiades, missis patria ex urbe Argos fabris et lapicidis apud Thucydid. V. 82. et Plut. Alcib. p. 198. D. WESS.

536. 90. *Καὶ πολλὴν τῆς χώρας δῃώσαντες*] In Thucydid. VI. 7. *τῆς τε γῆς ἔτεμον οὐ πολλήν* quo loco tamen Valla negandi vocem haud legit. At discrepat belli Peloponnesiaci scriptor etiam in aliis a Nostro, veluti in navium, quas XXX missas Athenis ait, numero: praeterea IOCC gravis armaturae milites venisse Argivis auxilio, et Orneatas plerosque omnes aufugisse addit. De Orneis Strabo VIII. p. 578. et Pausan. L. II. p. 168. plura. Wess.

536. 2. *Κατὰ τὸ πεντεκαιδέκατον ἔτος τοῦ Πελ.*] Ex Thucydidis rationibus L. V. 83. ea, quae modo perscripta sunt, in annum Peloponnesiaci belli XVI incidunt. Noster alias secutus est, belli eius principium ab Archonte *Euthydemo* exorsus, a quo XV. *Euphemus* est, qui in Atticis Fastis huic anno nomen dedit. Vide L. XII. 38. Wess.

536. 4. *Ἀριστόμνηστος*] *Ἀρίμνηστος* in Isaei Orat. de Philoctemon. Hered. p. 57., et Argumento III. *Ὀρνίθων* Aristoph., quo utroque loco Io. Meursius L. III. Archont. c. 9. et Attic. Lect. L. IV. 31. *Ἀριστόμνηστον* rescripsit; ego vero contra mallem, quoniam non illi tantum, sed et Hesychius in v. *Ἑρμοκοπίδαι* Atticae hunc urbis praetorem *Ἀρίμνηστον* vocat, nec quidquam eo in nomine sit, cur spernatur. Wess.

536. 6. *Λούκιος Σέντιος*] *Σέργιος* est in Fastis. Rhod. *Σέργιον* esse scribendum Sigonius ad Livii L. IV. 35. et Pigh. Fastor. p. 188. viderunt. Praeterea *Λεύκιον* praetuli, quo modo Sigonius citat, quoniam Diodorus ita adsuevit. Ad haec *Claudio* praenomen fuit *Appii*. Wess.

536. 9. *Ἐξαίνετος Ἀκραγαντῖνος*] Ex hoc loco corrigendus est Aelianus V. H. L. II. 8. ubi sic legitur, *κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἕκτην Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος Ἀκραγαντῖνος στάδιον*. ibi igitur ex hoc loco legendum *κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἐννενηκοστήν*. Error proculdubio manavit ex similitudine notarum numeralium ϛ', ϟ'. Scriptum fuit apud Aelianum *κατὰ τὴν α' καὶ ϟ'*, exscriptor male legit *α καὶ ϛ'*, quod est absurdum. Nam scribendum fuisset *πρὸς τὴν ζ'*, quando unum et sex valet septem. Palm. Non recordatus mihi Palmerius videtur, quae de Aeliani loco disputarat Io. Meursius Attic. Lect. L. III. 28. Uterque verum pervidit, sicuti ex vetustis schedis ostendit Cel. Iac. Perizonius. Wess.

536. 19. *Ποταμοῦ τὴν χώραν τῶν* etc. *ὁρίζοντος*] Quem fluviorum intelligat, Scamandrum, Simoenta, an alium, non temere finivero. Mox mallem *τὴν παραποταμίαν*, uti post pauca *αὐτοὶ τὴν χώραν κατέσχον*. et sic L. I. 44. III. 55. IV. 86. V. 50. Wess. De *κατέχειν* cum genitivo v. Schweigh. ad Appian. vol. III. p. 120., hunc etiam locum recte tutatus.

537. 39. *Διαπόντιον συμμαχίαν*] Dixi L. XI. 37. Wess.

537. 41. *Ἐκ τῆς πόλεως μετῳκισμένων*] Vide huius libri c. 54. Wess.

537. 51. *Λεοντίνων τὴν συγγένειαν προφερ.*] Origine Chalcidenses erant, qui Atheniensium cognati. Vid. Thucydid. VI. 6. et 50., et Scymnum Chium Perieges. v. 275. Wess.

537. 59. *Παρὰ τῶν ἀστυγειτόνων χρησάμενοι*] Segestanorum hanc fraudem exponunt Thucydid. VI. 46. et Polyaen. de Stratagem. L. VI. 21. Porro *φαντασίας ἕνεκεν* opum ostentationem exprimit, qua Atheniensium legatis sese venditabant. Non dissimile *μετὰ πολλῆς φαντασίας* in S. Lucae A. A. c. XXV. 23., cui tamen propior *ἡ τῆς ἀρχῆς φαντασία* in Sopatri fragmento apud Io. Stobaeum Floril. Tit. XLIV. p. 313. Vide Th. Gatak. in Imp. Antonini L. I. 7. Wess.

537. 68. *Καὶ τῶν Ἑλλήνων* etc.] Animavi hunc et sequentem orationis ambitum, ut vehementior esset, interrogandi nota: nam quid in utroque ad sententiam subintelligatur, quisque videt. Niciae autem orationem integram si velis, adi ad Thucydidem L. VI. 9. Wess.

537. 74. *Δορύκτητον*] Ita L. III. 55. IV. 33. Alias *δορίκτητον*, ut L. XVIII. 39. XIX. 85. XX. 77. Quae eadem varietas et in aliis obvia est. Vide Lycophron. v. 933. 1116. Polyb. XVII. p. 1072. Appian. L. I. Bel. Civil. p. 604. et 615. Pausan. III. 3. Wess.

538. 79. *Ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ οὗτος* etc.] Conf. L. XIII. 68. Wess.

538. 83. *Τριάκοντα μὲν τριήρεις* etc.] Non longe, neque in triremium neque militum numero, a Thucydide L. VI. 43. abit hoc quidem loco. Longius L. XIII. 2. Wess.

ANNOTATIONES

IN

LIBRUM DECIMUM TERTIUM.

539. 16. *Καὶ Συρακουσίων*] Defit vocabulum *νίκη*, quod Rhodomannus iure postliminii revocavit. WESS.

539. 27. *Ὁ Πελοποννησιακὸς λεγόμενος*] Verius *Δεκελειακὸς* ex L. XIII. 9. WESS.

540. 50. *Ἐπέτρεψαν*] Praestaret *ἐτέτρεψε*. Simile tamen *πλῆθος ἐπεπόλασε — καὶ ἀπεφέροντο* L. V. 36. WESS.

540. 77. *Ἐν Σικελίᾳ*] Distinctionem nisi commutaveris, positum erit loco *εἰς Σικελίαν*. Conf. not. doctissimi Reitzii ad Luciani Asin. c. 1. et mox L. XIII. 7. WESS.

540. 90. *Τριάκοντα μυριάσι*] Vide L. XIII. 80. WESS.

540. 92. *Μυρίοις στρατιώταις ἐβοήθουν*] Minus haec accurate excerpta videbis ex L. XIII. 86. WESS.

541. 3. *Τοὺς στρατηγοὺς ἀδίκως ἐθανάτωσαν*] Conf. L. XIII. 101. WESS.

542. 1. *Εἰ μὲν ὅμοια τοῖς ἄλλοις ἱστορίαν ἐπραγμ.*] Sic melius. Idem est atque *ὁμοίως τοῖς ἄλλοις*. Agatharchides de Cynamolgis *κύνας δὲ τρέφουσι πολλοὺς καὶ μεγάλους ὁμοίως Ὑρκάνοις* de Mar. Rubr. p. 44., et manu exarati libri in Nostri III. 19. *οἰκήσεσι δὲ τὰ ἔθνη οὐχ ὁμοίως τοῖς Ἰχθυοφάγοις χρῆται*, haud profecto male. Potuisset uterque *ὅμοια τοῖς* etc., ut Thucydides L. I. 25. Corcyraei *χρημάτων δυνάμει ὄντες κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὅμοια τοῖς Ἑλλήνων πλουσιωτάτοις*. Plura Cl. T. Hemsterhusius in Luciani Somn. c. 2. WESS.

542. 10. *Ὀλίγον γὰρ χρόνον ἀπολαβόντες τῇ γραφῇ*] Nisi erro, hoc vult: *Sibi, si aliorum in morem exigui temporis intervallum scriptione complecteretur, otium fore ad fructum ex prooemiis auferendum: nunc quando paucis libris ingens temporis spatium comprehendere consilium sit, praefationes missas esse faciendas.* *Ἀπολαβεῖν τῇ γραφῇ* non aliud opinor ac *περιλαβεῖν τῇ γραφῇ* L. I. 2., quamquam diversa Rhodomanni [*exiguum scriptioni tempus subtrahendo* reddentis] sententia. WESS.

542. 19. *Ἔτη ἑπτακόσια ἑξήκοντα*] Desunt octo anni. Namque a bello Troiano annos ad Olymp. primam numerat CCCCVIII L. I. 5. Accedant solidae XC Olympiades, et rotundabuntur anni IↃCCLXVIII. Melius infra L. XIV. 2. WESS.

542. 26. *Λεύκιον Σέργιον*] Tribunos a Diodoro memoratos quinto demum anno post, qui CCCXXXV. Urbis conditae illic est, Fasti edunt. Transcendit igitur quinque annorum magistratus, et C. Servilium omittit. RHOD. Fasti quibus auctor usus fuit, quinque annorum magistratibus defecti fuerunt. Desunt proinde et res Romanae, illis annis administratae: quem quidem defectum post Sigonium et Pighium bene Rhodomannus animadvertit, quamquam quod de Servilio addidit, non satis perspicio. Voluit, credo, Servilium non M., sed Caii praenomine usum: debuit certe. Vid. Livium L. IV. 45. WESS. De *Caio* monuerat etiam Pighius p. 194.

543. 28. *Ἐπὶ δὲ τούτων Ἀθηναῖοι ψηφισάμενοι* etc.] Conpelluntur haud pauca in hunc annum, quae superioris decursu acciderunt. Illo enim Mercurii statuae sunt mutilatae, Hesychio in *Ἑρμοκοπίδαι* teste. Eodem ingressos Athenienses Siciliensem fuisse expeditionem praeter Thucydidem L. VI. 30. docet Isaeus Orat. de Philoctemon. Heredit. p. 57. Hoc vero Archonte Chabria quaestio de Hermocopidis, sive, Mercurialium statuarum mutilatoribus haberi coepta est, statutaque mortis poena publice talentum proscriptorum aliquem contrucidanti decretum fuit, Philochoro in Schol. ad Comici Aves v. 767. conmemorante. WESS.

543. 40. *Ἑκουσίως προσιόντες τοῖς στρατηγοῖς, διεκελεύοντο* etc.] Exemplum illustre est in Thessalo, quem pater Hippocrates profecturis comitem addit *τοῖς ἰδίοις δαπανήμασι κατεσκευασμένον, καὶ ἅτερ μισθῶν αἰτήσιος, ἕως ἂν ὁ στόλος ἀποδημῇ* in Thessali ad Athen. Orat. p. 1295. Mox mallet forte alius *κατακληρουχήσειν ἤλπιζον*, cui, Codd. si faverent, assentirem: namque et infra c. 9. *βοηθήσειν τοῖς φεύγουσιν ἤλπιζον*. tamen L. XII. 60. *οἱ δ' Ἀκαρνᾶνες — οὐκ ἔφασαν ἀκολουθεῖν*. Et c. 61. *ἤλπιζον γὰρ — πάντα τὸν πόλεμον περιαγαγεῖν εἰς τὴν Πελοπόννησον*. Alia vir celeberrimus ad Xenophontis Ephesii L. II. Miscell. Observ. Vol. IV. p. 286. WESS.

543. 47. *Ἀλλ' ἀπὸ τῶν προεχόντων*] Praecessit *οὐχ ὑπὸ τῶν τυχόντων*, quod quidem tritius. S. Lucas Evang. IX. 7. *ἤκουσε δὲ Ἡρώδης — τὰ γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ πάντα*. Nec desunt tamen quae vulgatum stabiliant, congesta in Miscell. Observ. Vol. III. p. 427. WESS.

543. 49. *Μεγάλας δωρεὰς προθεὶς τῷ μηνύσαντι*] Erant *τὰ μήνυτρα* centum minae apud Andocidem de Myst. p. 6. WESS.

543. 52. *Ἑωρακέναι τῇ νουμηνίᾳ*] *Ἔνης καὶ νέας οὔσης* Plut. Alcib. p. 201., quod eodem redit. Ridiculus autem hic index fueritne Dioclides, non temere dixero: quamquam ille ad senatum detulit *πανσέληνον* fuisse, quum Hermae mutilarentur in Andocid.

Orat. de Myster. p. 6. Ceterum his Diodori parum dextre usus Ios. Scaliger Isag. III. p. 225. poenas dedit Dion. Petavio L. I. Doct. Temp. c. 8. WESS.

543. 62. *Καὶ τῶν συμμάχων πλείους τῶν ἑπτακισχιλίων*] Diceres sociorum numerum VII millia superasse: id enim prae se verba videntur ferre. Falsum tamen dixerit, hoc si voluit. Universa gravis levisque armaturae, tum civium tum sociorum, multitudo VII millibus paullo fuit amplior. Thucydidem L. VI. 43. si inspexeris, nam Plut. Alcib. p. 201. B. minus accuratus est, non dubitabis. Itaque deest hic pronomen aut articulus, unde *συμμάχων* vocabulum pendet. WESS.

543. 75. *Τοῖς ἐπὶ ταῖς πρῴραις ἐπιστήμασι*] Interp. *erectos plateos* intelligit. Dion. Camusatus adscripserat, conferendos esse ex Herodoto III. 37. Pataicos, *τοὺς οἱ Φοίνικες ἐν τῇσι πρῴρῃσι τῶν τριήρεων περιάγουσι*, forte aliquid opinatus de Deorum simulacris. Id vero mihi nondum liquet. Esse arbitror *τὰ σημεῖα*, quibus Thucydides VI. 31. has Atheniensium naves ornavit, tametsi eius Schol. *τὰς ἔξωθεν καταγραφὰς τῶν τριήρων* sive triremium picturas, exponat. Namque *ἐπιστημάτων* voci, quam funebri in re de columellis interpretatur Suidas, melius respondebit, si quae ornamenta, ex prora prominentia, intelligantur, cuiusmodi *ἀκροστόλιον*, de quo Schol. Apollon. Rhod. I. 1089., aut *παράσημον*, aut eius generis alia, de quibus Schefferus Milit. Nav. L. II. 6. WESS.

544. 79. *Κατατυχεῖν τῆς στρατείας*] Idem est ac *ἐπιτυχεῖν*, quod eo in genere magis frequentatur. Vide L. I. 37. V. 1., et de re ipsa Thucydid. L. VI. 32., quem manifesto aemulatur. WESS.

544. 93. *Τὴν Διοσκουριάδα καλ. ἄκραν*] Unum fuit ex tribus Iapygum promontoriis, a Strabone L. VI. p. 401. memoratis, dictum ita ab adiacente Dioscuron insula apud Plinium L. III. 10. Conf. Ph. Cluver. Ital. Ant. L. IV. p. 1307. WESS.

544. 94. *Τὸ καλούμενόν τε Σκυλλήτιον*] Mirum est tolerare Rhodomannum potuisse *Τεσκυλήτιον Tescyletium*, quo nihil absurdius. Is. Vossius libri margini adscripserat *τὸ Σκυλήτιον*. Is. Casaubonus ad Strabon. VI. p. 391. *τὸ καλούμενόν τε Σκυλληικόν*. Uterque erudite. Quod dedimus e scriptis est libris atque a Strabone, *Σκυλλήτιον navifragum* hoc *Scyllaceum* appellante, firmatur. WESS.

544. 96. *Ἔπεισαν τοὺς Ῥηγίνους*] Thucydid. VI. 46. *ἤρξαντο πείθειν*. Nimirum haud raro verba absolute ponuntur, quae conatum propositumque tantummodo indicant. Herodotus I. 68. *ἐμισθοῦτο παρ' οὐκ ἐκδιδόντος τὴν αὐλὴν*, i. e. *conducere voluit*. Et L. III. 139. Darius *ἐπεθύμησε τῆς χλανίδος, καὶ αὐτὴν προσελθὼν ὠνέετο*, qui id amiculum mercari cupiebat. Sue-

tonius Caesar. c. 29. *Cum adversariis autem pepigit, ut dimissis octo legionibus* etc. ubi Casaubon. Wess.

544. 2. *Σικανὸν*] Sic inf. c. 11. et 13., et recte. Habet ex Thucydide VI. 73., sed serius rebus gerendis eum cum collegis admovente. Wess.

544. 9. *Εἰρήνην ἄξειν*] Nihil muto. Utrumque *ἄξειν* et *ἔξειν* conmodum est. Vide L. XI. 63. XII. 56. Quare et scriptis in libris frequenter conmutantur, ut in Xenophont. de Exp. Cyr. III. p. 232. et VII. p. 308. De Camarinaeorum consiliis diligentius Thucydid. VI. 88. Wess.

545. 26. *Διελόντες πυλίδα*] Conf. Polyaen. de Stratag. L. I. 40. 4., quemque ille aemulatur, Thucydid. VI. 51. Wess.

545. 35. *Οἱ γὰρ ἰδιόξενοι συνθέμενοι* etc.] Obscurius interpres *quidam privata hospitum necessitudine potentes.* Intelliguntur privato hospitii iure Alcibiadi coniuncti. *Οἵ τε ξένοι τοῦ Ἀλκιβιάδου οἱ ἐν Ἄργει* Thucydid. VI. 61. Atque ita in Nostri L. XI. 56. XX. 20. et Plut. T. II. p. 576. A. Vide Ammonium in *Πρόξενος*, et Schol. Demosth. Midian. p. 374. Wess.

545. 47. *Φοβηθεὶς τὸ μέγεθος τοῦ κινδύνου*] Ea fugae praecipua caussa fuit. Vide Plut. Alcib. p. 202. D. et Aelian. V. H. L. XIII. 38. Wess.

545. 55. *Δίκην ἐρήμην κατεδίκασαν θανάτου*] *Deserto vadimonio capitis damnarunt.* Sic Thucydid. VI. 61. *οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἐρήμῃ δίκῃ θάνατον κατέγνωσαν αὐτοῦ.* Antiphon de Herod. Caed. p. 131. *ἴσον ἦν μοι καὶ προκληθέντι μὴ ἐλθεῖν, ἀλλ' ἐρήμην ὄφλειν τὴν δίκην.* Plut. T. II. p. 698. E. *οὕτως ὑφησόμεθα τοῦ Πλάτωνος ἐρήμην ὀφλισκάνοντος.* Lucianus de Gymnas. c. 40. *μὴ ἐρήμην, ὦ γενναῖε, μηδὲ τῶν ἀνδρῶν ἀπόντων, μόνος αὐτὸς λέγων, οἷον κρατεῖν.* atque ita ille saepe. Vid. Iac. Gronovium ad Reviviscent. c. 33. Wess.

545. 60. *Ὕκκαρα μὲν Σικελικὸν πολισμάτιον*] Conf. Ph. Cluverium Sicil. Antiq. L. II. p. 272., qui sine gravi admodum caussa eiusdem libri p. 264. auctorem modo *εἰς Αἰγεσταίαν* sive *Ἐγεσταίαν* dedisse autumat. Consentiet enim cum Thucydide, si *παραπλεύσαντες εἰς Ἐγέσταν Segestam versus navigantes* verteris. Ita Hyccara in potestatem redigere, et dein Segestam appellere potuere, quod eos belli Peloponnesiaci scriptor factitasse prodidit. Occupatum autem id fuisse oppidum Chabria Archonte significat Schol. ad Plut. v. 179. Aristophanis. Wess. Recipienda erat autem *Ὕκκαρα* forma, quam boni libri aut exhibent aut demonstrant. *Ὕκκης* enim piscis, unde nomen oppido inditum narrabat Timaeus apud Athenaeum VII. p. 327. b, ita scribitur tum Athenaei in libris p. 284. c, 327. a b c, etiam urbis per simplex κ scriptae vestigia servantibus p. 327. b, 589. a cum Thucydideis nonnullis VI. 62., Plutarchi uno et altero Alcib. c. 39., et Vratislaviensi Stephani B. sub *Εὐκαρπία* et *Ὕκαρα*, tum Hesychio v. *ὖκος* vel *ὕκης*.

545. 70. *Ἀϋλιζομένους ἀπὸ τῶν ὅπλων*] Procul a castris, ubi eorum arma ex Thucydide VI. 64. *ἔλεγε δὲ* (nuncius a Nicia submissus) *τοὺς Ἀθηναίους αὐλίζεσθαι ἀπὸ τῶν ὅπλων ἐν τῇ πόλει*, ubi Portus. Explicat Plut. Nic. p. 533. D. Wess.

546. 82. *Τοῦ τε Ὀλυμπίου κύριοι κατέστησαν*] Thucydidi *Ὀλυμπίειον*, variantibus tamen libris, L. VI. 65., quae eadem discordia infr. L. XVI. 69. Plutarcho, Polyaeno, Dioni Chrysostomo, Philostrato, hoc Syracusanum et aliud Atheniensium Iovis templum *Ὀλύμπιον*. Apud Pausaniam nunc *Ὀλύμπιον* modo *Ὀλυμπίειον*, monente Sylburgio in L. II. p. 171. Atque hoc scriptorum dissensu cum eo in templo tum aliis motum arbitror Grammaticum Eugenium, ut libro *περὶ τῶν τεμενικῶν* inquireret, utrum praestaret? Testis Suidas in *Εὐγένιος*. Porro de occupato Olympio non plane adsentit Thucydid. VI. 71. Wess.

546. 88. *Καθ' ἣν οἱ Ἀθηναῖοι* etc.] Vide Plut. Nic. p. 533. E. et Thucydid. VI. 72. Wess.

546. 95. *Πολυχρόνιον γὰρ ἔσεσθαι τὴν πολιορκίαν*] Delevi *ὑπελάμβανον* ex glossa natum. Recte subintelligetur id aut similis generis aliud, ut saepe. Vid. Gronovium in Herodoti L. I. 75. et Niciae epistolam apud Thucydid. VII. 11. Wess.

546. 2. *Τῷ ἀνελόντι Διαγόραν — ἐπεκήρυξαν*] Additum decreto erat, *τῷ δ' ἀγαγόντι δύο*, ut Schol. docent in Aristoph. Aves v. 1072., quamquam poëta, qui cum maxime fabulam illam docuit, praeteriit. Elegans autem *ἐπικηρύττειν τινὶ ἀργύριον*, cum pecunia publice per praeconem praemii loco illis constituitur, qui proscriptum obtruncant. Noster L. XIV. 8. *ἐπεκήρυξαν δὲ καὶ χρημάτων πλῆθος τοῖς ἀνελοῦσι τὸν τύραννον*. Appianus L. V. Bell. Civil. p. 1164. *καὶ χρήματα τῷ κτείναντι καὶ ἐλευθερίαν ἐπικεκηρύχεσαν*. Plenius Lysias in Andocid. c. 6. *ἐπικηρύττοντες τάλαντον ἀργυρίου δώσειν τῷ ἀπάγοντι ἢ ἀποκτείναντι*. De Diagora porro, iurene an iniuria illis sit transcriptus, qui Deum ac providentiam de rerum natura tollunt, dubitasse veterum Christianorum plures, nota res est. Vide cum Mureto Var. Lect. L. X. 17. Io. Alb. Fabricium Bibl. Graec. L. II. 23. 16. Wess.

546. 4. *Λαβίνους ἐξεπολιόρκησαν*] Forte *Λαβίκους*, *Lavicos*. Rhod. *Λαβίκους*] Certissima Rhodomanni correctio ex Livio L. IV. 47., quamquam gloria instaurati loci debetur Pighio in Fast. ad ann. cccxxxv. Placuit eadem, et qui potuit aliter? Ph. Cluverio Ital. Antiq. L. III. p. 948. Ego vero triumviris his contra veteres libros adstipulor. Wess.

546. 8. *Γάϊον Σερουΐλιον*] Livius *L. Servilium Structum* et mox *Sp. Rutilium Crassum* L. IV. 47., ubi *Rutilium* in *Veturium* haud iniuria ex Nostro convertunt Sigonius et Pighius in Annal. ad ann. cccxxxvi. Wess.

546. 16. *Μετὰ Γυλίππου Πύθην*] A recto *Πύθης*, quod

c. 13. reperies. Thucydidi semper ὁ *Πυθὴν* L. VI. 104. VII. 1. Wess.

546. 17. *Προαπέστειλαν εἰς Σικελίαν*] Ita refinxerat in Addend. notarum suarum Rhodomannus, cui, quoniam scriptus Codex favet, non pugno. Nota alioqui praepositionum enallage est, qua Thucydid. VII. 17. *ἀποστελοῦντες ὁπλίτας ἐν τῇ Σικελίᾳ.* Et Pausan. extremo L. III. *ὅτε ἐν Σπάρτῃ ἐπὶ τὸν Ἑρμιόνης ἀπῄει γάμον.* Vid. diligentissimi Sylburgii Praefat. p. 932. Wess.

547. 27. *Ἐξ Ἐγέστης*] Optime schedae veteres: namque Aeginae inportuna hic mentio. Vide modo Thucydidem L. VI. 98., qui numerum equitum ICL ampliorem fuisse negat. Quare Noster aut Philistum aut Timaeum aut alium sibi ducem in his legit. Wess.

547. 37. *Καὶ τὴν καλουμένην Πολίχνην*] Erat propter Olympium parva haec urbs. *Ἡ ἐν τῷ Ὀλυμπιείῳ πολίχνη* in Thucyd. VII. 5. Diodorus L. XIV. 72. *φρούριον τὴν καλουμένην πολίχναν* vocat. Conf. Ph. Cluverium Sicil. Antiq. L. I. p. 179. Wess.

547. 53. *Λάμαχος ὁ τῶν Ἀθηναίων — ἐτελεύτησε*] Stat a Nostri partibus Iustinus L. IV. 4., non item Thucydides, Lamachum L. VI. 101. occubuisse referens ante Gylippi in Syracusanam urbem adventum, a quo nihil dissentit Plut. Nic. p. 534. F. Sed hoc iam animadvertit doctissimus Wassius. Wess.

547. 62. *Καὶ δι' ὅλης τῆς Ἐπιπολῆς* etc.] Ita c. 11. *παρεισπεσόντες ἐντὸς τοῦ τειχίσματος τῆς Ἐπιπολῆς.* Alias *τὰς Ἐπιπολὰς* cum Thucydide, Livio, Plutarcho atque aliis adpellare adsuevit. Situm designat Thucydid. VI. 96. Wess.

547. 73. *Πυθόμενοι δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν παρουσίαν αὐτῶν*] Facit scriptorum Codd. discordia, ut dubitem, utrum hanc sedem tueri *Athenienses* possint. Siculi, *οἱ Σικελοὶ*, patronos habent optimae fidei libros, quibus album calculum si adponas, dicendum erit, interiora Siciliae incolentes Siculos, Atheniensium partibus studentes, in collectam hanc a Gylippo manum irruisse. Et constat Siculorum plures in has partes transiisse ex Thucydide L. VI. 103., qui quidem de Gylippi per Siciliam, ut socios conquireret, itinere L. VII. 7. et c. 21., sed nihil de clade. Firmat tamen suspicionem Siculorum illis insidiis, quas alio tempore, a Nicia illectos, Syracusanorum sociis struxisse prodidit L. VII. 32. Wess.

548. 79. *Τὰς δ' ἀναπήρους ἐποιοῦντο*] In omnibus nostris exemplaribus legitur, *τὰς δ' ἀναπήρους ἐποιοῦντο.* in omnibus ergo mendosum hunc locum esse dico; at castigatum iri legendo ita, *τὰς ἀναπείρας ἐποιοῦντο.* Quoniam autem non passim obvia est vox *ἀνάπειρα*, ideoque paucis intellecta, utpote in vulgatis Lexicis nequaquam ut par est exposita: locos proferam ex qui-

bus eius usus aperte cognosci possit. Polybius apud Suidam, *τῶν δὲ ναυτικῶν δυνάμεων κατὰ θάλατταν ταῖς ἀναπείραις καὶ ταῖς εἰρεσίαις ἐγύμναζον.* Citat vero idem Suidas et hunc locum, sed eius authorem non nominans, *κατασπᾶν τὰς ναῦς, τὰς ὑπηρεσίας ἐμβιβάζειν, καὶ τῆς εἰρεσίας ἀνάπειραν λαμβάνειν, παρέλκοντα τὸν χρόνον ἐπιτηδες, ἕως τὰ παρὰ Ῥωμαίων αὐτῷ γένηται φανερά.* Sed cur non ipsemet potius Diodorus exempla quae habet nobis suppeditet? Ita enim ille p. 350. (c. 38. huius libri) circa principium, *οἱ τὸν στόλον εἰς Σάμον ἀθροίσαντες ἐγύμναζον τοὺς στρατιώτας εἰς ναυμαχίαν, καθ' ἡμέραν ἀναπείρας ποιούμενοι.* In eadem non procul a fine: *Λακεδαιμόνιοι δὲ θεωροῦντες τοὺς πολεμίους τὰ πρὸς τὴν μάχην ἑτοιμαζομένους, καὶ αὐτοὶ πένθ' ἡμέρας ἀνάπειραν ποιούμενοι, καὶ γυμνάσαντες τοὺς ἐρέτας, ἐξέταξαν τὸν στόλον εἰς ναυμαχίαν.* Hinc vero et verbum *ἀναπειρᾶσθαι* pro *ἀνάπειραν* seu *ἀναπείρας ποιεῖσθαι.* Thucyd. L. VII. c. 7. *οἵ τε Συρακούσιοι ναυτικὸν ἐπλήρουν, καὶ ἀνεπειρῶντο.* ubi scholiastes debuerat de hac peculiari huius verbi significatione nos admonere, nec contentus his expositionibus esse, *ἀπεπειρῶντο, ἐμελέτων.* Quibus ex locis nemo non perspicere queat quam apta (idque cum exigua mutatione) futura sit lectio haec, *τὰς ἀναπείρας ἐποιοῦντο.* Scio tamen doctissimos quosdam viros, quum diu multumque in restituendo hoc loco se torsissent, tandem in ea sententia fuisse ut putarent nulla sincerae lectionis hic superesse vestigia. At enim qui poterant magis servari quam ex *ἀναπείρας* faciendo *ἀναπήρους.* Quidam autem (alioqui eruditissimus et ipse) locum hunc interpretans, *ἀναπήρους* depravatum esse aut dissimulavit, aut certe non animadvertit. Atqui, ut liceret ita loqui *ἀναπήρους ναῦς ποιεῖσθαι*, quorsum id pertineret? Steph. *Τὰς ἀναπείρας* cum H. Stephano legendum. Vera tamen lectio fuerit, si pro *ἐποιοῦντο* reposueris *ἐναυπηγοῦντο*, *mutilatas resarciebant.* Rhod. *Τὰς ἀναπείρας ἐποιοῦντο*] Sagaci coniectura verum H. Stephanus, quicum nollem dissensisset in re certa Rhodomannus, assecutus est. Loquendi genus, etsi dubium post Stephani hanc curam esse non possit, stabiliam Polybio auctore, qui de Romanorum Consule Lutatio L. I. 59. *ἀλλ' ἀν' ἑκάστην ἡμέραν ΑΝΑΠΕΙΡΑΣ καὶ μελέτας ΠΟΙΩΝ τοῖς πληρώμασιν οἰκείως τῆς ἐπιβολῆς.* Et L. IV. 2. de Philippo, *καὶ συνεχεῖς ΠΟΙΟΥΜΕΝΟΣ ΑΝΑΠΕΙΡΑΣ, ἐγύμναζε τοὺς φαλαγγίτας καὶ συνείθιζε ταῖς εἰρεσίαις.* Noster, cui Polybianam dictionem imitari in more positum, paullo diversiore modo L. XV. 3. *καὶ συνεχεῖς διαπείρας καὶ γυμνασίας ποιούμενος ἡτοιμάζετο* etc. Hinc *ἡ τῶν πλοίων ἀνάπειρα* cum naves in mare deducuntur, ut et earum et remigum periculum fiat, et *ἀναπειρᾶσθαι τοῖς σκάφεσι* in Polybii Excerpt. Leg. LX. Demosthenes Orat. de Steph. Trierarch. p. 676. *ἐπεπλήρωτό μοι, καὶ πάντες ἑωρᾶθ' ὑμεῖς ἀναπειρωμένην τὴν ναῦν.* Quae quidem veterum loca, si calamo

exaratorum librorum auctoritas defuisset, facile a me inpetrassent, ut id, quod amplexus sum, tenerem. WESS.

548. 90. *Τάλαντα ἑκατὸν τεσσαράκοντα*] Thucyd. VII. 16. *εἴκοσι τάλαντα ἀργυρίου* praeterea *περὶ ἥλιον τροπὰς τὰς χειμερινὰς* Eurymedontem esse missum in Siciliam versus: quod posterius heic quoque olim significatum fuisse arbitror. Nam quae succedunt *περὶ δὲ τὴν ἐαρινὴν ὥραν* hibernum expostulant manifesto tempus. Itaque huic loco contra ac L. V. 41. evenit, ubi *τοῦ θερινοῦ* sedem violentissime invaserat *ὁ χειμερινός*. WESS.

548. 98. *Ἔτη δυοκαίδεκα*] Congruunt concorditer scripti Codd., nec movent quicquam. Bellum hoc est *Decelicum*, quod si in XII annos fuerit tractum, prorogatum ultra anarchiam est Olymp. XCIV. 1., quo Peloponnesiacum desiisse bellum constat inter omnes. Praeterea decem continuos annos Spartani, *δέκα ἔτη συνεχῶς*, postquam arma iterum induerant, Atheniensis infestarunt, Isocrate in Except. adversus Callimach. p. 561. teste. Aut ergo hi numeri librariorum flagitio auctiores iusto sunt, aut aliud auctor belli eius principium commentus est. Mecum sentit H. Dodwellus Ann. Thucyd. p. 197. WESS.

548. 2. *Κόϊντός τε Φάβιος*] Deest Livio L. IV. 47., sed hinc atque ex Capitolinis fragmentis, ut Sigon. et Pighius docuerunt, revocandus. WESS.

548. 8. *Δεκελεικὸν προσαγορευθῆναι*] *Πόλεμος Δεκελεικὸς* in Orat. Isocrat. de Pac. p. 244. et Plataic. p. 444., atque apud Demosthen. Androt. p. 386. *Πόλεμος Δεκελικὸς* Strabon. L. IX. p. 607., quo modo *Δεκελικὸν ὄξος* atque alia, de quibus L. Holsten. ad Stephan. WESS.

548. 11. *Ὀγδοήκοντα μὲν τριήρεις*] Thucydid. VII. 20. *ἑξήκοντα, καὶ πέντε Χίας*, quem vide de militum quoque numero. WESS.

549. 21. *Ἐπὶ τὰ τῶν Ἀθην. ὀχυρώματα*] In Plemmyrio posita describuntur a Thucydide, praelii huius ordinem haud paullo aliter exsequente L. VII. 22. seq. WESS.

549. 47. *Εἰσπλέοντες ταῖς τῶν Ἀθην. ναυσὶν*] Praeferrem *ἐπιπλέοντες*, ut paullo ante *ἐπέπλεον τοῖς πολεμίοις*, et alias saepe. Contra ea in Thucydide L. VIII. 99. *πρότερον δὲ ἐν τῷ αὐτῷ θέρει τῷδε ἑκκαίδεκα ἐς αὐτὸν νῆες ἐπέπλευσαν*, mallem cum Cod. Gr. *ἐσέπλευσαν*. id enim usitatissimum de navibus, quae in pontum Hellespontumve pergunt. Ipse Thucydides L. IV. 75. *καὶ οὐ πολὺ ὕστερον ἐς τὸν Πόντον ἐσπλεύσας*. Et L. VIII. 100. *ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ἐσπλεύσας*. Isocrates Trapez. p. 530. *ἐπιστέλλει δὲ τοῖς ἐνθάδ' ἐπιδημοῦσιν ἐκ τοῦ Πόντου — καὶ αὐτὸν εἰσπλεῖν κελεύειν*. et pluribus ea in Oratione locis. WESS.

549. 49. *Ἀρίστωνος τοῦ Κορινθίου*] Illustrata Aristonis hoc bello virtus enituit egregie, quamquam huius consilii auctorem

non perhibuit Thucydides L. VII. 36. Vide eius libri c. 39. et Polyaen. de Stratagem. L. V. 13. Wess.

549. 54. *Διὸ συνέβαινεν — ἐμβολὰς τετρώσκειν*] *Rostra* interp., ut apud Xenoph. L. IV. Hellen. p. 404. *αὐτὸν δὲ συμμίξαντα τοῖς πολεμίοις ἐμβολὰς ἐχούσῃ τῇ τριήρει*, H. Steph. Thes. T. I. 679. monitore. Retine ergo, si animo allubescat, tametsi necessarium quidem non est, ut nec in his Aeschyli Pers. v. 415.

Αὐτοὶ δ' ὑφ' αὑτῶν ἐμβολαῖς χαλκοστόμοις
Παίοντο. —

Utrobique inpressionem, *σύγκρουσιν καὶ προσάραξιν τῶν νεῶν*, quo modo Critici Graeci, exprimere poterit. Vide ad L. XI. 27. Wess.

550. 64. *Ἐπειδὴ δέ τινες*] Videtur *ἔπειτα* magis huic loco convenire quam *ἐπειδή*. nam cum *ἐπειδὴ* suspensa relinquitur sententia. Steph.

550. 67. *Καὶ συνίστη* etc.] Vacat copula. Trierarchi, qui hoc in praelium Niciam invitum coniecerunt, Menander et Euthydemus erant in Plut. Nic. p. 536. E. Wess.

550. 88. *Πλείους τῶν τριακοσίων δέκα*] Optime omittitur postremum vocabulum a Reg. 1. et Vat. qui si priorem quoque numerum minuissent, solidam abstulissent laudem: neque enim dubium est, quin turpiter sit foedatus. Namque toto hoc bello Athenis non ultra CC triremes in Siciliam properarunt, Nicolao in Oratione sua teste infr. c. 21. Praeterea Demosthenes et Eurymedon *ἐπὶ νεῶν ἑβδομήκοντα καὶ τριῶν* copias auxiliares adduxerunt apud Plut. Nic. p. 537. A. ex Thucyd. VII. 42. Fieri quidem potest, ut Diodorus, alios secutus, naves plus LXXIII Demosthenis atque Eurymedontis imperio subiecerit, nec trecentas tamen. Maneat ergo sua in sede corruptior scriptura, donec aliunde uberior lux adfulgeat. Wess. Quod Strothius reponendum vidit *ὀγδοήκοντα* (*π'* pro *τί*) etsi Thucydidis Plutarchique numeris non satis respondet, plane tamen convenit Diodoro ab ipsis Atheniensibus octoginta naves decretas scribenti cap. 9. Reliquae igitur ab sociis additae sunt.

550. 2. *Ἐντὸς τοῦ τειχίσματος τῆς Ἐπιπολῆς*] Vide supr. c. 8. et Thucydidem VIII. 44., nocturnum hoc certamen diligentissime declarantem. Wess.

550. 11. *Μετὰ δώδεκα τριήρων*] Imo XV, si non fallunt Thucydidis verba L. VII. 46. Wess.

551. 17. *Λοιμικῆς καταστάσεως*] Dixi L. V. 82. Loci ingenium, quem castris occupaverant ad Syracusas Athenienses, describitur cum cura L. XIV. 70. Wess.

551. 22. *Καθημένους εἰς Σικελίαν*] *Ἐν Σικελίᾳ* in notarum auctario Rhodomannus, quo nihil hoc quidem loco indigemus. Permutantur hae praepositiones, altera in alterius locum suc-

cedente. Infra c. 89. ὕστερον εἰς Λεοντίνους κατώκησαν. Et L. XIV. 117. ἐν ᾗ καὶ τὸ χρυσίον ἦν, ὃ εἰλήφεισαν εἰς Ῥώμην. S. Lucas A. A. VIII. 40. Φίλιππος δὲ εὑρέθη εἰς Ἄζωτον. Philostratus Vit. Apollon. L. V. 42. προσελθὼν δὲ τῷ Ἀπολλωνίῳ, καθημένῳ εἰς τὸ ἱερόν. Ex Pausania huius generis haud pauca congessit laboriosissimus Sylburg. Praefat. p. 932. Add. superius L. III. 44. WESS.

551. 30. *Οἱ μὲν τῷ Δημοσθένει* etc.] Videndus Thucyd. VII. 47. et seq. WESS.

551. 46. *Ὅταν σημήνῃ*] Plenius Thucydides ὅταν τὶς σημήνῃ L. VII. 50. et Auctor de Mundo c. 6., sed aliter defectum explens, ἐπειδὰν ἡ σάλπιγξ σημήνῃ τῷ στρατοπέδῳ, quod est, *cum tuba bellicum cecinit*, ex versione philosophi Madaurensis. WESS.

551. 53. *Τὰς εἰθισμένας τρεῖς ἡμέρας*] Superstitione quadam inter Graecos valuerat, ut proximos a solis et lunae laboribus dies tres pro atris et infaustis putarent. Docuit Autoclides in Ἐξηγητικοῖς, seu Commentariis, quibus prodigia explicuit, apud Plut. Nic. p. 539. At Nicias, ut erat mire religiosus, ab inperitis interpretibus expugnatus, *τρὶς ἐννέα ἡμέρας dies XXVII* cavendos censuit, ni fallat Thucydides L. VII. 50. Qua suspicione etsi eum liberasse videatur Plutarchus, ἄλλην σελήνης περίοδον Niciam exspectandam opinatum memoraus, non desunt tamen caussae, quae Thucydidis libros iam Plutarchi aetate depravatos fuisse significant. Et primo quidem disertum nostri auctoris testimonium, tum Autoclidis sententia, denique rei gestae eventus. Sed vide H. Dodwelli Annal. Thucydid. operosius in his versatos, p. 207. WESS.

551. 59. *Ἑβδομήκοντα καὶ τέσσαρας*] Duas addit Thucyd. VII. 52. WESS.

551. 65. *Ἀγάθαρχος*] Hunc et Sicanum et Pythenem sequenti praelio Thucydides L. VII. 70. classi Syracusanae praeficit: neque inpedit tamen, quo minus et hoc eius curam gesserint. WESS.

552. 76. *Τὸν Δάσκωνα μὲν καλούμενον*] Vicinum sibi eiusdem nominis habebat vicum seu castellum, quo de L. XIV. 72., unde et sinui, ut arbitror, nomen. Locus fuisse olim videtur arboribus egregie vestitus, sive *σύνδενδρος*, qualem *δασκὸν*, et *δάσκιον* vocitabant. Nam *δασκὸν*, Hesychio auctore, est *δασύ*, uti *δάσκιον*, *σύνδενδρον καὶ δασύ*. Aliter S. Bochartus, Arabes et Phoenices auxilio arcessens, de Phoen. Colon. L. I. 28. WESS.

552. 79. *Καιρίᾳ πληγῇ*] *Καιρίῳ* R. 1. Co. Vide not. in L. IV. 16. WESS.

552. 92. *Κληματίδων καὶ δάδων* etc. *πληρώσας*] Ex Thucydide VII. 53. Noster L. XIII. 84. *καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν ἐργαστηρίων σχίδακας καὶ κληματίδας* (ἔδωκε). Preces trium iuve-

num, Danielis vaticiniis addi a Graecis solitae, vers. 22. *καίοντες τὴν κάμινον νάφθαν καὶ πίσσαν καὶ στυππίον καὶ κληματίδα.* Appian. Bell. Civil. L. I. p. 643. *ξυλίνῳ ὄντι τῷ τείχει κληματίδας περιτιθεὶς, μετὰ τὴν ὥραν ὑφῆπτεν.* Prave ibi *κλιματίδας* edunt. Cremia sarmentorumque fasces sunt. WESS.

552. 4. *Οὐκ ἐλάττους τῶν δισχιλίων*] Generalius defunguntur Thucydides L. VII. 53. et Plut. Nic. p. 539. C., multos periisse tradentes. WESS.

552. 13. *Ἐν ἡμέραις τρισὶ τοῖς ἔργοις* etc.] His errorem inesse suspicatur H. Dodwellus, auctoris negligentia admissum: scriptorem, quem excerpsit, memorasse, portum tertio a lunae deliquio die fuisse obstructum; id nostrum aliter atque oportuerat accepisse. Praeterea Thucydidem L. VII. 56. et 59. docuisse, Syracusanos mox a praelio, quo Eurymedon cecidit, portum occlusisse, *ἔκλειον οὖν τὸν λιμένα ΕΥΘΥΣ τὸν μέγαν*, Annal. Thucyd. p. 208. At non persuadet. Nam Thucydideum *ΕΥΘΥΣ* maturatum quidem opus indicat, non uno die absolutum. Considerasset portus illud ostium octo ferme fuisse stadiorum, quod Thucydidi L. VII. 59. accredimus, et vidisset in summa etiam festinatione plus uno die ad eius obstructionem fuisse opus. WESS.

553. 19. *Τοὺς ἐπὶ ταῖς ἡγεμονίαις τεταγμένους*] Alias patrium casum in hoc genere amplectitur. Infra c. 97. de Thrasybulo, *ὃς ἦν ἐπὶ τῆς ἡγεμονίας ἐκείνην τὴν ἡμέραν.* Et c. 84. *οἱ ἐπὶ τῶν ἐργαστηρίων.* Sic *ὁ ἐπὶ τοῦ Πειραιῶς* Diogenes II. 127. Add. superius L. XI. 15. Latine Petronius Satir. c. 30. *unus ex pueris, qui super hoc officium erat positus.* Vide N. Heinsium ad Curtii L. VI. 11. WESS.

553. 20. *Ἐκβιβάσαντες*] *Ἐμβιβάσαντες.* RHOD. *Ἐμβιβάσαντες*] Rhodomannus recte. Vitium recurrit saepenumero, ut vel hoc libro c. 77. Mox *τριήρεις πέντε λειπούσας τῶν ἑκατὸν εἴκοσι* sicuti L. I. 5. *ἔτη δυσὶ λείποντα τῶν χιλίων* etc. atque in Polybio III. 22. *τριάκοντα ἔτεσι λείπουσι δυοῖν.* Porro triremes centum duntaxat et decem instructas fuisse Thucydides L. VII. 60. et Plut. Nic. p. 539., aut etiam paullo minus, adfirmant. Vide mox c. 17. WESS.

553. 26. *Τὰς ὑπηρετικὰς ἔχοντες ναῦς παῖδες ἑλ.*] Minora sunt navigia, ad varia in praeliis ministeria apta. *Τὰ ὑπηρετικὰ* L. XIV. 60. XX. 50., et *ὑπηρετικαὶ* L. XX. 82., quemadmodum et Arrianus atque Appianus in Scheffer. de Nav. Milit. II. 2. Hoc autem, quod de pueris, Athenienses lacessentibus, commemoratur, superiore certamine usu venit, ni fallat Plut. Nic. p. 539., quod opinor. WESS.

553. 32. *Τοῦ παντὸς πολέμου τὴν κρίσιν λαμβάνοντες*] *Ἡ κρίσις τοῦ πολέμου* ultimum exprimit belli discrimen, quod aut victoria, aut certa pernicie terminatur. Dionysius Ant. Rom. L. IX. p. 592. *ἰσόῤῥοπός τε καὶ μέχρι πολλοῦ ταλαντευομένη*

τῇδε καὶ τῇδε ἡ κρίσις τοῦ πολέμου. Itaque λαμβάνοντες non aliud hoc quidem loco est, ac ὑπολαμβάνοντες. Vide ad L. XVII. 82. WESS.

553. 40. Ἕκαστον δὲ τῶν τριηράρχων ἐξ ὀνόματος etc.] Niciae orationem, ab hoc eius argumento in haud paucis diversam, pete ex Thucydid. L. VII. 61. et seq. WESS.

553. 42. ἐδεῖτο πάντων εἶναι πρότερον ἢ τὸ νῦν ἀντιλαβέσθαι τῆς μόνης καταλελειμμένης ἐλπίδος] Quod mihi scripsisse Diodorus videtur εἰ καὶ πρότερόν ποτε, νῦν, cum eo comparanda tum Niciae verba apud Thucyd. VII. 64. καρτερήσατε, εἴπερ ποτέ ipsiusque Thucydidis VII. 70. περὶ τῆς ἐς τὴν πατρίδα σωτηρίας νῦν, εἴ ποτε καὶ αὖθις, προθύμως ἀντιλαβέσθαι, tum Diodori Exc. Vatic. p. 99. παρακαλέσας τοὺς στρατιώτας, εἰ καί ποτε, νῦν ἀνδραγαθῆσαι satis similia Aristophaneis Thesmoph. v. 1157. εἰ καὶ πρότερόν ποτ' ἐπηκόω ἦλθετον, νῦν ἀφίκεσθον.

553. 49. Ἀξίους φανῆναι τῶν στεφάνων] Praemia sunt atque ornamenta, quae publice ob rem bene gestam impetraverant. Cultissime Euripides Troas. v. 400.

Φεύγειν μὲν οὖν χρὴ πόλεμον, ὅστις εὖ φρονεῖ.
Εἰ δ' εἰς τόδ' ἔλθοι, στέφανος οὐκ αἰσχρὸς πόλει,
Καλῶς ὀλέσθαι. —

Frequens inde στεφανοῦν ἀντὶ τοῦ τιμᾶν, ut alias videbitur. Confer Harpocrat. in Στεφανῶν. WESS.

553. 55. Παιανίσαντες ἔπλεον] De duplice paeane, altero ante pugnam in Martis honorem, altero parta victoria Apollini cantato Schol. Thucydid. I. 50. et IV. 42. Prior intelligitur in Euripid. Phoeniss. v. 1109.

Παιὰν δὲ καὶ σάλπιγγες ἐκελάδουν ὁμοῦ
Ἐκεῖθεν, ἔκ τε τειχέων ἡμῶν πάρα. WESS.

554. 65. Ἔνθα δὴ παραβόλως ἀμφοτέρων etc.] Vide Thucydid. VII. 70. WESS.

554. 76. Σιδηρᾶς χεῖρας ἐπιβάλλοντες] Usi potissimum his sunt Athenienses, Thucydide indicante VII. 65. quarum saepe Noster navalibus in praeliis meminit. Vid. infra c. 50. 67. 99. XVII. 44. et Olearium in Philostrati L. I. Icon. p. 792., quamquam is pleraque debet Io. Scheffer. Milit. Nav. II. 7. WESS.

554. 87. Ἀνταῖος ὑπὸ τῆς θαλάττης κατεπίνετο] *Cum hominibus*, ut Caesar L. I. Bel. Civil. c. 58. Auctor frequentissime usurpat. Loca conduxit Lazar. Bayfius de Re Naval. p. 625. ed. Gron. WESS.

554. 98. Ἅμα δὲ καὶ τῆς κραυγῆς τῶν ναυμαχούντων etc.] Commodius videtur τῇ κραυγῇ, si artissime coniungatur τῷ συμφιλοτιμουμένων. Alioqui hiulca erit oratio. WESS.

554. 5. Ἐπαΐζον] Perinde est hoc retineas an ἐπαΰιζον ex Coisl. adsciscas. Probum enim utrumque; quo fit, ut librarii permutent saepissime. Vide Strabon. L. III. p. 251. Plut.

Thes. p. 10. A. et de Musica in fine, Appian. L. V. Bell. Civil. p. 1134. Alia Cl. Duker. in Thucyd. L. I. 50. WESS.

555. 18. *Εἰ διὰ τῆς γῆς — νομίζουσιν*] Confer not. Cl. T. Hemsterhusii in Luciani Timon. c. 33., et de re ipsa Thucydid. L. VII. 70. WESS.

555. 33. *Κινδυνευόντων Ἀθηναίων*] Quam hic omittunt *Ἀθηναίων* vocem calamo exarati Codd., maluissem hoc quidem loco servassent, neglexissent autem cum addito articulo post pauca: ibi enim sine ullo sententiae intertrimento deerit. WESS.

555. 42. *Ὡς ἂν Ἀττικῶν μὲν νεῶν — ἑξήκοντα*] Athenienses triremibus CXV, sive, ut Thucydides, CX, pugnam hanc ingressi sunt; qua finita cum L, aut prope LX, quemadmodum Thucydides ait, victis superarint, convenit utique numerus. Syracusanis sub praelii initium naves erant LXXIV, teste Nostro c. 14. Restabant parta victoria ad L, apud Thucydid. VII. 72. Porro *παρὰ — τοῖς Συρακουσίοις* scribere alias solet. WESS.

555. 52. *Κατὰ τάχος πληροῦν τὰς τριήρεις*] Salubri huic consilio nautas, quorum animi superiore clade infracti erant, obstitisse Thucydides L. VII. 72. docet. WESS.

555. 64. *Πάντας δ' ὑπὸ τῆς μάχης καταχόπους*] Accedebat festus Herculis dies, ob quem et victoriam Syracusanorum plerique *ἐν θυσίαις καὶ πότοις*, sicuti apud Plut. Nic. p. 540. recte viri docti legunt, erant occupati. WESS.

555. 71. *Τῶν Λεοντίνων τινὰς εἶναι*] Aliter Polyaen., ab Is. Casaubono optime castigatus, de Stratag. L. I. 43. 2., et Thucydid. VII. 73. Mox *ἀπεσταλκότας* ex Reg. 1. nec pravum nec necessarium est. WESS.

555. 73. *Ὅπερ εἰ μὴ παρεκρούσθησαν*] Videtur *ὅπου* aptius esse huic loco quam *ὅπερ*. STEPH. Neutrum mihi satis aptum videtur. Praeferrem *ᾧπερ εἰ μὴ* etc. *qua quidem re nisi decepti fuissent*. WESS. *Ὅπερ* tuitus est Wakefieldus ad Lucret. I. 222.: atque *ὅπερ ἐὰν εὖ φρονῶν τυγχάνῃς, γνώμην λάβε* sic dixit Phalaris p. 8. similiterque Appianus vol. I. p. 530. 81. ed. Schw. *ὅπερ ἔστι πολλοὺς ἰδεῖν ἀλογωτέρους γιγνομένους ἑαυτῶν*, ab Valesio in *ὥςπερ* mutatum. Diodorus nusquam ita nisi in Exc. Photii p. 543. 6. *ὅπερ οἱ ἐγγενεῖς ὑπέλαβον χρῖσιν οὐκ ἔσεσθαι τῶν κακῶν.*

556. 75. *Τῆς ἡμέρας ὑποφωσκούσης*] Sic huius L. c. 111. *ἤδη τῆς ἡμέρας ὑποφωσκούσης*, ubi tamen itidem scriptae schedae *ἐπιφωσκούσης*. quo modo praeter S. Matth. XXVIII. 1. *τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων*. et S. Lucas Evang. XXIII. 54. *καὶ σάββατον ἐπέφωσκε*. In Aristotelis Probl. sect. XXV. 5. *διὰ τί ὑποφωσκούσης ἕω* editur, nec constanter tamen. *Ὑποφαυσκούσης* in aliis est, Sylburgio monente, et *διὰ τί ὑπεπιφαύσκοντος* Problem. sect. VIII. 17. WESS.

556. 81. *Προήεσαν ἐπὶ Κατάνης*] Non muto. Thucydid. VII. 80. *ἦν δὲ ξύμπασα ὁδὸς αὕτη οὐκ ἐπὶ Κατάνης.* Pausanias II. 3. *αὐθις δ' ἰοῦσιν ἐπὶ Λεχαίου τὴν εὐθείαν* etc. passimque alii. Wess.

556. 83. *Τὰς καταληφθείσας ναῦς*] Doctissimus Interp. *καταλειφθείσας* sua versione expressit, nec male profecto. Quid enim tritius harum conmutatione vocum? Vulgatum tamen si probaveris, interceptas atque occupatas Atheniensium triremes L intellige, quas Syracusani, victis in summa rerum desperatione non prohibentibus, funibus religatas abstraxerunt apud Thucyd. VII. 74. et Iustin. L. IV. 5., sed qui navium numerum inmane quantum auget. Wess.

556. 91. *Διὰ τοῦ Ἑλωρίου πεδίου*] *Ἑλώριος ἄγων* Hesych., *Ἑλωρινὴ ὁδὸς* Thucyd. VII. 80. ubi doctissim. Wasse. *Tempe Heloria* in Fast. Ovidii IV. 477. cum nota Neapolis. Variant enim in urbis fluviique orthographia veteres, quamquam Ph. Cluver. Sicil. Antiq. L. I. p. 184. plerisque adspirationem addidit. Ceterum extremam hanc Atheniensium calamitatem, quoque modo Demosthenes, et quo Nicias in hostium potestatem devenerint, luculentissime exsequitur Thucydid. L. VII. 82. et seq. Wess.

556. 93. *Ἀπέκτειναν μὲν μυρίους ὀκτακισχιλίους* etc.] De captorum numero Nostro ferme consentit Thucydides, *οὐκ ἐλάσσους ἑπτακισχιλίων* L. VII. 87. memorans. At amplior caesorum fuit multitudo, si numerum XL millium aequarint, qui Nicia et Demosthene ducibus post infelix navale praelium iter sunt ingressi, quemadmodum eiusdem libri c. 75. proditum memoriae est. Sint sane plures fuga elapsi: de XV tamen millibus, cum Syracusani obseptis itineribus fugientes urgerent undique, haud iniuria dubites. Quare aut abit a praestantissimo belli Peloponnesiaci scriptore Diodorus, aut, qui hic desunt ad explenda XL illa millia, surrepti ac suppressi a privatis sunt hominibus. Vide eius L. VII. 85. Wess.

556. 99. *Στήσαντες δύο τρόπαια* etc.] Ab his diversa, de quibus Plut. Nic. p. 541. D. *τὰ μὲν κάλλιστα καὶ μέγιστα δένδρα τῶν περὶ τὸν ποταμὸν* (Asinarum) *ἀνέδησαν αἰχμαλώτοις πανοπλίαις.* Haec enim imperatorum Atticorum armis, illa reliquorum videntur ornata ex more, de quo Euripidis Heraclid. v. 787. Wess.

556. 8. *Εἰς τὰς λατομίας*] Vid. Ph. Cluver. Sic. Antiq. L. I. p. 149. et Aelian. V. H. L. XII. 44. cum nota Perizon. Wess.

556. 11. *Λαμβάνειν ἀλφίτων δύο χοίνικας*] Haud quidem illud inhumane Diocles, siquidem homini *χοίνιξ ἡμερήσιος τροφὴ* seu in victum diurnum sufficiat apud Diogen. Laert. L. VIII. 18., *ἡμεροτροφὶς* propterea dicta Alexarcho, Cassandri regis fratri, teste Athenaeo L. III. 20. Vereor tamen, quum Diocles victis fuerit acerbissimus, ne quid hic sit commissum. Praesertim quoniam

Thucydides L. VII. 87. et Plut. Nic. p. 542. In latomias depressis εἰς ἡμέραν ἑκάστην δύο κοτύλας κριθῶν sive σίτου expensas referunt: quarum singulae cum tertiam choenicis partem aequarint, videtur parcior haec mensura atroci Dioclis sententiae congruere et choenices Diodori suspicione quadam maculae adspergere. Ceterum asperrimae sententiae auctor Plutarcho Εὐρυκλῆς, prave, ut arbitror, dicitur. Wess.

556. 14. Ὡς κάλλιόν ἐστι τοῦ νικᾶν] Paullo aliter in Plutarchi Nic. p. 540., eadem tamen sententia, ὅτι τοῦ νικᾶν κρεῖττόν ἐστι τὸ καλῶς χρῆσθαι τῇ νίκῃ. Namque is demum recte victoria utitur, qui eam ἀνθρωπίνως ἐνεγκεῖν didicit. Vid. not. in L. I. 60. Wess.

557. 31. Ἡγούμενος εἶναι δυστυχέστατος] Conf. Cel. Inc. Gronovium ad Polyb. L. V. 100. Wess.

557. 44. Εἰκότως ἂν — πικρῶς ἂν αὐτοῖς etc.] Nemini molesta sit particula ἄν eadem in periodo repetita. Fit enim saepe. Vide Ios. Barnes. ad Euripidis Helen. v. 954. et L. Kuster. in Aristophan. Nub. v. 838. Wess.

557. 56. Καὶ τὴν αὐτὴν ὑπεροχὴν] Lego τὴν αὐτῶν ὑπεροχήν etc. Steph.

557. 58. Μύρια μὲν εἰληφότας ἐκ Δήλου etc.] Vid. L. XII. 38. Wess.

557. 63. Οὔτ' ἀνὴρ οὐθεὶς ἐπανῆλθεν] Damnant Phrynichus Magisterque Thomas vocem οὐθείς, longeque ab Atticorum elegantiis relegant: id pati possum. Noster, qui eas in leges non iuravit, usurpat saepius. Mox μηθὲν ὑπὲρ ἄνθρωπον etc. et οὐθείς γάρ ἐστιν. Plura collegit praestantissimus I. Fr. Reitz. in Lucian. Parasit. c. 3. Iam μηδὲ τὸν ἀγγελοῦντα περιλειφθῆναι sollemne scriptoribus est de magna clade. Exempla locutionis alias dare memini, quae ex Diodoro et aliis in cumulum congesta si requiras, confer viros eruditissimos Gebhardum et Drakenborchium in Livii L. IV. 10. Wess.

557. 68. Μηθὲν ὑπὲρ ἄνθρωπον πράξητε] Amat hoc genus auctor in rebus truculentis atque inhumanis. Τιμωρίαι ὑπὲρ ἄνθρωπον *poenae inmanes* in Excerpt. Vales. p. 274. Μηδὲν περὶ αὐτῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον βουλεύσασθαι L. XIV. 106. Et cap. 111. eiusdem lib. ὑπὲρ ἄνθρωπον πάσχειν, *ea pati, quae conditionem humanam excedunt.* Tum Ecl. I. libri XXV. μηδὲν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐπιτηδεύειν, quod ex Polybio sumtum suo more mutavit: is enim L. I. 88. μηδὲν ἀνήκεστον ἐπιτηδεύειν ἑκουσίως pari sententia. Diversum est Sophoclis Aiac. v. 774. μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖν. Id *ultra hominem spirare*, quemadmodum de Iuliano Ammianus dixit. Wess.

558. 69. Φονεῦσαι τὸν ὑποπεπτωκότα] *Supplicem.* Iterum Nicolaus c. 23. τῶν πρότερον ὑποπεπτωκότων ἀσθενέστεροι γίνονται. Et post pauca πάντες δὲ — εἴκουσι τοῖς ὑποπεπτωκόσι.

Plutarchus de Solert. Anim. p. 970. F. οὐκέτι γὰρ προσμάχονται τοῖς ὑποπεσοῦσι. Plenius Iosephus Antiq. Iud. L. XVI. 4. 4. ἐκείνων δὲ βουλομένων ὑποπεσεῖν ἐπὶ δεήσει, προαναλαβὼν et reliqua. Wess.

558. 88. Ἐπ' ἐλπίδι σωτηρίας] Non sequor Coisl.; recte adest praepositio. S. Paullus Epist. ad Tit. I. 2. ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου. Et I. ad Corinth. IX. 10. ὅτι ἐπ' ἐλπίδι ὀφείλει ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾶν. Adde A. A. c. XXVI. 6. Wess.

558. 91. Ἀγνώμονες ἂν κληθεῖεν] Ita κύριοι ἀγνώμονες L. XI. 89. et τύχη ἀγνώμων infra c. 29. de inclementibus heris et fortuna. Contra εὐγνώμων καὶ φιλάνθρωπος in Excerpt. Vales. p. 238. et εὐγνωμοσύνη, εὐγνωμονεῖν hac ipsa in oratione. Aliam ἀγνώμονος potestatem declarat Schol. ad Demost. Olynth. II. p. 17. Wess.

558. 97. Καιροτηρήσαντες] Recurrit neglectum in Lexicis vocabulum L. XIX. 16., ubi καιροτηροῦντες τὰς μεταβολάς. Magis obvia καιροφυλακεῖν et καιροφυλακτεῖν. Vid. Ioseph. XVI. Ant. Iud. c. 3. 3. et Liban. T. I. p. 355. A. Καιροσκοπεῖν habet Palladius in Vit. Io. Chrysostomi p. 38. ed. Benedict. Wess.

558. 3. Ἐξ ἰδιώτου] Ctesiam, ut solet, sequitur; tamen ἐξ ἰδιώτου non ita districte accipiendum, ut post pauca de Gelone. Cyrus enim, etsi necdum deiecto Astyage privatus esset, βασιλικῶς a parentibus fuit eductus, regio etiam genere ortus. Vide Nostrum in Excerpt. Vales. p. 238. Wess.

558. 13. Τῆς Σικελίας ὅλης ἡγεμὼν ἐγένετο] Supr. L. XI. 26. Wess.

559. 19. Μὴ καταῤῥίψωμεν τὸν ὑπὲρ τῶν προγ. ἔπαινον] Nicias oratione ad Athenienses c. 15. huius libri, ἠξίου μὴ καταῤῥίψαι τῆς πατρίδος τὴν περιβόητον δόξαν. Atque id bene: hic insolentior ὁ ὑπὲρ τῶν προγόνων ἔπαινος, cui tamen similis ἡ ὑπὲρ αὐτῶν μνήμη cap. 20. Utrobique sine damno, me quidem iudice, praepositio deficeret. Porro si qui γνώμην προσλαβοῦσα in praecedentibus malint, fruantur arbitrio suo. Wess.

559. 27. Τὰ μὲν οὖν ἐν τοῖς ὅπλοις πλεονεκτήματα etc.] Praeclare Cicero de bellicis C. Caesaris laudibus Orat. pro Marcello c. 3. *Sed tamen eiusmodi res, nescio quomodo, etiam cum leguntur, obstrepi clamore militum videntur et tubarum sono. At vero cum aliquid clementer, mansuete, iuste, moderate, sapienter factum, in iracundia praesertim, quae est inimica consilio, et in victoria, quae natura insolens et superba est, aut audimus, aut legimus: quo studio incendimur, non modo in gestis rebus, sed etiam in fictis, ut eos saepe, quos nunquam vidimus, diligamus.* Et cap. 2. *Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil praefectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. quin etiam illa ipsa rerum humanarum domina, Fortuna, in istius se societatem gloriae non offert, tibi cedit, tuam se esse totam et pro-*

priam fatetur. Quibus disertissimi Oratoris nulla parte inferiora sunt, quae Noster de Alexandro L. XVII. 38. WESS.

559. 33. *Τῶν ἄλλων ὑπερέχειν* etc.] Planius erit *οἱ τῶν ἄλλων ὑπερέχειν — σεμνυνόμενοι*, ut mox *καὶ οἱ πρῶτοι* etc. Animadvertit defectum Rhodomannus. WESS.

559. 35. *Καὶ οἱ πρῶτοι βωμὸν ἐλέου καθιδρυσάμενοι*] Haec solida Atheniensium gloria:

Urbe fuit media nulli concessa potentum
Ara deùm, mitis posuit Clementia sedem,
Et miseri fecere sacrum. Sine supplice nunquam
Illa novo: nulla damnavit vota repulsa.
Auditi quicunque rogant, noctesque diesque
Ire datum, et solis numen placare querelis.

inquit Pap. Statius Theb. XII. 481. Prave in Philone editur de Exsecrat. p. 935. *οἱ δ' ὅλον τοῦτον παραχαλκεύσαντες τὸν νόμον, τοὺς ἅλας, τὰς σπονδὰς, τὸν ΕΛΑΙΟΥ ΖΩΜΟΝ, τὴν κοινὴν ἑστίαν, ἐξ ὧν φιλία καὶ ὁμόνοια ἡρμόζετο.* Melius interpres *misericordiae aram:* nam *ἐλέου βωμὸν* scriptorem Iudaeum reliquisse res ipsa codexque August. adfirmant. Plura Ill. H. Grotius L. II. de Iur. Bel. et Pac. c. 21. 5. WESS.

559. 51. *Τὴν πρὸς τοὺς ἐναντίους ἔχθραν ἀνητὴν*] Prudenter Euripides in Philoctete apud Stob. Serm. XX. p. 172.

Ὥσπερ δὲ θνητὸν καὶ τὸ σῶμ' ἡμῶν ἔφυ,
Οὕτω προσήκει, μηδὲ τὴν ὀργὴν ἔχειν
Ἀθάνατον. —

respiciens haud dubie vetus dictum, de quo Q. Caecilius Metellus in Livii L. XL. 46. *Vulgatum illud, quia verum erat, in proverbium venit:* AMICITIAS INMORTALES, INIMICITIAS MORTALES ESSE DEBERE. Cui etsi nemo iure obloqui ausit, rari tamen, qui de se sine fraude profiteri velint, quod Cicero pro Rab. Post. c. 12. *Neque me vero poenitet mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere.* WESS.

559. 57. *Οἱ δοκοῦντες ὑπερέχειν, ἐν ῥοπῇ καιροῦ* etc.] Philo Iud. de Ioseph. p. 545. B. *ἀρχαὶ βασιλέων αἱ μέγισται καθηρέθησαν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ.* Et ante eum Euripides apud Stob. Floril. Tit. CIII:

Ὁρᾷς τυράννους, διὰ μακρῶν ἠσκημένους,
Ὡς μικρὰ τὰ σφάλλοντα, καὶ μί' ἡμέρα
Τὸν μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν. —

Cuius generis alia, quae inter manus sunt, omittam prudens, hoc Nicolai ubi ex cap. 24. interposuero, *εἰς γὰρ καιρὸς καὶ βραχεῖα ῥοπὴ τύχης ταπεινοῖ πολλάκις τοὺς ὑπερηφάνους.* WESS.

560. 70. *Οὐ γὰρ δυνατὸν, τοὺς ἄλλοις ἀν. χρησαμένους*] Sic bene Coislin. Mox scripsisse Diodorus videtur, *ἄλλους τε πράξαντας δεινὰ, παθεῖν* etc. WESS.

560. 73. *Ἀλλὰ πράξαντας δεινὰ*] Locus hic videtur posse restitui, si post *φιλανθρωπίας* legamus, *μηδὲ τοὺς ἄλλους πράξαντας δεινὰ* etc. Sensus saltem loco aptus ex hac lectione elicietur. STEPH. Lege *οὐδὲ πράξαντας*. RHOD.

560. 74. *Παρὰ τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἐθισμοὺς*] Vid. L. XIX. 63. WESS.

560. 82. *Πάντες δὲ ἀνατείνονται* etc.] Dicam infra L. XIV. 3. Refer huc Ovidianum:

Quo quis enim maior, magis est placabilis irae;
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni;
Pugna suum finem, cum iacet hostis, habet.

Trist. L. III. 5. 31. WESS.

560. 92. *Πολλοὺς τῶν Λακεδαιμονίων καταχλείσαντες*] Vide L. XII. 63. atque artes oratoris animadverte. WESS.

560. 6. *Ἴδε τὴν τύχην ἁπάντων οὖσαν κυρίαν*] *Sed profecto Fortuna in omni re dominatur. ea res cunctas ex libidine magis, quam ex vero celebrat obscuratque*, ait Sallust. Catil. c. 8. Libanius T. II. p. 644. D. *καὶ ἐπαινοῦσι δὴ τὸν εἰπόντα, Τύχην τὰ θνητῶν πράγματα*. qui quidem nobilem senarium in animo atque oculis habuit,

Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία.

nobilem, inquam. Vexabatur enim *Theophrastus et libris et scholis omnium philosophorum, quod in Callisthene suo laudarit illam sententiam,*

Vitam regit Fortuna, non sapientia.

Cicero Tuscul. Disput. V. 9. Vid. Plut. T. II. p. 97. Eustath. de Ismen. Amor. L. VIII. p. 317. et Demosth. Olynth. II. p. 16. WESS.

560. 9. *Διὰ δὲ τῶν τυχόντων ξύλων ἱστάναι τὰ τρόπαια*] Veteribus Graeciae moribus id quidem valuit. Statuebantur enim in finibus, victoriae modo in praesentia declarandae caussa, non ut in perpetuum belli memoria maneret: tamen tropaea et ex aere et lapide erecta memorat Pausan. II. 21. p. 159. V. 27. p. 450. VIII. 10. p. 619. et Plut. Alcib. p. 207. D. Quamquam primi ea ex materia qui posuerunt, male tota Graecia audiverunt. *οὐδὲ γὰρ παρ' Ἕλλησιν οἱ πρῶτοι λίθινον καὶ χαλκοῦν στήσαντες τρόπαιον ἐνδοκιμοῦσιν* Plutarch. Quaest. Rom. p. 273. D. Quin cum Thebani, Lacedaemoniis bello superatis, aeneum statuissent tropaeum, accusati apud Amphictyonas sunt, Cicerone de Invent. L. II. 23. auctore. Adde Casaubon., cui haec non latuerunt, ad Strabon. L. IV. p. 283. WESS.

561. 26. *Τριακοσίας τριήρεις αὐτάνδρους ἀπολέσας*] Numerus triremium iusto auctior est: ducentas miserant in Aegyptum. Vid. L. XI. 71. Neque id vero consentit, naves eas *αὐτάνδρους ipsis cum hominibus* periisse. Redierunt Athenas ex clas-

siarlis aliqui, sed exiguo numero. Thucydid. I. 110. *καὶ ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν πορευόμενοι διὰ τῆς Λιβύης ἐς Κυρήνην διεσώθησαν, οἱ δὲ πλεῖστοι ἀπώλοντο.* Et Noster L. XI. 77. Itaque aut oratorie Nicolaus cladem eam auget, aut delenda cum Reg. 1. *αὐτάνδρων* vox est. WESS.

561. 28. *Καὶ πάλιν ὑπὸ Ξέρξου* etc.] Putes Interp. *πάλαι* voluisse, quo quidem hic nihil opus erit. *Πάλιν* enim saepe coniungit res, quae ad eandem sententiam confirmandam pertinent. Auctor Epist. ad Hebr. II. 12. *λέγων ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου — καὶ πάλιν ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς — καὶ πάλιν, Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία* etc. Polybius IX. 28. *πάλιν Ἀλεξάνδρῳ διότι μὲν ἀδικεῖσθαι* etc. *iam Alexandro illud quidem cum amarulentia obiecisti.* Plura diligentissimus Georg. Raphelius ex Polybio ad Matth. XIII. 44. WESS.

561. 39. *Ναὶ*] Rhodomannus, *βεβαιωτικὸν*, qua vi nonnunquam non carere Apollonius Syntax. L. III. 21. et Eustath. in Homer. p. 92. docuerunt, arbitratus, a sequenti distraxit. Dubito an male. Infra quidem certe adfirmantis non est, sed argumentum, quod obmoveri poterat, occupantis. Sic enim Gylippus c. 31. *ναί· ἀλλ' οὐκ αἴτιον τὸ πλῆθος τῶν Ἀθηναίων* etc. Pro quo cap. seq. *νὴ Δία, ἀλλὰ Νικίας ὑπὲρ Συρακουσίων ἐπολιτεύσατο.* Et *νὴ Δία, ἀλλὰ καλὸν μὴ ποιεῖν τὴν ἔχθραν αἰώνιον.* Quo ordine cum et hoc loco ponatur, consultius fuerit, *at enim nonnulli* etc. vertere. WESS.

561. 54. *Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ πρῶτοι τροφῆς ἥμερον* etc.] Haeccine ab homine Siculo exspectasses? cuius insulae indigenae reperti frumenti gloriam suis maioribus asserebant. Vid. L. V. 4. et cap. 69. Verum multa Nicolaus occasioni et tempori dat, ut saepe oratores, fabulis in conmodum abusus. Apposite Cicero pro Flacco c. 26. *Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortae, atque in omnes terras distributae putantur.* WESS.

562. 67. *Τοῖς τὴν πατ. κοινὸν παιδευτήριον παρεχομένοις*] Cultissime hoc quidem, nec minus eleganter *illae omnium doctrinarum inventrices Athenae* in Cicer. I. de Orat. c. 4. *Ipsae illae bonarum artium magistrae et inventrices Athenae* apud Mamertinum Paneg. Iuliani c. 9. *Ἑλλάδος Μουσεῖον, ἑστία καὶ πρυτανεῖον τῶν Ἑλλήνων*, quaeque alia doctarum Athenarum elogia Eustath. in Homer. p. 284. collegit. Libro opus foret, omnia in unum conducenda si essent. Vide Is. Casaub. in Athen. L. V. 3. et Io. Meurs. Fort. Athenar. c. 8. WESS.

562. 70. *Οἱ μὲν ἤδη μετεσχηκότες τῶν φιλανθρωπιῶν*] Quid haec sibi velint, Cicero conmonstrabit, *Nihil melius*, inquiens, *illis mysteriis, quibus ex agresti inmanique vita exculti ad humanitatem et mitigati sumus: initiaque, ut adpellantur, ita revera principia vitae cognovimus: neque solum cum laeti-*

tia vivendi rationem accepimus, sed etiam cum spe meliore moriendi L. II. de LL. c. 14. Wess.

562. 82. *Εἰ τοὺς ἐξ ἐπιβουλῆς ἀδικήσαντας* etc.] Correxi ex vetustis schedis. Vitium peperit librariorum inconsiderantia, has voces confundentium, ut in Thucydid. VII. 65. Aelian. V. H. XI. 4. saepissimeque in his Diodori libris. *Ἐξ ἐπιβουλῆς* insidias, deliberato consilio structas, exponit, veluti apud Thucydid. VIII. 92. Iam levius peccare invitos et maiore venia dignos videri, quam qui consulto et parati delinquunt, recte Nicolaus admonet. *Etiam leges veniam concedunt ex involuntate et necessitate delinquenti*, ait Tertullianus Apologet. c. 45., sive, ut Cleon apud Thucydid. III. 40., *ξύγγνωμον δ' ἐστὶ τὸ ἀκούσιον*. Wess.

562. 88. *Καὶ πρόξενος ὢν διατετέλεκεν*] Forsan *ἐθελοπρόξενος τῶν Συρακουσίων* fuit, sponteque sua, nullo civitatis iussu, Syracusanos, Athenas delatos, hospitio excepit atque adiuvit, ut Pithias Corcyraeus Athenienses apud Thucydidem L. III. 70. Si tamen *πρόξενος*, ut Nicolaus velle videtur, atque *ὑπὸ τῆς πόλεως χειροτονούμενος ἐπὶ τῷ τοὺς πρεσβεύοντας Συρακουσίους ὑποδέχεσθαι*, sic enim *προξένου* munus Ulpianus ad Demosthen. Midian. p. 374. explicat, utique misericordiam tribuere veteri civitatis amico, et in id bellum praeter animi sui voluntatem coniecto, aequissimum pariter atque humanissimum erat. Wess.

562. 3. *Καὶ περίβλεπτος κατὰ πᾶσαν πόλιν*] Ita Dionysius *περίβλεπτος ἦν παρὰ τοῖς Συρακουσίοις* inf. c. 92., quorum omnium oculos, quoties publico se dabat, in se convertebat. Verum, quod in Euripidis Phoeniss. v. 555. Eteocles,

Περιβλέπεσθαι τίμιον; κενὸν μὲν οὖν.

id malo suo edoctus Nicias est. Aelianum, Euripideum illud citantem, L. II. 12. Var. Hist., quaeque viri docti inibi notarunt, vide. Wess. *Πᾶσαν πόλιν* hic non magis tangendum erat quam *πᾶσα πόλις* Exc. Vatic. p. 56.

Ibid. Νυνὶ δ' ἐξηγκωνισμένος ἐν ἀσχήμονι etc.] Frequens in miseris est, quorum cubiti, manibus post terga revinctis, distorquentur. Noster Ecl. 2. L. XXXIV. p. 527. 65. *αὐτόν τε καὶ τὴν γυναῖκα δεδεμένους ἐξαγκωνίσαντες*. Io. Chrysostomus de S. Babyla T. II. p. 565. *ἐξαγκωνίσαντες αὐτὸν, καὶ πολλὰς ἐπιθέντες πληγάς*. Plenius distinctiusque Philo Iud. Leg. ad Cai. p. 1025. C. *τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας εἰς τοὐπίσω περιαγαγόντες τρόπον ἐξηγκωνισμένων προήεσαν*. Minus obvium *περιαγκωνίζεσθαι*, quo simili in re Dio Chrysostom. Orat. XXXII. p. 390. B. usus est, et *ἐξηγκωνισμένος τὸν λογισμὸν*, cuius animus meretricum illecebris quasi constrictus distrahitur, in Philon. Iud. L. I. de Vit. Mos. p. 648. C. Porro labem, quae auctoris verba occupavit, optime Rhodomannus eluit. Wess.

562. 4. *Καί τινι προσόψει τῆς τῶν* etc.] Aut aliquid hic deest, aut *καὶ* delendum erit. Et statim *τῶν* praeponatur articulo foeminino *τῆς*. Rhod.

563. 21. *Τί χρὴ νῦν ἡμᾶς διατείνεσθαι*] Rationem non video, cur suspectum hoc fuerit viro erudito, cui excerpta Reg. Codd. debeo. Iosepho teste defungar, qui L. I. Bel. Iud. c. 27. 3. *καταστὰς δὲ ὁ βασιλεὺς, ὡς πρὸς παρόντας διετείνετο.* Et L. IV. 10. 4. *πολλὰ δὲ πρὸς αὐτοὺς διατεινάμενος.* Utrobique vehementem quandam contentionem in orando designat. Wess.

563. 37. *Καὶ πολλῷ πλείους ἐπεσημήναντο*] Indignationem signis et murmure testabantur, sicuti apud Appian. L. V. Bel. Civil. p. 1084., cum miles in quatuordecim ordines spectandi caussa transiisset, *ὁ μὲν δῆμος ἐπεσημήνατο.* Alioqui in meliorem partem ad plausum indicandum adhibetur, ut L. IV. 8. notare memini. Adde Th. Gataker. in Imp. Antonini L. VI. 20. p. 182. Wess.

563. 41. *Καὶ τοσοῦτο μισεῖν — ὅσον* etc.] Supra L. I. 1. *ἧς τοσοῦτον ὑπερέχειν — ὅσον.* Aelian. V. H. L. III. 9. *καὶ τοσοῦτον ἀνδρεῖος, ὅσον* etc. Verum hoc leve est et paene arbitrarium. Conf. tamen Ios. Barnes. in Euripid. Troad. v. 972. Wess.

563. 48. *Τοὺς ἰδίους περὶ πλείους ἀναλώσ.*] Turbant sententiam bina illa *περὶ πλείους*, quae merito eliminanda censuit Rhodom. quippe ex sequentibus huc ingesta. Ego uncinis circumdedi. Wess.

564. 54. *Καταλιπεῖν ἔμψυχα τρόπαια τῶν μετηλλαχότων*] Satis hoc quidem sophisticum, et paene simile Gorgiano *γύπες, ἔμψυχοι τάφοι*, quod risum ob frigidissimum colorem prudentioribus movisse Dion. Longinus de Subl. Dict. c. 3. p. 18. et Hermogenes de Form. Orat. L. I. 6. p. 285. monuerunt. Wess.

564. 65. *Τῆς ἡμετέρας πόλεως*] Pro *ἡμετέρας* scribe *ὑμετέρας*. Spartanus enim verba facit, non Syracusanus. Rhod.

564. 69. *Παραιτεῖσθαι τὴν τιμωρίαν*] Novi inperandi potestatem adsciscere posse infinitivos, sed alia huius loci ratio. Scriptum fuisse arbitror *παραιτείσθων* Atticorum more, quem quidem hac oratione amplectitur, *ὑπομενόντων, ἐχόντων, ἀγανακτούντων* usurpans, rarius alibi. Est sane hoc ab illis diversum, receptum tamen. Namque et *χρήσθων* Aristoph. Nub. v. 438. *εὑρισκέσθων* Aristidis T. II. p. 196. *ἀπεληλάσθων* Synesius Orat. de Regn. p. 23. B. et quae alia hoc de genere collegit Mich. Maittaire de Dialect. p. 167. Potuisse vero ex *παραιτείσθων* nasci vulgatum, cuivis in aperto est. Wess.

564. 73. *Τοῦτο γὰρ παρ' ἀνθρώποις φυλάττεται* etc.] Auferendum ex hoc loco videri *παρὰ*, tanquam ex illo *γὰρ*, quod praecedit, inconmode repetitum, animadvertit P. Faber Semestr. L. II. p. 342. Non enim apud homines, sed ipsis hominibus, qui vitam inculpatam cum degerent, calamitatum fluctibus inmersi fuerint, nomen portumque supplicationis ostendi ac patere signifi-

catur. Addit vir eruditissimus: *Sane si quis παρ' ἀνθρώποις ideo retinere malit, quoniam et in oratione Nicolai apud ipsum Diodorum paullo ante* (cap. 26.) *hoc legitur, τοὺς περὶ τῶν ἱκετῶν νόμους παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἰσχύσαι παρεσκεύασαν, haud multum ei refragabor, si modo τοῖς articulum, qui sequitur, ab illo ἀνθρώποις omnino secreverit: quod vix fieri, nisi eruditis ac teretibus auribus perinvitis, potest.* Quae cur improbem nihil est. WESS.

564. 76. *Τῶν ἀτυχημάτων*] Pro *ἀτυχημάτων* restitue *ἀδικημάτων*. RHOD. Egregie Rhodomannus, cuius coniecturam occupavit Pet. Faber Semestrium II. p. 341. *Ἀτυχήματα* a Gylippi oratione, hoc praesertim loco, alienissima sunt: negat parcendum esse Atheniensibus, quod non coacti, non provocati, sed ultro iniustum Syracusanis bellum inferentes in has ipsi se angustias coniecissent, quodque plurimis sceleribus maculata vita nullum sibi ad misericordiam perfugium reliquissent. Iam *ἀτυχήματα* eorum dicuntur, qui casu deliquerunt, *ἁμαρτήματα* eorum, qui impetu, *ἀδικήματα* eorum denique, qui proposito: quae eodem loco ponenda eademve poena vindicanda merito infitiatur Philosophus Rhetor. L. I. 13. p. 51. Recte proin Gylippus, etsi paullo criminosius, *ἁπάντων ἀδικημάτων πλήρη τὸν βίον ἔχειν* Athenienses adfirmaverit, non item *ἀτυχημάτων*. WESS. Defendi tamen potest *ἀτυχημάτων*. V. Schweighaeuser. ad Polyb. vol. VI. p. 235.

564. 84. *Τὴν εὐτυχίαν, ὥσπερ τι βαρὺ φορτίον, οὐ φέροντες*] Amat gravem hanc sententiam. Nam et L. XVII. 38. *τοὺς πλείστους*, ait, *ὁρᾶν ἐστι τὴν εὐτυχίαν, ὥσπερ τι βαρὺ φορτίον, φέρειν ἀδυνατοῦντας*. Et L. XV. 5. inque Excerpt. Vales. p. 267. ipsam repetit. Neque ea displicere ob elegantiam Synesio potuit Orat. de Regn. p. 15. D. *ἔοικε γὰρ εὐτυχία φορτίον εἶναι μολίβδου περιβριθέστερον*. Nedum Themistio Orat. I. p. 17. *οἱ γάρ τοι πολλοὶ τὴν εὐτυχίαν οὐ δύνανται φέρειν δι' ἀσθένειαν, ὥσπερ φορτίον*. Nimirum, quae verissima Aristotelis sententia Polit. L. V. 8., *καὶ φέρειν οὐ παντὸς ἀνδρὸς εὐτυχίαν*. Alia Muretus Lect. Var. L. V. 15., Th. Gataker. ad Antonin. Imp. L. X. 19. et Christ. Aug. Heuman. in Curtii L. III. 12. 20. WESS. Encliticam, quam hic unus addit Reg. 1., neque XV. 5. neque in Exc. Val. loco habes: atque eandem XVII. 38. omittit florilegium Vaticanum, unde verba *αἱ τῶν πόλεων — ἀδυνατοῦντας* inter inedita quae putabat fragmenta protulit Maius post Diodori Excerpta Vaticana p. 569.

564. 91. *Ὑπερίφανον*] *Ὑπερηφάνων* ora Steph. non male. Vid. cap. 52. WESS.

564. 94. *Συρακουσίους μὲν καὶ Σελινουντίους* etc.] Vid. supra c. 2. WESS.

565. 3. *Ὠμόν τε καὶ βάρβαρον τὸ πεπραγμένον*] Id nemo diffitetur. Sed invidiose Gylippus silentio involvit alterum plebi-

scitum, quo inhumanum illud cupide antiquarunt Athenienses. De eo L. XII. 55. Wess.

565. 7. *Δικαιότερον γάρ ἐστιν, ὃν καθ' ἑτέρων* etc.] Pro *δικαιότατον*. quod enim quis in alium statuerit, aequissimum est, ut patiatur ipse. Sic *σπουδαιότερον* in S. Paulli altera ad Timoth. I. 17., ubi tamen *σπουδαίως* scripti quidam Codd. et Origenes *περὶ Ἀρχ.* L. III. p. 133., forsan ea enallage offensi. Vid. Th. Bezam in 1. ad Timoth. III. 14. deque Meliis et Scionaeis supra L. XII. 76. et 80. Wess. *Δίκαιον* positum ubi repetitur haec sententia Excerpt. Vatic. p. 66., *δίκαιον γάρ ἐστιν ὃν καθ' ἑτέρων τις νόμον ἔθηκε τούτῳ κεχρῆσθαι.* Vnde apparet etiam recte habere *χρώμενον*, quod *χρωμένων* scribebat Reiskius.

565. 13. *Ἐπταικότας οὐδὲν οὐδὲ τοὺς κηδεύσαντας ἔχειν*] Remove *οὐδέν*. Rhod.

565. 24. *Ποῦ γὰρ ἄξιον τούτοις καταφυγεῖν; πρὸς θεούς;*] Prave interrogandi notae his et sequentibus deerant, quas, Rhodomanni consilium secutus, addidi. Wess.

565. 27. *Δήμητραν*] *Δήμητρα* Vat. Coisl. Vid. not. in L. I. 13. Wess.

565. 28. *Τὴν ἱερὰν αὐτῶν νῆσον πεπορθηκότες*] Vid. L. V. 2. Wess.

565. 35. *Ἀλλ' ὁ δῆμος ἐθέλει τὸν ῥήτορα* etc.] Saepissime Atheniensibus id usu venit, notatis propterea ab Isocrate princip. Orat. de Pace his verbis: *καὶ γὰρ αὐτοὶ πεποιήκατε τοὺς ῥήτορας μελετᾶν καὶ φιλοσοφεῖν, οὐ τὰ μέλλοντα τῇ πόλει συνοίσειν, ἀλλ' ὅπως ἀρέσκοντας ὑμῖν λόγους ἐροῦσιν.* quo quidem ingenio cum Atticum esset vulgus, non potuit aliter, quin sua mobilitate praeceps rueret. *Οὐ γὰρ ψεῦδος ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ λίαν ἀληθὲς, τὸ τοὺς ἡγεμόνας αἰτίους ἁπάντων γίνεσθαι καὶ τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν ἐναντίων τοῖς πολίταις* optime Dinarchus in Demosthen. p. 99. ait. Wess.

566. 55. *Ἄξιοι τιμωρίας*] Deest *εἰσὶ*, quod haud raro omittitur. Vid. Eustath. in Homer. p. 714., Schol. in Aeschyli Choëphor. v. 643. et Hier. Wolfium ad Argum. Olynth. I. Demosth. Wess.

566. 58. *Τὴν Ἀθηναίων ἄγνοιαν Συρακ. φέρειν ἀπώλειαν*] Mallet fortasse alius *ἄνοιαν* ut cap. 21.; neque enim Atheniensium ignorantia, sed temeritas et dementia, hoc excidii periculum Syracusanis conflaverat. At solet auctor quodvis delictum eo vocabulo subinde describere. Ita L. XIII. 103. *οἱ μὲν γὰρ ἐξαπατηθέντες ἐπίχειρα τῆς ἀγνοίας ἔλαβον.* Et L. XIV. 1. *περίοπτος ὢν — ἀδυνατεῖ κρύπτειν τὴν ἰδίαν ἄγνοιαν.* Tum L. XX. 14. *διορθώσασθαι δὲ τὰς ἀγνοίας σπεύδοντες.* quibus locis, hic si adfectus sit, eadem utique adhibenda medicina erit. Admove tamen, si lubet: prona enim et facilis ad harum vocum confusionem via est, cuius in Appiani Mithridat. p. 397. clarissimum durat exemplum:

καὶ ὁ βασιλεὺς μὲν οὐκ ἐπείθετο, inquit, εἴθ' ὑπὸ δέους, εἴθ' ὑπὸ ἀνοίας, ἣ πᾶσιν ἐγγίνεται πλησιαζόντων τῶν κακῶν. Nam tum demum vera erit sententia, ubi εἴθ' ὑπὸ ἀγνοίας refinxeris. *Quippe ita se res habet, ut plerumque fortunam mutaturus Deus consilia corrumpat*, quemadmodum Velleius L. II. 118. scribit. Wess.

566. 68. Ὑμῶν τὴν πόλιν] Sic Diodorum et mox πρὸς ὑμᾶς reliquisse, series orationis dubitare prohibet. Wess.

566. 73. Τὴν δ' ἀπαγγελίαν τῆς πείρας] Praestabit ἐπαγγελίαν. quae vocabula librariorum socordia permutari diximus L. I. 1. et IV. 83. Wess.

566. 83. Ἓν γὰρ, ὅτι τοῦτο πράξαντες etc.] Quod ad sententiam desiderabatur, Interp. addidit *unum hoc insuper addo:* quae quidem ellipsis, si cui durior, sicuti est, videbitur, is levi opera ἐῶ γὰρ, *mitto enim*, legere poterit. Mox τὸν πόλεμον ἐπανῃρημένους recepi, quomodo L. XII. 84. Alcibiades ἔπεισε τὸν δῆμον ἐπανελέσθαι τὸν πόλεμον. Et L. XIV. 21. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι φανερὸν οὔπω τὸν πόλεμον ἐπανῃροῦντο, atque alias dixit. Wess.

567. 4. Ταῦτα διαλεχθέντος τοῦ Λάκωνος etc.] Innuunt haec, Gylippo inpulsore Niciam et Demosthenem interfectos esse: qua in re Diodorus abit a Thucydide L. VII. 86., quem Plutarchus sequitur in Nic. p. 541. F. Uterque enim, Lacone invito, Atheniensium duces a Syracusanis contrucidatos fuisse assevérat. Wess.

567. 9. Ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἐξαρπαγέντες] Tenebantur hi elegantia eruditionis Atticae et carminum Euripidis, quae Atheniensium multis saluti fuisse, Plutarchus docet in Nic. p. 542. Quia vero e captivis plures victum sibi et alia docendis literis parabant, vulgo Athenis de civibus, ex Siciliensi clade nondum reversis, dicebatur,

Ἦ τοι τέθνηκεν, ἢ διδάσκει γράμματα.

quem senarium proverbiis inseruit Apostolius Cent. X. 4. Wess.

567. 26. Ἀλλὰ κυρίους ποιήσω] Vide L. XII. 19. Mallem autem Dioclis et legum Syracusis latarum historiam continua serie explicuisset, nec bis eandem rem, ut facit c. 34. et seq., adgressus fuisset auctor. Wess.

567. 31. Πόπλιον Κορνήλιον] Sequentes ex Livio et Fastis ita restitue: Γάϊον Οὐαλέριον Ποτίτον, Κοΐγκτιον Κικιννᾶτον, Φάβιον Οὐϊβουλανόν. Rhod.

Ibid. Γάϊον Φάβιον] In tabulis Capitolinis *N. Fabius:* quare et *Numerii* praenomen Fabio reddunt in Livii L. IV. 49., cuius ante Moguntinam editiones *Gn.* vel *Cn.* praeferebant, Diodoro consentientes. Ceterum, qui hic deerant tribuni, recte restituti a Rhodomanno sunt. Wess.

567. 36. Χῖοι καὶ Σάμιοι καὶ Βυζάντιοι] Chii et Samii, cognita Atheniensium clade, statim deficere ad Spartanos insti-

Digitized by Google

e
o
y

tuerunt. Serius Byzantii, nec nisi hoc elapso anno. Res erit aperta, si Thucydides L. VIII. 5. et 80. conferatur. WESS.

567. 37. *Ἀπέστειλαν*] Verte in *ἀπέστησαν*. RHOD.

567. 39. *Ἑλόμενος δὲ ἄνδρας τετρακοσίους*] Ad Quadringentos hoc anno, cui Callias in Fastis Atticis nomen dedit, rem publicam Athenis recidisse, verum ex Plutarcho T. II. p. 835. E. atque ex Thucydide est. Sed auctor multa negligit, neque occasionem conmutatae rei publicae formae, uti oportuerat, exsequitur. Diligentius omnia Thucydides exponit, et quae ante CCCC constitutos contigere, et qua illi de caussa creati sunt L. VIII. 8.–50., cui iunge Clariss. Io. Taylor in Lysiae vita p. 37. Quod autem Harpocration et Photius auctores sunt, Quadringentos eos *πρὸ ἑπτὰ ἐτῶν*, *septem annis*, ante XXX tyrannos civitati impositos esse, id vero consentire, Archontum Atticorum subsequens ordo declarabit. WESS.

568. 42. *Ἀπέστειλαν τεσσαράκοντα καὶ στρατηγοὺς*] Adde *δύο*. Tot enim classi praepositos ait cap. 36., ubi eandem rem conmemorat, quamquam non ea cura, qua Thucydides L. VIII. 95. WESS.

568. 52. *Τριάκοντα καὶ πέντε τριήρεις*] Iterum a Thucydide L. VIII. 26. dissentit, sibi tamen constans. Vid. cap. 63. WESS.

568. 65. *Τοσούτῳ — διήνεγκε, ὥστε* etc.] Si *τοσοῦτον* cum Reg. 1. malueris, succurret Diodorus ipse L. I. 24. ubi *τοσοῦτον ἀπέχουσι τοῦ λέγειν, ὥστε* etc. et infra cap. 57. Et Aelianus Var. Hist. L. III. 13. *φιλοινότατον ἔθνος τοσοῦτον, ὥστε ζῆν* et reliqua. Sed haud magni momenti est, et arbitrarium ferme. WESS.

568. 71. *Κατὰ τὴν τειχοποιΐαν*] De ea L. XIV. 18. WESS.

568. 75. *Τῆς Ῥωμαίων πολιτείας ἠξιώθησαν*] Inpetraverant a Iulio Caesare Latii ius Siculi, quo coniuratorum manibus confosso, M. Antonius tanquam eius ex testamento toti insulae civitatem Romanam condonavit. Hinc Ciceronis ad Atticum suum querelae L. XIV. 12. *Scis quam diligam Siculos, et quam illam clientelam honestam iudicem. Multa illis Caesar, neque me invito: etsi LATINITAS erat non ferenda: verum tamen. Ecce autem Antonius, accepta grandi pecunia, fixit legem, a dictatore comitiis latam, qua SICULI CIVES ROMANI: cuius rei, vivo illo, nulla mentio.* Nec perennasse tamen omnibus id civitatis ius videtur. Augustus certe Syracusas et paucas alias insulae civitates coloniarum iuribus et conmodis instruxit apud Dionem Cassium L. LIV. p. 601., et Plinius auctor est L. III. 8. *Messanam, civium* fuisse *Romanorum*, colonias, *Syracusas, Tauromenium, Thermas, Tyndaridem*, ceteras plerasque *Latinae conditionis.* WESS.

568. 78. *Κεφάλου*] De eodem L. XVI. 83. Lex *Hieronica*

est in Cic. L. II. in Verr. c. 13., qua inter aratores et decumanos iudicia fiebant. Wess.

568. 79. *Οὐδέτερον αὐτῶν ὠνόμασαν νομοθέτην, ἀλλ' ἢ ἐξηγητὴν τοῦ νομοθέτου*] *Ἀλλ' ἐξηγ.* Venet. Conf. Suidam in *Ἀλλ' ἤ*. Wess. Demosth. p. 45. 13. *μή μοι — ξένους μηδὲ τὰς ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις, ἀλλ' ἢ τῆς πόλεως ἔστω.* Agathias p. 23. D. *οὐ τὰ ἀληθῆ διασκοποῦντες, ἀλλ' ἢ τὰ φαινόμενα.*

568. 80. *Ἐξηγητὴν τοῦ νομοθέτου*] Opportune admodum. Saepe enim *ἐξηγηταὶ* sunt iuris consulti, qui leges exponunt et de iure respondent. Etymologus, *Ἐξηγηταί, οἱ τοὺς νόμους τοῖς ἀγνοοῦσι διδάσκοντες, καὶ ὑποδεικνύοντες περὶ τοῦ ἀδικήματος, οὗ ἕκαστος γράφεται.* Vide T. Hemsterhusium in Pollue. VIII. 124. Wess.

568. 82. *Μεγάλης δὲ οὔσης* etc.] Exscripsit haec Suidas in *Ἀναθεώρησις*, sed *φαίνεται ὁ ἀνὴρ* legens, quod tamen de suo addidisse videtur. Grammatici interpres, quod fontem, unde ea hausta erant, non nosset, leviter aberravit. Wess. in Add.

569. 83. *Διὰ τὸ πάντων τῶν νομοθετῶν πικρότατα* etc.] Ergone et Dracone? cuius legibus *μία ὀλίγου δεῖν ἅπασιν ὥριστο τοῖς ἁμαρτάνουσι ζημία, θάνατος* in Plut. Solon. p. 87. E. Non credo. Wess.

569. 95. *Ὀλίγῳ πρότερον*] Scribendum esse *ὀλίγα*, apertum est, neque Rhodomanno latuit. Wess.

569. 2. *Καὶ χρήματα ἐπορίζοντο*] Iterum Rhodomannus. Vide not. in L. XI. 50. Wess.

569. 14. *Καὶ τέλος ἐκπλεύσαντες εἰς Ὠρωπὸν*] Serius contigit, remque aliter memorat ac gesta fuit. Tu vide Thucydid. VIII. 95. Wess.

569. 24. *Φαρνάβαζος ὁ τῶν ἐπὶ θαλάττης τόπων ἔχων* etc.] Id quidem verum erat. Confunduntur tamen hic Tissaphernes et Pharnabazus: ad priorem enim referenda sunt, quae de classe Phoenicum, deque stipendio, Spartanis praebito, sequuntur. Diserte Thucydid. VIII. 45. et seq. Diceres praeterea in navium numero aliquid labis inesse, quem belli Peloponnesiaci scriptor CXLVII non excessisse eodem L. cap. 87. prodit: Plutarchus quidem paucis additis auget, CI. numerans in Alcibiad. p. 204. E.; contra ea vehementer minuit, XC duntaxat ex Phoenice Aspendum adpulisse asseverans, Isocrates de Big. p. 516. Qua scriptorum in discordia cum auctor sibi constet, ut mox videbis, fieri potest, ut alios sibi duces adsciverit, sicuti saepius alias. Wess.

569. 41. *Ἐν δ' εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ πρῶτος*] Cylon *τῇ οὐσίᾳ καὶ δόξῃ πρῶτος τῶν πολιτῶν* sine addita praepositione in Exc. Vales. p. 246. De nobili vero Alcibiadis genere, de versatili ingenio, et quare Agidi regi ceterisque Spartanorum fuerit suspectus dicere nihil attinet. Nota omnia sunt ex Plut. in eius Vit. p. 204. atque aliis scriptoribus. Wess.

570. 48. *Ἐδίδασκε γὰρ ὡς οὐ συμφέρει* etc.] Similia Thucydides habet L. VIII. 46., sed Tissapherni ab Alcibiade suggesta, non Pharnabazo, quem iterum cum priore errans permiscet Diodorus. Wess.

570. 67. *Καὶ Κένσωνα*] Pro *Κένσωνα*, *Καίσωνα*. At Livius *Πόπλιον Ποστούμιον*, *Γνάϊον Κορνήλιον*, *Κόϊντον Φάβιον* et *Λεύκιον Οὐαλέριον* edit. Rhod. *Καὶ Καίσωνα*] Hoc recte. In ceteris Rhodomannus solens Sigonium sequitur. Nam apud Livium L. IV. 49. Postumius *Marci* praenomen habet, male fortasse. Vide Pighium ann. CCCXXXIX., ubi hanc praenominum diversitatem recte Fastorum veterum discordiae tribuit. Wess.

570. 68. *Τὴν ἐκ τῶν τετρακοσίων ὀλιγαρχίαν κατέλυσαν*] Egregie Plut. T. II. p. 833. D. *καὶ εἶλεν αὐτὸν — ἐπὶ ΘΕΟΠΟΜΠΟΥ ἄρχοντος, ἐφ' οὗ οἱ ΤΕΤΡΑΚΟΣΙΟΙ κατελύθησαν*. Nimirum urbi per quatuor menses, sic planissime Harpocration in *Τετρακόσιοι*, postquam summa cum auctoritate praefuissent, Theramene inpulsore gradu deiecti sunt, libertasque rediit ad populum. Ipse Theramenes, qui dux et signifer quadringentorum constituendorum et praecipua inter eos auctoritate fuerat, ob versatile ingenium atque inconstantiam et mobilitatem *COTHURNUS* deinceps dictus est. Audi Critiam apud Xenophontem Rer. Graec. L. II. p. 363. Theramenes *προπετέστατος ἐγένετο τὴν δημοκρατίαν μεταστῆσαι ἐς τοὺς ΤΕΤΡΑΚΟΣΙΟΥΣ, καὶ ἐπρώτευεν ἐν ἐκείνοις. ἐπεὶ δ' ἤσθετο ἀντίπαλόν τι τῇ ὀλιγαρχίᾳ ξυνιστάμενον, πρῶτος αὖ ἡγεμὼν τῷ δήμῳ ἐπ' ἐκείνους ἐγένετο. Ὅθεν δήπου γὰρ καὶ ΚΟΘΟΡΝΟΣ ἐπικαλεῖται.* Paria invenies in Lysiae Orat. in Eratosthen. c. 16. Wess.

570. 72. *Οὗτος μόνος συνεβούλευσε κατάγειν*] Eadem repetit c. 42. docetque Athenis populum suasu Theramenis Alcibiadem ex exilio revocasse. Alioqui Thrasybulus militibus, qui apud Samum haerebant, ut Alcibiades in gratiam patriamque reciperetur, auctor fuit, Thucydide teste L. VIII. 81. Wess.

570. 82. *Παρὰ Φαρναβάζου βοήθειαν*] Constat sibi in errore. Tissaphernem dicere debuerat. Vide Thucydid. L. VIII. 85. et 87. Wess.

570. 90. *Δωριέα μὲν μετὰ τριῶν καὶ δέκα* etc.] Domo Rhodius erat Dorieus, navibus, quas Thurini Spartanis auxilio miserant, praepositus, Thucydid. VIII. 35. et Noster c. 45. Rhodus ipsa superiore anno ad Lacedaemonios desciverat, nec ita tamen eas in partes transierat, quin superessent, qui Atheniensibus studerent. Vid. Thucydid. VIII. 44. Wess.

571. 96. *Οὔσας ὀγδοήκοντα καὶ τρεῖς*] Decem huic numero detrahuntur in Thucydid. VIII. 99. Wess.

571. 8. *Εἰς Σίγιον*] *Σίγειον* verum hic et post pauca esse monuit Rhodomannus. Sic infr. c. 45. et XX. 108. Wess.

571. 14. *Εἰς Ἐλεοῦντα*] Eodem plane modo cap. 49., Demosthen. in Aristocrat. p. 428., Xenophon Hellen. II. p. 355., Pausan. I. 34., Galenus L. I. de Antidot. p. 426., Philostrat. Heroic. Prooem. p. 666. Alii *Ἐλαιοῦντα*, ut Thucydid. VIII. 103. et qui ad testimonium illic excitati sunt a Cl. Wasse. WESS.

571. 19. *Ὄντα νεῶν δυοῖν ἐλάττω*] Reddidi Diodoro veriorem scripturam. In navium catalogo multum dissidet Thucydides, Atheniensibus LXXXVI, Peloponnesiis LXVIII tribuens L. VIII. 104., quo tamen loco numerorum commutationem fuisse factam, iustissima est Cl. Hudsoni suspicio. Namque ex re gesta et Nostro apertissime constat, Athienses navium multitudine pares hostibus non fuisse. WESS.

571. 27. *Ἐπὶ τὸ μὲν δεξιὸν ἐτάχθη Θράσυλλος*] Thucydides L. VIII. 104. Thrasybulo dextram aciem, sinistram Thrasyllo curandam dat. Quare aut hic, aut in belli Peloponnesiaci scriptore confusa Thrasybuli et Thrasylli, quod et alias accidisse videbimus, sunt nomina. Praeterea de Hermocrate quod ait, Syracusanorum eum navibus in dextro cornu imperasse, id Thucydides ratum non habet, diserte adfirmans, illum a classis praefectura remotum ante hanc pugnam Lacedaemonem abiisse L. VIII. 85. Vide tamen et Xenophont. Rer. Graec. L. I. p. 336. WESS.

571. 41. *Ὁπότε γὰρ οἱ Πελοποννήσιοι* etc.] Navalis huius praelii ordinem si apud Thucyd. VIII. 105. relegas, facile differentiam animadvertes. Hoc autem esse videtur, de quo Mela L. II. 2. 62. *Est et portus Coelos, Atheniensibus et Lacedaemoniis navali acie decertantibus, Laconicae classis signatus excidio.* Vix enim aliud reperias, Spartanorum hoc in tractu excidio nobile. Portus *Coelos* Sesto, ad quam haec pugna, non longe aberat, proximus quoque promontorio, quod *Cynossema* vocabant, ubi tropaeum victores statuerunt: ut adeo haud male cuncta congruant. WESS.

572. 50. *Πλαγίαις ἐνέσειον*] Clarius L. XIV. 72. *αἱ πολέμιαι ναῦς ταῖς ἱερείαις ἐλαυνόμεναι πλαγίαις ἐνέσειον.* Impetum indicat, quo in hostium naves atque aciem incurrimus. Plut. Alex. p. 668. F. *καὶ λέγεται πρῶτος ἐνσεῖσαι τῷ ἱερῷ λόχῳ τῶν Θηβαίων.* Paullo diversum est Luciani de Merc. Cond. c. 30. *εἰς οἷον βάραθρον φέρων ἐμαυτὸν ἐνσέσεικα.* et Plut. de Cupid. Divit. p. 524. A. *ἐνσεσείκασιν εἰς βάραθρα συμβολαίων καὶ τόκων.* Aliud quoque, sed ex eodem fonte manans, in eiusdem Plut. de Socrat. Gen. p. 588. B. *καὶ τὸν Ἀρχίαν εὐθὺς ἐνσείσων εἰς τὸν πόντον.* Et in Phocion. p. 751. F. *ὡς δὲ φέρων ἐνέσεισεν ὁ Λεωσθένης τὴν πόλιν εἰς τὸν Ἑλληνικὸν πόλεμον.* Sed desino: haec verbi, paene a Lexicorum conditoribus neglecti, usum abunde illustrant. WESS.

572. 64. *Συρακουσίων δὲ καὶ Παλληναίων*] Omittit duas Boeotorum et Spartanorum unam, itidem ab Atheniensibus captas

apud Thucyd. VIII. 106., ubi *Πελληναίων*, verius fortasse. Nam Pellenenses, ut eiusdem libri c. 3. perscripserat, iuxta cum Sicyoniis hoc bello naves armarunt. Novi Stephano ab hac urbe non nisi *Πελληνεὺς* et *Πελλήνιος* gentilia inflecti, sed eius decretum ab omnibus, ne quidem ab eius auctore, haud observari notavit L. Holstenius. Porro, si non fallit belli Peloponnesiaci scriptor, Athenienses hoc certamine naves XV amiserunt. WESS.

572. 67. *Οὗ τὸ τῆς Ἑκάβης ἐστὶ μνημεῖον*] *Cynossema* vocant. *Est Cynossema, tumulus Hecubae, sive ex figura canis, in quam conversa traditur, sive ex fortuna, in quam deciderat, humili nomine accepto*, ait Mela II. 2. Adde Euripid. Hecub. v. 1273. WESS.

572. 72. *Τὸν Λαρείου στρατηγὸν*] *Σατρώπην* ex Reg. 1. firmat auctor c. 37. De eo et Clearcho Thucydid. VIII. 80., deque Cyzico reciperata Atheniensium armis c. 107. WESS.

572. 86. *Ἐν τῷ περὶ Κορωνείαν νεῷ*] Forte in Minervae Itoniae fano, quod prope Coroneam positum Pausan. describit L. IX. 34., etsi nihil ille de hoc donario. WESS.

573. 93. *Ἀλκιβιάδης ἔχων τρισκαίδεκα τριήρεις* etc.] Hoc bene: sed quae subiiciuntur ex Alcibiadis oratione ad milites de miseratione fortunae suae, deque decreto eius reditu, ea praelio navali inter Sestum et Abydum priora sunt. Vid. Thucydid. L. VIII. 81. et 97. WESS.

573. 11. *Ἀφηγούμενος τότε Θηραμένης*] Mediam harum vocem, quae exulabat, postliminio in integrum restitui. Vide supr. c. 38. WESS.

573. 17. *Εἰσεπράξατο*] *Ἐπράξατο* R. 2. Cl. ut cap. 40.; sed inter se conmutantur. Vid. Thucyd. VIII. 107. 108. WESS.

573. 18. *Τὴν Μεροδίπα πορθήσας*] *Μεροπίδα* scripsit auctor. RHOD. Lege *Μεροπίδα*, id est, Co insulam. PALM. *Τὴν Μεροπίδα*] Vitium, quod insulae titulum foedarat, correxit quoque Is. Casaubon. in Strabon. L. XV. p. 1006. et Scaliger ad sui libri marginem. Itaque id propagari non patior. Quis enim ignorat, insulam Co *Meropidem*, priscosque eius incolas *Meropas* adpellatos fuisse? unde *Μερόπων πόλις* non Homero tantum Hym. Apollin. v. 42., sed et Meleagro in Epigrammate, necdum, quod sciam, vulgato:

Ὀλβίστη Μερόπων ἱερὰ πόλις, ἃ θεόπαιδα
Καινὸν Ἔρωτα νέων θρέψεν ὑφαγέμονα.

Alia viri doctissimi L. Holstenius ad Stephan. v. *Κῶς*, Exech. Spanhem. in Callimachi Hym. Del. v. 160. et Ioseph. Wasse ad Thucydid. VIII. 41. WESS.

573. 27. *Ἐγκαλοῦντες τῷ Φαρναβάζῳ*] Tissaphernem si scripsisset, ab errore immunis fuisset. Vid. Thucydid. VIII. 108. WESS.

573. 30. *Περιλαβὼν χρόνον ἐτῶν εἴκοσι καὶ δυοῖν*] Sic supra L. XII. 37. et Dionysius T. II. p. 129. Ipse tamen Thucydid. L. VIII. 109. ne quidem XXI se absolvisse monuit. Quod Noster nescire cum non posset, cumque Xenophontem annis XLVIII Thucydidis historiam auxisse addat: nempe ab hoc Olymp. XCII. anno secundo ad annum Olymp. CIV. itidem secundum; suspicio nata est eruditissimo H. Dodwello princip. Annal. Xenophont. de vitiatis hoc loco et L. XII. 37. numeris: non enim plures XXI belli Peloponnesiaci annos Thucydidi Diodorum accensuisse. Quae, etsi speciosa, assensum non inpetrant. Namque et meliores Codd. pro XXII annis stant, et Dionysius non uno loco: praeterea Thucydides cum Pythodoro Archonte belli principium orditur, a quo XXII. eum sit Theopompus, in quo desinit, *ἐν πλάτει* verum est, annos XXII scriptione sua fuisse conplexum. WESS.

573. 37. *Ἐν βίβλοις δυοκαίδεκα*] Repetuntur haec L. XIV. 84. Tamen Suidas XI tantum Graecae Historiae libros numerat, non sine errore addens, *ἕπονται δὲ ταῖς Θουκυδίδου καὶ Ξενοφῶντος*. de Xenophonte enim falsum est, cuius Hellenica ultra navale praelium ad Cnidum procedunt. Photius XII. Rer. Graec. Theopompi librum legit, quem Menophanes intercidisse dixerat. Ego vero haud scio an Photius libri titulo sit deceptus. Theopompus XII. Graec. Historiae librum absolvit navali pugna ad Cnidum, quae ex Nostri calculis anno secundo Olymp. XCVI. conmissa est. Quae vero illo L. XII., quem Patriarcha excerpsit Cod. CLXXVI., continebantur, omnia Olympiadem eam exceperunt, veluti res Acoridis in Aegypto gestae, Evagorae illatum ab Artaxerxe bellum, pax Antalcidae, et motus pacis eius caussa per Graeciam orti, et reliqua. Haec Callisthenes libris Rer. Graecarum, ut auctor extremo L. XIV. significat, conplexus erat, non Theopompus. Ut ut est, ea, quae hic Diodorus, inserta cuncta sunt Anagraphae Olympiadum Illust. Scaligeri. WESS. V. Clinton. Fast. p. 374. s. ed. sec.

574. 41. *Πόλιν Βόλασον*] Forte *Βόλας* est. RHOD. *Πόλιν Βώλας*] Correxi ex corrupta Cod. Coisl. scriptura. Rhodomannus a vero urbis nomine haud longe aberat, quod *Βώλας* auctor L. XIV. 117. et *Βώλαν*, uti Stephanus, Lib. XX. 91. effert. Conf. Ph. Cluverium L. II. Ital. Antiq. p. 782. WESS.

574. 48. *Καταλυθέντος τοῦ πολέμου*] Edebatur *σύμμαχοι — κατὰ Συρακουσίων. καταλυθέντος δὲ τοῦ πολέμου*, perversa sententia. Ego scriptos libros secutus, sublata inportuna voce *δὲ*, quam et Rhodom. inducendam censuerat, mutavi. WESS.

574. 49. *Ἤλπιζον γὰρ* etc. *τιμωρίαν δώσειν*] Frequens est in re atroci, quamque metuimus. Herodot. VIII. 12. *ἐλπίζοντες πάγχυ ἀπολέεσθαι*. Euripid. Ion. v. 348. *Θῆράς σφε τὸν δύστηνον ἐλπίζει κτανεῖν*. Heliodorus L. V. Aethiop. p. 206. *ὠόμην θάνατον ἐλπισθέντα διαδεδραχέναι*. Placuit et Latinis, quorum Claudianus de Nilo V. 2.

Nubila non sperat tenebris condentia coelum.
Iuvenalis Sat. IV. 57.

— *Iam quartanam sperantibus aegris.*
Alia viri doctissimi Ios. Barnes. ad Eurip. Supplic. v. 790. Ioseph. Wasse in Thucyd. VII. 61. et Duker. ad Flor. III. 1. Wess.

574. 52. *Περὶ τῆς ἀμφισβητησίμου χώρας*] Vid. L. XII. 72. Mox caussam non esse, cur *αὐτοὺς* mutetur, antea ostendi ad L. IV. 61. Wess.

574. 66. *Τοῦ παρ' αὐτοῖς πρωτ. παραλαβεῖν τὴν πόλιν*] Deest *εἰσηγησαμένου*, aut *συμβουλεύοντος*, aut eiusdem significationis aliud vocabulum. Defectum in Addend. notarum animadvertit doctissimus Rhodomannus. Wess.

574. 70. *Κατὰ νόμους τότε βασιλεύοντα*] Poenis *Suffetes* summus erat magistratus, habebantque velut consulare imperium apud eos Livio auctore L. XXVIII. 37. et XXX. 7. Hos inter princeps, *ὁ πρωτεύων*, ut paullo ante Noster, videri posset *βασιλεὺς κατὰ νόμους*, quod legitimum haberet imperium, Graecis adpellatus, nisi si summum belli ducem plerumque hoc titulo describerent, ut *Imilconem*, in Siciliam rei gerendae caussa amandatum L. XIV. 54. et *Magonem* L. XV. 15. et *Amilcarem* L. XX. 33. Praeterea *Bomilcarem* in Polyb. L. III. 42. et Iustin. XXII. 7. cum not. Bongarsii. Habebunt tamen, si qui prius maluerint, suae opinionis patronum Zonaram, disertis adfirmantem verbis, magistratum singulis sibi annis Poenos praeposuisse regio nomine insignem: *τὸν γὰρ βασιλέα ἑαυτοῖς κλῆσιν ἐτησίου ἀρχῆς, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ χρονίῳ δυναστείᾳ, προυβάλλοντο* Annal. L. VIII. p. 381. edit. Paris. Wess.

574. 72. *Καὶ πρὸς Ἱμέρᾳ τελευτήσαντος*] Supra L. XI. 21. Wess.

574. 80. *Ἐπιτρέπων αὐτοῖς τὴν κρίσιν τούτων* etc.] Sequor Clar. et Reg. 2., quorum scriptura et distinctio concinnior videtur. In edd. *ἐπιτρέπων — κρίσιν· τοῦτο τῷ μὲν* etc. Iosephus Ant. Iud. L. XIX. 1. 15. *ἃ ἐπράσσετο, λόγῳ μὲν ἐπὶ θεραπείᾳ τῆς πλήθους, τὸ δὲ ἀληθὲς* etc. Noster L. XIII. 4. *τοὺς γὰρ Ἀθηναίους, τῷ μὲν λόγῳ πρὸς Συρακουσίους ἐνίστασθαι τὸν πόλεμον, τῇ δὲ ἀληθείᾳ*, et reliqua. Eodem modo optimus quisque. Vid. Duker. in Thucyd. VIII. 92. Wess.

575. 92. *Καὶ τῶν Καμπανῶν ὀκτακοσίους*] Mercenaria horum opera pro Siculis et contra eos per insulam frequentissima fuit. Vid. c. 62. et 80. XIV. 15. XVI. 83. etc. Wess.

575. 12. *Ὁ μὲν Καρχηδονιακὸς πόλεμος*] Legendum videri *Καρχηδονικὸς* in not. auctario Rhodomannus monuit: nec tamen necessarium erit, ut id probes. *Πόλεμον Καρχηδονιακὸν* dabunt argumenta L. XIV., quae si Grammatici, ut sunt, esse dixeris, succurrent *Καρχηδονιακῶν* libri, a Claudio Imp. scripti apud Sueton. in Claud. c. 42. et *Καρχηδονιακὴ* Appiani, quae

quamquam in Praefatione ita sit nuncupata, tamen in ipsa libri fronte *Καρχηδονική*. Wess.

575. 25. *Ἐπειδὴ κατέστησε τὴν ἐν Ῥόδῳ ταραχὴν*] Vide ad c. 38. Attigit haec Diodori L. I. Rhod. c. 22. Io. Meursius, harum turbarum occasione in exsilium, de quo Pausan. L. VI. 7., Dorieum ire conpulsum arbitratus: qua in re error est. Iam olim solum vertere coactus Thurios concesserat; unde eius civitatis navibus cum maxime praecrat. Rediisse in patriam, Lacedaemoniis addictam, hoc tempore videtur: turbas certe, quae inter cives diversarum partium intercedebant, conposuit; quod efficere haud sane potuerat, nisi civitatis suae gratiam reciperasset. Sed Meursium mitto, plura illic stipantem, quae consistere vix possunt. Wess.

575. 32. *Οὔσαις ἑβδομήκοντα καὶ τέσσαρσιν*] Xenoph. princ. L. I. Hellenic. Athenienses XX navibus in Dorieum primo invectos esse ait, praelii huius descriptione leviter defungens. Wess.

576. 45. *Πρὸς τὸ Δαρδάνειον*] Noli de mendo suspicari, quia praecessit *κατέφυγεν εἰς Δάρδανον*. *Dardanium*, *Δαρδάνειον*, promontorium erat prope urbem Dardanum. *Δαρδάνειον, ἄκρα πλησίον Δαρδάνου* apud Strabon. L. XIII. p. 879., et *Δαρδανὶς ἄκρα* p. 889. Wess.

576. 56. *Αὐτῶν ἐξηρτυμένων*] Optimi hoc coloris esse ostendent not. in L. III. 36. Wess.

576. 57. *Ἀφ' ἑνὸς παραγγέλματος*] Simile *ἀφ' ἑνὸς παρακελεύσματος* L. XV. 32., et Iuliani Misopog. p. 361. *τοὺς τάφους δὲ τῶν ἀθέων ἀνέτρεψαν πάντας ὑπὸ τοῦ συνθήματος*. Aliter Aelianus de Animal. Histor. L. V. 11. *αἱ μέλιτται δὲ ὑπὸ συνθήματι εἰς ὕπνον τρέπονται*. Et Pallad. Vit. Io. Chrysost. p. 40. D. *ὡς τοὺς πολλοὺς νομίσαι ἀπὸ συνθήματος αὐτοὺς παραγενέσθαι*. ad quem modum forte Iuliani verba conformanda sunt. Wess.

576. 79. *Κατὰ τὰς προαγωγὰς*] Lege *προσαγωγάς*. Rhod. Probo doctissimi viri coniecturam. *Προαγωγαὶ* aliud indicant, deque possessione, amanuensium tamen culpa, cum altero saepe certant. Vide ad L. XVIII. 48. Wess.

576. 87. *Μετὰ νεῶν εἴκοσι*] Imo XVIII, si Xenophon princ. L. I. Rer. Graecar. et Plut. Alcib. p. 206. C. non fallunt. Wess.

577. 94. *Ἐπίσημον φοινικοῦν*] Tunicam fortasse aut vexillum, eo colore fulgens. Polyaenus *φοινικίδα* adpellat, cum de Conone, cum Callicratida pugnaturo, *ἐπῆρε τὴν φοινικίδα· ἦν δὲ ἄρα μάχης σύνθημα τοῖς κυβερνήταις* de Stratag. I. 48. 2. qui quidem locus Lipsii diligentiam non fugit, uti hic Nostri, de Milit. Rom. IV. 12. ubi plura. Wess.

577. 98. *Καὶ δέκα μὲν νεῶν εὐθ. ἐκυρίευσαν*] Triginta, sed vacuas, hostium naves intercepisse Athenienses, auctor Xenophon est L. I. Hellen. princip. et Plut. Alcib. p. 206. D. Wess.

577. 11. *Ὑπὲρ ὧν ἐνεκάλουν*] Suffice hic *ἀπολογεῖσθαι*. Rhod. *Ὑπὲρ ὧν ἐνεκάλουν ἀπολογεῖσθαι*] Divinum fuisse Rhodomannum Cod. Venetus ostendit. Noster in sequentibus antiquum obtinet, cum naves in Phoenicen a Pharnabazo remissas ait. Factum id Tissaphernis imperio, ut supra diximus. Wess.

577. 20. *Καὶ πρὸς τῷ προτέρῳ τροπαίῳ*] Vide c. 40. Mox, si qui liber *ἐπεσκεύαζε* ederet, id praeferrem. Sic cap. 41. *τάς τε πεπονηκυίας ναῦς ἐπεσκεύασε*, et XIV. 42. XX. 88. Wess. Sic supra p. 543. 29. *ἐπεσκεύασαν* cum *κατεσκεύασαν* permutatum est. Nulla tamen expellendi *κατασκενάζειν* necessitas aut hic aut XX. 97. p. 476. 4. *κατεσκεύασε τὰ πεπονηκότα τῶν ἔργων*, quum omnis *ἐπισκενή* sit etiam *κατασκενή*.

577. 28. *Ἀφεστηκότες ἦσαν Ἀθηναίων*] Transierant in Spartanorum partes mox a Siculensi Atheniensium clade, Thucydid. VIII. 4. Wess.

577. 42. *Ὁ μεταξὺ τόπος ἦν στενότατος*] Non damno vulgatum, quo tamen nihil deterius *ὁ μεταξὺ πόρος ἦν*, quod auctor habet L. XIV. 49., atque ego in Coisl. et Vatic. fuisse suspicor: utriusque enim *προσῆν* hinc suos natales accepit. De reciproco Euripi aestu abunde dictum ab Is. Casaubono ad Strabon. L. I. p. 95., Tanaq. Fabro L. I. Ep. 14. et Georg. Whelero Itiner. L. III. p. 565. Wess.

578. 49. *Καὶ ξυλίνας τοῖς διάρροις ἐπέστησαν γεφύρας*] Pons erat *δίπλεθρος*, Ephoro in Strabon. L. IX. p. 615. teste, nec continuus tamen, sed canali, ut navibus transitus esset, interstinctus. Id verba Diodori superiora et Strabon. p. 618. indicant, docetque luculentius Is. Vossius in Melae L. II. 7. Adde salebrosum Strabon. locum L. X. p. 686., de quo fortasse alias. Wess.

578. 55. *Τούς τε πολ. καὶ συμμάχους ἀναπ. τῶν εἰσφορῶν*] Meminit obiter huius expeditionis Xenophon Rer. Graec. L. I. 334. Wess.

578. 67. *Ἐν οὐδεμιᾷ γὰρ τότε πόλει*] Malim *ποτέ*. In nulla profecto Graeci nominis urbe ante ea tempora tanta civium caedes fuit patrata, quam in Corcyra insula. Thucydides priorem discordiam copiose descripsit L. III. 70. et seq. Wess.

578. 79. *Διαφερούσας τὰς σπουδὰς εἶχον*] Vulgatum *σπουδὰς* ad hunc modum Rhodom. optime refinxerat. Simile vitium ex Polybio L. V. 76. eluit Cl. Iac. Gronov., quo et infra *παρασπουδεῖσθαι* in *παρασπουδεῖσθαι* conversum videbimus L. XVI. 49. Wess.

578. 81. *Λακεδαιμόνιοι γὰρ τοὺς πρωτεύοντας*] Semper Spartani optimatium partibus studuerunt, passim eos rebus agendis admoventes, repudiato populari statu. Hinc et nata *Δεκαδαρχία*, de qua Harpocration, et superior inter Corcyraeos seditio. Contra Athenienses multitudini atque eius imperio favebant, de-

mocratiam ubique introducentes. Vide modo, quae de Paro brevi ante dicta sunt. Wess.

578. 91. *Πρὸς τῷ τῆς Ἥρας τεμένει*] Prope mare Ἡραῖον, sive Iunonis illud fanum fuisse, Thucydides L. III. 75. et 81. indicat. Wess.

578. 93. *Ἐξαίφνης ἀγορᾶς πληθούσης*] Doctissimus Interp. *occupato repente foro* verterat, rectius infra c. 104. Tempus indicatur, quod meridiem antecedit, non ipsum medium diem: namque *ἀμφὶ ἀγορὰν πλήθουσαν* et *μέσον ἡμέρας* clarissime distinguit Xenoph. Exp. Cyr. L. I. p. 207., et *περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν* et *μεσημβρίας* Dio Chrysostom. Orat. LXVI. p. 614., sicuti Is. Casaub. ad Suet. Calig. c. 15. et Desid. Herald. L. I. Advers. c. 10. docuerunt. Male ergo *πληρούσης* sive *πληθούσης ἀγορᾶς* in Liban. T. II. p. 131. *medio die* aliorumque in locis interpretantur, de quibus Duker. in Thucydid. VIII. 92. Vid. et infra L. XVII. 50. Wess.

579. 7. *Ἀρχέλαος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς*] Vide ad L. XIV. 37. Wess.

579. 14. *Μετῴκισεν αὐτὴν — ὡς εἴκοσι σταδίους*] Videtur urbs labentibus annis mari iterum admota. Strabo quidem certe *ἐν τῇ παραλίᾳ* locat L. VII. p. 509. et clarissime Noster L. XIX. 49., cui Livium adiunge L. XLIV. 6. Wess.

579. 41. *Εἰς Προικόννησον*] Rhodomannus in not. Addend. *Προκόννησον*, quam scripturam Graecorum Latinorumque plures ratam habent, et inprimis Schol. Apollon. Rhod. II. 279., *προκῶν νῆσον* a cervarum multitudine dictam tradens. Tamen Nostro in scribendo insulae nomine adsentiuntur Xenophon L. I. Hellen. p. 334. Ptolemaeus Geograph. III. 11. Zosimus L. II. 30. et Etymologus, qui *Προικόννησος, ἐκ τοῦ προῖξ προικὸς καὶ τοῦ νῆσος.* et *προῖξ ἐστι ζῶον ὅμοιον ἐλάφῳ, ὁ λεγόμενος νεβρός.* Cetera, quae ibidem adstruuntur, ex scholiis Apollonii Rhodii d. l. sunt decerpta, atque indidem corrigenda. Vid. ad Hierocl. p. 662. Wess.

579. 44. *Χαιρέᾳ*] *Χάρητα* adpellat eundem cap. 50. et 51. quod eiusdem quidem originis, sed diversum nomen est. Wess.

580. 56. *Καὶ ναυσὶν ὀγδοήκοντα* etc.] Xenophon Rer. Graec. L. I. p. 335. sexaginta naves Mindari e portu exercendi caussa progressas et alia, multum a Diodori narratione discrepantia, refert. Cum Nostro facit Polyaenus Stratag. I. 40. 9. Wess.

580. 66. *Καὶ τὸν ἐπίπλουν τῶν Λακεδ. ὑπετέμοντο*] Scriptum olim fuit *τὸν ἀπόπλουν.* Ne dubites, auctor ipse explicat *τὴν εἰς τὴν πόλιν ἔφοδον.* Geminum huic et paene germanum est L. XX. 61. *ὑποτεμομένων γὰρ τῶν Καρχηδονίων τὴν εἰς τὴν στρατοπεδείαν ἀποχώρησιν τῶν πολεμίων.* Wess.

580. 73. *Πρὸς τοὺς καλουμένους Κλήρους*] Polyaenus Strat. I. 40. 9. *ὁ δὲ*, Mindarus, *ἐπὶ τοὺς Κλήρους καλουμένους*

τῆς Κυζικηνῶν γῆς ἀποχωρεῖν ἐπειρᾶτο, quae Nostri verbis ita respondent, sicuti et cetera, modo paucos illius errores excipias, ut eodem ex fonte hausta opineris. Loci itaque nomen Κλῆροις non *populi*, quo modo in Ortelii Thesauro, nisi si tamen *scopuli* scripserit ille. Wess.

580. 83. *Πολὺ τοῖς πλήθεσιν ὑπερεχόντων*] Nihil in his absurdi. Facit tamen spectata Coislin. libri fides, ut postremum pro glossa putem. Ipsi Diodoro ὑπεράγων ἀριθμὸς *numerus ingens* L. XIII. 90. *οἱ ταῖς ἀνδραγαθίαις ὑπεράγοντες, qui fortitudine excellunt* L. XVII. 26., ubi eadem in schedis vetustioribus discordia. Ioseph. Antiq. Iud. XV. 3. 3. *καὶ μεγέθει πλέον ἢ πρὸς τὴν ἡλικίαν ὑπεράγων.* Tua iam optio est, utrum malis. Wess.

580. 95. *Ὑπὲρ τῶν ἀφελκομένων*] Explet orationem in not. auctario Rhodomannus addita *νεῶν* voce, cui non admodum obnitor. Potest tamen ob ea, quae praecesserunt, non inconmode subintelligi. Wess.

581. 4. *Καὶ τῷ πλήθει πανταχόθεν περιεχομένων*] Legebatur *περιεχομένων*, quod tueri auctor videbatur his ex L. XVI. 81. *καὶ τῶν Φοινίκων τῷ πλήθει ΠΕΡΙΕΧΟΜΕΝΩΝ τοὺς Ἕλληνας.* Et L. XVIII. 30. *τῶν πολεμίων ἐπαρθέντων, καὶ τῷ πλήθει πανταχόθεν ΠΕΡΙΕΧΟΜΕΝΩΝ.* Tum eiusdem libri c. 45. *καὶ τῶν ἱππέων διὰ τὸ πλῆθος πανταχῇ ΠΕΡΙΕΧΟΜΕΝΩΝ.* Sunt enim omnia eiusdem generis. Contra ea tamen venit sermonis indoles, qua *περιέχοντες* et *περιεχόμενοι* eatenus differunt, ut circuli alios incingentes ab illis diversi sunt, qui circumdantur, quo modo Hierocles apud Io. Stobaeum Sermon. LXXXII, p. 481. Bene ergo librariis sit, qui veriora hic nos docuerunt. Si tacuissent, *περιχεομένων* levi unius literae transpositione scripsissem. Id de hostibus corona alios conplexis et circumfusis tritum. Appian. Parth. p. 274. *ὡς ἑώρα τοὺς Πάρθους κύκλῳ περιχεομένους.* Solet etiam in tanta utriusque vocabuli vicinia cum altero permisceri. Vide haec Aeliani Histor. Animal. L. XVI. 18. *τὴν γάρ τοι θάλατταν τὴν περιεχομένην τὸν τῆς νήσου κύκλον*· nec dubites, dedisse eum *θάλατταν τὴν περιχεομένην.* Verum hoc obiter, alia suo loco. Wess.

581. 20. *Τοῖς μὲν ἡμίσεσιν ἀπήντα τοῖς ἐπιοῦσι* etc.] Salebrosa in speciem oratio, *ἀπήντα, αὐτὸς ἔχων* et *ἀντετάχθησαν.* Posteriori mederi voluit Venetus Cod. *ἀντέταξεν* edens, non male quidem, etsi citra necessitatem. Solet Diodorus saepenumero a singulari ad pluralem transire, ut optimus quisque. Defungar cum maxime Sophoclis ex Aiac. v. 738.

— *Κοὔτις ἐσθ' ὅς οὐ*
Τὸν τοῦ μανέντος κἀπιβουλευτοῦ στρατοῦ
Ξύναιμον ἀποκαλοῦντες. —

Nihil ergo aliud vult, ac Mindarum, posteaquam Spartanos suos obtestatus erat, iuxta cum illis sese Alcibiadi obiecisse. Prius eo

colore tutum est, quo facere aliquid illi perhibentur, quorum id imperio administratur. WESS.

581. 33. *Κατὰ σπουδὴν ἐπιγινόμενον*] A mendi hoc suspicione liberabit Thucydides L. III. 30. *ᾗ ἐκεῖνοί τε ἀνέλπιστοι ἐπιγενέσθαι ἄν τινα σφίσι πολέμιον, qua quidem ex parte nullum sibi hostem superventurum sperabant.* WESS.

581. 36. *Ἐν τῇ νήσῳ τῇ Πολυδώρου καλουμένῃ*] Stephan. Byzant. *Πολυδώρα, νῆσος πρὸς τῇ Κυζίκῳ.* et ante eum Plinius L. V. 32. WESS.

581. 40. *Ἔφυγον ὑπὸ τὸ τοῦ Φαρναβάζου στρατόπεδον*] Rhodomannus *ἐπὶ τὸ τοῦ Φαρναβ.* in not. suarum Addend. ob frequentem harum vocum in vetustis schedis confusionem, de qua Sylburgius ad Pausan. L. I. 13. et L. VI. 13. Ego non muto: sive enim *sub castra* sive *ad ea* fugisse velis, ratio sermonis constabit. Notum est Homericum

Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε. WESS.

582. 52. *Τριάκοντα τριήρεις*] Xenophon Thrasyllo quinquaginta triremes decretas ait Rer. Graec. L. I. p. 337., in ceteris Nostro consentiens, Hellespontum versus atque ad Alcibiadem deducendas. WESS.

582. 57. *Ὧν ἦν ἀρχιπρεσβευτὴς Ἔνδιος*] Idem esse videtur, atque is, de quo Thucydides V. 44. et VIII. 6. Sed tempus, quo legationem obiit, controversum est. Audi Schol. in Euripidis Orest. v. 371. *πρὸ γὰρ Διοκλέους, ἐφ' οὗ τὸν Ὀρέστην ἐδίδαξε, Λακεδαιμονίων πρεσβευσαμένων περὶ εἰρήνης, ἀπιστήσαντες Ἀθηναῖοι, οὐ προσήκαντο, ἐπὶ ἄρχοντος Θεοπόμπου, ὃς ἦν πρὸ Διοκλέους, ὡς ἱστορεῖ Φιλόχορος·* quae repetit ad v. 770., cum de Cleophonte, *πρὸ ἐτῶν γὰρ δύο τῆς διδασκαλίας τοῦ Ὀρέστου, αὐτός ἐστιν ὁ κωλύσας σπονδὰς γενέσθαι Ἀθηναίοις πρὸς Λακεδαιμονίους, ὡς Φιλόχορος ἱστορεῖ.* Itaque dubium non est, modo Critici illi Philochorum probe excerpserint, Annalium hunc Atticorum scriptorem legationis tempus eum in annum coniecisse, quo Theopompus Fastis Atticis nomen dedit. Nimirum hoc Archonte Spartani gravi clade ad Sestum a Thrasyllo et Thrasybulo, Atheniensium ducibus, erant adfecti. Philochorus propterea censuisse videtur, fractos tum Lacedaemonios pacem petiisse: namque eandem indicari, Cleophontis, qui impediit, ne ea coalesceret, mentio confirmat. Verior tamen Diodori mihi opinio est: tum quoniam ad Sestum res Spartanae, etsi Atheniensium victoria foret insignis, nondum ita conciderant, ut pace opus esset. Id ea docent, quae Noster ex Ephoro cap. 41. exscripsit. Tum etiam, quia hoc ad Cyzicum praelio tanta eo in tractu rerum facta fuerat conversio, ut nisi pace sociata instaurari haud conmode posse viderentur. Docent literae *Λακωνικῶς* scriptae atque ex Hellesponto Spartam missae: *Ἐρρει τὰ καλά. Μίνδαρος ἀπέσσυται πεινῶντι τῶνδρες. ἀπορέομες τί χρὴ δρᾶν;* apud Xenophont. Rer. Graec.

L. I. p. 335. et Plut. Alcibiad. p. 207. C. et Eustath. in Hom. p. 63., ubi rectius *Μίνδαρος ἀπέσσουα*. Wess.

582. 67. *Παραπέμψαντες δὲ τὸν ἐμὸν λόγον*] Sic L. IV. 34. *παραπέμψας τὴν οἰκειότητα*. Et huius Lib. c. 1. et XVII. 79. Wess.

582. 80. *Σκάφεσι πολιτικοῖς μᾶλλον κινδυνεύομεν*] Interpres, *navigiorum magis, quam civium discrimen subimus:* quasi legisset *σκάφεσι μᾶλλον ἢ πολιτικοῖς*, quod et ego praeferrem: quae enim mox de Atheniensibus subiungit, id requirere videntur; ne dicam de Spartanorum consuetudine, qua suorum paucissimos, sociorum plures mari committebant. *Πολιτικοὶ* de civibus saepe in his libris, veluti *πολιτικαὶ δυνάμεις*, *πολιτικοὶ στρατιῶται*, et *πολιτικοὶ ἱππεῖς* apud Polyb. I. 73. Wess.

582. 86. *Ὑμεῖς δὲ τῆς θαλάττης, οὐχ ὑπὲρ* etc.] Nisi his succurrat ellipsis praepositionis *ἐκ* aut *διὰ*, sublata distinctione inductaque *πεζῆς* voce, scribere forte satius erit. Revera enim Athienses cum maxime, non de maris imperio, sed ne in periculum evertendae urbis suae venirent, pugnabant. Sed hoc quoniam violentum, prius amplector. Wess.

583. 8. *Κλεοφῶν*] Cleophontem haec pacis sanciendae saluberrima consilia disiecisse ex Philochoro docent, uti diximus, Critici ad Eurip. Orest. v. 770. et 900., quem si per figuras Poeta designarit postremo eo loco, ut volunt,

— — — *Κἄπὶ τῷδ' ἀνίσταται,*
Ἀνήρ τις ἀθυρόγλωσσος, ἰσχύων θράσει
Ἀργεῖος, οὐκ Ἀργεῖος, ἠναγκασμένος,
Θορύβῳ τε πίσυνος, κἀμαθεῖ παῤῥησίᾳ,
Πιθανὸς ἔτ' αὐτοὺς περιβαλεῖν κακῷ τινι.

oportet hominem ingeniose nequam fuisse, quod et fatetur, eundem ex virtutibus ornans, Aristophan. Ran. v. 1580. Nam haud alium esse, Critici agnoscunt: ceteroqui eo nomine plures Athenis fuere, de quibus ad illum Aristoph. versum Palmerius. Wess.

583. 13. *Βραβεύειν τὰ κατὰ πόλεμον προτερήματα*] In re non dissimili, sed magis ex vero, Ioseph. Antiq. Iud. L. XIV. 9. 5. *λογίζεσθαι δὲ, ὡς, εἰ καὶ πολέμου ῥοπὰς βραβεύει τὸ θεῖον, πλέον ἐστὶ τῆς στρατείας τὸ ἄδηλον. Considerandum esse, quod si belli momenta Deus moderetur, eo magis expeditionis eventum in dubio fore.* Conf. ad L. XIV. 65. Wess.

583. 28. *Τούς τ' ἐξ Ἰβηρίας ξενολογηθέντας* etc.] Vide cap. 44. Wess.

583. 46. *Μετὰ δὲ ταῦτα πολλοῖς ἔτεσι πρὸς αὐτῷ κτισθείσης* etc.] Condita a Carthaginiensibus urbs est, postquam Motyam Dionysius everterat, Nostro teste Eclog. XIV. lib. XXII.; quam cum tyrannus oppresserit anno quarto Olymp. XCV., uti docetur L. XIV. 50., non longe ab eo tempore oppidi origo abesse potest. Et tamen Lilybaetanos Diodorus cum Segestanis in certamen con-

misit Olymp. LXXXI. 3. L. XI. 86., magna inconstantia dicam an inprudentia. Novi patrocinium Nostri professum fuisse praeclarae eruditionis virum S. Bochartum de Phoen. Colon. L. I. 27. atque haec contraria sibi videri negasse: namque urbem saepe condi perhiberi, cum augetur et reparatur: exstitisse igitur Lilybaeum etiam ante captam Motyen; sed tum demum evasisse celebrem novis colonis additis. Quae non sine veri quadam specie scripta haud dubie vir praestantissimus induxisset omnia, huius si loci recordatus fuisset. WESS.

584. 51. *Ὁ δὲ Τίμαιός φησιν*] Rectius *ὡς δὲ Τίμαιος*, ut praecessit *ὡς μὲν Ἔφορος*. Sic p. 363. (c. 60.) STEPH. Non deerunt, credo, quibus se vulgatum adprobet. Ego Stephano adstipulor. Auctor iterum cap. 80. *ὡς μὲν Τίμαιος — ὡς δ' Ἔφορος*. Timaeo autem de exercitus numero controversiam non movet Xenophon Hellen. L. I. p. 337. WESS.

584. 52. *Περὶ Μοτύην*] Situm urbis designat L. V. 25., sed longe longeque aberrans, Pausanias. Accuratius Noster L. XIV. 48. WESS.

584. 60. *Τὸ μὲν παρ' αὐτὸν ἐμπόριον* etc.] Eodem, quo flumen, nomine, aut leviter certe mutato, fuisse credibile est. Stephanus Byzantinus, *Μαζάρη, φρούριον Σελινουντίων*. Auctor L. XXIII. Eclog. IX., *τὸ φρούριον Μάζαρι*, forte pro *Μάζαρον*, quo modo fluvium heic scriptus Vatic., et L. XI. 86. plerique omnes nuncupant. Vide quae adscripta sunt Anton. Itiner. p. 89. WESS.

584. 66. *Τοὺς ἰδίους δὲ κριοὺς*] Haud dubie *ἴσους*. RHOD. Accedo sententiae viri doctissimi. Arietum in oppugnationibus usus Poenis fuit frequentissimus, qui, si machinae primi auctores non fuerint, ea enim res controvertitur, rudem illam magis ac magis perfecerunt, et muris quassandis habiliorem reddiderunt, teste Athenaeo de Machin. p. 3. WESS.

584. 70. *Ἐκ πολλῶν*] Fortasse legendum *ἐκ πολλοῦ*, ut subaudiatur *χρόνου*. STEPH. *Ἐκ πολλῶν*] Hoc si mutes, salvum esse non potest *οἷς ἐξ ἀρχαίων ἐπιβουλεύουσι* L. XIV. 45. Quid desit, auctor declarat L. XVIII. 22. *ὡς ἂν πόλεως γεγενημένης εὐδαίμονος ἐκ πολλῶν χρόνων*. WESS.

584. 72. *Μόνοι τῶν Σικελιωτῶν*] Vide L. XI. 21. WESS.

584. 89. *Τοσαύτη κατάπληξις εἱστήκει*] Fuit cum *εἰσῆκε* hoc scriptum loco fuisse opinarer, quemadmodum *αἰδὼς εἰσῆει τοὺς ὑπάτους* apud Dionysium Ant. Roman. L. XI. p. 729., quod nunc quidem repudio. Significantius enim aliquid vulgatum praefert; valuisse videlicet apud omnes eam formidinem et quasi intra eorum praecordia stetisse: atque hac ferme ratione, nisi Nonius fallat, Varro dixit: *Atque si addam quanta misericordia mea heredibus meis stet, quod miseros sublevaverim*, i. e., eo interprete, valeat, constet ac fixa sit. WESS.

585. 2. *Ῥᾳδίως κατεπονοῦντο*] *Opprimebantur.* Sic cap. 51: *τούτων δὲ καταπεπονημένων.* Et L. XV. 85. *καταπονούμενοι δ' ὑπὸ τῶν ἀνθεστηκότων ἅπαντες ἐτράπησαν.* Strabo L. VIII. p. 584. *καὶ τὸν Ἡρακλέα τὸν καταπονούμενον τῷ τῆς Δηϊανείρας χιτῶνι*, i. e. *excruciatum et paene confectum.* S. Lucas A. A. VII. 27. *καὶ ἐποίησεν ἐκδίκησιν τῷ καταπονουμένῳ*, *ei qui iniuriam sustinebat* Latinus, nimis generaliter. Wess.

585. 21. *Πρὸς μὲν Χαλκιδεῖς πόλεμον ἔχοντες*] Intelligit Chalcidicae originis per Siciliam et Italiam civitates, de quibus supra diximus ad L. XII. 11. Wess.

585. 24. *Ἀλλ' οὐκ ἀναρπασθήσεσθαι*] *Sedibus evulsum iri.* Quomodo violentiam et celeritatem in urbe evertenda adhibitam describunt. Elegantissime Dinarchus in Demosthen. p. 93. de Thebis: *πόλις ἀστυγειτόνων καὶ συμμάχων ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἁνήρπασται, ἀροῦται καὶ σπείρεται τὸ Θηβαίων ἄστυ, τῶν κοινωνησάντων ἡμῖν τοῦ πρὸς Φίλιππον πολέμου.* Forte exemplo Aeschinis, qui Orat. in Ctesiphont. p. 72. *Θῆβαι δὲ πόλις ἀστυγείτων μεθ' ἡμέραν μίαν ΕΚ ΜΕΣΗΣ ΤΗΣ ΕΛΛΑΔΟΣ ΑΝΗΡΠΑΣΤΑΙ.* Forte, inquam: namque Agatharchides de Rubr. Mar. p. 20. ex Aeschine, tanquam cultae dictionis specimen, laudat, *πόλις ἀστυγείτων ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἠφάνισται*, addens *celeritatem excidii*, *τῆς μὲν ἀπωλείας τὸ τάχος*, ea metaphora oratorem explicuisse. Quae cum utroque verbo adaeque declaretur, dubium esse potest, utrum Aeschines adhibuerit, quamquam prius multo mihi grandius videtur. Ut ut illud est, celare non possum suspicionem, quae haec meditanti in mentem venit. Citat Agatharchides ex Stratocle, *Ἀροῦται καὶ σπείρεται τὸ Θηβαίων ἄστυ, τῶν συναγωνισαμένων ἡμῖν τὸν πρὸς Φίλιππον πόλεμον.* Ea vero ita respondent Dinarchi verbis, ut eodem ex fonte hausta putes. Ergone et haec ex Stratocle depromsit Dinarchus, an vero ea Dinarchi oratio Stratoclis est? Nam fuisse, qui illam in Demosthenem orationem Dinarcho auferrent atque abiudicarent, ex Dionysio T. II. p. 112. constat omnibus. Facit tamen leve in verbis discrimen, ne quid certi pronuntiem. Redeo proinde ad institutum. Polybius de Cretensium urbe Lycto, sive Lytto, L. IV. 54. *οὕτως ἄρδην καὶ παραλόγως ἀνηρπάσθη.* Synesius L. II. de Provid. p. 120. A. *ἀναρπασθῆναι γὰρ ὅλην ὥσπερ νεοττίαν τὴν πόλιν.* Amat et Io. Chrysostomus figuratum hoc dicendi genus. Sic Homil. II. ad Antioch. p. 23. A. T. II. *πόλις οὕτω μεγάλη — ἐκ μέσης ἀναρπασθῆναι κινδυνεύει τῆς οἰκουμένης.* Et Homil. de S. Babyla p. 532. C. Melius itaque legetur Homil. III. ad Antioch. p. 46. D. *πόλιν τοσαύτην ἀναρπάζεσθαι*, ut in membranis, quam *ἁφαρπάζεσθαι*, quod nuperrime probatum animadverto. Wess.

585. 28. *Κατέλαβε ταῖς μηχαναῖς*] Diceres *κατέβαλε ταῖς μηχαναῖς* legitimum esse, quod haec confundere verba amanuen-

sibus sollemne sit, ut L. XV. 85. Sed obstat orationis series, quae vulgatum defendit, nec ullum alteri locum relinquit. Wess.

586. 38. *Καχοπαθεῖν*] Mallem disiunctim *κακὰ παθεῖν*, ut alibi. Steph. Non intercederem, si scriptae schedae addicerent; nam *παθαίνειν*, sic enim voluisse Reg. 2. et Clar. arbitror, aliud est, nec quidquam iuvat. Supra quidem c. 51. *καὶ πολλὰ δράσαντες καὶ παθόντες ἐξεώσθησαν* dixerat, sed id paullo diversum. Similius est Appiani L. II. Bellor. Civil. p. 759. *τοιαῦτα δὲ ἑκατέρων κακοπαθούντων*. Adde eiusdem p. 768. et Nostri L. XV. 69. Wess.

586. 43. *Τὰς μὲν ὁδοὺς διοικοδομεῖν ἐνεχείρησαν*] Adscripsit Melae suo Is. Vossius L. II. 7. 55. *διοικοδομεῖν proprie esse aedificationem separare et dividere, locumque intermedium vacuum relinquere:* quod verum fortasse alibi est, non hoc loco, quo vicos obstructos fuisse innuit, sicuti et L. XVI. 77. *διοικοδομεῖν τοὺς στενωπούς*. Neque obest, quod L. XIV. 7. de Dionysio dicit, *ταύτην διῳκοδόμησεν ἀπὸ τῆς ἄλλης πόλεως τείχει πολυτελεῖ*. Namque id significatur, Insulam, pars erat Syracusarum, muro firmissimo ab urbe reliqua fuisse seiunctam, aditumque adeo in eam fuisse obseptum. Wess.

586. 45. *Τὰ πλήθη τῶν γυναικῶν καὶ παίδων ἔφευγον* etc.] Saepe in repentino periculo inbelle hoc genus illis armis pugnavit. Sallustius Iugurth. c. 67. *Id hoc mulieres puerique pro tectis aedificiorum saxa et alia, quae locus praebebat, certatim mittere*, cum not. Cortii. Wess.

586. 48. *Οἱ Καρχηδόνιοι κακῶς ἀπήλλαττον*] Dixi ad L. III. 21. Wess.

586. 76. *Καὶ τινὲς μὲν χεῖρας ἀθρόας περιέφερον* etc.] Similem Gallorum morem descripsit L. V. 29. Conf. Gebhardum ad Nepot. Alcib. c. 10. Wess.

586. 77. *Ἐπὶ τῶν γαισῶν καὶ τῶν σαυνίων*] De *sauniis*, telo barbarico, vide not. in L. I. 86. *Gaesum*, alii telum Gallicum, alii Hispanicum esse volunt, quibus etsi in praecipuo usu fuerit, nihil impedit, si et Poenis tribuatur. Pollux certe Afrorum fuisse indicat L. VII. 157. *Λορύξους δόρυ ὁλοσίδηρον. καλεῖται δὲ γαισὸς, καὶ ἔστι Λιβυκὸν*, quamquam paullo generalius. Revera enim Gallis atque Hispanis magis convenit, quam Afris: possunt etiam haec nostri auctoris ad Hispanos, qui plures Hannibalis imperio suberant, haud inconmode referri. Vide tamen Cl. Drakenborchium in Silii L. II. 444. Forma teli et figura non admodum Grammaticis fuit explorata. Scholiastes ad Iosuae c. VIII. 18., vulgatus a Clar. Montfauconio in Hexapl. *ὁ δὲ λεξογράφος Διογενιανὸς, ἐμβόλιον εἶναι ὁλοσίδηρον, ἄλλοι δὲ ἀκόντιον, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ὑσσόν*. Nec multum ab eo dissentit Hesychius et Etymologus. Melius tamen Suidas, *ἔστι δὲ ὅπλον μακρόθεν κεντοῦν, ὃ*

κοντός. Id enim firmant veterum loca a Lipsio Poliorcet. IV. 4. atque aliis producta. Wess.

587. 87. *Ἕνεκα τοῦ μηδὲν ἀσεβεῖν*] Graeciae moribus id valuisse nemo ignorat. Quin et lex Athenis erat, *τὸν ἐν τῷ ἱερῷ καταφυγόντα μὴ ἀποθνήσκειν*, modo ne fallat Anonymus Problem. Rhetor. c. 15. Persarum, quorum atrocitatem heic Poeni aemulantur, alia consuetudo, sed ab Alexandro, cum vicem reddere illis posset, ultro repudiata. Vide Polybium L. V. 10. Wess.

587. 94. *Καὶ χωρὶς αἰχμάλωτα συνήχθη πλείω τῶν* etc.] Sequor Coisl. Vulgatum enim ambiguum erat. *Αἰχμάλωτα*, sive *αἰχμάλωτα σώματα*, ut saepe, captivi sunt, et *καὶ χωρὶς insuper, praeterea*, quemadmodum L. XI. 20. notatum. Wess.

587. 8. *Τούτους δ' ὁρῶσαι ἀσύνετον μὲν τὴν φωνὴν* etc.] Sic c. 57. *παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν ἦν ὀδυρμοὺς καὶ δάκρυα θεωρεῖν*. Aeschylus Prometh. v. 21.

Ἵν' οὔτε φωνὴν, οὔτε του μορφὴν βροτῶν
Ὄψει — —

Atque ita verba, *visum* indicantia, ad alios sensus frequentissime transeunt. Exempla Barthius ad Statii Theb. II. 101. et Fr. Oudendorp in Lucani L. I. 254. dederunt. Wess.

587. 11. *Οἱονεὶ νυγμοὺς εἰς τὴν ψυχὴν λαμβάνουσαι*] Simile est, sed maiore verborum granditate, in S. Lucae Evang. c. II. 35. *καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία*. Animi enim utrobique dolores indicantur, sed posteriore loco atrociores. Quod subiicitur, *τοὺς δὲ πατέρας — ἐμακάριζον*, natum est ex ea plerorumque opinione, qua suam calamitatem, defunctorum miseriis graviorem, miserari solent. Ulysses Odyss. *E*, 306.

Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ, καὶ τετράκις, οἳ τότ' ὄλοντο
Τροίῃ ἐν εὐρείῃ. — —

Pro quibus Virgilius Aen. I. 94.

— — O terque quaterque beati
Quis ante ora patrum Troiae sub moenibus altis
Contigit oppetere! — —

Adde virum egregium L. Bos Exercit. Philolog. in Apocalyps. c. XIV. 13. Wess.

587. 31. *Τοὺς δὲ θεοὺς ἐκτὸς Σελινοῦντος οἴχεσθαι*] Vide Muret. Var. Lect. L. V. 18. et Turnebum Adversar. L. XIV. 15. Putabant Deos ex urbibus, quibus praesens excidium inminebat, ultro excedere, templis desertis. Aeschylus VII. C. Theb. v. 223.

— — — Ἀλλ' οὖν θεοὺς
Τοὺς τῆς ἁλούσης πόλεος ἐκλείπειν λόγος.

Ubi Stanleius. Quare Tyrii, veriti ne Apollo aufugeret, cum urbem Alexander obsideret, aureis eum catenis constrinxerunt infra L. XVII. 41. Wess.

588. 34. *Τούτων μὲν ὁ Ἀννίβας* etc.] Fuit *τούτῳ* olim.

sicuti omnia, quae succedunt, adstruunt. Vitium animadvertit et correxit Rhodomannus. Wess.

588. 42. *Χρόνον ἐτῶν διακοσίων τεσσαράκοντα δύο*] Condita ergo fuit anno secundo Olymp. XXXI. At Thucydides L. VI. 4. Selinuntis initia centum annis posteriora prodit origine Megarorum, quibus antea Hyblae nomen: quae quidem exstructa cum sint circa Olymp. XI., coniicit Ph. Cluverius Sicil. Antiq. L. I. p. 227. scripsisse Diodorum *διακοσ. τριάκοντα δύο*, Selinuntemque adeo anno primo Olymp. XXXV. haud fuisse priorem: cuius opinioni obloqui non auderem, si annus, in quem Megarorum primordia sunt conferenda, citra dubium certus esset, quod necdum mihi adparuit. Adde Pausan. L. VI. 19. p. 499. Wess.

588. 49. *Καὶ μετ' αὐτοῦ πεντεκαίδεκα μυριάδες*] Vide ad L. XI. 22. Wess.

588. 57. *Διαγωνιζόμενος ἐκ διαδοχῆς*] Frequens loquendi genus cum intacti et integri fessos excipiunt praeliumque continuant. Superius cap. 56. *καὶ τοῖς κρατίστοις ἐκ διαδοχῆς ἀγωνιζόμενος*. Et L. XIV. 26. XVI. 75. XX. 46. Freinshemium, qui ad id offenderat, in viam reduxit Balth. Stolbergius Exercit. de Angaris c. III. 8. p. 172. Wess.

588. 60. *Ὑπώρυττε δὲ καὶ τὰ τείχη*] De murorum in urbium in obsidionibus suffossione multa Barthius ad Statii Theb. II. 418. Dicam fortasse ad L. XVIII. 70., quae huc pertinebunt. Wess.

588. 66. *Τῆς περιμαχήτου πᾶσι πατρίδος*] Confer not. in L. III. 10. et L. XII. 68. *Ἀγῶνα θέσθαι* dictum ad Poetae exemplum, qui *μάχην δριμεῖαν ἔθεντο*, de acri conmisso certamine. Plutarchus de Athen. Glor. p. 346. E. *ὑπὸ τὰς πύλας αὐτὰς καὶ τὸ τεῖχος ἔθεντο καρτερὰν ἱππομαχίαν*. Tritius est *θεῖναι τὸν ἀγῶνα* de certamine in honorem alicuius edito, et ab Andrea Dounaeo ad Demosthen. Orat. de Pace p. 168. illustratum. Wess.

588. 81. *Ἥκειν τοὺς συμμάχους*] Rectius, meo quidem iudicio, *ἥκειν αὐτοὺς συμμάχους*. Steph.

588. 83. *Καὶ ταῖς εὐχερείαις*] Multi sunt loci ex quibus hic legendum esse non *εὐχερείαις*, sed *εὐχειρίαις*, probari facile potest. Steph. *Καὶ ταῖς εὐχειρίαις*] Quod Stephanus coniecit, id adeo verum est, ut ex Cod. Coislin. vestigiis corrigendum censuerim. Auctorem do Diodorum, qui L. XIV. 24. *μετ' ὀλίγον δὲ ταῖς τόλμαις καὶ ταῖς εὐχειρίαις νικώμενοι πρὸς φυγὴν ὥρμησαν*. Et L. XV. 70. *διόπερ δόξαντες εὐχειρίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ διαφέρειν*. ubi Coislin. iterum *εὐχερίᾳ*. Recurret idem vitium L. XIV. 23. Wess.

589. 2. *Ὡς δ' Ἐφορός φησι, δισμυρίων*] Nimium hoc quidem. A decem millibus viginti hostium millia fuisse caesa, hodie non credo. Sed *Ephorus, non religiosissimae fidei, saepe decipitur, saepe decipit*, ut Seneca ait. Wess.

589. 7. *Πρὸς φυγὴν ὥρμησεν*] Si plures membranae *ὥρμησαν* probarent, recipi posset. Vid. ad L. V. 4. Wess.

589. 11. *Πέντε πρὸς ταῖς εἴκοσι*] Scripserat *πρὸς ταῖς τριάκοντα*. Nam XXXV triremes a Syracusanis auxilio Spartanis contra Athenienses fuisse missas diserte tradidit c. 34., repetitque c. 63. Habet quidem Xenophon L. I. Hellen. p. 338., quae XXV his triremibus patrocinari videntur, sed is cum Thucydide L. VIII. 26. a Nostro apertissime dissentit. Wess.

589. 16. *Πορεύονται τοῖς Ἱμεραίοις βοηθήσειν*] Sic malo ex Reg. 2. etsi non ignorem praesens futuri potestatem haud raro adsciscere. Exempla dabit Cel. Duker. in Thucydid. II. 44. Wess.

589. 27. *Τοῖς δ' ἡμίσεσι τηρεῖν*] Nisi quid deest inter *ἡμίσεσι* et *τηρεῖν*, legendum videtur *τοὺς δ' ἡμίσεις*. Steph. Verborum ordo *τοὺς δ' ἡμίσεις* expostulat, quem intempestive inmutasse videntur ob *συμφέρειν*, quod praecessit: nam aliquid deesse, non dixerim. Wess.

589. 33. *Ἐπὶ τούτων ἀποπλεόντων*] Valere hic diceres, quod de permutata praesentis in futurum significatione tantum quod adscripsi, nisi ad rei gestae celeritatem hoc videretur opportunius: cui si *καὶ* pondus addere posse putes, id ex Clarom. adstrue. Wess.

590. 35. *Τοὺς πεσόντας ἐν τῇ μάχῃ καταλιπών*] Vide inferius cap. 75. Wess.

590. 55. *Εὐδαιμονία διεφορεῖτο*] Sic L. XVI. 19. *καὶ πολλὰ μὲν χρήματα διεφορεῖτο* i. e. *diripiebantur*. Et XVII. 70. *πολὺς μὲν ἄργυρος διεφορεῖτο*. Diversum hoc Pausaniae, sed vim verbi declarans, L. II. 34. p. 192. *ἀλλὰ περιοφθῆναι τὸν νεκρόν φασι διαφορηθέντα ὑπὸ τῶν ἐκ θαλάσσης ὀρνίθων*. Et L. IX. 2. p. 714. de canibus Actaeonis *διαφορήσειν ἔμελλον πάντα τινὰ ὅτῳ περιτύχοιεν*. Vide vero hoc eiusdem Pausaniae L. VII. 17. *ἐς ἅπαν δὲ ἀσθενείας τότε μάλιστα κατῆλθεν ἡ Ἑλλὰς λυμανθεῖσα κατὰ μέρη καὶ ΔΙΑΠΟΡΗΘΕΙΣΑ — ὑπὸ τοῦ δαίμονος*, et iustumne id sit perpende. Mihi, ne dicam dolo, *ΔΙΑΦΟΡΗΘΕΙΣΑ* fuisse ibi videtur, quemadmodum in Dione Chrysost. Orat. XXXVI. p. 446. D. *πόλις ὑπὸ τυράννων τε καὶ δήμων καὶ δεκαρχιῶν δὴ καὶ ὀλιγαρχιῶν, καί τινων ἄλλων ἀῤῥωστημάτων διαφορουμένη*. Nihil certius. Wess.

590. 59. *Ἔτη διακόσια τεσσαράκοντα*] Itaque Himerae initia in annum Olymp. XXXII. quartum incidunt, quo eodem ferme tempore Selinuntem conditam fuisse supra dixit. Oppidi excidium attigit Cicero L. II. Verr. c. 35. Wess.

590. 64. *Καὶ πάντας αἰκισάμενος κατέσφαξε*] Avi manibus horum sanguine fortasse parentaturus, ut Spartacus interfecto Crixo apud Appian. L. I. Bel. Civil. p. 703. Nota alioqui inpia Poenorum religio est et caede hominum infamis, qua de infra c. 86. Wess.

590. 67. *Μεθ' ὧν καὶ Καμπανοὶ συνηκολούθησαν*] Damnatum a Phrynicho Eclog. p. 64. *ἀκολουθεῖν μετὰ τινὸς*, egregie tuiti sunt Nunnesius et Lamb. Bos ad S. Lucae Evang. c. IX. 49. Wess.

590. 85. *Ἐν Πελοποννήσῳ*] Imo ad Hellespontum, si Xenophon est audiendus L. I. Rer. Graec. p. 336. Wess.

591. 95. *Καὶ τῆς πόλεως μέρος ἐτείχισε*] Haec urbis instauratae initia, quae magis atque magis aucta, ut paucis post annis recidivum floreret oppidum, fecerunt. Conf. L. XV. 73. Wess.

591. 9. *Τῶν Συρακουσίων οἱ πλεῖστοι* etc.] Redierant cum maxime Syracusas triremium praefecti, quorum opera Hermocrates contra Athenienses usus fuerat: hi vero abeunti receperant, iuris iurandi interposita religione, eum sese in patriam restituturos apud Xenophontem Hellen. L. I. p. 336. Quare mirum haud est, Syracusanorum plerosque, mutata sententia, de Hermocrate in civitatem restituendo agitasse. Wess.

591. 16. *Τὴν αὐτοῦ* bene correxerat Ursinus. Wess. in Add.

591. 19. *Θρασύβουλος πεμφθεὶς παρ' Ἀθηναίων*] Si fides Xenophonti, et cur non ei fides? Hellen. I. p. 337. Thrasyllus fuit, non Thrasybulus, et pluries eum nominat et totam historiam persequitur. Igitur in hac eadem pag. pluries ea correctione utere. Palm. Verissima est viri eruditi observatio, quam praeter Xenophontem firmant Plato Theag. p. 129. D., et Plut. Alcib. p. 207. E. res ad Ephesum gestas Thrasyllo tribuentes. Mendam peperit confusio utriusque nominis, in schedis obvia c. 98. huius libri. Wess.

591. 31. *Δεκάτην πράττεσθαι τοὺς ἐκ τοῦ Πόντου πλέοντας*] Xenophon Rer. Graec. I. p. 335. *ἐντεῦθεν δ' ἀφικόμενοι τῆς Χαλκηδονίας ἐς Χρυσόπολιν, ἐτείχισαν αὐτὴν, καὶ δεκατευτήριον κατεσκεύασαν ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν δεκάτην ἐξελέγοντο τῶν ἐκ τοῦ Πόντου πλοίων.* Meminit et decimarum, quas Atheniensea hic exigebant, Demosthen. in Leptin. p. 290. et Polybius L. IV. 44. Quin erant, qui ab auro ex urbibus mercibusque Ponticis exacto, oppido nomen venisse arbitrabantur, teste Stephano Byzantino. Wess.

591. 37. *Μετὰ τῶν τριάκοντα νεῶν ἀπολύσας*] Quid est *ἀπολύσας*? quasi Thrasyllum a se dimisisset Alcibiades: imo eum secum recepit. Igitur ut fides historiae constet, lege *ἀπολήψας*, *cum recepisset Thrasyllum cum XXX navibus.* Palm. Diceres Alcibiadem Thrasyllum a se dimisisse, quod sui milites ob rem ad Ephesum male administratam eum, et qui sub eo militabant, prae se contemnerent, recusarentque adeo *τοῖς μετὰ Θρασύλλου συντάττεσθαι*, ut Xenophon ait L. I. Hellen. p. 338. Itaque secreto imperio utrumque in Pharnabazi ditionem irrupisse, eumque

in modum communi excursione eam vastasse, sicuti Plut. Alcib. p. 207. E. indicat. Id si inprobes, admittendum erit auxilium, quod vir eruditissimus Diodoro tulit. Wess.

592. 47. *Ἐκ τῶν πολιτῶν πεπληρωμέναι*] Arbitror scriptum a Diodoro fuisse *ἐξ δὲ ἐκ τῶν* etc. Ut navium quinque fuerint Siculae, sex reliquae Spartano milite instructae. Series orationis suspicioni favet. Wess.

592. 53. *Οὐ δυνηθεὶς τὸν Μαλέαν κάμψαι*] Molesta haec olim fuerunt praeclarissimae eruditionis viro Io. Fr. Gronovio, qui Epist. XLVIII. ad N. Heinsium, amicum suum, Syllog. Burman. T. III. p. 55. *Nisi forte in acceptum referas locum Diodori Siculi, in quem nuper plane aliud agens incidi et correxisse visus sum, quamvis non erat res magni negotii. Nimirum L. XIII. p.* 188. *in editione Rhodomanni, οὗτος μὲν οὖν ἐκπλεύσας etc. Haec verba stigmate insigniverunt, sed uterque in notis praeterivit, Stephanus et Rhodomannus. Atqui notum est, Graecis cursum illum non vocari Μαλέαν, sed ὑπὲρ Μαλέας, ut apud Plutarchum: ἀνήχθη μὲν οὖν ἀπὸ Μεθώνης ὑπὲρ Μαλέας, ὡς τῷ διὰ τοῦ πόρου δρόμῳ χρησόμενος etc. De tota re accurate P. Victorius ad L. IV. Epist. Ciceron. Famil. p.* 40., *si eandem editionem habes, quam ego muneris tui possideo. Quem si legeris, non dubitabis reliquisse Diodorum, οὐ δυνηθεὶς τὸν ὑπὲρ Μαλέας κάμψαι, scilicet πόρον, vel δρόμον.* Ego vero legi diligenter egregiam illam Victorii ad Epist. 14. L. IV. animadversionem, nec adduci possum, ut aut viro egregio concedam, aut *τὸν Μαλαῖον*, quae mera librariorum *παραδιόρθωσις* est, cum Camusato, ex Coisl. ita corrigente, recipiam. Nam Plutarchi in Arato p. 1032. B., ibi enim ea leguntur, verba huic loco nec prosunt, nec obsunt. Prosunt autem haec Strabonis L. V. p. 373. *κάμψαντι δὲ τὸ Μισηνὸν, λίμνη εὐθὺς ὑπὸ τῇ ἄκρᾳ.* Et Polybii L. I. 54. *κάμψας τὸν Πάχυνον, ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν ὡς ἐπὶ τὸ Λιλύβαιον.* pro quo post pauca *καὶ κάμψαι τὴν ἄκραν τοῦ Παχύνου.* Succurrit praeterea Cicero ad Attic. L. V. 9. *Actio maluimus iter favere pedibus, qui inconmodissime navigassemus: et Leucatam FLECTERE molestum videbatur*, et, quod litem omnem dirimit, vetus proverbium:

Μαλέαν δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε.

apud Strabon. L. VIII. p. 580. Namque ut addam *Μαλέαν* utroque genere dixisse veteres, in re nota necessarium non videtur. Wess.

592. 58. *Καὶ πρῶτος Ἀθηναίων* etc. *δωροδοκῆσαι*] Eadem de Anyto, Anthemionis F., Plut. Coriol. p. 200. B., et Aristoteles apud Harpocrat. voc. *Δεκάζων*. Aliter Etymologus, cuius inprudentiam castigavit Cl. Duker. in Miscell. Observat. Vol. V. p. 187. Wess.

592. 62. *Τῶν δὲ ἰδίων οἱ μὲν* etc.] Non deerunt fortasse,

quibus *τῶν δὲ ἔνδον οἱ μὲν ἐκ τῶν* etc. *qui intra Pylum erant*, melius videbitur ob *τοὺς δὲ ἔνδον* cap. 66. Mihi vulgatum placet, ipsa orationis serie satis superque tutum. WESS.

592. 65. *Πεντεκαίδεκα ἔτη — κατεσχηκότων*] Rectius scripsisset XVI, *ἑξκαίδεκα*. Munita enim a Demosthene Pylus est anno Olymp. LXXXVIII. quarto, uti ipse memoriae prodidit L. XII. 63. WESS.

592. 68. *Νισαίαν ὑπ' Ἀθηναίους οὖσαν εἷλον*] Vide L. XII. 67. WESS.

592. 73. *Πρὸς τοῖς λόφοις τοῖς Κέρασι καλουμένοις*] Duo scopuli erant in Atticae et Megaridis finibus contra Salaminem. Situm Strabo signat L. IX. p. 604. *ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ Σαλαμῖνα, κεῖσθαι συμβαίνει τὰ ὄρια τῆς Μεγαρικῆς καὶ τῆς Ἀττίδος ὄρη δύο, ἃ καλοῦσι Κέρατα.* Paria ex Acestodoro in Themist. p. 118. E. Plutarchus. WESS.

592. 78. *Βαρέως φέροντες ἐπὶ τῷ* etc.] Vid. not. in L. III. 59. WESS.

593. 89. *Καὶ τῆς ἐκπτώσεως εἰς ἑξακοσίους*] Post *ἐκπτώσεως* deesse puto duo haec verba, aut similia, *αἰτίων γενομένων*. STEPH. Dele *καὶ* et post *ἐκπτώσεως* supple *αἰτίων*. RHOD. Hiat manifeste oratio, cui, si ex Vaticano *αἰτίους ὄντας* addideris, medeberis quidem pro partealiqua, nec sanam praestabis, nisi si in priore membro *τι νὰς* reticeri, uti L. XI. 53., arbitreris. Sequere ergo id, si lubet. Ego viris doctissimis accedo, mendam in Vaticano agnoscens. WESS. Ursinus *τῆς ἐκπτ. αἰτίους ὄντας* forsan ex Vaticano libro. IDEM in Add. Qui addidit *αἰτίων ὄντων*.

593. 91. *Χωρίον Ἀταρνέα*] De eo ad L. XVI. 53. WESS.

593. 94. *Τοῖς τὸ Ἰσχύον ἔχουσι*] Pro *Ἰσχύον* lege *Ἰσχίον*. At in Addend. forte *τοῖς τὴν Χῖον ἔχουσι*. RHOD. H. Stephanus in margine correxit et iubet legi *Ἰσχίον*. Nescio unde habuerit eam vocem, quae numquam mihi pro nomine loci lecta est. Ego simplicius lego *τὴν Χίον*, *urbem Chium*: quod consonat praecedentibus. PALM. *Τοῖς τὸ Ἰσχίον* etc.] Sic malui, quod propius hoc absit a vero. Nam scopum tetigisse viros doctissimos mihi persuadeo, quanquam Palmerius solens errat, dum corruptas veterum Codd. lectiones, quas margini suae editionis Stephanus adscripserat, ipsi viro erudito inputat. WESS.

593. 96. *Λάβδακον τειχίσαντες*] Iterum hoc loco lege *Θράσυλλος*, et pro *Λάβδακον*, quod est Syracusanorum castellum in Sicilia, de qua non agitur, lege *Λάμψακον*. et sic legendum esse patet ex Diodoro infra p. 388. eodem libro (cap. 104.) ubi ait Lysandrum recepisse Lampsacum et Atheniensium praesidium ex conditione foederis dimisisse liberum. PALM. Et *Θράσυλλος* et *Λάμψακον* auctoritate Xenophontis Hellen. I. p. 338. muniuntur. Bene proin coniectoris officio vir praestantissimus defungitur. WESS.

593. 4. *Ὃν οἱ Λάκωνες ἁρμοστὴν ἐκάλουν*] Vide L. XIV. 3. et cap. 10. Mittebant Spartani in provincias urbesque suae ditionis magistratum, quem a rebus ordinandis et conponendis *ἁρμοστὴν* nuncupabant. Appianus Bell. Civil. L. IV. p. 957. de triumviratu, *ἦν ἄν τις Ἑλλήνων ἁρμοστὰς ὀνομάσειεν, ὃ καὶ Λακεδαιμόνιοι τοῖς καθισταμένοις τὰ ὑπήκοα ἐτίθεντο ὄνομα.* Nimirum triumviri reipublicae constituendae dicebantur, atque ita quadamtenus Spartanorum *ἁρμοσταῖς* conveniebant, alioqui ampliore potestate instructi. Eleganter Aristides T. I. p. 368. mutatum totius Graeciae habitum post Cononis in patriam reditum describens, *ἐπίμπλατο δὲ ἡ θάλαττα*, inquit, *τῶν ἁρμοστῶν ἐκπιπτόντων, ἅτε ἀναρμόστων, καὶ οὐ κατὰ τὸ ὄνομα ἐγκατασταθέντων καὶ ἐχόντων τὰς πόλεις.* Atque hi quidem in provincias abibant, a Plutarcho etiam in Lycurgo p. 58. E., ubi in nupera editione sine causa quaedam mutantur, memorati. Alius generis est, de quo Dionysius Rom. Antiq. L. V. p. 337., paene infinito imperio ad rem publicam, si qua labasset, instaurandam praeditus, ut bene Nic. Cragius de Rep. Lacedaem. L. II. 13. Neque huc pertinet ex Demostrato apud Aelian. Hist. Animal. L. XIII. 21. *τῶν δέ τις τῶν ἐκ βουλῆς ἁρμοζόντων κλήρῳ τὴν Ἑλλάδα.* Graeciae enim, sive Achaiae proconsul est, sicuti apud Lucian. Toxar. c. 17. *ἁρμοστὴς, ὃς ἥρμοζε τὴν Ἀσίαν τότε*, qui proconsulari imperio provinciae Asiae praeerat. Nam, qui de Persarum satrapa ea Luciani accipiunt, seriem rerum perscriptarum non observant: et solent saepe Graeci, prorsus uti Latini, nomina magistratuum suae gentis ad alius populi praefectos describendos transferre. Wess.

593. 7. *Ἐρρωμένως ἀγωνισαμένων*] Obsequor scriptis membranis, etsi vulgatum *λαμπρῶς* Diodoro frequentius placuerit. De re ipsa Xenophon Hellen. L. I. p. 339. Wess.

594. 20. *Πρῶτον μὲν Σηλυβρίαν* etc.] A Selye et voce *βρίας*, urbem Thracibus notante, cum vocabulum sit conflatum, teste Strabone, *Σηλυβρίαν* itidem scribente, L. VII. p. 491. C., sic praestat, neque aliter aut Xenophon Hellen. I. p. 335. et p. 339. aut Plut. Alcib. p. 208. A. In Demosthene Orat. de Corona p. 148. nunc *Σηλυμβριανοί*, in vetustis vero schedis *Σηλυβριανοί*. Pessime apud Themistium Orat. XXIII. p. 290. *Συλημβριανός*. Wess.

594. 26. *Πόλιν βάρος ἔχουσαν*] Vide ad L. IV. 61. Wess.

594. 35. *Προὔδωκαν τὴν πόλιν*] Nominat proditionis auctores Xenophon Rer. Graec. L. I. p. 340., quorum principem Polyaenus non praeterierat olim, librariorum negligentia nunc adeo obscuratum, ut agnosci vix potuerit. Restituamus ergo hominem suum in locum. Verba L. I. 47. 2. haec sunt: *Θράσυλλος καὶ οἱ περὶ αὐτὸν στρατηγοὶ Βυζαντίοις ἐπέκειντο περὶ ναξίαν. οἱ στρατηγοὶ Βυζαντίων δείσαντες μὴ κατὰ κράτος ἡ πόλις ἁλῶ, συνέθεντο χρόνον, ἐν ᾧ παραδώσουσι τὸ Βυζάντιον* etc. Quisque videt, *τὰ περὶ ναξίαν* nihili esse, neglecta quoque ab interprete, ea

non intelligente. Notant e Mss. *Βυζαντίοις ἐτέκειντο. οἱ περὶ ἀναξίαν οἱ στρατ.*, quae quidem prava sunt, sed, parum si adiuventur, pristinum florem Polyaeno restituent. Scripserat, *Θράσυλλος — Βυζαντίοις ἐπέκειντο. οἱ περὶ Ἀναξίλαν στρατηγοὶ Βυζαντίων* etc. Namque inter tradendae Thrasyllo atque Alcibiadi urbis auctores praecipuo loco *Anaxilas* sive *Anaxilaus* fuit, uti praeter Xenophontem docebit Plutarchus Alcib. p. 208. D. Hoc itaque rectum. WESS.

594. 48. *Τὰ μὲν συντριβόμενα ταῖς ἀποστολαῖς*] Plane aliena ab hoc loco est vox *ἀποστολαῖς*. ei autem conveniret fortasse *ἐμβολαῖς*. Sed videtur subesse et alia depravatio. et alibi dicit *τοῖς ἐμβόλοις συντρίψαντες*, non *ταῖς ἐμβολαῖς*. STEPH. *Ταῖς ἀποστολαῖς*] Male pro *ἐπιβολαῖς*. RHOD. *Ἀποστολαὶ* nihil ad hunc locum; si addubites, adi Thucydidem L. VIII. 8., et quae ibi Dukerus. At gravius subest vulnus, luxaque oratio est et forte defecta. Cogitaveram quidem *τῶν πλοίων τὰ μὲν συντριβόντων τοῖς ἐμβόλοις, τὰ δ' ἀποσπώντων ταῖς σιδηραῖς χερσίν*· et, quoniam id nimium, etsi a scriptoris consuetudine non alienum videri potest, *τῶν μὲν συντριβομένων τοῖς ἐμβόλοις, τῶν δ' ἀπὸ τῶν* etc. Sed neutrum ita animo blanditur, ut pro vero putare velim. Aliunde ergo exspectandum est auxilium. WESS.

594. 61. *Πολὺν χρόνον ἀντιστάντες*] Veneto libro debetur loci huius salus, quam *Πελοποννήσιοι*, et quae sequuntur, sibi dudum expetiverant. WESS.

595. 69. *Εἰς πεντακοσίους*] *Καὶ τῶν πολεμίων τοὺς περιγενομένους ὅσον τριακοσίους ζῶντας ἔλαβε* Plut. Alcib. p. 208. F., ut aut hic aut illic in captivorum numero vitium sit. WESS.

595. 73. *Ὁμολογίας ἔθεντο*] Rectius *ὁμολογίαν* numero unitatis. STEPH. Obversatum, credo, memoriae Stephani fuit *ὁμολογίαν ἐποιήσαντο* ex cap. 66. At reminisci debuerat *εἰ δὲ συνθοῖντο ὁμολογίας* L. II. 33. Et *ὁμολογίας θέμενος τοιαύτας* L. IV. 58. eiusdemque generis alia. WESS.

595. 79. *Σπόριον Ναύτιον*] *Γάϊον Ναύτιον Ῥούτιλον* edunt Fasti. RHOD. Vid. Livium L. IV. 52., et quae ibi viri docti. WESS.

595. 81. *Εὔβατος Κυρηναῖος*] In Pausaniae L. VI. 8. *Εὐβώτας Κυρηναῖος*. Apud Xenophontem Hellen. I. p. 337. *Εὐβότας*, et in margine *Εὐβάτας καὶ Εὐβώτας*. In qua discrepante scriptura et *Εὔβατος* et *Εὐβότας* patronos habere poterit. Elige ergo. Id vero mihi praetereundum neutiquam est, omnia ea, quae de Chalcedone, Selymbria et Byzantio, Thrasyllique ad Ephesum clade memorata ante sunt, serius contigisse, si temporis apud Xenophontem notatio dubio careat. WESS.

595. 93. *Οὐκ ἐλάττους διακοσίων*] Tacet Xenophon. Verum Cornelius Nepos Alcib. c. 5. ducentas naves triremes superioribus praeliis Spartanos amisisse, quae captae in hostium venerint

potestatem; Plutarchus vero ducentas naves qua hostibus ereptas qua Atticas cum Alcibiade in Piraeeum fuisse invectas, plerasque ornatas clypeis spoliisque hostilibus in Alcib. p. 209. B. refert. Sed vide quae Athenaeus habet L. XII. p. 535. C. Durim, Nostro consentientem, secutus. Wess.

595. 5. *Οἱ δ' ἄποροι ὑπειλήφεισαν*] Videndus Plutarchus in Alcib. p. 210. B. et Isocrates de Big. p. 521. Quod vero statim consequitur de summa Alcibiadis in dicendo vi, id Comici poëtae aegrius ferrent. Eupolis certe praeter loquentiam illi nihil reliquit noto versu:

Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.

Sed is et inimicus erat, et *τραυλισμὸν* Alcibiadis potissimum respicit, ab ingenii non dissimilis poëta lepidissime notatum,

Ὅλῃς Θέωλος τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει,

in Vesp. v. 45. Wess.

595. 10. *Καθ' ὑπερβολὴν εὐπρεπὴς*] Formae pulchritudinem, cui mirifice studebat ipse, Alcibiadi plures tribuunt, *καλὸν* appellantes, ut Satyrus apud Athen. XII. p. 534., ubi plura. Wess.

595. 11. *Καὶ μεγαλεπήβολος*] Interp. versione sua *μεγαλεπίβολον* expressit, quo ingenio Alcibiadem fuisse constat: qui quidem cum saepe exstiterit *μεγάλων ἐπιτυχὴς* ac prosperos in maximis rebus successus habuerit, a vulgato non recedo. Confer not. in L. I. 19. Wess.

596. 21. *Τὸν ἄνδρα πάντες ἐδεξιοῦντο*] Adi Xenophontem Hellen. L. I. p. 342. et Plut. Alcib. p. 209. D. Wess.

596. 27. *Διόπερ αὐτῷ τήν τε οὐσίαν ἀπέδωκαν*] *Restituta ergo huic sunt publice bona: iidemque illi Eumolpidae sacerdotes rursus resacrare sunt coacti, qui eum devoverant: pilaeque illae, in quibus devotio fuerat scripta, in mare praecipitatae.* Sic Corn. Nepos in Alcib. c. 6., in eo cum Nostro dissentiens, ut iam olim Lambinus monuit, quod ipse pilas, quibus devotio fuerat inscripta, Diodorus *δίκας sententias*, quibus erat condemnatus, in mare demersas tradiderit: quamquam, si rem recte putes, *τἄλλα τὰ κατ' ἐκείνου κυρωθέντα* et pilas, quarum et Isocrates de Big. p. 513. conmeminit, conplecti possunt. Iunge Plutarchum Alcib. p. 210. A. et P. Leopard. Emend. L. VI. 4. In integrum autem restitutus amplissimaque cum potestate dux creatus Alcibiades legem rogasse fertur, *μηδένα στρατηγὸν ἐκ τοῦ στρατοπέδου ἀναχαλεῖσθαι*, *ne qui dux ab exercitu revocaretur.* Memor enim eorum, quae sibi Siciliensi expeditione evenerant, similem calamitatem a se amoliri hac lege constituit, modo revera perlata sit. Meminit eius Scholiastes Aphthonii, atque ex eo Io. Meursius Themid. Att. L. I. 11. Sed solent saepe Rhetores leges ipsi ferre, ut declamandi utramque in partem uberior sit occasio. Fac tamen latam esse; neque enim a vero dissidet, Alcibia-

dem sibi ita cavere voluisse: primus ipse expertus est, quam debile contra iratam multitudinem tali in lege patrocinium fuerit. Wess.

596. 36. *Ἀδείμαντον καὶ Θρασύβουλον*] Pro *Thrasybulo* Aristocratem Xenophon Hellen. I. p. 343. illi adiungit, non item Nepos Cornelius Alcib. c. 7. Wess.

596. 38. *Κάτριον φρούριον*] Xenoph. Hellen. I. p. 343. *Γαύριον* appellat. Rhod. Xenophon. L. I. non *Κάτριον*, sed *Γαύριον* habet; quod praefero et hoc loco scribi debere puto. Nam T. Livius L. XXXI. 45. *Gaureleon* vocat. Linea sequente pro *ἀνδρῶν* lege *Ἀνδρίων*. Palm. Idem a Xenophonte castellum indicari atque adeo aut eius in verbis aut Nostri vitium esse, dubio caret. *Γαυρίῳ* tamen cum patrocinetur, ut pulcre admonuit Palmerius, Andriorum portus, quem *Gaureleon* adpellabant, id quoque hoc loco malim. Quin ipso in Livio ob veterum Codd. discordiam idem fortasse praestiterit. Mox *Ἀνδρίων* Rhodomannus sua versione expressit, me non invito. Wess.

596. 45. *Ἐν μὲν τῷ περῳ. τείχει*] Vide not. in Hieroclis Synecdem. p. 681. Saepe *τεῖχος arcem*, munimentumque notat. Demosthenes in Midian. p. 358. *τεῖχός ἐστι πρὸς τὸ μηδὲν ἂν αὐτὸν ἐξ ἐπιδρομῆς παθεῖν*. Ioseph. Antiq. Iud. XVII. 1. 1. *ἀλλ' οὐδὲν — ἦν ἡ ἐπιγαμία τεῖχος*. Et L. XVIII. 6. 9. *ἄλλως τε γινώσκειν ὡς τεῖχος σοὶ καὶ τῆς ἀρχῆς ὁμοῦ καὶ τῆς σωτηρίας περιὼν γένοιτο ἂν Τιβέριος*. Tum cap. seq. sect. 2. *τεῖχος αὐτῇ τὸν ἀδελφὸν ἔλεγεν*. Quibus locis tutamen praesidiumque, ob quod reges *Ὀλύμπια τείχεα γαίης* Oppiano Halieut. L. V. 45. cum nota Rittershusii, explanate designat. Wess.

596. 51. *Τήν τε ναυτικὴν δύναμιν καὶ τὴν ἀρχὴν* etc.] Dicerес in his peregrini aliquid esse: omittunt *καὶ τὴν* praestantis fidei libri, videnturque adeo *ἀρχὴν* addidisse, ut prius clarius exponerent. Posses alioqui, quod in mentem venit doctissimo De la Barre, ex *ἀρχὴν* levi opera *ἄρδην* excudere, ut innuat, *funditus* eversum maritimum Spartanorum imperium. Sed hae suspiciones sunt, sine quibus vulgata scriptura salva esse potest. Wess.

596. 60. *Ἐκεῖθεν ναῦς ὅσας εἶχον*] Adde *καὶ ὅσας εἶχον*. Rhod. Ego vero nihil addo, auferens potius importunum vocabulum *παραλαβών*, quod vicinum sibi non patitur praecedens *προσλαβόμενος*. Sermō est de insula Rhodo, cuius tres civitates nondum in unam Rhodum coaluerant, cum Lysander ad insulam adpelleret. Testis ipse Diodorus c. 75. et Aristides in Rhodiaca p. 365. Wess.

597. 63. *Ἐξήρτυεν ἐξ Ἐφέσου*] Verius et rectius erit *ἐν Ἐφέσῳ*, ut mox cap. 71. *πυθόμενος ἐν Ἐφέσῳ τὸν Λύσανδρον* etc. In navium numero dissentit Xenophon Hellen. I. p. 344. Wess.

597. 68. *Μυρίους μὲν Δαρεικούς*] Conf. Plut. Lysand. p. 435. Wess.

597. 72. *Ὅπως ὅσα ἂν — χορηγήσαι αὐτοῖς*] Fuit eum *χορηγῆσαι* praeferrem, quod auctor infinitam nonnunquam orationem post *ὅπως* admittat, ut L. XX. 4. Nunc nihil innovo. Geminum est c. 75. *ὅπως ὁ μὲν Διοκλῆς προσκόψαι τοῖς πλήθεσιν.* Wess.

597. 85. *Περὶ τὸ Νότιον*] Harpocration *χωρίον* fuisse ait *προκείμενον τῆς Κολοφωνίων πόλεως.* At Herodotus L. I. 149. inter Aeolicas civitates diserte numerat. Vid. L. Holsten. ad *Νότιον* Stephani. Wess.

597. 93. *Δέκα δὲ ναῦς ἀρίστας* etc.] *Duabus* Antiochus *triremibus* in Ephesiorum portum invectus Lysandro insultavit, si fides Plut. Lysand. p. 435. C. et Alcib. p. 211. C., et, cui is sua debet, Xenoph. Rer. Graec. L. I. p. 344. A. sed Noster sibi constat. Wess.

597. 98. *Τὴν ἔφοδον*] Sensus postulat *τὴν ἄφοδον.* Rhod.

597. 8. *Δύο πρὸς ταῖς εἴκοσι*] *Ἀπολέσαντες πεντεκαίδεκα τριήρεις* Xenophon Hellen. I. p. 344., et Plutarchus Lysand. p. 435. Wess.

598. 13. *Οὐ τολμῶντος δ' ἀναχθῆναι*] Scripti Codd. si addicerent, *ἀνταναχθῆναι* praeoptarem: opportunius enim. Xenophon Hellen. I. p. 344. *ἐπεὶ δὲ Λύσανδρος οὐκ ἀντανήγαγε.* Auctor ipse in superioribus, *πάσαις ταῖς ναυσὶν ἀνταναχθείς.* At hi tacent; quare coniectura esto. Wess.

598. 19. *Ἠνάγκασε τοὺς φυγάδας, τοὺς τὰ τῶν Ἀθηναίων* etc.] Ad illustrationem huius loci et pleniorem historiae cognitionem addendum ex Demosthene: *Ἐκφάντου ξυμπράττοντος, καὶ τὴν Λακεδαιμονίων φρουρὰν μεθ' ὅπλων ἐκβάλλοντος, Ecphanto adiuvante et Lacedaemoniorum praesidium armis expellente.* Palm. Vide Demosthen. in Leptin. p. 341., qui Thasum ante hunc annum a Thrasybulo Atheniensium ditioni additam significat. Wess.

598. 22. *Πλεύσας εἰς Ἄβδηρα*] Sic veterum plerique. Marmor inter Donian. Clas. I. 98. *ΠΟΛΙΝ ΤΕ ΑΒΔΗΡΑ ΕΠΙ ΘΡΑΚΗΣ ΗΡΑΚΛΗΣ ΩΙΚΙΣΕ ΤΟΥ ΘΡΟΝΙΚΟΥ ΥΙΟΥ ΕΠΩΝΥΜΟΝ ΑΒΔΗΡΟΥ.* ubi id quidem singulare, *Abderum*, Herculis delicias, *Thronici* F. adpellari, qui ceteris *Erimo* patre dicitur natus. Sed in huiusmodi fabulis veri constantia desideratur ubique. Urbis originem, opes et fata exsecuti sunt Cl. Salmasius in Solin. p. 114. et Ioseph. Wasse ad Thucydid. in not. Addend. p. 669. Agri vero, quem occupabat, fertilem ubertatem auctor indicat L. XV. 36. et Is. Vossius ad Melae L. II. 2. 82. Wess.

598. 35. *Ὡς δ' ἐγγὺς ἐγενήθη τῆς πόλεως*] Haec alibi vix reperies. Xenophon quidem certe tacet, hanc Athenarum oppugnationem dignam non arbitratus, cui locum daret. Habet aliam L. I. Rer. Gr. p. 336., sed hac priorem. Wess.

598. 46. *Τὸ μὲν βάθος εἰς τέτταρας ἄνδρας*] Confer Aeliani Tact. c. 6. et quae viri docti adscripserunt Thucyd. VII. 78. et Lucian. Zeux. c. 8. WESS.

598. 49. *Ὑπὸ τῶν πολεμίων περιειλημμένα*] Interp. *ab hoste teneri* verterat, Spartanis hac versione nimium studens. Phalanx ad quinque stadiorum intervallum ab urbe aberat, uti continuo sequitur; quo ergo modo duas muri partes tenere potuit? WESS.

598. 56. *Καθ' αὑτοὺς προνενικηκότες ἐπὶ Δηλίῳ*] Soli, seorsum nec aliis coniuncti. Aelian. Hist. Animal. L. XV. 3. *καὶ οἱ μὲν αὐτῶν κατὰ τοὺς σῦς εἰσι μονίαι καὶ καθ' ἑαυτοὺς νήχονται.* Demosthen. in Leochar. p. 614. *ᾤχει καθ' αὑτὸν ἐν τῇ Σαλαμῖνι.* Et Noster L. XIV. 110. *καθ' αὑτοὺς δὲ οὐκ ὄντες ἀξιόμαχοι.* Alia viri Cl. Iac. Gronov. ad Arrian. de Alex. Exped. L. III. 21. et Lamb. Bos Animadv. p. 19. De pugna ad Delium superiore libro c. 70. actum fuit. WESS.

599. 66. *Ἐν Ἀκαδημίᾳ κατεστρατοπέδευσε*] De Pausania Xenophon L. II. Rer. Graec. p. 357. *πρὸς τὴν πόλιν ἐστρατοπέδευσεν ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ τῷ καλουμένῳ γυμνασίῳ.* Atqui Plut. Thes. p. 15. D. Spartanos auctor est, quoties in agrum Atticum excurrerent, Academia studiosissime abstinuisse. Sed ea non pugnant neque sibi contraria sunt. Pepercerunt luco sacrisque oleis, cum cetera, urbi vicina, urerent et vastarent pleraque: id docet Plutarchus et Schol. in Sophoclis Oedip. Colon. v. 689. WESS.

599. 78. *Ψευδεῖς αἰτίας ἐπέθρηψε τοῖς Κυμαίοις*] Tangit hanc foederatae Cymaeorum civitatis susceptam ab Alcibiade oppugnationem Corn. Nepos Alcib. c. 7., sed qui cum Nostro consentire non poterit, nisi arcano Atheniensium iussu urbem tentatam censueris, quae Cl. Bosii opinio parum probabilis. In Diodoro certe nihil est, quod illi patrocinetur. WESS.

599. 93. *Κυμαίων δὲ πεμψάντων εἰς Ἀθήνας* etc.] Nisi distinctione mutata inductoque *δὲ* scripseris post pauca *πόλιν — ἐπόρθησεν, ἐγίνοντο καὶ ἄλλαι* etc., ordo verborum erit salebrosior, longeque posterior illo, quem schedae Venetae praeferunt. Vide ergo utrum malis: ego veteri libro paene adstipulor. WESS.

599. 2. *Καταδυναστεύσειν τῶν πολιτῶν*] S. Iacobus Epist. c. II. 6. *οὐχ οἱ πλούσιοι καταδυναστεύουσι ὑμῶν*, i. e. *per vim opprimunt vos.* Eadem enim sunt *τὸ καταδυναστεῦον ἢ καταβιαζόμενον*, artissime etiam iuncta a Plut. in Osirid. p. 367. D. Unde *καταδυναστευόμενοι*, qui potentiorum vi opprimuntur, in Excerpt. Vales. p. 397. et Act. A. S. Lucae c. X. 38. Eleganter Philo Iud. de Ling. Conf. p. 335. E. *ὀχλοκρατία, ἣ θαυμάζει τὸ ἄνισον, ἐν ᾗ ἀδικία καὶ ἀνομία καταδυναστεύουσι.* WESS.

599. 8. *Ἀνσανίαν — — Θρασύβουλον*] In primo nomine variat Xenophon, qui uno loco *Λέοντα*, altero *Ἀνσίαν* vocat. Sed verum nomen est *Ἀνσίας*. Nam et ipse Diodorus infra p. 386.

sic eum appellat. Pro *Θρασύβουλον* vero iterum repone *Θράσυλλον*, ut est infra dictus p. 386. et apud Aristophanis Scholiast. ad Ranas. PALM. Probo doctissimi viri coniecturas. Vide Xenophontem Hellen. I. p. 344. et 349. WESS.

600. 10. *Ἀριστογένην* Clar. et Xenoph. L. I. Hellen. p. 244. Vulgo *Ἀριστογένη*. Vide Demetrium de Elocut. cap. 177. WESS.

600. 15. *Εἰς Πακτύην τῆς Θρᾴκης*] *Id ut ille* (Alcibiades) *audivit, domum reverti noluit, et se Pactyen contulit:* sic enim post Abrah. Ortelium verba haec Nepotis Cornelii in Alcib. c. 7. optime constituit Bosius, quem vide. WESS.

600. 18. *Θεωροῦντες αὐτὸν κακῶς φερόμενον*] Non damno Latina Rhodomanni: namque et *εὖ φερόμενοι ἐν τοῖς πράγμασι*, quibus res bene cedunt apud Plut. T. II. p. 68. D. Poteris tamen, si libeat, famam intelligere, qua pessime audiebat Alcibiades, ut in his Iosephi de Iud. Antiq. L. XVI. 7. 6. *Σαλώμη δὲ καὶ χεῖρον ἢ πάλαι φερομένη παρὰ τἀδελφῷ*. Alioqui omnia, quae pessime administrantur, *κακῶς φέρονται*. Strabo L. XIV. p. 991. C. *κατέλυσε τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν, κακῶς φερομένην ὑπό τε ἄλλων καὶ Βοήθου*. Xenophon Vit. Ages. p. 24. ed. Oxon. Tissaphernem *αἴτιον εἶναι τοῦ κακῶς φέρεσθαι τὰ ἑαυτοῦ*. WESS.

600. 20. *Ἵππων τετιμημένων ταλάντων ὀκτὼ*] In dubio animus fuit, utrum *πεντήκοντα* ex scriptis libris adsciscceret, an in vulgato acquiesceret. Magna quidem apud me membranarum est auctoritas, nec leve Rhodomanni, illis adsensi, iudicium, sed summa pecuniae, etsi non ignota sit veterum in *ἱπποτροφίαις* insania, fidem excedit. Adde Diomedem, cuius hi equi, in re mediocri fuisse: *κεκτημένος*, inquit Andocides Orat. in Alcib. p. 32. *οὐσίαν μετρίαν*. Maneat ergo sua in sede vulgatum, a Vat. et Venet. haud inprobatum, et mediocris fortunae homini convenientius. Crimen ipsum non praeteriit Plut. Alcib. p. 196. D. in multis tamen a Diodoro discrepans: nam currum Argivorum fuisse et Diomedis pecunia redemptum, dein ab Alcibiade interversum significat. Propius abest Andocides, etsi nec is usquequaque consentiat. Ceterum non videtur Plutarchus loci eius in Andocidis Oratione recordatus, alioqui huc non traxisset Isocratis orationem *περὶ Ζεύγους*, qua Alcibiadis F. Tisiam repellit, criminantem, sibi ab Alcibiade bigas fuisse creptas, quas patrem ab Argivorum civitate redemisse filius ait. Diversum enim crimen. WESS. Non ita librorum aliquot scriptura *πεντήκοντα* commoveri se passus esset Wesselingius, si perfrequentem librariis animadvertisset utriusque numeri (*ή* et *ν'*) permutationem: de qua v. annot. crit. ad 523. 11. Quinquaginta talentorum pretium pro illis temporibus nimis insanum esse non opus est demonstrari.

600. 23. *Κατὰ τὴν ὑπογραφὴν* etc.] Mos erat, ut prius pugnaturi profiterentur ac subscriberent, suos esse equos, quam in certamen conmitterentur. Plut. Alcib. p. 196. D. *πριάμενος δὲ*

ὁ Ἀλκιβιάδης, ἴδιον ἀπεγράψατο, τὸν δὲ Διομήδη χαίρειν ἔασε. Quam consuetudinem ex Nostri verbis observare haud neglexit P. Faber Agonist. L. I. 3. Wess.

600. 25. Ὑπεγράψατο. καὶ νικήσαντας τὸ τέθριππον etc.] Non video quo referri possit accusativus νικήσαντας. Melius procederet oratio cum νικήσας. Sed nec τὸ τέθριππον suspicione prorsus vacat. Steph. Germana lectio est νικήσαντος, intellige τοῦ Διομήδους. Paulo ante recepi in contextum πεντήκοντα, in margine assignatum. Rhod. Τοὺς νικήσαντας τὸ τέθριππον, ἰδίους ὑπεγράψατο] Molesta viris doctissimis verba ex Veneti Cod. fide suam in sedem revocavi, conmodam profecto. Nam τὸ τέθριππον quod suspicione gravet H. Stephanus, nihil est. Sexcenties νικᾶν στάδιον auctor dixit hunc ad modum. Ipse Stephanus citavit Thes. T. II. p. 1057. ex Florilegii cap. 1. L. I. Διοφῶν ὁ Φλιάσιος ἐνίκα Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην. Quin ἅρμα νικᾶν Pindarum scripsisse admonet Ill. Spanhemius Dissert. VIII. de Praest. et Num. Usu p. 549. Wess.

600. 29. Αὐτὸς αὐτοῦ κατέγνω φυγήν] Videtur legendum διὰ καὶ αὐτὸς αὐτοῦ, vel αὐτὸς οὖν αὐτοῦ. Steph.

600. 31. Προσετέθη καὶ συνωρὶς κατὰ τὴν etc.] Olympiade XCIII. Pausanias confirmat atque explicat L. V. 8. δρόμος δὲ δύο ἵππων τελείων, συνωρὶς κληθεῖσα, τρίτη μὲν Ὀλυμπιάδι ἐτέθη πρὸς ταῖς ἐνενήκοντα. Εὐαγόρας δὲ ἐνίκησεν Ἠλεῖος. Wess.

600. 33. Ἄρξας ἔτη πεντήκοντα] In haec interpretemque Rhodomannum ita insurrexit H. Dodwellus: *Plistoanactem illo anno defunctum annis* L *regnasse dicit interpres. Nescio qua fretus Mss. Codicum fide. In Graecis illa verba tantummodo legimus*, ἄρξας ἔτη ὀκτώ. *Certum est, deesse numerum maiorem. In margine legimus*, γράφεται πεντήκοντα. *Inde fortassis interpres loco* octo *legit* quinquaginta. *Nempe, ut videtur, quia paullo antea in margine reperierat* γράφεται πεντήκοντα *ad vocem in textu* ὀκτώ. *Sed plane nulla ratio est, cur numeri illi invicem confunderentur. Si itaque hunc numerum marginalem in Codicum Mss. margine repererint, de quo tamen nihil monent editores, e margine supplendum textum potius quam emendandum fuisse crediderim. Sic numerus annorum integer erit* LVIII, *quibus regnavit ille* Plistoanax. *Hi deducti ex Olymp.* XCIII. 1. *reliquam facient Olymp.* LXXXVIII. 3., *quo* Plistarcho *mortuo successerit* Plistoanax. *Sed vero hoc anno desinente Olymp.* LXXVII. 3. *occisus est* Pausanias. *Ita quadriennium reliquum erit a caede* Pausaniae, *quo adolevorit, regnumque adultus ipse administraverit*, Plistarchus. Annal. Thucydid. p. 73. Quae quidem ego maximam partem non scripta mallem. Nullo enim iure Rhodomannus notatur, qui e margine πεντήκοντα, quam Codd. veterum esse lectionem post haec nemo ambiget, adsciscendum censuit. Falsa est vulgata citra controversiam scriptura. Plistoa-

nax quippe, etsi admodum puer, iam rex erat anno Olymp. LXXX. tertio. Quod cum ex L. XI. 79. Interpreti haud lateret, cur non admitteret verisimiliores annorum numeros? Sed annos regnavit LVIII Plistoanax. Id vero quibus argumentis, quo teste probatur? Fatetur vir sagacissimus, difficillimum esse ad statuendum, quamdiu Plistarchus Pausaniae fuerit superstes: neque expedit sese nisi coniecturis ex coniectura aptis et connexis. Et tamen quo brevissimum Plistarcho sit regnandi spatium, regnum Plistoanactis iubetur esse productius annis quinquaginta. Mihi L Plistoanactis anni tamdiu placebunt, donec validioribus tormentis de sede deiicientur. WESS.

600. 35. *Καὶ Ἠλυσὸν*] *Ἰηλυσὸν*, seu *Ἰηλυσσὸν*, legatur, ut Homerus nominat Il. *B*, 656. RHOD. *Καὶ Ἰηλυσὸν*] Vide Ioseph. Wasse in Thucydid. L. VIII. 44. et supra not. in L. V. 57. Tres autem insulae civitates, Ialysum, Camirum et Lindum, in unam urbem Rhodum coaluisse constat omnibus. Strabo L. XIV. p. 966. Rhodum conditam refert *κατὰ Πελοποννησιακὰ*, admodum generali temporis notatione defunctus. Distinctius Aristides Rhodiac. p. 365. *ἐπὶ τῶν πρὸ Λυσάνδρου χρόνων τοῦ Λακεδαιμονίων ναυάρχου* Rhodum nondum exstructam fuisse, in confesso esse ait. Lysander hoc ipso tempore Lacedaemoniorum navibus cum sit praepositus, adpuleritque ad insulam necdum coalitis in unam civitatibus, sicuti dictum antea fuit, bene utique Aristidi cum Diodoro convenit. Adde et Io. Meursium Rhod. L. I. 10. WESS. *Ἰαλυσὸν* Rhodomannus in Add.

600. 46. *Ἐπὶ τῶν ὅρων κατέμεινε*] Ita correxi, quodammodo adiutus a Reg. 1. Mallem praeterea *εἶσιέναι* legeretur. Lege enim exsulibus apud Syracusanos interdictum erat regionis fines ingredi, prorsus ut Athenis, Demosthene teste Orat. in Polyclem p. 673. WESS.

601. 51. *Αἴτιος εἶναι τοῦ περιεωρακέναι* etc.] Vide superius c. 61. Quam vero studiose Graeci caesorum in praeliis corpora sepeliverint, notum satis est, docuitque conductis in unum exemplis Io. Kirchmannus Append. de Funer. c. 3. WESS.

601. 70. *Μετ' ὀλίγων*] Vitium, quod invaserat harum vocum ultimam, non latuit Rhodomanno. Ego ope membranarum refinxi. WESS.

601. 80. *Ὡς τετελ. ὑπὸ τῶν συγγενῶν παρεδόθησαν*] Venit doctissimo Rhodomanno in opinionem scriptum olim hic fuisse *παρεσώθησαν* quod equidem, si opem veteres schedae ferrent, pro reiiculo non haberem. At hae auxilium recusant, potestque *παρεδόθησαν* innuere, pro mortuis traditos sandapilariis in rogum inferendos, reapse occultandos: cuiusmodi artibus proscriptionis tempore servatos conplures memorat Appianus de Civil. Bel. L. IV. p. 985. etc. Itaque in vulgato tantisper acquiescam, donec scripti Codd. aliud edixerint. WESS.

601. 86. *Γάϊον Μάνιον Αἰμίλιον*] Tolle *Γάϊον*, ut adulterinum. Rhod. Alterutrum praenomen citra dubium auferendum est, natum ex *C. Valerii*, quae sequuntur, nominibus. In Livio Lib. IV. 53. *M. Aemilius* aut *Martius Aemilius* olim edebatur, quod vitiosum esse viderunt Sigonius, Pighius, et praeter ceteros Drakenborchius, huius loci non oblitus. Id vero praetermittere non debeo, Xenophontem Hellen. I. p 345. Cononis et Callicratidae res gestas in annum sequentem, cui Callias Atticis in Fastis nomen fecit, conferre: nec eam tamen temporis notationem Diodoro nocere posse, cum plura isti anno contribuantur, quae hoc vertente contigerunt, fatente H. Dodwello. Contra instituit Scholiastes Comici Ran. v. 33., pugnam ad Arginusas *ἐπ' Ἀντίνου*, seu *Ἀντιγένους*, sic enim scribere debuit, pugnatam memorans. Ea Callia, qui post Antigenem fuit, Archonte commissa fuit. Sed hoc occupavit S. Petitus Miscell. L. I. 14. Wess.

602. 95. *Ἄχαχος δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἁπλοῦς*] De M. Antonio Appianus L. V. Bell. Civil. p. 1183. *ὢν καὶ τἆλλα αἰεὶ τὸ φρόνημα ἁπλοῦς καὶ μέγας καὶ ἄκακος.* Sed illi non is animi habitus perpetuus fuit; de Callicratida nostro adsentitur Plut. in Lysandro p. 435. F. etc. Wess.

602. 3. *Παρέλαβε τὰς ναῦς* etc.] Non est verisimile Diodorum *παρέλαβεν* bis scripsisse, ut hic legitur, nullis interpositis verbis. Steph. Neque mihi verisimile fit. Credo fuisse *καταπλεύσας εἰς Ἔφεσον, καὶ τὰς ναῦς μετατεμψάμενος, τὰς πάσας* etc. quod et rei gestae bene convenire Xenophon Rer. Graec. L. I. p. 345. declarat. Wess.

602. 5. *Δελφίνιον κατεχόντων*] Loci natura et situs describuntur a Thucydide, munitum ab Atheniensibus Olymp. xcii. anno primo docente L. VIII. 38.; reciperarunt Lacedaemonii priusquam ad classem Callicratidas accessit, si ordinem rerum administratarum Xenophon Rer. Graec. L. I. p. 344. accurate observavit. Wess.

602. 9. *Ἐξέλιπον τὸ χωρίον ὑπόσπονδον*] Non improbarem, si qui liber addiceret, *ὑπόσπονδοι*. Sic Thucydid. VI. 59. *ἐχώρει ὑπόσπονδος ἔς τε Σίγειον.* Et Noster c. 64. *ὑπόσπονδοι τὸν τόπον ἐξέλιπον.* Vide ad L. III. 70. superius. Wess.

602. 18. *Τῶν δ' ἀνδρῶν φεισάμενος*] Methymnaeis pepercit: nam servos et qui ex Atheniensibus in praesidio fuerant, eos omnes sub corona vendidit, Xenophon Hellen. I. p. 346. Wess.

602. 28. *Ἐπὶ τὴν βοήθειαν τῆς Μηθύμνης*] Iusserat Cononi Callicratidas renuntiari *ὅτι παύσει αὐτὸν μοιχῶντα τὴν θάλατταν*, i. e. *se eum maris imperium clam atque adulteri more sibi vindicantem in ordinem redacturum*, apud Xenoph. Hellen. I. p. 346. Plutarchus enim, qui dictum id Callicratidae citat, Tom. II. p. 1100. B. *αἰσχρῶς καὶ κρύφα πειρᾶν καὶ παραβιάζεσθαι* simile esse indicat, neque hinc abludit Synesii Epist. V. p. 167.

πυνθάνομαι Κοντιανὸν ὄνομα — — μοιχᾶσθαι πάλιν τὴν ἐκκλησίαν καὶ ψευδοδιδασκάλους τινὰς ἐφιστάναι. Namque et ille ex Eunomii sectatoribus Christianorum coetus clandestinis artibus adgrediebatur atque invadebat. Ut ut fuit, satis liquet, Callicratidam Cononis fraudes perspectas habuisse, idque omni studio egisse, ut eum conpesceret: quanquam successum consilia non ubique prosperum nacta fuerunt. WESS.

602. 29. *Πρός τινι νήσῳ τῶν Ἑκατὸν καλουμένων*] Insulae prope Samum erant XX, sive, ut Timosthenes, XL, dictae ab Apolline *Ἑκάτῳ*. Sic Strabo L. XIII. p. 919., et, qui eum exscripsit, Stephanus. Deberet ergo, haec si omnibus sententia sederet, *τῶν Ἑκάτου καλουμένων* hoc loco legi. Necessarium tamen non est: namque et Herodotus, cuius ad Strabonem verba magnus Casaubonus haud neglexit, L. I. 151. *ἐν Τενέδῳ δὲ μία οἰκέεται πόλις, καὶ ἐν τῇσι Ἑκατὸν νήσοισι καλεομένῃσι ἄλλη μία.* WESS.

602. 31. *Τότε μὲν αὐτοὺς διαναυμαχεῖν ἔκρινεν ἐπισφαλὲς εἶναι*] Paene expunxeram *αὐτοὺς*, quod ante *διαναυμαχεῖν* locum occupavit, auctoribus schedis Venetis: est enim inutile, et, ut opinor, pravum. Scripserat *τότε μὲν αὐτοῦ διαναυμαχεῖν* etc. *tum quidem ibi certamine navali depugnare periculosum censuit.* WESS.

603. 38. *Ἐκβιβάσας οὖν τοὺς στρατιώτας*] Legendum esse *ἐμβιβάσας* pulcre monuit Rhodomannus. Vid. superius cap. 14. WESS.

603. 47. *Ἦρεν ἀπὸ τῆς ἰδίας νεὼς φοινικίδα*] Conf. huius libri c. 46. et Polyaen. Strat. I. 48. 2. ubi eadem. WESS.

603. 54. *Ἀντιπράττειν τὰς ναῦς*] *Ἀντιτάττειν* corrigit Rhodomannus, non ille quidem male. Vide tamen utrum ex *ἀντιπαρατάττειν* vulgatum suos natales habuerit. Nota ceteroqui sollemnis est confusio verborum *τάττειν* et *πράττειν*, de qua ad L. I. 2. III. 53. atque alias. WESS.

603. 62. *Ἀλλὰ πρύμναν ἀνακρουόμεναι*] Vide not. in L. XI. 18. WESS.

603. 78. *Τριάκοντα νεῶν κυριεύσας*] Paria Xenophon Hellen. L. I. p. 346., in ceteris parum discrepans. WESS.

604. 85. *Ὁλκάδας καθώρμιζεν οὔσας λιθοφόρους*] Sic praestat. *Ὁλκάδας λιθοφόρους* obscurius Interp. expressit. Onerariae naves erant, ex quarum malis sive arboribus trabes longae, ad similitudinem antennae pendebant, quarum ope enormes in adversarios eorumque naves lapides devolvebantur. Mox auctor *ἐπέῤῥιψαν ταῖς τῶν πολεμίων ναυσὶ τοὺς ἀπὸ τῶν κεραιῶν λίθους.* Et *πλεῖστοι δ' ὑπὸ τῶν λιθοφόρων κεραιῶν ἔπιπτον.* Itaque onerariae hae *λιθοφόροι* sunt dictae, quoniam *κεραίαις λιθοφόροις* erant armatae, ut *δελφινοφόροι*, in quibus *κεραῖαι δελφινοφόροι* apud Thucydidem VII. 41. eiusque scholiasten,

A re navali *κεραῖαι* traductae ad urbium defensiones fuerunt, ut earum auxilio libramenta plumbi aut saxorum in arietes incuterentur. Polybius in fragmento inter Mathemat. Veter. p. 325. *τοῖς μὲν κριοῖς διὰ κεραιῶν ἐνιέντες σηκώματα μολύβδινα καὶ λίθους καὶ στύπη δρύϊνα.* i. e. Livio interprete L. XXXVIII. 5. *in arietes tollenonibus libramenta plumbi aut saxorum stipitesve robustos incutiebant.* Adde eundem Polyb. L. VIII. 6. et, quae Is. Casaubonus in Aeneam Tacticum p. 1796. notavit: sunt enim illis multis partibus pleniora, quae Io. Schefferus de Milit. Nav. L. II. 7. conduxit. Wess.

604. 98. *Ἐπὶ τὰ μεγάλα πλοῖα*] Onerarias sive ὁλκάδας intelligit, quas *μεγάλα πλοῖα* videtur adpellare, quod *πλοῖα* plerumque minores naves, maxime si *ναῦς* adiiciantur, exprimere adsuerunt. Vide Iac. Gronov. ad Herodot. VII. 1. et C. A. Duker. in Thucyd. IV. 116. Opportune Ulpianus ad Demosthen. Timocrat. p. 443. *διαφέρει δὲ ἡ τριήρης τοῦ πλοίου, τῷ τὴν μὲν πολεμικὴν εἶναι, τὸ δὲ φορτικὸν καὶ ἐμπορικόν.* Wess.

604. 99. *Ἐπὶ τὰς χηλὰς τοῦ λιμένος*] Moles sunt lapidum in mare demersae, ut portum a ventis et fluctibus tutum praestent, testibus Criticis ad Thucydid. L. I. 63. Vide not. ad L. III. 44. Wess.

604. 12. *Διαζόμενοι μὲν γὰρ ἅμα*] Postremam vocem, si hinc ea exularet, ego revocandam non censerem. Videtur quidem certe ex praecedentibus hunc in locum ingesta. Wess.

604. 19. *Πολὺς ἐγένετο πόλεμος*] Vide Is. Casaub. in Polybii L. I. 12. haec citantem usumque vocis explanantem. Wess.

605. 36. *Εἰς τὸν ἐν τῇ πόλει λιμένα*] Exciderat ex Rhodomanni editione praepositio *ἐν*, quam revocavi. Eius absentia fraudi fuit Cl. Iac. Gronov. ad Steph. voce *Ἄβαι* et Herodot. I. 96. Wess.

605. 38. *Ὑπὲρ οὗ διηγωνίζοντο*] Sic malo ex Reg. 1. Pugna enim utrisque erat, hoc irrumpere, illo prohibere conante. De urbe et portubus Mitylenaeorum Strabo L. XIII. p. 917. *ἔχει δ' ἡ Μιτυλήνη λιμένας δύο. ὧν ὁ νότιος κλειστὸς τριήρεσι, καὶ ἐν ναυσὶ πεντήκοντα. ὁ δὲ βόρειος μέγας καὶ βαθὺς, χώματι σκεπαζόμενος. πρόκειται δ' ἀμφοῖν νησίον, μέρος τῆς πόλεως ἔχον αὐτόθι συνοικούμενον·* satis quidem opportune ad hunc Nostri locum. Sed quid est *καὶ ἐν ναυσὶ πεντήκοντα*; Interpres, *quorum austrinus conclusus est triremibus et navibus XC*, quasi *ἐννενήκοντα* in suo Ms. reperisset: quod etsi probum fuisse largiaris, necdum constabit oratio. Auferenda insuper praepositio est, aut certe mutanda. Hoc si placeat, Strabo ipse viam monstrabit, cum de Cnido L. XIV. p. 969. *δύο λιμένας ἔχουσα, ὧν τὸν ἕτερον κλειστὸν τριηρικὸν, καὶ ναύσταθμον ναυσὶν εἴκοσι.* Et de Chio p. 955. *πόλιν δ' ἔχει εὐλίμενον καὶ ναύσταθμον ναυσὶν ἑβδοήκοντα.* Legeris enim *καὶ ναύσταθμον ναυσὶ πεντήκοντα·*

sententia erit, praeter triremes tutam quinquaginta navibus stationem praebere. De angusto freto, sive Euripo, quo vetus urbs ab insula dissepta erat, Xenophon Hellen. I. p. 347. WESS.

605. 56. *Πρὸς αὐτοῖς τοῖς θερμοῖς ὕδασι πόλιν, ὀνομ. Θέρμα*] *Θερμὰ Ἱμεραῖα*, de quibus ad L. IV. 23. Nam his calidis aquis Thermarum oppidum fuit adstructum, conmigrantibus in illud praeter Poenos atque Afros, quorum auctor meminit, Himerensibus. Cicero L. II. Verrin. c. 35. *Himera deleta, quos cives belli calamitas reliquos fecerat, ii se Thermis collocarant, in eiusdem agri finibus, neque longe ab oppido antiquo.* WESS.

605. 61. *Γναῖος Πομπήϊος*] In Fastis est *Κορνήλιος*. Ideo in contextum interpretationis recepi. Facile autem hic errare potuit librarius. RHOD. Errorem vidit Pighius ad ann. CCCXLIV., estque manifestus: necdum enim plebeii, quales Pompeios fuisse constat, ad consulatum admittebantur. Vide Livium L. IV. 54. WESS.

605. 70. *Ἱμίλκωνα τὸν Ἄννωνος*] Inferius modo *Ἱμίλκων*, modo *Ἱμίλκας*, et scriptis in Codd. *Ἀμίλκας*, amanuensium, credo, peccato. Mallem *Ἀμίλκαν* elegissent ubique, quod quoties *Ἱμίλκας* occurret, libris praeeuntibus, refingam. Vide not. in L. XI. 20. WESS.

605. 74. *Εἰς τὰς Βαλλιαρίδας νήσους*] Sic voluit Coislin. amanuensis: quam scripturam cur praestare censuerim videbis ex L. V. 17. WESS.

606. 84. *Διὰ τὸ προσκεκόφθαι τοὺς Καρχηδονίους*] Habebis ipsam Diodori manum, si *προσκεκοφέναι τοῖς Καρχηδονίοις* refinxeris. Prius optimae fidei membranae offerunt, alterum perpetua paene scriptoris consuetudo. Namque et L. XIV. 10. *ταῖς γὰρ δημοκρατίαις προσκόπτοντες οἱ Λακεδαιμόνιοι*. Et L. XV. 6. *ὁ μὲν τύραννος προσκόψας τοῖς ῥηθεῖσι*. Tum L. XVII. 30. *ἐποίησεν ἐπὶ πλεῖον προσκόψαι τὸν βασιλέα τοῖς λόγοις*. Porro L. XIX. 70. *εὗρον Ἀκρότατον — προσκεκοφότα πολλοῖς τῶν νέων*. Et cap. 71. de eodem *προσέκοψε τοῖς πλήθεσι*. Firmat et Polyb. L. V. 7. *καὶ προσκόπτων ἤδη τοῖς περὶ τὸν Λεόντιον* quem vide eiusdem L. cap. 50. et L. VI. 4. adscriptaque superius L. I. 71. Offensos autem Campanos fuisse Carthaginiensibus et propterea in Siculorum partes inclinasse dixit antea cap. 62. WESS.

606. 89. *Τῶν δώδεκα μυριάδων*] Timaeo adsentitur Xenophon. Hellen. L. I. p. 345., sed expeditionem urbisque Agrigenti expugnationem in superiorem annum conferens: forte quod huic se bello tum Poeni paraverant. WESS.

606. 5. *Διαβοηθείσης δὲ τῆς Ἀννίβα βοηθείας*] Interpres obscurius. Copias auxiliares auctor innuit, quibus Hannibal, Poenis ut succurreret, Carthagine properaverat. Dicam inferius L. XIV. 48. WESS.

606. 12. *Ἐπέστελλον δὲ καὶ πρὸς τὰς* etc.] Pro *ἐπέστελλον* repone *ἀπέστελλον*. Et post *πόλεις* reiice *πρός*. RHOD. Ver-

similis est viri doctissimi suspicio: namque et oratio sic optime constat, et saepe haec verba confunduntur, uti in Aeliani L. II. 5. et L. XII. 1. Histor. Var. Forte tamen non deerunt, qui addita copula maluerint *καὶ πρὸς τοὺς παρορμήσοντας*. quod Interpreti non omnino displicuisse coniiceres. Sic Aelian. L. XIV. 1. de Aristotele, per literas Antipatrum adeunte, *ἐπιστέλλων πρὸς Ἀντίπατρον*. Mihi prius placet. Wess.

606. 27. *Οὔπω γὰρ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους τῆς Λιβ. πεφυτευμένης*] Pugnant his, quae ex veterum fabulis de Hercule supra prodidit L. IV. 17. Adde Herodot. L. IV. 198. Wess.

606. 29. *Τὸν ἐκ τῆς Λιβύης ἀντιφορτιζόμενοι πλοῦτον*] Explicet vim verbi Demosthenes Except. adv. Lacrit. p. 549. *ἐπειδὰν ἀπόδωνται ἐν τῷ Πόντῳ, ἃ ἦγον, ἀνταγοράζειν πάλιν χρήματα καὶ ἀντιφορτίζεσθαι, καὶ ἀπάγειν Ἀθήναζε τὰ ἀντιφορτισθέντα*. Tum post pauca: *οὔτε γὰρ ἠγόρασαν οὐδὲν ἐν τῷ Πόντῳ, οὔτε ἀντεφορτίσαντο*. Eorum ergo est, qui naves vicissim illis rebus onerant, quas suis divenditis aut permutatis receperant. Strabo L. II. p. 156. A. *πλεύσαντα δὴ μετὰ δώρων ἐπανελθεῖν ἀντιφορτισάμενον ἀρώματα καὶ λίθους πολυτελεῖς* de Eudoxo. Wess.

607. 37. *Τὸ δ' οὖν Ὀλύμπιον μέλλον* etc.] Vide L. XXIII. Ecl. 12. De Iovis hoc templo Polybius L. IX. 21. *καὶ ὁ τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου νεὼς ΠΟΛΥΤΕΛΕΙΑΝ μὲν οὐκ εἴληφε. κατὰ δὲ τὴν ἐπιβολὴν καὶ τὸ μέγεθος οὐδ' ὁποίου οὖν τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα δοκεῖ λείπεσθαι*, satis Nostro scriptori consentiens, modo *πολυτέλειαν* removeas. Negarine poterit magnificentia templo, quod universa sua structura tantum splendorem ostentabat? quo, si qua alia re, Agrigentinorum priscae opes praecipue spectabantur? Scribe *συντέλειαν μὲν οὐκ εἴληφε*, *absolutum quidem non est*, et bene procedent omnia. Vidit et correxit mendam Ph. Cluverius Sicil. Ant. L. I. p. 203., cui lubens adstipulor. Wess.

607. 49. *Ἡ κύκλωσις τοὺς οἴκους περιλαμβανόντων*] Pro *ἡ κύκλωσις τοὺς οἴκους περιλαμβανόντων*, quibus verbis manifesta subest depravatio, legendum suspicor, *ἢ κίοσι τοὺς τοίχους περιλαμβανόντων*. Steph. Lege cum Stephano *ἢ κίοσι τοὺς οἴκους*. Rhod. *Ἡ κυκλώσει τοὺς οἴκους περιλαμβανόντων*] Sani nihil in vulgata erat scriptura: quae eius in locum successit, melior quidem, nec citra labem tamen. Credo *κιόνων* vocem deesse, scriptumque fuisse aut *κύκλῳ κίοσι*, aut *κυκλώσει κιόνων τοὺς οἴκους περιλαμβανόντων*. Alterutrum sententiae satisfacit. Ph. Cluverius Sicil. Ant. L. I. p. 205. H. Stephani coniecturam pro certissima putavit. Wess.

607. 54. *Καθ' ἣν εἰς τὰ διαξύσματα δύναται* etc.] Vertit Interp. *tanta strigum amplitudine*, secutus eorum opinionem, qui columnarum canaliculos a Vitruvio voce *strigum* descriptos

putarunt. Sed eo in scriptore manu exarati libri, interque eos Franequeranus, semper *strigiles* praeferunt, quod verum esse Budaeus, Baldus atque alii dudum argumentis vicerunt. Wess.

607. 61. *Ἐν ᾗ τῶν ἡρώων ἕκαστον ἰδεῖν ἐστιν* etc.] Putares hinc sumpsisse divinum poëtam, cum de Aenea:

Namque, sub ingenti lustrat dum singula templo
Reginam opperiens, dum quae fortuna sit urbi,
Artificumque manus inter se operumque laborem
Miratur, videt Iliacas ex ordine pugnas,
Bellaque iam fama totum vulgata per orbem,
Atridas, Priamumque et saevum ambobus Achillem.

Aeneid. I. 457. etc., nisi et aliis in templis ea exhiberi et poëta ingenii sui viribus fingere potuisset. Wess.

607. 64. *Ἔχουσα τὴν περίμετρον σταδίων ἑπτὰ*] Vide supra L. XI. 25. Wess.

607. 71. *Ἅ τινα μὲν*] Lego *ὧν τινα μέν*. Steph.

607. 73. *Ἐν οἴκῳ τρεφομένοις*] Mallem *in cavea*, quam Attici quidem *οἰκίσκον*, teste Harpocratione et Aeliano de Animal. L. VIII. 24. vocabant: sed *πλεκτὸν οἶκον* in Epigrammate quodam Agathias Antholog. L. III. 24. p. 380. Wess.

607. 75. *Κατὰ τὴν προτέραν δὲ ταύτης Ὀλυμπιάδα*] Vicit Olymp. XCI. et XCII. Confer L. XII. 82. et L. XIII. 34. Wess.

608. 84. *Ἔτι δὲ στεγίσι*] Legatur *στελγίσι* vel *στλεγγίσι*, *strigilibus*. Rhod.

608. 90. *Καλεῖν ἐπὶ ξενίᾳ*] Nemo est, quin hoc intelligat. Scriptura tamen controversa. *Ἐπὶ ξενίᾳ* videlicet *τραπέζῃ*, probant viri praestanti eruditione Iac. Perizon. ad Aeliani Var. Histor. L. III. 37. et Lamb. Bos Myster. Ellips. p. 171. At *ἐπὶ ξένια* nimirum *δῶρα*, praeoptant, non minore doctrina conspicui H. Stephanus Thes. T. II. p. 1126. et Iac. Gronovius in Herodot. Lib. IV. 154. Editi scriptique libri variant: *ἐπὶ ξενίᾳ ἐκάλουν* habes in Luciani Hist. Ver. L. I. 29. *ἐπί τε ξείνια ἐκάλεον* apud Herodot. IX. 88. Quae a librariis mutari levi opera potuerunt, et conmutata persaepe sunt: minus conmode hoc Aeschinis *περὶ τῆς Παραπρ.* p. 49. *ἐκλήθην μὲν γὰρ ἐπὶ τὰ ξένια μετὰ τῶν συμπρεσβέων*. Itaque illas in partes pronus vergo, quibus posterius genus prae altero placuit. Est tamen, cum *τράπεζα* subintelligi debet, cuius exemplum defectus dant Iosephi verba Antiq. Iud. L. V. 2. 8. *καὶ μηδενὸς ἐπὶ ξενίαν τῶν κατὰ τὴν ἀγορὰν αὐτὸν παρακαλοῦντος*. Diodori Eclog. I. Ursini, *τοῖς μὲν φίλοις παρήγγειλε — παρακαλεῖν ἐπὶ ξενίαν*. Sed ea rariora paullo sunt. De *φιλοξενίᾳ* Gelliae Des. Herald. in Martial. I. 71. Wess.

608. 95. *Καὶ δή ποτε πεντακοσίων ἱππέων παραγενομένων*] Gelliae, quem tamen *Gilliam* vocat, liberalitatem et singulare in hospites studium merito praedicat Valer. Maximus L. IV. 8., non praeteritis Gelensium quingentis his equitibus. Me-

morat quoque Athenaeus L. I. 3. et eius verbis Suidas in Ἀθηναῖος, quibus Τελλίας est, amanuensium peccato. Tu vide rarae eruditionis virum P. Leopardum Emendat. Lib. XII. 15., ubi Valerii et Athenaei loca cum Diodoro contenduntur. Wess.

608. 99. *Καὶ Πολύκλειτος*] *Polycletus* Larissaeus Historias, quarum L. VIII. citat Athenaeus L. XII. p. 539., a se conditas reliquit: incertae aetatis, si G. Io. Vossium L. III. de Hist. Graec. p. 405. audis, scriptor, si Th. Reinesium, Alexandri in expeditione Indica comes. Ego vero a Vossio contra Reinesium sto: nam quae adferuntur Epist. XXVII. p. 316. ad Rupert., tantum probare apta sunt, Polycletum de rebus Alexandri et Indicis quaedam esse commentatum. Quod autem ibidem adstruitur: *Polycletum, quem allegat Diodorus Siculus Lib. XIII. in rebus Galliae Agrigentini, longe ante fuisse: militasse enim in Sicilia circa Olymp. XCII, et vidisse cellam vinariam istius Galliae doliaque in ea amphorarum centum*, id mihi conclusione quadam ex cella vinaria et Agrigentinae urbis excidio, etsi non admodum persuasibili, confecisse vir doctissimus videtur. Potuit enim Polycletus multis post Agrigentum a Poenis eversum annis in Sicilia militare et cellam eam videre. Namque urbs ita desolata non fuit, quin multa veteris magnificentiae argumenta durarent: ad hoc cella illa ex saxo erat excisa, neque adeo, nisi magno opere, corrumpi potuit; praeterea ex ruinis Agrigentum paullatim recidivum succrevit, nomenque aliquod inter Siculas civitates nactum fuit. Quae quidem a me impetrant, ut et hac in parte ab eruditissimo Reinesio dissentiam, Polycletumque Larissaeum eum esse opiner, de quo Diodorus. Wess.

608. 13. *Ἐν ἔθει γὰρ εἶναι τοῖς Ἀκραγαντίνοις* etc.] Hoc quidem peracute Gellias: qui cum alio tempore hominem durum, et deparcum, et vix tantum temporis servis, ut noctu interquiescerent, condonantem, hospitio excepisset, convocatis post prandium famulorum suorum pueris nuces et ficus distribuere coepit; illo vero rogante, *πόθεν παιδία τοσαῦτα; ταῦτα, ἔφη, οἱ ἐμοὶ οἰκέται ἐν νυξὶ ποιοῦσι*, non minus festive ex Serini Memorabil. in Io. Stobensis Floril. Tit. LX. p. 385. Wess.

609. 30. *Καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν ἐργαστηρίων ἔδωκε*] Ex Veneto defectum explevi. *Οἱ ἐπὶ τῶν ἐργαστηρίων* sunt officinarum praepositi, quibus assulas et sarmenta dedit, ut, ubi flammam ex arce promicantem viderent, ignem per omnes aras accenderent. Interpres aliud spectavit. Wess.

609. 40. *Πλείους τῶν δισμυρίων*] His ingentem mendam inesse monuit Ph. Cluverius Sicil. Antiq. L. I. p. 205., medicina neglecta. S. Bochartus Phal. L. IV. 20. p. 253. et de Phoenic. Col. L. I. 29. p. 553. et mendam animadvertit et corrigit, *δεκαχισμυρίων*, i. e. *decem myriadibus*, scribens: cui quidem favere res videtur ipsa: nam verosimile paucis erit, servos et peregrinos

tot partibus civium numerum excessisse, quot vulgata requirit. Favere etiam quodam modo ὀγδοήκοντα μυριάδες videbuntur, quas Potamilla Agrigento, dum fata Deusque sinebant, florenti contribuit apud Diogen. Laert. L. VIII. 63.; praesertim si notae numerales π et κ, ut Bochartus coniicit, sint confusae eo loci. Id tamen perinconmodum accidit, quod scripti Codd. nihil prorsus iuvent, proferrique in medium talia possint, quae receptae lectioni haud parum patrocinantur. Athenis duntaxat utar, quas Agrigento ampliores fuisse nemo prudens dubitabit. Et tamen cum Demetrii Phalerei tempore incolarum omnium census iniretur, reperti Atheniensium sunt *διςμύριοι πρὸς τοῖς χιλίοις, μέτοικοι μύριοι, οἰκετῶν μυριάδες τεσσαράκοντα*, auctore Ctesicle apud Athen. L. VI. 20. Qua quidem in civitate cum uno eodemque tempore XXI civium millia, peregrinorum X millia, servorumque CCCC millia numerarentur, absurdum utique haberi non potest, si Agrigentinos cives advenae et servi numero longe longeque superarint. WESS.

609. 45. *Μέχρι μέν τινος ἐπέπληττε*] Non satis cohaerent *φασὶ δὲ τὸν Ἀντισθένην — ἐπέπληττε — φῆσαι*. Medium si *ἐπιπλῆξαι* scripsisset, sine salebris oratio decurreret. WESS.

609. 52. *Τοσαύτην συνέβαινε τρυφὴν εἶναι* etc.] Huc pertinet acutum Empedoclis dictum, *Ἀκραγαντῖνοι τρυφῶσι μὲν ὡς αὔριον ἀποθανούμενοι, οἰκίας δὲ κατασκευάζονται ὡς πάντα τὸν χρόνον βιωσόμενοι*, *Agrigentini ita se luxui tradunt, quasi postridie morituri: domos vero aedificant, ac si perpetuo essent victuri*, apud Diogen. Laert. L. VIII. 63. WESS.

609. 65. *Ἐπί τινων λόφων, ἐφ' ὧν τούς τε Ἴβηρας*] Hiantem sententiam libri Veneti ope explevi. WESS.

610. 68. *Τάφρῳ βαθείᾳ καὶ χάρακι περιέβαλον*] Scripserat *περιέλαβον*, ut solet. Vide not. in L. XI. 30. WESS.

610. 84. *Ἅμα δὲ τούτοις ἐμίσθωσαν*] Non dubito quin scribendum sit *ἐμισθώθησαν*. STEPH. et RHOD. Gratia debetur Cod. Veneto, certissimam Stephani emendationem stabilienti. Sed aliud est, quod hunc locum inquinavit. Falsum enim est, quod continuo subiicitur *οἱ πρότερον Ἀμίλκᾳ συμμαχήσαντες*. Secuti erant superiore expeditione Hannibalis signa Campani illi, ut ex c. 44. et 62. constat. Itaque *Ἀννίβᾳ* oportuerat, quem *Hamilcar*, librariorum fortasse negligentia, sede evertit. WESS.

610. 87. *Λόφον, τὸν Ἀθηναῖον μὲν ὀνομαζόμενον*] Polybius urbi arcem inminere ait, in cuius summo vertice *Ἀθηνᾶς ἱερὸν καὶ Διὸς Ἀταβυρίου* sit conditum, L. IX. 21. Ab eo templo, quippe potiore, collem hunc *Ἀθηναῖον* adpellari Ph. Cluverius censet Sicil. Antiq. L. I. p. 208. Non credo. Arx enim, qua agrum spectabat, profunda atque inaccessa voragine erat circumdata, Polybio teste: praeterea templum Minervae intra urbem erat. Hic vero collis extra eius muros: ut adeo ab arce diversus sit. De templo loquemur deinceps. WESS.

610. 3. *Τὸν γὰρ τοῦ Θήρωνος τάφον* etc.] Vide L. XI. 53. Wess.

610. 5. *Τῶν τε μάντεών τινες*] Hic quoque puto esse τε pro τότε, et legendum *τῶν τότε μάντεών τινες*. Steph.

610. 15. *Τῷ μὲν Κρόνῳ παῖδα σφαγιάσας*] Conf. L. XX. 14. Neptuno Poenos quoque sacra fecisse, significavit superius L. XI. 21. Vide vero Interpretem, qui hic *turbam sacerdotum in mare demergit* vertens, suo exemplo patefacit, quam prona sit in errorem via, ubi animus in diversa distractus debitam notissimis etiam rebus curam negat. Wess.

610. 17. *Τὸν παρὰ τὴν πόλιν ποταμὸν*] Urbem in austrum versam alluebat fluvius, unde et illi nomen, *Acragas*; alteram partem, quae occidentem solem spectabat, *Hypsas* radebat, Polybio L. IX. 21. auctore. Alteruter intelligitur hoc loco, et posterior fortasse. Wess.

611. 27. *Καμαρίνους*] Praestat *Καμαριναίους*, ut optime H. Stephanus observavit. Sic enim perpetuo Diodorus eius urbis incolas adpellare consuevit. Vid. cap. seq. et L. XIV. 47. XVI. 83. Wess.

611. 38. *Ἐνίκησαν οἱ Συρακούσιοι*] Daphnaeus strenui imperatoris et militis munia hoc praelio obiit, egregiaque arte suos incendit, ut hostem urgerent. Strategema exponit Polyaen. L. V. 7. Wess.

611. 44. *Ἀναλάβῃ τὴν ἧτταν*] Sic L. XVI. 19. *ἀναμαχέσασθαι καὶ ἀναλαβεῖν βουλόμενος τὴν ἧτταν*. pro quo Appianus simili in re Bell. Hisp. p. 491. *καὶ τὸ πταῖσμα ἀναλαβεῖν ἐπειγόμενος*. Neque tantum de clade, quam sarcire altera pugna belli duces conantur, sollemne est, sed et de quovis delicto, quod meliore exemplo corrigitur. Euripid. Ion. v. 425. *Λοξίας δ' ἂν θέλῃ Νῦν ἀλλὰ τὰς πρὶν ἀνολαβεῖν ἁμαρτίας*. Plut. Dion. p. 975. D. *οἱ δ' ἄρχοντες τῶν Συρακουσίων — — τὴν αἰσχύνην ἀναλαβεῖν ζητοῦντες*. Quorum quidem si recordatus esset vir doctissimus, profecto non sollicitasset haec Appiani de Bell. Hispan. p. 508. *μεθ' ὧν ὁ Πομπήϊος — ἐπειγόμενος τὴν αἰσχύνην ἀναλαβεῖν*· neque adscripsisset, *si Appianus hoc loquendi genere usus est, illi excidisse est verisimile: non enim aliquis vult recuperare τὴν αἰσχύνην, sed contra τὴν δόξαν* sive *τὴν εὔκλειαν* —. *An potius dicemus, ἀναλαβεῖν novum quendam usum habere?* et reliqua, quae ibi legi malim; sunt enim mira. Wess.

611. 73. *Τέσσαρας αὐτῶν καταλεῦσαι*] Noster in Excerpt. Ursini p. 327. *τοὺς δὲ πρεσβευτὰς ἐπεβάλλοντο τοῖς λίθοις καταλεύειν*. Genus supplicii in tumultu, ubi furor arma ministrat, etiam apud Graecos frequens. Exempla, quae, si necesse foret, facile cumulari possent, dederunt viri doctissimi Io. Meursius in Lycophron. v. 331. et Iac. Perizon. ad Aelian. Hist. Var. L. V. 19. Wess.

612. 82. *Πολυτελῶς δ' αὐτὴν ὁρῶντες ὠχυρωμένην*] Quidquid opere ac sumptu egregie elaboratum, id *πολυτελὲς* huic scriptori. De regiis, quas ambas Semiramis munierat, *ἀμφότερα δὲ πολυτελῶς κατεσκεύαστο* supra L. II. 8. Inde *τεῖχος πολυτελὲς* L. XIV. 7. et *τειχίον πολυτελῶς ᾠκοδομημένον* ibid. c. 51. Quin et *λόγος πολυτελῶς γεγραμμένος* L. XIV. 13. Wess.

612. 86. *Καὶ τῶν σιτοπομπίων ἀποκλείοντες*] In Eclog. 12. L. XXI. *εἴργειν τῶν σιτοπομπίων*. At *τῆς σιτοπομπείας ἐπιλειπούσης* Lib. XIV. 35. Ergone et hic *τῶν σιτοπομπιῶν* rectius erit? Equidem non reiicerem, modo Codd. praeirent. *Σιτοπομπίαν* habet Demetrius, disputans utrum grandius hoc an *σίτου κομιδὴ* aut *σίτου πομπὴ* de Elocut. c. 92. Wess.

612. 87. *Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι παρατάττεσθαι μὲν οὐ τολμῶντες*] Oportet tamen haud segniter ab Hamilcare rem fuisse administratam ad Agrigentum, si verum sit stratagema, quo eius urbis cives in fraudem illexit, apud Polyaen. L. V. 10. 4. Wess.

612. 5. *Ὡς οὐκέτι τολμησόντων*] Auxi orationem priore vocabulo, Venetum secutus Cod., quo defectam eam dudum animadverterat H. Stephanus. Wess.

612. 19. *Ἀεὶ προσδοκῶντες ταχέως λυθήσεσθαι* etc.] Quod ante edebatur *προσδοκώντων*, tametsi schedae veteres tacebant, mutare sustinui. Flagitat enim orationis nexus, qui mihi potior ineptiis amanuensium, ob praecedens *Καρχηδονίων* vocabulum turpiter aberrantium. Wess.

612. 20. *Αἱ τῶν βαρβ. ἐλπίδες ἀνέκυψαν*] Alibi L. XIV. 9. *ὥστε αὐτὸν ἀνακύψαι ταῖς ἐλπίσιν*. Satis utrumque venuste. *Ἀνακύπτειν* est emergere et caput, metu depressum, erigere. Ioseph. Belli Iud. L. VI. 8. 5. *αὖθις δ' ὀλίγον ἀνακύψαντες ἐκ τοῦ δέους*. Rarius hoc eiusdem L. I. Belli I. 31. 1. *τούτους, ἐπανακύπτοντας αὐτοῦ ταῖς ἐλπίσιν, ἀποσκευάσασθαι σπεύδων Ἀντίπατρος*. Fratres sunt Archelaus et Philippus, contra conceptam Antipatri de regno spem caput erigentes. Wess.

613. 31. *Συνελθόντες οἱ στρατηγοὶ μετὰ τῶν* etc.] Syracusanarum copiarum praepositi. Vide mox cap. 91. Wess.

613. 62. *Εἰς Ἀεοντίνους κατώχησαν*] De hac enallage dictum est supra c. 12. Wess.

613. 65. *Ὁ δ' Ἀμίλκας ἅμα τῷ φύβῳ δύναμιν* etc.] Dant haec sententiam non prorsus damnabilem. Antistaret tamen *ἅμα τῷ ὄρθρῳ*, *cum diluculo*, quod Tan. Fabro in opinionem venit ad Anacreontem p. 143., modo membranarum auctoritate stabiliretur. Plerique enim Agrigentinorum superiore nocte excesserant urbe: summo dein mane Hamilcar copias in eam paene vacuam inmittit. Haec cohaerent egregie: constat etiam sermonis ratio. Ipse auctor *ἅμ' ἡλίῳ ἀνιόντι* L. XV. 18. et *ἅμ' ἡμέρᾳ* L. XIV. 72. *ἅμα ἡλίῳ* Liban. Antioch. p. 339. *ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνίσχοντι* Pausan. L. X. 23. p. 854. *ἅμ' ἡμέρῃ διαφωσκούσῃ* Herodot.

III. 86. et VIII. 23. *ἅμ' ἡλίῳ σκιδναμένῳ. Cum primo luci, pariter cum ortu solis* in simili re Latini, Plautus Cistell. II. 1. 49. et Stich. II. 2. 40. Sequatur ergo Fabrum, cui volupe fuerit. WESS. *Ἅμα τῷ φωτὶ, statim ut illuxit.* est dictio Polybio perfrequens. v. p. 15. 30. 44. 18. item Nostri II. 199. 62. REISK. *Φῶς* ita cum *φόβος* permutatum Xenoph. Anab. III. 1. 12.

613. 72. *Εἰς τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν*] Critici ad Pindari Olymp. Od. II. 16. *ἱερὸν δ' εἶπεν οἴκημα τὴν Ἀκράγαντα διὰ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς αὐτόθι νεὼν εἶναι περιττῶς ἁγιστευόμενον*, aberrantes quidem a poetae, aliud spectantis, sententia, sed templi apud Agrigentinos Minervae religionem declarantes. Fuit in arce, ut ex Polybio IX. 21. supra diximus. WESS.

613. 76. *Διελάμβανεν ἀφελέσθαι θεῶν ἀσέβειαν πολεμίων*] Planior fuisset verborum ordo, si *τὴν εἰς θεοὺς ἀσέβειαν* dedisset: hoc enim vult. *Εὐσέβεια* tamen *θεοῦ* est pietatis cultus, quem Deo debemus, in Clementis Alex. Strom. I. p. 417. Itaque *εὐσεβὴς θεοῦ*, qui hoc studio pro virili defungitur. Contra in Pausan. L. IV. 8. *καὶ θεῶν ἀσεβεῖς ὅσοι Δωριεῦσι πατρῷοι, τῶν τε ἄλλων καὶ μάλιστα Ἡρακλέους, et aliorum, qui Doribus patrii erant dii, tum praecipue Herculis numina impie laedentes.* WESS.

614. 78. *Μέγιστον, ἑαυτοῦ τὴν* etc.] Scripsisse puto Diodorum *καὶ τὸ μέγιστον*, ut alibi. STEPH.

614. 90. *Ἐν οἷς καὶ τὸν Φαλάριδος συνέβη κομισθῆναι ταῦρον*] Haec Diodori et eiusdem alia de Phalaridis tauro respicit Tzetzes Chil. I. 667. ubi si *Λουκιανὸς ὁ Σύρος* scripseris, et versus lacuna liber erit, et oratio constabit. Taurum autem cum Timaeus nullum fuisse asseverabat, propterea etiam reprehensus a Polybio in Excerpt. Legat. p. 1400. Quamquam, si fides veteribus Pindari interpretibus, non omnia Timaeus, quae de tauro prodebantur, in fabulis deputabat: taurum enim Phalaridis Agrigentinos in mare demersisse; illum vero, quem in urbe olim ostentabant, non Phalaridis fuisse, sed simulacrum fluvii *Gelonis* sive *Gelae* potius. Verba ad extremam Od. I. Pythionic. sunt: *τὸν δὲ τοῦ Φαλάριδος ταῦρον οἱ Ἀκραγαντῖνοι κατεπόντωσαν, ὥς φησι Τίμαιος. τὸν γὰρ ἐν τῇ πόλει δεικνύμενον μὴ εἶναι τοῦ Φαλάριδος, καθάπερ ἡ πολλὴ κατέχει δόξα, ἀλλ' εἰκών ἐστι Γέλωνος τοῦ ποταμοῦ.* Hinc discimus, quid contra illos Timaeus obmoverit, qui Agrigentinum sibi taurum opponebant: et cur Polybius ex ipsa tauri, quem Agrigentinis Scipio restituit, structura argumenta in Timaeum expromat, ut eum errasse, et taurum illi supplicio, cui destinatus ferebatur, habilem fuisse vinceret. WESS.

614. 95. *Σκιπίων γὰρ ὕστερον — σχεδὸν ἑξήκοντα καὶ διακοσίοις* etc.] Conveniunt numeri. Eversa Carthago est Olymp. CLVIII. anno tertio, quo tempore P. Scipio illa, quae quondam Agrigento a Carthaginiensibus fuerant sublata, Agrigentinis reddidit: *in quibus etiam ille nobilis taurus, quem crudelissimus*

omnium tyrannorum Phalaris habuisse dicitur, quo vivos supplicii caussa demittere homines, et subiicere flammam solebat. Quem taurum Scipio cum redderet Agrigentinis, dixisse dicitur: aequum esse illos cogitare, utrum esset Siculis utilius, suisne servire, an populo Romano obtemperare, cum idem monumentum et domesticae crudelitatis, et nostrae mansuetudinis haberent, inquit Cicero L. IV. Verr. c. 33., cui Noster consentit in Excerpt. Vales. p. 345., ubi et Σκιπίων, quod ex veteri libro restitui. WESS.

614. 2. *Ὁ τῶν πρό γε αὐτοῦ συγγρ. πικρ. κατηγορήσας*] Vid. L. V. 1. WESS.

614. 5. *Δεῖ γὰρ, οἶμαι, τοὺς συγγραφεῖς ἐν μὲν τοῖς ἀγνοήμασι* etc.] Vere Polybius, cum de Timaei dicto quodam disseruisset, subiicit L. XII. 5. *δύο μὴν τρόπους φαμὲν εἶναι ψεύδους· ἕνα μὲν τὸν κατ' ἄγνοιαν, ἕτερον δὲ τὸν κατὰ προαίρεσιν. καὶ τούτων δεῖν τοῖς μὲν κατ' ἄγνοιαν παραπαίουσι τῆς ἀληθείας διδόναι συγγνώμην· τοῖς δὲ κατὰ προαίρεσιν ἀκαταλλάκτως ἔχειν.* quibus non dissimilia reperiuntur in Excerpt. p. 1408. et 1415. Noster, qui Polybii fuit studiosissimus, quin haec aemulatus sit, mihi quidem dubium non est. WESS.

614. 14. *Ὀκτὼ μῆνας πολιορκήσας*] Xenophon Hellen. L. I. p. 345. septem menses urbem a Carthaginiensibus obsessam ait, non magno discrimine. WESS.

615. 21. *Καὶ τὴν ἄλλην κτῆσιν ἀποσκευάζεσθαι*] Satis bene vir doctus expressit *transportarent*. Frequens est de sarcinis ceterisque rebus, quae aut in urbem conportantur, aut alium in locum, ubi tutae sint, amandantur. Iosephus Ant. Iud. L. XIV. 16. 2. *τά τε ἐκτὸς τῆς πόλεως ἀπεσκευάσαντο, quae extra urbem erant, in eam collecta intulerant.* Et Polybius L. IV. 81. Lacedaemonii *δείσαντες τὴν Φιλίππου παρουσίαν, τὰ ἀπὸ τῆς χώρας ἀπεσκευάζοντο.* qui quidem verbi usus paullo rarior est. Non item alter, quo Dionysius Rom. Ant. L. IX. p. 582. *οὐδὲ γὰρ ἀποσκευάσασθαι δύναμιν ἔσχον οἱ φεύγοντες.* Hinc variae venustarum locutionum traduces, *ἀποσκευάσασθαι τυραννίδα* in Dionis Chrysostomi Or. XXXVII. p. 456. B., *μῖσος ἀποσκευάσασθαι* et *ἐγκλήματα* Ioseph. Bel. I. L. I. 29. 1. et cap. 31. 5., pluresque aliae, quas nunc quidem nihil moror. WESS.

615. 24. *Διὰ τὴν ἐκείνων παρουσίαν*] Emenda per *προδοσίαν*. RHOD. Plausibilis est viri docti coniectura. Pro vulgata pugnat gestae rei eventus: nam Syracusanorum praesentia, dum Agrigenti desident, atque annonam inertes absumunt, urbs ita adflicta fuit, ut hosti in praedam cederet, ut modo c. 88. vidimus. Nec intercedam tamen, si cui ea potior videbitur. WESS.

615. 29. *Οὐ μὴν συναχθείσης ἐκκλησίας*] Scribendum diceres *οὐ μὴν ἀλλὰ*, ut millies in hoc scriptore, aut certe *καὶ μήν*, sicuti in Veneto legitur, nisi *οὐ μὴν* simili modo posuisset in Exc.

Vales. p. 306. Poterit etiam, hoc quidem loco, arte connecti cum sequenti *οὐθὲις ἐτόλμα*. Wess.

615. 36. *Μὴ περιμεῖναι τὸν κατὰ τοὺς νόμους κλῆρον*] Interp. *καιρὸν* verius censuisse videtur: ego nihil muto. *Ὁ κατὰ τοὺς νόμους κλῆρος* sortitionem iudicum, quae ex legibus instituebatur, indicare potest. Hanc Dionysius exspectandam negat, utpote dubiam, et cupiditati imperii, qua ardebat, contrariam. Praeter ceteros autem Daphnaeum cum maxime reum egit, docente Philosopho Polit. V. 5. Wess.

615. 39. *Ὁ τὰς ἱστορίας ὕστερον συγγράψας*] Vide infr. c. 103. Hinc vero satis adparet, Philistum domo Syracusanum fuisse, non Naucratiten ex Aegypto, quod ex aliis Suidas prodidit. Qui enim peregrinus in tantis opibus tantaque gratia vulgi esse potuisset Syracusis, et praecipue adolescens? nam adolescentulum, cum haec administrarentur, fuisse, mors, quae hominem Olymp. CVI. anno primo oppressit, argumento est. Putem Aegyptiam hanc originem illi inpositam fuisse propter *Αἰγυπτιακῶν* et *περὶ Ναυκράτεως* libros, de quibus Suidas, modo tamen eiusdem Philisti sint foetus, de quo non iniuria dubitare posse videor. Wess.

615. 42. *Ὅτι — ἐκτίσειν τἀργύριον*] Sic L. V. 55. *ὅτι — ζωογονῆσαι.* et L. XII. 39. *ὅτι — δείξειν*. Sed conf. not. in L. IV. 26. Wess.

615. 44. *Ἀνέσεια τὰ πλήθη*] Verum hoc est, cuius *ἀνέπεισε* Coisl. scholion et interpretamentum. S. Marcus Evang. c. XV. 11. *οἱ δὲ ἀρχιερεῖς ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον*, et S. Lucas Ev. c. XXIII. 5. *λέγοντες, ὅτι ἀνασείει τὸν λαόν*. quorum priore loco ex Mss. similis glossa ostentatur. Noster L. XIV. 10. de Aristo, *τούς τε Συρακουσίους ἀνασείων*. Et L. XVII. 62. *Μέμνων — ἀνέσεισε μὲν τοὺς βαρβάρους*. Et in Excerpt. Ursini p. 333. *οἱ περὶ τὸν Λασθένην — ἀνέσειον τὰ πλήθη*, quae Suidas exscripsit in v. *Ἀνέσειον*, ut pulcre H. Valesius perspexit. Wess.

615. 49. *Οἰκείους ὄντας ὀλιγαρχίας*] Hoc praefero, etsi vulgatum patrocinio non careat. De Damophilo Athenaeus ex Posidonio L. XII. 11. p. 530. B. *ὅτι τρυφῆς ἦν οἰκεῖος*. S. Paullus Epist. ad Galat. c. V. 10. *ἐργαζόμεθα τὰ ἀγαθὸν πρὸς πάντας, μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως*. ubi qui *domesticos fidei* interpretantur, vereor ut vim locutionis plane perceperint. Fidei, puriorisque religionis studiosi describuntur, ut *οἰκεῖοι τυραννίδος*, qui tyrannidi student, L. XIX. 70. Wess.

615. 60. *Διὰ τὸ δοκεῖν προΐστασθαι τοῦ πολέμου*] Haec una voce defecta sunt. Addideris *κακῶς προΐστασθαι*, sine praecipitio decurret oratio. Mecum sentit Rhodomannus. Wess.

616. 70. *Ὡς διαπεμπομένων αὐτῶν*] Et haec hiulca esse, additoque *ἀγγέλους*, aut *βιβλιοφόρους*, explenda idem vir doctissimus in not. Addend. arbitratur. Nec persuadet tamen. Saepe in utroque sermone ea vocabula reticentur. Herodot. I. 75. Croesus

ἔς τε τὰ χρηστήρια ἔπεμπε, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας. ubi et alia ellipsis, de qua Cl. Iac. Gronov. Et Cicero XI. Fam. 16. *Mitte ad Lupum nostrum, ut is nobis eas centurias conficiat.* Conf. doctissimum Cortium in Sallustii Catil. c. 32. Wess.

616. 76. Ἀγνοῶν τὴν ἐπιβολήν] Scripsit τὴν ἐπιβουλήν. Praecessit, fateor, πάντα δὲ πρὸς τὴν ἰδίαν ἐπιβολὴν δημηγορήσας. Id iustum quidem, non hoc, errantis librarii manu, ut sexcenties in his libris, progenitum. Wess.

616. 93. Οἰκεῖα τοῖς πράγμασι] Conf. L. XVIII. 46. et XX. 10. Wess.

616. 13. Κατασταθεὶς ὑπὸ Συρακουσίων] De eo supra c. 85. ex Timaeo. Wess.

617. 27. Δεσποτείαν ἑαυτῶν ἀπεκάλουν] Est, qui ex Reg. 1. αὐτῶν mavult, quod δεσποτεία Ῥωμαίων sit imperium, quod Romani in alios inhibent, et δεσποτεία τοῦ μεγάλου βασιλέως, quo Persarum rex sibi subiectis imperat. Sed nihil opus eo est. Ordo verborum vulgatum tuetur; neque insolitum utroque in sermone est, ut eadem vox et agente et patiente vi instructa sit. Alias id exemplis firmabitur. Interea loci adi Celeb. Iac. Perizon. ad Aelian. II. 35. Var. Hist. et Pet. Burman. in Phaedri L. II. 8. 2. Wess.

617. 42. Τὴν ὥραν — παρῆν] Praeponit his Rhodoman. in not. auctario κατὰ, quam vocem si subaudiendam dixisset, me adstipulatore usus fuisset. Cornelius in Act. A. c. X. 30. καὶ τὴν ἐννάτην ὥραν προσευχόμενος ἐν τῷ οἴκῳ μου. Mox ἀγνοεῖν αὐτοὺς ἔφη διότι τῶν ἔξωθεν et reliqua rectius Latine verteris, *ignorare eos respondit, hostibus, qui extra moenia sint, longe ipsos infestiores experiri rerum in urbe curatores ac praefectos.* Wess.

617. 48. Διαφορεῦντες τὰ δημόσια] Non muto. Proprium paene Nostro est in opibus, quae dilaniantur atque intervertuntur. Vid. L. XIV. 46. XIX. 9. quaeque adscripta sunt huius libri c. 62. Διαῤῥοφοῦντες debetur errantibus librariis, quos contra peccasse diceres in veteri Epigrammate Anthol. L. II. p. 196.

Τετράκις ἀμφορέως περὶ χείλεσι χείλεα θεῖσα
Σειληνὶς πάσας ἐξεφόρησε τρύγας.

nisi in vulgato quaedam gratia et Venus inesset: nam quod Obsopoeus ἀμφορέας distichi principio refingit, id illi totum remitti debet. Wess.

617. 57. Πλείω τῶν συναρχόντων] Novo quodam usurpatum modo videbitur nomen πλείω hoc loco. Sed alibi passim similis est eius usus apud hunc scriptorem, etiam tanquam adverbialiter positi, ut supra pagina 58. δικαστῶν πλείω τῶν τετταράκοντα. Steph. Interpres Stephanum deseruit, verba haec ad Dionysium referenda arbitratus. Mihi commentum haud placet. Neque enim videtur Dionysius prae se tulisse, etsi vera res erat, plus ceteris praefectis se valere, plusque auctoritatis sibi parasse. Id ab

hominis consilio alienum erat. Hoc vero significat, Hamilcarem in literis innuisse, plures praefectos sese partibus suis conciliasse, neque adeo debere curiosius, si particeps esse nolit, in ea quae gerantur inquirere. Usum hunc vocis πλείω abunde declaravimus ad L. I. 92., quare et πολλοὺς Veneti nunc quidem repudiamus. Wess. *Περιποιησόμενον* ad sententiam, quam indicavi, videtur commodius. Idem in Add. Nihil opus nec Veneto correctore nec soloeco isto πλείω hic si usquam pessime adhibito. Nam apertum est πλείω dici *χρήματα πλείω*, quibus acceptis quiesceret Dionysius.

617. 61. *Οὐ γὰρ ἀνεκτέον εἶναι*] Rectius *ἀνεκτὸν εἶναι*. Steph.

618. 72. *Ἄχρις ἂν οἱ πολέμιοι τοῖς τείχεσιν ἐπισείωσι*] *Κριοὺς* aut *πόλεμον*. Ioseph. L. II. B. I. 17. 2. *καὶ τηλικοῦτον ἐπισείειν τῇ πατρίδι πόλεμον*. Wess.

618. 77. *Τὰς τριάκοντα μυριάδας*] Vid. L. XI. 22. Wess.

618. 89. *Ὥσπερ οὐκ αὐτοὶ ταῦτα κεκυρωκότες*] Hoc praetuli vulgato, ut paullo cultius, propter meliorum auctoritatem membranarum. Quod statim consequitur, *τοῖς λογισμοῖς εἰς ἑαυτοὺς ἐρχόμενοι*, lucem adfundit verbis S. Lucae Evang. c. XV. 17. *εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθὼν εἶπε*, saepe consideratis a Th. Gatakero Miscell. c. 29. p. 737. et in Antonini L. V. p. 174. Opportune Arrian. Diss. Epict. L. III. 1. *σὺ δ' αὐτὸ ἐρεῖς τόθ', ὅταν εἰς σαυτὸν ἐλθῃς*. Wess.

618. 98. *Ἕως ἐτῶν τεσσαράκοντα*] Convenit id moribus Atticis, quos omnes *μέχρι τετταράκοντα ἐτῶν* stipendia facere oportebat, si non fallit Demosthenis Scholiastes in Olynth. III. p. 21, quod opinor. Nam sexagenariis alii militiae demum vacationem, et rectius, largiuntur. At id nunc non agimus. Vide tamen quae in Scholiastem eum erudite disputavit elegantissimi vir ingenii Io. Taylor ad Lysiae Orat. in Andocid. p. 127. Wess.

618. 4. *Οὐδ' ἧξειν εἰς Λεοντίνους*] *Leontium* verterat Rhodomannus, ea propter reprehensus a Ph. Cluverio Sic. Antiq. L. I. p. 127. *Leontinos* enim urbem simul atque incolas perpetuo Latinos adpellare: quod verum. Wess.

618. 9. *Πυρὰ καίων*] Sic infra c. 111. *πυρὰ καίειν δι' ὅλης τῆς νυκτός*. Et XV. 84. XIX. 37. Appianus L. V. Belli Civ. p. 1100. *πυρὰ πολλὰ ἦγειραν σύμβολα τῷ Λευκίῳ*. Wess.

618. 15. *Ὑπομιμούμενον Πεισίστρατον τὸν Ἀθηναῖον*] Narrant Herodot. L. I. 59. Plut. Solon. p. 95. E. Polyaen. Strat. I. 21. 3. Wess.

619. 37. *Κατεσκήνωσεν ἐν τῷ ναυστάθμῳ*] Apud Plinium L. III. 8. *Syracusae — Portus Naustathmus, flumen Elorum.* qui quidem *Naustathmus* si ad flumen Elorum fuerit, uti Ph. Cluverius et Harduinus opinantur, longe alius atque hic est, quippe qui intra urbem Syracusanam aut propter illam sedem habuerit. Forte navale est, de quo L. XIV. 6. Wess.

619. 43. *Ἔγημε τὴν Ἑρμοκράτους θυγατέρα τοῦ καταπολ. Ἀθην.*] Sic omnes magno consensu memorant; ut excusari non possit doctissimi Maasvici lapsus, qua Dionysium Hermocratis, cuius egregia contra Atheniense enituit virtus, filium censuit ad Polyaen. V. 2. 2. Cogitasset Hermocratis eum filiam sibi matrimonio iunxisse, quod deinceps ex Nostri verbis recte admonet, et duos eiusdem nominis viros, nobilissimum alterum, alterum infimae sortis, non confudisset. Polyxeni uxor, Dionysii soror, *Thestes* nomine utebatur, Plut. in Dion. p. 966. F. teste. Wess.

619. 50. *Ἐκ γραμματέως καὶ τοῦ τυχόντος ἰδιώτου*] Eadem Demosthenes de Dionysio Or. in Leptin. p. 313., ubi enim de Syracusanorum potentia partisque de Carthaginiensibus et Atheniensibus victoriis dixisset, subdit: *ὑφ' ἑνὸς γραμματέως, ὃς ὑπηρέτης ἦν, ὡς φασι, τυραννηθήσεσθαι.* Quae cum exscripsisset Ill. Ez. Spanhemius Diss. IX. de Praest. Num. p. 705., conpositis Nostri verbis, conclusione haud iniusta conficit, scribarum apud Syracusanos munus satis vile fuisse. Addi potuisset ex oratione Theodori Syracusani, quam L. XIV. 66. habebimus, *καὶ ταῦτ' ἔκραξεν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ πάντες, ὑπηρέτης ἀρχείων, ἀπεγνωσμένος ἄνθρωπος.* Firmant enim ea, de Dionysio ibidem dicta, tali in munere Syracusis nihil fuisse amplum aut magnificum. Dissentit equidem Ulpianus in eam Demosthenis orationem, sed ita ut in dubio haereat: neque illius, etsi constantissima foret, asseveratio aequiparare Diodori auctoritatem et monumenta, quae secutus Sicula Siculus ipse est, poterit unquam. At *ἰδιώτης* non notat infimae sortis hominem, sed privatum, eoque nomine insigniuntur viri summi. Esto. Dionysius non *ἰδιώτης*, sed *ὁ τυχὼν ἰδιώτης* heic audit, quo titulo ecquis summorum virorum conspicuus usquam legitur? Sed quid multa de nobili Dionysii genere et loco? Pater fuit ex eorum numero, qui asinos et mulos fricare solebant. *Ὀνηλάτου μὲν υἱὸς Διονύσιος ἦν, ὁ τῆς Σικελίας ἄρξας ἔτη τεσσαράκοντα, δυοῖν ἀποδέοντα* Helladius ait in Photii Biblioth. p. 1580. Qua quidem origine qui superbit, is non *ἰδιώτης* tantum, sed *ὁ τυχὼν ἰδιώτης* i. e. *vilissimae conditionis homo* erit atque habebitur semper. Adde Polyaen. Strat. V. 2. 2. ubi *Διονύσιος Ἑρμοκράτους Συρακουσίοις ὑπηρετῶν καὶ γραμματεύων τοῖς στρατηγοῖς* ex scriptis libris optime Maasvicus instauravit. Wess.

620. 67. *Ἐποιήσαντο πολίτας τοὺς μετοίκους*] *Μέτοικοι* qui Athenis dicebantur, et terra et mari stipendia facere poterant, ut praeter Xenophontem de Rep. Athen. p. 548. Ammonius voc. *Ἰσοτελὴς* testatur. Quare civitate illos donasse videntur, ut hoc vinculo reipublicae artius obstringerentur. Accessere fortasse beneficia, quibus difficillimis his temporibus de conmuni Atheniensium optime erant meriti. Namque eam in donanda civitate legitimam caussam iuris Attici consulti requirunt, sicuti ex Demosthene

Or. in Neaer. p. 739. observavit S. Petitus L. L. Attic. p. 131. Wess.

620. 74. *Ὀγδοήκοντα τριήρεις*] *Πλείους ἢ τριάκοντα* Xenophon Rer. Graec. L. I. p. 347. Praeterea Athenis classem CX triremium Samum versus missam, quae X additis Samiis et XXX e ceteris sociis numerum CL aut aequarit deinceps, aut parum excesserit, prodens. Ad haec Callicratidae centum duntaxat et viginti triremes committit, vero similiora, ut arbitror, sectatus. Nam navium multitudine hoc praelio longe superiores fuisse Atheniensis etiam testis Plut. est in Apophtheg. Lacon. p. 222. Wess.

620. 85. *Κεῖνται μεταξὺ Μιτυλήνης* etc.] Rhodoman. in not. Addend. corrigebat, *κεῖνται δὲ — ἀπέχουσι*. Non male quidem ille, citra necessitatem tamen. Neque enim insolitum plane, ut plura participia sine connectente copula stipentur. Exempla dabit doctissimus I. Fr. Reitzius ad Luciani Toxar. c. 2. Ego vero maluissem copulam quoque inductam videre ante *τῶν Ἀργινουσῶν*, ubi sedes eius inconmoda admodum est. Wess.

620. 87. *Καὶ τῆς ἄκρας τῆς Κατάνιδος*] Quaenam fuit ea *Catanis acra*, de qua alii silent, tam historici, quam geographi? Nulla credo fuit: est enim ea vox mendosa, ut puto, sed in ea emendanda nihil iuvat Xenophon, qui in eo loco, ubi de hac pugna mentionem facit, in nomine loci corruptus est, male ibi repetita *Maleae* mentione, ut supra (Exercit. p. 62.) ad eum auctorem notavimus. Id promontorium apud Ptolemaeum dicitur *Καινὴ ἄκρα*, ubi credo legendum *Κάνη*, quod et Bertius interpretatur *Cane* oppidum. Pomponius Mela L. I. 18. id oppidum *Canna* vocat. Sed credo legendum *Cana* aut *Canae*. Stephanus in voce *Κάναι* hoc habet: *Κάναι πολίχνιον Εὐβοϊκὸν ἢ Λοκρὸν, κατὰ τὰ ἄκρα τῆς Λέσβου. ἔστι καὶ ὄρος Κάνη καὶ πόλις καὶ λίμνη.* quae etiam emendanda sunt et legendum: *Κάναι πολίχνιον Εὐβοϊκὸν ἢ Λοκρῶν. κατὰ δὲ ἄκρα τῆς Λέσβου ἐστὶ καὶ ὄρος Κάνη καὶ πόλις καὶ λίμνη.* Et in voce *Αἴγα* idem Stephanus habet: *Αἴγα τῆς Αἰολίδος ἄκρα, ὡς Στράβων, ἡ νῦν Κάνη καὶ Κάναι λέγεται.* Ex omnibus his locis simul collatis mihi persuadeo legendum esse in hoc Diodori loco, *καὶ τῆς ἄκρας τῆς Κανίδος*, nisi quis malit *Κάνης*. Potest tamen Diodorus a nomine urbis *Canae* formasse nomen promontorii *Κανὶς* analogia Graecis solita. Sic ab urbe *Ἄβαρνος* factum *Ἄβαρνις ἄκρα*, a *Γίγωνος Γίγωνις*, a *Λέῤῥα Λέῤῥις*, a *Λάρδανος Λάρδανις*, a *Τελμισσὸς Τελμίσσις*, a *Φάσηλος Φάσηλις* et alia. Palm. Amplector haec Palmerii, cui Is. Casaubonus praeivit in Strabon. L. XIII. p. 917. *Κανίδος* itidem hic scriptum a Diodoro fuisse suspicatus. Stephani Byzantini verba in *Κάναι*, quibus medicinam facere vir doctissimus allaboravit, ope Strabonis et scriptorum librorum melius constituta ab Holstenio et Berkelio sunt. Wess.

620. 92. *Τὰ πρὸς τὴν* perconmode Reg. 1. vid. supr. c. 45. Wess.

620. 93. *Καὶ παρ' ἀμφοτέροις ἀπαγορευόντων τῶν μάντεων*] Fallor, aut scriptum fuit *καίπερ ἀμφ. ἀπαγορευόντων τῶν μάντεων*, *quantumvis utriusque vates dissuaderent*. Scio haud multum dissimilia reperiri L. XV. 85. ubi *οἱ μὲν μάντεις σφαγιασάμενοι παρ' ἀμφοτέροις ἀπεφαίνοντο τὴν νίκην ὑπὸ τῶν θεῶν προφαινομένην*. Sed alio ordine ponuntur, nec ea tueri, quae sub manu sunt, possunt valide. Id, quod fuisse heic autumo, multo quidem conmodissimum videtur, mihique in memoriam redigit Io. Chrysostomi locum, in quo diversiore modo peccatum fuit. Editae nuperrime sunt T. XII. Oper. viri disertissimi Homiliae XI, nunquam ante publicatae: quarum prima trigesimo circiter die post Eutropium deiectum et auctoritate exutum ab Oratore dicta Constantinopoli est. Censet, fateor, egregius earum editor, citius habitam, et post terrae quidem tremorem anni CCCXCVIII. Cui opinioni obest oratio universa, in qua Eutropius *ἄοικος, ἄπολις, πρὸς τὴν ὑπερορίαν φυγὰς γέγονεν καὶ τῆς ἀναγκαίας ἀπορεῖ τροφῆς*. atque ubi bona, quae malis ille artibus ante corraserat, veluti naufragii tabulas, huc atque illuc dispersa ac disiecta traduntur, tota civitate ad id spectaculum conmota: namque is est *σεισμὸς*, cuius meminit, non terrae motus. Sed hoc obiter. Ea vero in Homil. p. 324. A. legitur: *καὶ ὅπου πέραν ἀπέλθῃς, ὥσπερ πλοίου μεγάλου καταποντισθέντος, ὁ μὲν τὴν σανίδα, ὁ δὲ τὴν κώπην* etc. *ἔχουσιν καὶ περιφέρουσιν*. Vertunt: *et quocunque etiam procul abieris* et reliq., non animadvertentes, scripsisse Chrysostomum *καὶ ὅπουπερ ἂν ἀπέλθῃς*, i. e. *et quocunque abieris*, quod res ipsa profecto expostulat. Wess.

620. 99. *Ὅτι τελευτήσας κατὰ τὴν μάχην* etc.] Plutarchus Pelop. p. 278. Callicratidam vati respondisse scribit *μὴ παρ' ἕνα εἶναι τὰν Σπάρταν*, *non verti in unius vita Spartae salutem*. Pro quo in Apophtheg. Lacon. p. 222. F. *οὐ παρ' ἕνα τᾷ Σπάρτᾳ*, haud paullo peius. Aliter Xenophon Rer. Graec. I. p. 348. Wess.

620. 1. *οὐδὲν ἀδοξότερον ποιήσει τὴν Σπάρτην*] Hoc etsi habet quo defendatur, minime tamen credibile ab Diodoro scriptum esse. Quod Reiskius reponit *ἀδοξοτέραν* confirmat ipse supra 531. 89. *τὴν Σπάρτην ἀδοξοτέραν πεποιηκότες*. Conf. annot. ad Exc. Vat. p. 38. 2.

Ibid. Τῶν δ' Ἀθηναίων ὁ στρατηγὸς Θρασύβουλος] Praestare arbitror *Θράσυλλος*, tum quod somnium, de quo sequitur, in Thrasybulum non conveniat; absolutus enim est, ceteris collegarum damnatis: tum quod Therameni ac Thrasybulo a ceteris inposita fuerit cura colligendorum mortuorum, ut cap. 101. videbitur; quod mihi argumento videtur, non fuisse apud Thrasybulum eius diei imperium. Wess.

621. 7. *Καδμείαν νίκην*] Confer not. in L. XI. 12. Wess.

621. 12. *Ἐκέλευον ἑτέροις ἀπαγγέλλειν*] Scribi *ἑταίροις* oportuisse Rhodomannus monuit: quo peccato nihil esse frequentius nemo ignorat. Vide Clariss. Io. Alberti Observ. Philol. in Iacobi c. 5. 12. et Gloss. Graec. in N. T. p. 113. Hic tamen moveri non placet, sed *ἐκώλυον* cum Cl. Wetstenio refingere. Id enim peropportunum. Wess.

621. 16. *Καὶ παραθρασύνας τοῖς οἰκείοις λόγοις*] Verum erit *παραθαρσύνας*, quod Rhodomanno non latuit, ut L. XIV. 115. *παραθαρσύνοντες τὰ πλήθη*. Appian. Parth. p. 277. *ἐξέλιπεν αὐτὸς αἰσχύνῃ καὶ κατηφείᾳ τὸ παραθαῤῥύνειν τὸ πλῆθος*. Quod idem vero vir doctissimus post pauca orationem explet in not. Addend. *ὅτι* vel *ὡς εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς* etc., id haud scio an supervacaneum futurum sit, modo legeris *οὕτως εἰμὶ πρόθυμος*. Ita enim sermo Callicratidae recte decurret. Wess.

621. 21. *Μετὰ τὸν τῶν ἡγ. θάνατον καὶ ἐν θορύβῳ* etc.] Inter *θάνατον* et *καὶ* desiderari aliquot verba constat. Fieri potest ut scripserit Diodorus *ἐν ταραχῇ καὶ ἐν θορύβῳ*, aut *ἐν στάσει καὶ ἐν θορύβῳ*. Steph. Non mihi defecta, sed iusto redundantior visa oratio est. Delevi proin molestam copulam, praeeunte Veneto. *Ἂν ἐγώ τι πάθω*, quod sequitur, ut inauspicatam mortis mentionem vitarent, frequens erat. Isaeus mire eo delectatur, ut vel Oratio de Apollodori Hered. p. 63. et seq. testabitur. Porro Clearchum sibi Callicratidam, si quid humanitus contingeret, substituisse ex Plut. Apophtheg. Lacon. p. 222., quamquam ibi *Κλέανδρος* nuncupatur, exploratum satis est. Wess.

621. 31. *Τοῦ μὲν οὖν δ. κ. Θράσυλλος ἡγεῖτο*] *Thrasyllum* recepi partim ob ea, quae tantum quod disputavi: tum quod scripti Codd. eum prae Thrasybulo probarent. Hoc amplius, liquet ex Xenophonte, tametsi aciem paullo is aliter instruat, in parte dextra curasse Thrasyllum L. I. Hellen. p. 348., in cornu vero sinistro Periclem, unde *καὶ τοῦ εὐωνύμου Περικλῆς* et hic praestaret, modo ambo scriptores in omnibus congruerent et consentirent. Neque id male, quod Interp. Periclis huius patrem ob singularem dicendi vim *Olympii* titulum impetrasse versione significavit. Sic enim auctor L. XII. 40., ubi notata vide, et Plutarchum Consolat. ad Apollon. p. 118. D. Wess.

622. 50. *Οὐ πολλαῖς ἐλάττω τῶν τριακοσίων*] De hoc *ἐλάττω* pro *ἐλαττόνων*, sicut *πλείω* pro *πλειόνων*, dixi antea in quadam in p. 58. annotatione. Steph. Destituit virum doctissimum memoria: nihil inibi notavit de vocabuli hoc usu. Nec a vero tamen abludit, quod animadvertit. *Πλείω* adverbii potestate his in libris saepe instrui, dictum est ad L. I. 92., rarius *ἐλάττω*. Dant scriptae membranae L. XX. 58. *πεζῶν μὲν οὐ πολὺ ἐλάττω δισμυρίων*. At L. XVI. 86. *ἱππεῖς οὐκ ἔλαττον τῶν δισχιλίων*. quod crebrius usurpari alias videbimus. Wess.

622. 61. *Διὰ τοὺς κρατίστους τὸν ὑπὲρ τῶν* etc.] Fortasse scribendum *διὰ τὸ τοὺς κρατίστους εἰς τὸν* etc. STEPH. *Διὰ τοὺς κρατίστους εἰς τὸν ὑπὲρ* etc.] Non mihi quidem dubium est, quin verus hic vates Stephanus fuerit. Favent coniecturae et sermonis genius et Venetus liber, e quo praepositionem restitui suam in sedem. WESS.

622. 68. *Ἐπὶ τὴν Ναυσίου τοῦ στρατηγοῦ ναῦν*] Lego *Ἀυσίου τοῦ στρατηγοῦ*. Nam *Nausias* inter illos decem duces classis nec a Xenophonte nec a Diodoro ipso nominatur. PALM. Vid. supra c. 74. *Lysias* hic, etsi navis, qua vehebatur, rimis fatiscens fundum peteret, mortis tum quidem periculum evasit, docente nos Euryptolemo in oratione apud Xenophont. Hellen. I. p. 352. WESS.

622. 83. *Καταπονηθῆναι*] Melius ex Xenophonte legitur *καταποντισθῆναι*. Nam sic de Callicratida ait, *ἀποπεσὼν εἰς τὴν θάλασσαν ἠφανίσθη*, quod est proprie *καταποντισθῆναι*. PALM. Haud scio an deserenda haec viri doctissimi sit coniectura. *Καταπονεῖσθαι* certe quidem Diodoro frequentissimum de illis est, qui infractis viribus succumbunt et conficiuntur. Exempla obvia sunt, et alias a me conducta. Mitto dicere, *καταποντισθῆναι* eorum esse potissimum, qui in mare deiiciuntur, quod in Callicratida verum non fuit. WESS.

623. 07. *Διώξαντες ἐφ' ἱκανὸν*] Sic L. XI. 40. *οἱ μὲν Ἀθηναῖοι τὸ τεῖχος ἔφθασαν ἐφ' ἱκανὸν κατεσκευακότες*. Alias *ἐφ' ἱκανὸν τόπον* aut *ἱκανὸν διάστημα* scribere solet, ut L. XII. 70. et L. XIV. 114. Adde P. Leopardum Emendat. L. V. 13. WESS.

623. 2. *Χαλεπῶς διατίθεσθαι — ἐπὶ τοῖς ἀτάφους* etc.] Lex erat Athenis, ut, si in non sepultum incidissent, ei terram iniicerent, apud Aelian. Var. Hist. V. 14. Erat et alia, quae in praelio mortuis publicae sepulturae honorem decernebat, de qua L. XI. 33. Utraque faciebat, ut illis molestia crearetur, qui bello pereuntes, ne sepeliri possent, negligerent. Hoc amplius, ex neglecta mortuorum cura superstitibus nasci poterat militiae taedium, veritis, ne sibi cadentibus idem contingeret; quod ducem suum, ne unquam posthabeat, diligenter admonet Onosander Strateg. c. 35. Quid autem parta victoria classis Atticae praepositi moliti sint, ut in mare deiecti tolli ad sepulturam possent, docet Xenophon Hellen. I. p. 348. WESS.

623. 17. *Καὶ Φωκαέων*] Instauravi vocem ex Reg. 1. indicio. Peccatum frequens. In Aristide Sacr. Sermon. II. p. 516. leges: *ὡς δ' ἐγενόμεθα ἐν Κλαζομέναις, ἐδόκει χρῆναι περαιώσασθαι εὐθὺ Φωκέας*. Imo vero *εὐθὺ Φωκαίας*. Recurrit error p. 519. *ἔστι δὲ χωρίον Γενναΐς, ἀπέχον τῆς Φωκέας οὐ πολύ*. Atque haec quidem expedita. Vellem succurri ita posset Appiano Syr. p. 162. *ἔς τε Φωκίδα, ὑπήκοον μὲν Ἀντιόχου, ὑπὸ δ' ἐκπλήξεως*

αὐτοὺς δεχομένην, κατήγοντο. Sed is Phocidem et Phocaeam confundit, ut Livium L. XXXVI. 43. contendenti perspicuum erit. Conf. supra ad L. V. 13. WESS.

623. 21. *Εἰς τὴν Τυρραίων πόλιν*] Reponendum sine dubio *Πυρραίων*. Nam *Πύρρα* urbs celebris in Lesbo insula: at nulla in ea insula *Τύρρα* aut *Τύρρος*. PALM. Loci vitium animadvertit Abr. Ortelius, *Ἐρυθραίων* corrigens Thesauri voc. *Tyrrhaeorum*. Sequor Palmerium. Hausta quidem *Pyrrha* fuit mari, sed suburbio vetus nomen, ut ex Plinio L. V. 31. notum, mansit. Paullo aliter Xenophon, opinionem tamen Ortelii iugulans, Hellen. L. I. 349. WESS.

623. 30. *Καὶ τὰς νήσους τὰς συμμ. Λακεδαιμόνιοι*] Suspicor *Λακεδαιμονίοις*. Nam qui in Aeolide, Ioniaque et insulis Lacedaemoniorum foederatis, agebant Graeci, legatis Spartam missis, ducem sibi Lysandrum optarunt. Diserte Xenophon Hellen. II. p. 354. et Plutarchus Lys. p. 436. E. WESS.

623. 36. *Δὶς τὸν αὐτὸν μὴ πέμπειν*] Aut addi debet ex Veneto *ἐπὶ ναυαρχίᾳ*, aut profecto subintelligi. Lex enim vetabat *δὶς τὸν αὐτὸν ναυαρχεῖν*, ut Plut. in Lysand. p. 436. E. scribit. Porro in *Arati* nomine admissum aliquid a librariis est. Dicebatur *Ἄραχος* apud Xenoph. L. II. Rer. Gr. p. 354. et Plutarchum eo loco, quem modo signavi. WESS.

624. 50. *Πρὸς τὰ πλήθη τῶν τελευτησάντων*] Ita si scripsit, *ἀκυρολογίας* difficulter absolvetur. Mallem equidem *πρὸς τοὺς συγγενεῖς τῶν τελευτησάντων*, quemadmodum post pauca, aut certe *πρὸς τὰ πλήθη*, omissis *τῶν τελευτησάντων*, reliquisset: neque enim ea, etsi fortasse de praepositionis defectu suspicio nascetur, salva esse poterunt. Palmerio aliud in mentem venit, scribenti: *imperfecta oratio, ubi procul dubio deest aliquid. Tentabam supplere τοὺς διαβαλόντας αὐτοὺς πρὸς τὰ πλήθη, ὡς ἀμελήσαντας τῶν τετελευτηκότων*, calumnia eos onerantes ad populum, ut qui nullam mortuorum curam habuissent. Quod si cui potius erit, praeoptet. WESS.

624. 58. *Ἔσχον ἀντιδίκους*] Adi Xenophontem Hellen. I. p. 350. WESS.

624. 68. *Καὶ Καλλιάδης*] Suspicor aliquid labis huic nomini ingenitum esse. Nusquam *Calliades*, neque c. 74., neque apud Xenophontem his ducibus annumeratur. Uterque *Erasinidem* memorat, qui una cum ceteris ducibus de iratae multitudinis sententia quum fuerit damnatus, *Calliadae* locum occupare poterit. Defit praeterea *Diomedon*, eiusdem criminis, si tamen crimen dicendum, et damnationis socius. WESS.

624. 83. *Καταδικασθῆναι τοὺς στρατηγοὺς*] Damnati VIII sunt, et VI, qui aderant, capitali poena adfecti. Tamen quoniam X duces praelium administrarant, *τοὺς δέκα στρατηγοὺς, τοὺς οὐκ ἀνελομένους τοὺς ἐκ τῆς ναυμαχίας* condemnatos alii,

Platonis Apolog. p. 32. exemplum secuti, perhibuerunt, de quibus dicere recordor Observat. L. I. 1. WESS.

624. 85. *Ὑπὸ τῶν δημοσίων ἐπὶ τὸν θάνατον ἄγεσθαι*] *Δημίων* Veneti si malis, non admodum pugnabo. *Δήμιος* enim *ὁ ἀπάγων τὴν ἐπὶ θανάτῳ* Herodianus inquit, quem in modum infra L. XIV. 107. Neque deest omne tamen patrocinium *τοῖς δημοσίοις*, quippe quaestionibus et suppliciis adesse consuetis. Id Comicus Lysistr. v. 436. et Dio Chrysost. Rhod. p. 348. testantur: praecipue posterior, qui Rhodi legibus nefas fuisse ait *τὸν δημόσιον τὴν πόλιν εἰσελθεῖν*, prorsus ut Romae intra urbem carnifici domicilium negabatur apud Ciceron. Or. pro Rabir. c. 5., quod de *δημοκοίνῳ* etiam Pollux L. IX. 10. prodidit. Adde *δημίους* et *δημοσίους* permisceri. Nam qui *δήμιος* in Aeschin. *περὶ Παραπρ.* p. 44. nunc dicitur, is Thomae Magistri aetate *δημόσιος* erat, ut ex eius *Δημόκοινος* constat. WESS.

624. 86. *Ἐπὶ τὸν θάνατον*] Alii articulum omisissent. Vid. L. XVIII. 67. WESS.

625. 93. *Καλῶς ἔχον ὑμᾶς φρονῆσαι*] Absolute, uti passim *ἐξὸν*, *παρὸν*, *δόξαν*. Sic *δοκῆσαν* Eurip. Heracl. v. 187.; *ἀρέσαν* Pausan. II. p. 185. et *μεταδόξαν* L. V. 9., *ἐπεῖξαν* Aristid. T. III. p. 558. Alia Sylburg. ad Dionys. I. Ant. Rom. p. 47. WESS. Cl. Ti. Hemsterh. malebat *καλῶς ἔχοι ὑμᾶς φροντίσαι*. quod quin vero proximum sit, postremum certe, dubitandum non opinor. Vide eum ad Aristoph. Plut. p. 461. IDEM in Add.

625. 94. *Καὶ ταῖς σεμναῖς θεαῖς*] Erinnyas *ἐπ' εὐφημισμῷ* Athenis hoc titulo describi ex Hesychio et Harpocratione nemo ignorat. Vide Io. Meurs. Lect. Attic. L. IV. 1. WESS.

625. 6. *Ἔνδεκα ἄρχοντες*] Saepius *οἱ Ἕνδεκα* Demosthen. adv. Lacriti Except. p. 553. Dinarch. in Aristogit. p. 106. Antiphont. p. 137. Praeclare Etymologus, *Ἕνδεκα, κληρωτοὶ ἄρχοντες ἦσαν οὗτοι, προεστηκότες τοῦ δεσμωτηρίου, καὶ τοὺς ἀπαγομένους κακούργους ἐπὶ θάνατον παραλαμβάνοντες ἐζημίουν* et reliq. Adde Schol. in Luciani Iov. Confut. c. 16. WESS.

625. 12. *Ὑπὲρ τῶν δημαγωγῶν*] Lego *ὑπὸ τῶν δημαγωγῶν*. STEPH. *Ὑπὸ τῶν* correxerat quoque Ill. Scaliger. WESS. in Add.

625. 17. *Ἐπίχειρα τῆς ἀγνοίας ἔλαβον*] Philo Iud. Leg. Cai. p. 1021. E. *ἀλλ' οἱ μὲν καλῶν πράξεων καλοὶ σύμβουλοι μικρὸν ὕστερον τὰ ἐπίχειρα εὗρον τῆς ἀσεβείας*. Et ibid. p. 1029. A. *μέλλων τὰ ἐπίχειρα καρποῦσθαι, γινωσκέτω πρώτιος ἐξ ὧν ἂν πάθῃ*. Sic saepe de poena, quae ex merito venit. Haud paullo aliter Aratus, quem amicum Philippus veneno petierat, *ταῦτα τἀπίχειρα τῆς φιλίας, ὦ Κεφάλων, κεκομίσμεθα τῆς πρὸς Φίλιππον*, in Polybii L. VIII. 9. Sed vide Cel. T. Hemsterhusium in Luciani Timon. c. 4., hoc etiam loco *ἀνοίας* probabili coniectura rescribentem, et quae dicta sunt ad huius Lib. c. 31. WESS.

625. 27. *Δακτυλοδεικτουμένην ἔχῃ τὴν πονηρίαν*] *Digito*

monstrari et dicier hic est, δακτύλῳ δείκνυσθαι plerumque εὐδοξίας τεκμήριον, docente Des. Heraldo in Martial. L. IX. 119. Nec aliud origine δακτυλοδεικτεῖν. Παιδία δακτυλοδεικτοῦντα τὴν ἐν τοῖς ἱματίοις γραφὴν, pueri, qui aequalibus pictas in ditiorum vestibus imagines digito monstrant, Asterio Homil. I. p. 4. Valuit usu, ut in flagitiosis et ob delicta notabilibus propriam quasi sedem haberet. Demosthen. in Aristogit. I. p. 491. ἀλλ' ὅτι δακτυλοδεικτεῖτε ἐπὶ τῷ πονηρότατον τῶν ὄντων ἁπάντων δεικνύναι; Quare et illi, qui Iuliano Imp. sacra lucri studio mutaverant, στιγματίαι περινοστοῦσι κατὰ τὰς πόλεις, μισούμενοι, δακτυλοδεικτούμενοι in Asterii Homil. III. p. 43. et Flaccus per Italiae urbes raptatus, ut in exilium pergeret, ὁ δὲ δακτυλοδεικτούμενος τῆς ἀθρόας μεταβολῆς πίπτει βαρυτέραις ἀνίαις apud Philon. in Flacc. p. 987. B. Mitto Io. Chrysostom. T. III. p. 319., Palladium Vit. Chrysost. p. 24. F., alios; longum enim facerem. Wess.

625. 32. Ἐν βίβλοις ἑπτὰ] Suidas Philistum res Siculas L. XI. et Dionysii Historiam libris VI. esse conplexum ait, a Nostro dissentiens. Congruit Dionysius T. II. p. 131., numerum tamen librorum non finiens. Utrumque opus respicit Cicero L. II. ad Q. Fratr. Epist. 13. *Siculus ille*, Philistus, *capitalis*, *creber*, *acutus*, *brevis*, *paene pusillus Thucydides*, *sed utros eius habueris libros*, *duo enim sunt corpora*, *an utrosque*, *nescio*. *Me magis de Dionysio delectat: ipse est enim veterator magnus*, *et perfamiliaris Philisto*. Nam de Dionysio alterum corpus, in quo de gestis Dionysii egerat, ut bene P. Victorius, indicant. Vossium de Hist. Graec. L. I. 6., Ciceronem pulchre explicantem, consule. Wess.

625. 36. Σοφοκλῆς Θεοφίλου] Lege ὁ Σοφίλου, ut ab aliis deducitur. Palm. Σοφίλου correxerat diu ante Palmerium in Vita Sophoclis Io. Meursius. Vulgati patrocinium quoddam professus est Io. Albert. Fabricius Bibl. Graec. L. II. 17., *Theophilum*, *Diphilum*, eo enim nomine patrem quoque adpellari, et *Sophilum* idem sonare asseverans. De *Diphilo* dubito. Laërtius L. II. 120., quorsum vir multo doctissimus nos ablegat eiusdem Bibl. L. I. 29. 8., non Sophoclis patrem, sed alium ex Comicorum numero excitat, de quo Menagius. Accesserim etiam, si in partes sit eundum, Palmerio Meursioque: nam Σόφιλον et Θεόφιλον idem esse nomen haud videtur, et qui *Theophilum* Sophoclis patrem, si Diodorum seponas, adpellaverit, nemo alius est. De poëtae aetate, partis victoriis, dissensuque in utraque re scriptorum veterum, nihil addo. Dixerunt abunde viri docti. Wess. Σοφοκλῆς Σοφίλου Scaliger. Idem in Add.

626. 39. Τὴν ἐσχάτην etc. χαρᾷ περιπεσεῖν — καὶ τελευτῆσαι] *Sophocles ultimae iam senectutis*, *cum in certamine tragoediam docuisset*, *ancipiti sententiarum eventu diu sollicitus*, *aliquando tamen una sententia victor*, *caussam mortis gaudium habuit*, sic Valer. Maxim. L. IX. 12., prorsus ex Diodori sententia

Lucianus tamen aliud mortis genus in Macrob. c. 23. optimo poëtae adscribit, cumque Luciano iunior Simonides Florileg. Epigramm. L. III. p. 396. Ceterum drama, quod auctori fatale fuisse perhibent, non aliud atque *Antigone* erat, si scriptor Vitae Sophoclis a vero non aberravit: nam Argumentum eius Fabulae qui conposuit, longe alia. WESS.

626. 43. *Κατὰ τὸν αὐτὸν ἐνιαυτὸν τελευτῆσαι*] Parium Marmor Euripidis mortem Archonte Antigene, i. e. anno superiore, Sophoclis vero, sub Calliae magistratu contigisse significat: ita vertentis anni decursu rebus humanis eripi potuerunt. Utrumque certe Callia Archonte, quum *Ranae* docerentur Aristophanis, inter vivos non egisse, indicat Fabulae eius v. 76., adfirmatque Apollodoir opinionem egregie. Eusebium, utriusque poëtae mortem *προχρονισμῷ* anticipantem, castigavit Ill. Scaliger ad Chron. ann. MDCIX. Contra peccant nec temere excusari possunt, qui Lysandro Athenas obsidente, fato concessisse Sophoclem tradunt, e quibus Plinius L. VII. 29. nam obsidio illa serior. Prudentius Pausanias L. I. 21. excursionis Spartanorum in Atticum agrum meminit, sed nihil de ducis nomine. At Plutarcho quid faciemus? Memoraverat Euripidem eo natum fuisse die, quo Graeci ad Salaminem cum Persa conflixerunt. Addit continuo, *ἀποθανόντος δὲ καθ' ἣν ἐγεννήθη Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος τῶν ἐν Σικελίᾳ τυράννων, ἅμα τῆς τύχης (ὡς Τίμαιος ἔφη) τὸν μιμητὴν ἐξαγούσης τῶν τραγικῶν παθῶν, καὶ τὸν ἀγωνιστὴν ἐπεισαγούσης* L. VIII. Sympos. p. 717. C. Hiccine *ἡμέρα, καθ' ἣν ἐγεννήθη* dies erit, quo quondam prima vitae usura Dionysius frui occoeperat? Dici id potest. Quorsum vero tum Timaei illud epiphonema? Id, ut nunc verba iacent, requirere videtur, eo die ad plures abiisse Euripidem, quo primum Dionysius lucem adspexit. Dices, illud esse falsissimum: fateor. Neque scribere potuisse, certe non debuisse Timaeum, fateor id quoque. Sed fac reliquisse eum, Euripidem *ἡμέρᾳ, καθ' ἣν ἐγένετο*, sive *ἐγενήθη, Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος τῆς Σικελίας τύραννος*, *quo senior Dionysius Siciliae tyrannus est factus*, diem obiisse supremum, et bene profecto sequetur: *fortunam simul subduxisse egregium tragicarum calamitatum imitatorem, et earum auctorem atque actorem in scenam introduxisse.* Quo enim die Dionysius tyrannidem occupavit, occupavit autem citra controversiam hoc anno, quo Euripides fato functus est, utique statim *ἀγωνιστὴς* fuit *τραγικῶν παθῶν*. Atque hoc mihi si dederis, expedita res erit: culpa recidet in Plutarchum, quem tu si quo alio modo absolvi posse putes, una ego illi litura satisfaciam. WESS.

626. 45. *Κυσὶ περιπεσεῖν καὶ διασπασθῆναι*] Quae huc pertinent, conduxit in unum Ios. Barnesius Vit. Euripidis p. XXXI. Poetae sepulcrum, et diversae de eo sententiae, ut constitui possint, vide in not. ad Itiner. Hierosol. p. 605. WESS.

626. 53. *Ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν ἔταξαν Φιλοκλέα*] *Adimantum* illi collegam addit Xenophon. Hellen. I. p. 349. WESS.

626. 64. *Μεταπεμψάμενος δὲ καὶ τὸν ἐκ Χίου στόλον ἐξήρτυεν*] Hoc placuit ex Clarom.; poterit, si cui libitum fuerit, et *καὶ ἐξήρτυεν* recipi, quo modo Venetus: alterutrum quidem certe necessarium est. WESS.

626. 69. *Τῶν ὑφ' αὑτὸν πόλεων τὴν ἐπίστασιν παρέδωκε*] Sic fere L. XIV. 41. Caussam itineris, quod Cyrus ingressus fuit, exponit Xenophon Rer. Graec. II. p. 354., sed in superiorem id annum conferens. WESS.

626. 73. *Ἐν τῇ Μιλήτῳ τινὲς ὀλιγαρχίας ὀρεγόμενοι*] Pessimas Lysandri artes, quibus Milesios, popularis status studiosiores, circumvenit et oppressit, distinctius exsequuntur Plut. Lysand. p. 437. B. et Polyaen. Strat. I. 45. WESS.

627. 78. *Μετὰ δὲ, τῆς ἀγορᾶς* etc.] Post *τὸ μὲν πρῶτον* solet subiici *μετὰ δὲ ταῦτα*, vel *ἔπειτα δέ*. STEPH. Quod Stephanus adscripsit, verum plerumque est: non usus perpetui. Pausanias L. IV. 7. p. 296. Euphaes servis imperavit, *πρῶτον μὲν τὰ κατὰ νῶτον τοῦ στρατοπέδου φράξασθαι τοῖς σταυροῖς, μετὰ δὲ, τὰ πλευρὰ ἀμφότερα*. Et c. 9., quem locum indicavit diligentissimus Sylburgius, *μετὰ δὲ, ἀνέτεμε*. Idem et Herodoto probatum, si schedis Mediceis certissima fides fuerit, L. VI. 38. *μετὰ δὲ, τελευτᾷ ἄπαις*. Nam alibi spernere hoc genus haud consuevit. WESS.

627. 84. *Κατῴκισεν εἰς Κλαῦδα* etc.] Neque de hoc castello alius auctor, quod sciam, mentionem fecit, nec de illa *Claudia* regione: ideo ex sola coniectura licet emendare hunc locum sine dubio mendosum: et in proclivi quidem foret reponere *Λυδίας*. Sed non fuit Lydia sub Pharnabazi praefectura: nam Tissapherni, et post eum Tithrausti, parebant Caria, Ionia, Lydia. Pharnabazo vero Aeolis, Hellespontus, Bithynia. Ergo censeo reponendum pro *Κλαυδίας Αἰολίδος*: nam ex vestigiis unius et litteris fugientibus potuit ab imperito exscriptore altera supponi, sic *αἰολίδος* (*evanidas litteras typographum imitari iussit Palmerius*), qui dubius quomodo scriberet, putavit, ut ex *Σικύων* fit *Σικυωνία*, sic ex *Κλαῦδα* debere fieri *Κλαυδία*. PALM. Credo fuisse *εἰς Βλαῦδα*, sive *Βλαῦδον*, *φρούριόν τι τῆς Λυδίας*. Nec obstat, quod Pharnabazo Lydia haud paruerit. Erat enim *Βλαῦδος* seu *Βλαῦδα* in ipsis Lydiae et Phrygiae finibus; quare Phrygiae a Stephano, Lydiae a Strabone contribuitur L. XII. p. 851. Phrygiam autem Pharnabazi ditioni subiectam fuisse, satis constat. Erat et his in oris, modo tamen diversum sit, oppidum *Βλαῦδον*, unde *ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ* numi in Thes. Britann. T. II. p. 100. De eo ad Hieroclis Synecdem. p. 662. WESS.

627. 86. *Ἐπὶ Θάσον τῆς Καρίας*] Nulla *Thasus* fuit in Caria. Lege meo periculo *Ἴασον*, ut infra Diodorus L. XIX. p.

712. De ea Ἰάσῳ mentionem fecerunt Thucydides, Polybius, Arrianus, Heraclides, Diogenes Laërtius, Appianus, multi alii. PALM. Plausibilis Palmerii coniectura est, quamquam Xenophon eandem rem referens Hist. Graec. L. II. p. 355. *Cedreas*, Cariae urbem, Atheniensium sociam, a Lysandro direptam prodidit. Forte exscriptoris animo obversata fuit Lysandri in Thasios expeditio apud Polyaen. I. 45. 4., vitioque originem dedit. De Cariae Iaso vid. ad L. XIX. 75. WESS.

627. 90. *Μετὰ ταῦτ' ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν* etc.] Neglexit, quod nihil memorabile tum fuerit administratum, Atticae hanc incursionem Xenophon. Non item Plut. Lysand. p. 437. E. WESS.

627. 4. *Ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς*] Ita perpetuo Graeci, Latini plerumque *Aegos flumen*. Vide Clarissim. Fr. Oudendorpium in Frontin. II. 1. 18. Mox, si liceret, praeferrem *οὐ δυνάμενοι τὸν πλείω χρόνον ἐκεῖ διατρέφειν τὰς δυνάμεις*. Commeatus enim revera illic fuit angustior, ut mox docebit ipse, et habet vulgatum quid insolentius. WESS.

627. 9. *Ὅτι Μήδοκος καὶ Σεύθης*] Tota haec narratio de Alcibiadis colloquiis cum ducibus classis et de pugna ipsa multum differt ab iis, quae habemus apud Xenophontem. Forte haec habet ex Theopompo Diodorus: nam de eo bello scripserat, et Thucydidem continuaverat. Sed mihi potior est fides Xenophontis, cuius scripta exstant. PALM. Medocus Odrysarum rex erat, cum Scuthes Thraciae oram maritimam imperio teneret. Iunguntur iterum L. XIV. 94. et a Xenophonte Hist. Gr. L. IV. p. 422., ubi prior Ἀμάδοκος, quem *Μήδοκον* tamen L. VII. Exped. Cyr. p. 315. atque alibi adpellat. Similis discrepantia in Isocrate Or. ad Philipp. p. 121. et Harpocratione voc. Ἀμάδοκος animadversa a Maussaco, et, qui eius in not. crisin exercuit, H. Valesio fuit p. 87. Videntur Thraces *Μήδοκον* et Ἀμάδοκον dixisse. Certe Ἀμάδοκον, antiquissimum Thracem, memorat Pausan. L. I. p. 11. Sed eruditissimum Valesium adi. Porro quod Palmerius ex Theopompo haec Diodorum excerpsisse opinatur, id a vero non abludit. Nec erat tamen, cur eius fidem sperneret: nam et quae Xenophon et quae Diodorus afferunt, ab Alcibiade quidni dicta censeamus? Non enim pugnant. Cornel. Nepos in Alcib. c. 8. similia ex eodem Theopompo memoravit. WESS.

628. 21. *Τὰ δ' ἐπιτεύγματα προσάψειν ἅπαντα Ἀλκιβιάδῃ*] Scripsisse ἅπαντας videtur. Cornelius Nep. de uno Philocle, *si quid secundi evenisset, nullam in ea re suam partem fore: contra ea, si quid adversi accidisset, se unum eius delicti futurum reum.* An quoniam summum apud eum per illum diem classis esset imperium? Xenophon et Plutarchus Alcibiadis non sine verborum contumelia repulsi culpam in Tydeum et Menandrum praecipue conferunt. Utrumque, si animum intenderis, cum veritate facile congruet. WESS.

628. 32. *Καὶ τὸν Φιλοκλέα τρεψάμενος*] Haec et quae consequuntur multum distant a Xenophonte Hellen. II. p. 356. et Plut. Lysand. p. 438. Id demiror, nullam hic proditionis mentionem iniici, qua Tydeus et Adimantus classem Lysandri in potestatem tradidisse perhibentur. Vide Pausaniam L. X. 9. p. 820. Wess.

628. 45. *Μήτε πεζῇ διαγωνίζεσθαι δυνάμενοι*] Sic solet: paullo ante *μετὰ τῶν εἰωθότων πεζῇ μάχεσθαι*. Et L. XI. 19. *φοβουμένων τῶν Ἑλλήνων πεζῇ διαγωνίζεσθαι*. tum eiusdem libri c. 76. *καὶ ΝΑΥΜΑΧΙΑι μὲν ἐνίκησαν τοὺς ἀποστάντας, ΠΕΖΗι δ' οὐκ ἴσχυον ἐκβαλεῖν τῆς πόλεως*. Wess.

628. 49. *Τῶν μὲν οὖν τριήρων δέκα μόνον διεξέπεσον*] Octo triremes praeter publicam, cui *Παράλῳ* nomen, victorum manus, ne caperentur, evitasse Xenophon Rer. Graec. II. p. 356. et Plutarchus Lysand. p. 439. testificantur. Cum Diodoro, ne de labe cogites, paria faciunt Lysias *Ἀπολογ. Δωροδοκ.* c. 4. et Pausan. L. III. 11. p. 232. Wess.

628. 56. *Καὶ Φιλοκλέα ζωγρήσας — ἀπέσφαξε*] Non eum tantum, sed et Atheniensium captivorum ad tria sive quatuor millia: dissident enim in numero Pausan. L. IX. 32. et Plut. Lysand. p. 440. Wess.

629. 69. *Ὄντων δὲ τῶν χρημάτων ἐν σακκίοις*] Sequor Venetum, ab auctoris assuetudine non recedentem: nec damno tamen districte vulgatum. Nam et Athenaeus Gylippum describit *νοσφισάμενον ἐκ τοῦ Λυσανδρίου χρήματος*, ubi Casaubonus usum hunc insolentiorem vocis *χρήματος* miratur quidem, nec mutat, quod in eo tuendo constantissime scripti omnes consentirent. Et S. Lucas A. A. c. IV. 37. de Barnaba, *ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ, πωλήσας ἤνεγκε τὸ χρῆμα*. Quibus locis *τὸ χρῆμα* clarissime pecuniam notat, quae ceteris plerumque semper *τὰ χρήματα*, exceptis tamen Ionibus: namque hi *χρῆμα* pro divitiis et pecunia non adspernabantur, uti Pollux L. IX. 87. atque ad eum Iungermannus docuerunt. Wess. Dixerat ipse Diodorus, si ipsius verbis utitur auctor Excerptorum Vatic. p. ed. Mai. 69. *οἱ μὲν γὰρ ὀλίγου χρήματος ἀθροίζουσι τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν κινδυνεύοντας*. Itaque hic etiam Veneti codicis scriptura correctori, quem is liber non modestissimum passus est, relinquenda videtur.

629. 72. *Τὰ μὲν σακκία παρέλυσεν*] Plutarchus de Educ. Liber. p. 10. B. *Γύλιππος ὁ Λακεδαιμόνιος τὰ σακκία τῶν χρημάτων ΠΑΡΑΛΥΣΑΣ φυγὰς ἀπηλάθη τῆς Σπάρτης*. Fraus verbo inest, qua sacci furtim aperiuntur. *Τὰς ῥαφὰς τῶν ἀγγείων κάτωθεν ἀναλύσας* explicat ipse in Lysand. p. 442. B., ubi plura. Furto autem Gylippus ex sacculis subduxit non ccc, sed xxx talenta, nisi error sit apud eundem in Nic. p. 542. A. Mihi quidem ccc talenta paene nimia videntur: sublata enim furtum statim, sacculis diminutis, manifestatura erant. Nihil tamen decerno. Wess.

629. 75. *Καὶ κατεδικάσθη θανάτῳ*] Ab Ephoris damnatum *ἀποθανεῖν ἀποκαρτερήσαντα* sive inedia vitam finiisse Athen. loco modo citato, L. VI. 5., Plutarchus Lacedaemone quoque pulsum significat, quorum utrumque verum esse potuit. Wess.

629. 76. *Πατέρα τοῦ Γυλίππου Κλέαρχον*] Pater Gylippi Thucydidi dicitur *Κλεανδρίδας*, quod magis placet, ut supra (Exercit. p. 55.) notavi ad Thucydidem. Palm. Recte Palmerius. Thucydides *Κλεανδρίδαν* Gylippi patrem vocat L. VI. 93., vocat et Timaeus apud Plut. Nic. p. 542., *πατρῷον ἀῤῥώστημα* sive sordes has, quas a patre Cleandrida hereditarias habuit, attingens. Adde not. Celeb. Dukeri in Thucyd. d. l. Thurios autem in Italiam exsulatum abiisse Cleandridam, significat, etsi obscurius, Thucydid. L. VI. 104. Wess.

629. 86. *Καὶ τοὺς λιμένας ἐπεχώννυον* etc.] Paucis in re memorabili auctor defungitur. Multo uberius de urbe obsessa, legationibusque ad pacem inpetrandam ad regem Agim Spartamque missis Xenoph. Rer. Graec. II. p. 357. et Lysias Or. in Eratosth. c. 16. et Agoratum c. 2. seq., quos adiisse operae fuerit pretium. Wess.

629. 5. *Τὰ μακρὰ σκέλη καὶ τὰ τείχη τοῦ Πειραιῶς*] Vid. Io. Meursii Lect. Attic. L. III. 4. et Piraeeum c. 2. et de *Πειραιῶς* Thomam Magistrum, qui id Atticum esse decernit, non *Πειραιέως*, quo tamen usi sunt Thucydides, Lysias, Demosthenes, Isocrates, atque alii. Ad *longa* vero haec *brachia* sepultus fuit Euphorion, de quo Theodoridae Epigramma:

Εὐφορίων ὁ περισσὸν ἐπιστάμενός τι ποιῆσαι
Πειραϊκοῖς κεῖται τοῖσδε παρὰ σκέλεσιν.

Vir enim eruditus, qui Bibl. Uffenbachian. Part. II. p. 582. id publicavit, *σκελετοῖς* corrigens et *Piraica cadavera* intelligens, nimius est. Mox mallem *μὴ πλεῖον ἔχειν δώδεκα*. Nam in conditionibus nominatim fuit, ut XII naves longae Atheniensibus relinquerentur; sic certe magna concordia Xenophon Hellen. II. p. 359. Andocides Or. de Pac. p. 25. et Plutarch. Lysand. p. 441. Wess.

630. 15. *Καὶ ἦρξεν ἔτη τρία πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα*] Eodem temporis spatio regnum eius circumscribitur L. XV. 93. At magna hic apud alios discordia. Eusebius annos illi XL, Canon Astronomicus XLVI, Plutarchus Artax. p. 1027. LXII inputat. Hinc in partes distrahuntur, qui regni Persici annos digerunt, modo hunc, modo illum, aut etiam tertium secuti: quam litem meam nunc non facio. Vide Petavium Doct. Temp. L. X. 31. et Hier. van Alphen in Daniel. c. IX. P. III. c. 9. p. 217. Wess.

630. 16. *Ἀντίμαχον τὸν ποιητὴν — — ἠνθηκέναι*] Apollodorum de Antimachi aetate vera tradidisse, firmat Plut. Lysand. p. 443. D. et Proclus in Timaeum Plat. p. 28. Plato Antimachum Choerilo longe praeferendum censebat; quo spectat inpurissimum Cratetis Epigramma, quod aliorsum deflexit Cl. Salmasius ad Spar-

tiani Hadrian. c. 16. Vide eum et Casaubonum et Is. Vossium in Catull. p. 323. de Colophonio hoc poëta veterumque de illo iudiciis disserentes. WESS.

630. 21. *Μὴ καλῶς*] Corrige *μὴ παντελῶς*. RHOD.

630. 25. *Καὶ τὴν Καμαρίναν*] Fuit opinor, *καὶ τὴν Καμαριναίαν*, ut L. XVI. 83. *εἰς δὲ τὴν Καμαριναίαν οἰκήτορας προσθεὶς* etc. WESS.

630. 30. *Συλήσαντες αὐτὸν ἀπέστειλαν εἰς τὴν Τύρον*] Non addo ex Veneto quidquam. Quisque Carthaginienses intelligi per se animadvertit. Nec moveor singulari numero, qui praecessit: sollemnis enim is auctori nostro ab eo numero ad multitudinem transitus. Curtius cum Tyrios aurea catena devinxisse Apollinis simulacrum memorasset, subiicit L. IV. 3. 12. *Syracusis id simulacrum devexerant Poeni, et in maiore looaverant patria: multisque aliis urbium, a semet captarum, non Carthaginem magis, quam Tyrum ornaverant:* non sine errore; neque enim Syracusas Carthaginienses diripuerunt, quod doctissimum Freinshemium haud praeteriit. Vid. infra L. XVII. 41. WESS.

630. 36. *Κατὰ τὴν ὁμώνυμον ἡμέραν*] Adscripserat Camusatus, *Ergo hebdomadae dies propriis nominibus distinguebantur?* quod, puto, re in accuratius examen missa, repudiasset. Serioris enim aetatis inventum esse ex Dione Cassio L. XXXVII. p. 42. constat. Melius Is. Casaubonus ad Strabon. I. p. 111. *ὁμωνύμου μηνὸς* diem *ὁμώνυμον* intelligit, ut *καιρὸν ὁμώνυμον* Strabonis. Quem quidem diem vestigando sic forte eruemus. Capta Tyrus est mense Hecatombaeone, teste Arriano Exp. Alex. L. II. 24., dieque mensis Macedonici trigesima apud Plut. Alexand. p. 679. Annus erat primus, cum urbs caperetur, Olymp. CXII. Notat autem Usserius de Anno Solari Macedon. c. 5. annum illum fuisse sextum Cycli Metonici, quo Neomenia Hecatombaeonis in diem XX Iulii anni Iuliani proleptici incidebat, qui dies erat trigesimus Loi Macedonici. Sic *ὁμώνυμος ἡμέρα* erit Neomenia Hecatombaeonis, qua et Carthaginienses sacrilegio se polluerunt ad urbem Gelam, et multis post annis Alexander Tyrios ultus est, capta urbe, ob Apollinis simulacrum iniuriosius habitum, et in libertate defendenda pertinaciam. WESS.

631. 66. *Καὶ πόλιν ἀνόχυρον ἔχοντες*] Vide Ph. Cluverium Sicil. Antiq. L. I. p. 199. WESS.

631. 80. *Τοῖς τόποις ὡς ἤγγισε τῆς πόλεως*] Paene mihi schedae Reg. 1. persuadent, ut duo priora inducam, ex Grammatici interpretamento in hunc locum ineulcata. Solet quidem certe auctor frequenter alterum amplecti, ut cap. 77. *ὡς ἤδη τῆς Μιτυλήνης ἤγγιζον*, atque alias. WESS.

631. 85. *Καὶ τὴν χώραν οὐκ εἴα προνομεύεσθαι*] Sic L. XIX. 12. *ἠναγκάζετο δὲ τὸν ποταμὸν διαβαίνειν, διὰ τὸ τὴν μὲν κατόπιν χώραν προνενομεῦσθαι*. Iosephus L. III. Bell. Iud. 9. 4.

ἵνα οὗτοι μὲν κατὰ χώραν μένοντες — οἱ δὲ ἱππεῖς προνομεύωσι τὴν πέριξ. ubi Exech. Spanhemius. Wess.

631. 94. *Δεξιᾷ τὴν πόλιν ἔχοντας ἐπιλγεσθαι*] Alii praepositionem addunt. Lucian. L. II. Ver. Hist. c. 33. *εἰσιόντων δ' εἰς τὴν πόλιν ἐν δεξιᾷ μέν ἐστι τὸ Νυκτῶον — ἐν ἀριστερᾷ δὲ, τὰ τοῦ ὕπνου βασίλεια.* Sed hoc in genere mire variatur. Vide Epistol. T. Hemsterhusii, insertam Praefat. Thucyd. a Cl. Dukero. Wess.

631. 1. *Καὶ τὸ πεδίον καθιππάζεσθαι*] *Τὰς ὁδοὺς ἱππαζόμενοι* ex c. 88. ostendunt additamento Veneti carere nos posse. Aeschylus Eumen. v. 150. *Νέος δὲ γραίας δαίμονας καθιππάσω* et v. 734. *Ἐπεὶ καθιππάζῃ με πρεσβύτιν νέος.* quibus poetae locis insultandi quadam potestate instrui apertum est. Wess.

632. 21. *Εἰς τὸ τοῦ χάρακος ἀπωξυμμένον ἐνέπιπτον*] Haud scio, an intelligatur ea castrorum pars, ubi valli acuti erant depacti, quorum *φιλοπόνως ἀπωξυμμένων κεραιῶν* meminit Polybius in valli Graeci Romanique differentia signanda L. XVII. 15. Wess.

632. 43. *Διονύσιος δὲ μόγις διελθὼν τὴν πόλιν*] Sustuli inutilem vocem, loci sententiam conturbantem. Transierat enim, etsi lento agmine, urbem Dionysius. Rhodomanno eadem sederat opinio, ut not. Addend. docemur. Wess.

632. 54. *Πυρὸ καίειν δι' ὅλης τῆς νυκτὸς καὶ θορυβοποιεῖν*] Nihil hoc strategemate tritius. Vid. Frontin. I. 1. 7. et 5. 24. etc. Wess.

632. 57. *Τῆς ἡμέρας ὑποφωσκούσης*] Adi ad c. 18. huius libri. Wess.

633. 65. *Οὐδεμίαν ἐπιστροφὴν χρημάτων ποιούμενοι*] *Ἐπιμέλειαν* bene explicat Venetus. *Ἐπιστροφὴν πρὸς τὰ πράγματα ποιεῖσθαι* eorum est, qui ad res agendas sese convertunt, uti in Synesii Encom. Calvit. p. 46. Id cura excipit. Sext. Empir. Hypotyp. I. p. 39. *ὁ δὲ Ἐπίκουρος λέγει μὴ ἐπιστρέφεσθαι ἡμῶν τὸ θεῖον*, i. e. *nullam nostri curam gerere.* Iosephus de Iud. Antiq. L. XIII. 3. 4. *τοῦ δ' ἐν Γαριζεὶν (ἱεροῦ) ὡς οὐδὲ ὄντος, οὐδεὶς λόγον οὐδ' ἐπιστροφὴν ἐποιήσατο.* Aliud *ἐπιστροφῆς τεύξασθαι* et *ἐπιστροφὴν τῶν γεγονότων ἀδικημάτων ποιήσασθαι* in Polyb. L. IV. 4. de animadversione et castigatione, sed eodem ex fonte emanans. Wess.

633. 74. *Οὓς μὲν ἀνεσταύρουν*] Genus hoc poenae apud Carthaginienses, qui et illustres viros cruci suffigebant, perfrequens. Vide Polyb. I. 24. Val. Maxim. II. 7. Iustin. XVIII. 7. et XXII. 7. Wess.

633. 76. *Ἐκ δυεῖν πόλεων ἐξοριζομένων* etc.] Quo planior orationis esset tenor, addita eum ex Veneto voce auctiorem esse iussi; scio, praesentiam illius prorsus necessariam non esse: ut huic tamen loco adsit, praestat. Wess.

633. 2. *Ὁμοθυμαδὸν ἀφίππευσαν*] In not. suarum Addend. corrigit Rhodomannus *ἀφιππεύουσιν*, nescio quid secutus: verbo enim nihil inest, cur displicere debeat. Habebis *τέλος δὲ Σκύθαι — ἀφίππευσαν πρὸς τοὺς περὶ τὸν Μαζαῖον* L. XVII. 59. Wess.

633. 7. *Οὕτω διέθεσαν κακῶς*] Adeo barbare et crudeliter mulieri insultarunt, ut voluntaria dein morte perierit. *Δεινὰς καὶ παρανόμους ὕβρεις εἰς τὸ σῶμα καθύβρισαν, ἐφ' αἷς προήκατο τὸν βίον ἑκουσίως* Plutarchus inquit in Dion. p. 959. A. Mox dubites utrum *νομίζοντα* an *νομίζοντες* praeoptandum sit: si posterius, ut scripti libri videntur iubere, sententia erit, censuisse equites, uxoris tyranni divexationem et supplicium fidei artissimum inter se futurum ad consilia perpetranda vinculum. Wess.

634. 16. *Εἰ μὴ πεισθοῖ*] Legendum arbitror *κεύθοι*, nisi alicui *σπέρχοι* placeat. Rhod. *Κεύθοι* Rhodomannus versione sua expressit. Ego *σπεύσοι* fuisse opinor, quod et a pravo vocabulo propius abest, et rei gestae respondet: in eius enim gerendae celeritate spes omnis erat tyranno. Wess.

634. 29. *Ὡι χρῆσθαι νομίζουσιν*] In usu illis et more est. Euripides Hellen. v. 1071. *Ἀλλ' οὐ νομίζειν φήσομεν καθ' Ἑλλάδα Χέρσῳ καλύπτειν τοὺς θανόντας ἐναλίους*, i. e. *negabimus eam esse in Graecia consuetudinem* etc. Atque ita alii saepius. Mox *κονίας σύνθεσιν* Rhodomannus in not. Auctario legit, nulla iusta causa. Non videtur vir doctus eorum recordatus, quae Vitruvius L. VII. 3. commentatus est de Graeca et palustri arundine, eiusque in tectoriis ducendis et colligandis usu sollemni. Verte ergo, *quibus ad tectorii operis alligationes Syracusani uti consueverant*. Wess.

634. 40. *Καὶ τῶν ἀλλοτρίως τῇ πόλει διακειμένων*] Inter *ἀλλοτρίως* et *τῇ πόλει* infarci praepositionem *ἐν*. Rhod. Rhodomanno assentior, tametsi non ignorem, quae Iac. Gronov. ad Stephanum in voce *Ἄβαι* atque in Herodot. L. I. 96. de absentia huius voculae observavit: exempla huic loco minime sunt opportuna; ut enim nunc habet, eos innuet, qui male in civitatem animati erant: quae sententia a mente scriptoris recedit. Wess.

634. 44. *Τὴν νῦν καλουμένην Ἀχραδινὴν*] Deliquerunt in ultima voce graviter amanuenses. Scripserat auctor *Αἴτνην*. Testis ipse seq. libri c. 7. *μετεπέμποντο*, inquiens, *τοὺς ἐκ τῆς ΑΙΤΝΗΣ ἱππεῖς. οὗτοι γὰρ ἐν ἀρχῇ τῆς τυραννίδος ἐκπεπτωκότες ᾤκουν τοῦτο τὸ φρούριον*. Adde c. 58., e quo vero verius esse id, quod censui, videbis. Wess.

634. 48. *Εἰς Λεοντίνους ἀπηλλάγησαν*] Ipsi Leontini brevi post, secessione a Syracusanis facta, iisdem sese iunxere, foederis credo occasione, quod Dionysium inter et Carthaginienses

coaluerat. Haec Xenophon, sed anno insecuto adscribens, L. II. Hellen. p. 360. significat. Wess.

635. 70. *Πρὸς Διονύσιον πρώτου συστάντος*] Res ipsa et scriptae membranae sic iubent refingi: finis enim hic primi, quod Dionysio Poeni fecerant, belli. Mox *τὰς ἑξῆς πράξεις εἰς τὴν ἐχομένην κ. τ. λ.* dicere potuisset, ni variare orationem potius censuisset. Aetolorum Decretum in Antiq. Asiat. Edm. Chishull. p. 106. *ὅπως δὲ καὶ εἰς τοὺς νόμους καταχωρισθῇ ἃ ἀνιέρωσις καὶ ἃ ἀσυλία, τοὺς καταστα θέντας νομογράφους καταχωρίξαι, ἐπεὶ καὶ αἱ νομογραφίαι γίνωνται, εἰς τοὺς νόμους.* Vide adscripta L. I. 31. Wess.

ANNOTATIONES

IN

LIBRUM DECIMUM QUARTUM.

636. 17. *Κτίσις Ἅλαίσης*] Sic et Strabo adpellat. Vid. L. XIV. 16. WESS.

637. 38. *Στρατεία ἐπὶ τὸν πόλεμον*] Nihili hoc quidem est. Lege *ἐπὶ τὸν παρθμόν*. Intelligitur expeditio, qua fretum Siculum suae potestatis facere Carthaginienses adnisi sunt L. XIV. 36. WESS.

637. 57. *Στόλος τῶν Καρχηδονίων νυκτὸς*] Dubites utrum *στόλος* an *δόλος* Grammaticus dederit: *στόλος* si malis, iter erit et fuga Carthaginiensium, sin *δόλος*, fraudem indicabit. Vid. L. XIV. 75. WESS.

637. 67. *Ἄγυρίν τε τὸν Ἀγυρηναῖον καὶ Νικόδημον*] Diodorus *Ἄγυριν τὸν Ἀγυρηναίων τύραννον*, et *Δάμωνα* (non *Νικόδημον*) *τὸν δυναστεύοντα Κεντοριπίνων* appellat p. 138. STEPH. *Ἀγυρηναῖον* aut *Ἀγυρηναίων* et *Δάμωνα* praestat. Confer L. XIV. 78. WESS.

637. 83. *Περὶ πόλιν Βάκαιναν*] Adde literam ut plenum sit vocabulum *Ἀβάκαιναν*, et vide L. XIV. 90. WESS.

637. 87. *Ὡς Θίβρος*] Posses levi opera ex Reg. 1. *Θίμβρος* cum Rhodomanno, nisi voluisse *Θίβρων* videretur, de quo L. XIV. 99. WESS.

638. 95. *Καὶ μετοίκησις*] Imo vero *μετοίκισις* ex L. XIV. 107. WESS.

639. 1. *Προσάντως ἀκούειν*] Sic L. XVII. 15. *ὁ δὲ δῆμος — προσάντως ἀκούων τοὺς λόγους*, i. e. *aegre atque animo infesto*. Et L. XIV. 21. *προσάντως δὲ δεξαμένων τὸν λόγον τῶν στρατιωτῶν*. Iosephus Ant. Iud. L. XIX. 7. 1. *διὸ προσάντως ὁ βασιλεὺς ἐδέχετο τὴν ἀταμίευτον παῤῥησίαν τἀνδρός*. Paullo lenius hoc Isocratis Or. de Pac. p. 238. *ἐγὼ δ' οἶδα μέν, ὅτι πρόσαντές ἐστιν ἐναντιοῦσθαι ταῖς ὑμετέραις διανοίαις*. Vide Io. G. Graevium in Luciani Histor. Conscrib. c. 10. WESS.

639. 11. *Περίοπτος ὢν διὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἐν πᾶσιν*] Dele praepositionem, si ita placet: ego non moveo. Praeclare Caesar, *qui magno imperio praediti in excelso aetatem agunt, eorum facta cuncti mortales novere* apud Sallustium Catil. c. 51. et Seneca ad Neronem, *tibi non magis, quam soli, latere contingit: multa contra te lux est, omnium in istam conversi oculi sunt* L. I. de Clement. c. 8. Habet enim in summo honoris fastigio collocatus σύμπαντας ἀνθρώπους θεατὰς καὶ μάρτυρας τῆς αὐτοῦ ψυχῆς· ὥστε μήτε πράξαντι οἷόν τε λαθεῖν, οὐ μᾶλλον ἢ τῷ ἡλίῳ πορεύεσθαι διὰ σκότους Dio Chrysostom. Or. III. de Regn. p. 38. B. Wess.

639. 16. *Ὕστερον ἥξειν ἐπ' αὐτὸν προσδεχέσθω τὴν ἀλήθειαν*] Haec et superiora exscripsit Antonius Serm. de Reg. bono p. 518., sed προσδέχεσθαι legens. Prudenter autem et vere Noster: namque *nullis magis curandum est, qualem famam habeant, quam qui qualemcunque meruerint, magnam habituri sunt*, ut cum Seneca dicam. Wess.

639. 22. *Καθάπερ ἔνιοι τῶν φιλοσόφων θρυλλοῦσιν*] *In luctu atque miseriis mortem aerumnarum requiem, non cruciatum, esse; eam cuncta mortalium mala dissolvere: ultra neque curae, neque gaudio locum esse*, ex horum sententia Caesar apud Sallust. Catil. c. 51., quam quidem merito inprobabant alii, sed probabilia tantum coniectura secuti, cum ultra, quo progrederentur, quam ut verosimilia dicerent, non haberent. Vide Th. Gataker. in Antonini Imp. L. IV. p. 108. Wess.

640. 34. *Ὅτε πράξεις ἀδίκους — ἐπιτελεῖν ἐπεχείρησαν*] Eadem Demosthenes Philipp. III. p. 68., cuius verba, sunt enim conpluscula exscribere non vacat. Verissimum autem id semper fuit et manebit, donec homines erunt, neque unis Spartanis atque Atheniensibus usu venit, sed in plerisque omnibus regnorum conversionibus. *Errat longe, mea quidem sententia, qui imperium credat gravius esse, aut stabilius, Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adiungitur* in Adelph. I. 1 41. Terentius. Wess.

640. 41. *Διὰ τὸν φόβον ἠναγκάζετο φέρειν* etc.] Forte ὑπὸ τὸν χιτῶνα. Vide L. XX. 64. Wess. Ὑπὸ τὸν libro suo Scaliger, Is. Vossio adplaudente, adscripserat, conmode profecto. Idem in Add.

640. 59. *Ἔτος μὲν ἦν ὀγδοηκοστὸν πρὸς τοῖς ἑπτακοσίοις*] Numeri accurate respondent calculis Eratosthenis apud Clement. Alexand. Strom. L. I. p. 402., congruuntque auctoris sententiae de qua L. XIII. 1. non Eusebii, quem errantem castigavit Illust. Scaliger ad ann. Chron. MDCXI. Annus Archontem hic vidit *Pythodorum*, quem Fasti Attici praetereunt, quod republica paucorum dominatione oppressa constitutus esset, ἀναρχίαν substituentes. Οὐ Ἀθηναῖοι, ὅτι ἐν ὀλιγαρχίᾳ ἠρέθη, οὐκ ὀνομάζουσιν

ἀλλ' *ΑΝΑΡΧΙΑΝ τὸν ἐνιαυτὸν καλοῦσιν* Xenophon Hellen. II. p. 359. Haec est *ἀναρχία πρὸ Εὐκλείδου*, quam Suidas *ἐπὶ τῆς ἐννενηκοστῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος* fuisse cum scribit in voce *Θεόπομπος*, peccat *προχρονισμῷ*. Wess.

640. 62. *Γάϊος Φλονίος*] Auctoris scriptura est *Φούριος*, et pro *Νουμένιος*, *Νουμέριος*. Rhod. Iustam Rhodomanni esse observationem, Livius L. IV. 57. manifestat, Furio praeterea Lucii praenomen inponens. *Νουμέριος* membranarum fide atque auctoritate sedem suam recepit. Wess.

640. 65. *Καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Κορκίνας*] Addidi ex Reg. 1. *σταδίου* vocem. Victoris nomen leviter deturpatum esse, monuit Io. Meursius Lect. Attic. L. IV. 29. Adpellabatur *Κροκίνας*. Wess. *Κροκίνας* adscripserat Scaliger. Idem in Add.

640. 72. *Τὴν παλαιὰν κατάστασιν ἔφασαν διανείμασθαι*] Demosthenis *διανείμασθαι τὰ πατρῷα* et Herodiani *νείμασθαι τὴν ἀρχὴν* non longe hinc recedunt. Volebant, reipublicae administrationem ex antiquissima forma inter paucos esse describendam, revocandamque Aristocratiam, quae Athenis ante Solonem viguerat: hic enim Oligarchiam sustulit, populari statu constituto. Quare Solonem Aristoteles Polit. II. 10. *ὀλιγαρχίαν καταλῦσαι* ait, *λίαν ἄκρατον οὖσαν, καὶ δουλεύοντα τὸν δῆμον πᾶσαι, καὶ δημοκρατίαν καταστῆσαι τὴν πάτριον, μίξαντα καλῶς τὴν πολιτείαν*. Contra ea alii *τὴν πατέρων πολιτείαν*, i. e. eam, quae ad Solonis leges erat conformata et prorsus Democratica, praeoptabant. Pertinet huc egregia lac. Perizonii disputatio ad Aelian. Var. Hist. L. V. 13. Wess.

641. 81. *Καὶ ὀλιγαρχίαι ἐν ταῖς πλείσταις καθίσταντο*] Acquiesco in tanto scriptorum Codd. consensu. Decem illi intelliguntur, in unaquaque civitate delecti, quibus summum imperium potestatemque omnium rerum Lysander conmitteret. *Δεκαδαρχίας* sive *δεκαρχίας τὰς καταστασθείσας ὑπὸ τοῦ Λυσάνδρου ἐν ταῖς πόλεσιν* Xenophon adpellat Hellen. III. p. 387. Mox supervacaneam esse negandi vocem, bene Rhodomannus admonet. Wess.

641. 82. *Οὐχ, ὅπερ ἦν εἰκὸς*] Dele *οὐχ*. Rhod. *Οὐχ* deletur a Scaligero. Wess. in Add.

641. 90. *Συνεβούλευσε τοῖς Ἀθηναίοις ἑλέσθαι* etc.] Vid. Casaubonum ad Strabon. L. IX. p. 609. De Lysandro eiusque oratione, qua XXX viros Atheniensibus obtrusit, consentit Lysias Or. in Eratosthen. c. 18., de Theramene in diversa abit, eumque praecipuum auctorem fuisse illorum XXX constituendorum profitetur palam: qui quidem si odii caussas procul habuerit, quid fiet Diodoro? cuius narrationi et obita mors, quam factionis eius crudelitate oppetiit, et Plutarchi in Nic. p. 524. testimonium, quo optimis civium, *τοῖς βελτίστοις τῶν πολιτῶν*, accensetur, haud leve pondus adiiciunt. Wess.

641. 98. *Ἀνετείνατο — — τὰς μεγίστας ἀπειλὰς*] Suc-

censentium est, cum manus et baculum intentant, *ἀνατείνασθαι*, unde in conminationibus eius et *ἐπανατείνασθαι* opportuna sedes. Ioseph. Belli L. I. 10. 9. *παρακαλοῦντες αὐτὸν ἀπειλῇ καὶ ἀνατάσει μόνῃ μετρῆσαι τὴν ἄμυναν.* Philo Iud. de Ioseph. p. 558. E. *μηδενὸς ἡμῶν τολμῶντος ἐπὶ σιτωνίαν ἥκειν δίχα τοῦ νεωτάτου διὰ τὰς σὰς ἐπανατάσεις* i. e. *propter minas tuas.* Et eo libro, quo Deum mutari non posse docet, p. 302. E. de servis asperi heri imperia metuentibus, *τὰς γὰρ ἐπανατάσεις καὶ ἀπειλὰς αὐτοῦ δεδιότες.* ubi prave nunc editur *ἐπαναστάσεις*, sicuti et L. I. de Vit. Mos. p. 617. A. Quo modo et alibi in Philone peccatum fuisse ad Athen. L. IV. 14. magnus Animadversor ostendit, verborum usum egregie illustrans. WESS.

641. 3. *Τριάκοντα ἄνδρες*] Omnium eorum nomina si desideres, accipere ex Xenophonte poteris Rer. Graec. L. II. p. 359. WESS.

641. 16. *Παραδιδόντες κρίσει τοὺς πον. τῶν ἐν τῇ πόλει*] Fictam tyrannorum moderationem in civium perditissimis opprimendis non praeterierunt Lysias adv. Eratosth. c. 2., et, quem aemulari his in rebus Diodorus videtur, Xenophon Hellen. II. p. 360. Inter primos autem quem carnifici iugulandum tradiderint, Plut. T. II. p. 998. B. docet. WESS.

642. 28. *Τῶν δὲ πλουσίων ἐπιλέγοντες τοὺς ἐπιτηδείους*] Lysiam, cuius mihi verba Ier. Cl. Marklandus optime constituisse videtur, Or. in Eratosth. c. 2. et quae Theramenes apud Xenophontem perorat Hellen. II. p. 364. consule. WESS.

642. 43. *Πρὸς τὴν Βουλαίαν Ἑστίαν*] Vestae imaginem et aram in curia collocatam, *τὴν ἐν τῇ βουλῇ ἱδρυμένην*, ut Harpocration explicat, per quam *senatoriam Vestam* sollemne in iudiciis iusiurandum fuisse, monuerunt viri clarissimi Maussacus et Ezech. Spanhemius Diatrib. de Vest. et Prytan. cap. 6. De Theramene Plutarchus in Isocrat. p. 836. E. *οὗ συλλαμβανομένου ὑπὸ τῶν τριάκοντα καὶ φυγόντος ἐπὶ τὴν βουλαίαν Ἑστίαν.* Adde Suidam in *Δεξιός*. WESS.

642. 53. *Καὶ δύο τῶν οἰκείων*] Hos inter Isocrates, Theramenis discipulus, vel praecipuus fuit. *Μόνος ἀνέστη βοηθήσων*, Plutarchus dicto loco ait, quasi quae Noster de Socrate in unum Isocratem congruerent. Vid. Hier. Wolfium ad Isocrat. p. 750. WESS.

642. 59. *Τῶν ὑπερεχόντων ἀνάστασιν ὁρῶντες*] *Ἐπανάστασιν* dixisset alius, aut certe *ἀνάτασιν*, quo de paullo ante. Fortasse simplex vicem hoc loco compositi obtinet. De Theramenis autem elato animo et in obeunda morte admirabili constantia praeclare Cicero Tuscul. Quaest. L. I. 40. et Xenoph. de Reb. Graec. II. p. 367. WESS.

642. 68. *Οὐδενὶ λόγῳ παραναλωθήσεσθαι διειλήφασι*] Iosephus Bell. Iud. L. IV. 2. 5. *ἀδιόρθωτον δὲ τὴν ἐπὶ τοῖς πα-*

ραναλωθεῖσι τιμωρίαν εἶναι. Hinc venuste παρανάλωμα de eo, qui caesis aliis tanquam res vilis in cumulum, atque obiter quidem, additur. Demades Orat., quae nomen eius praefert, principio: ἐγὼ δ' ἀποθανὼν μὲν, ἢ ζῶν, οὐδέν εἰμι· τί γὰρ Ἀθηναίοις ἢ ΠΑΡΑΝΑΛΩΜΑ Δημάδης; Philo Iud. in Flacc. p. 967. A. de Tiberio imp. nepoti suo, ne a Caio occideretur, metuente, ἐδεδίει γὰρ μὴ ΠΑΡΑΝΑΛΩΜΑ γένηται τελευτήσαντος αὐτοῦ. Et semet ipso ac sociis legationis in ea ad Cai. p. 1043. B. ἀλλ' εἰδότες ἐπ' οὐδενὶ λυσιτελεῖ ΠΑΡΑΝΑΛΩΜΑ γεννησόμενοι μετὰ πολλῆς δυσκλείας. Placuit etiam hoc genus Eustathio, nisi Eumathius fuerit, L. VIII. de Ism. et Ismen. Amorib. p. 282., turgido alioqui scriptori, qui cum senes inbelles a barbaris temere, et tanquam nulli amplius rei, occisos tradidisset, ξίφους γεγόνασι, inquit, παρανάλωμα. Quae quidem exempla conducere placuit, ut vocis usus, neglectus saepe, eluceret manifestior et in his Iosephi Belli L. IV. 5. 2. καὶ τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος αὐτοῖς ἐδόκει ΠΑΡΑΝΑΛΩΜΑ, τοὺς δ' ἀρχιερεῖς ἀνεζήτουν. et Aeliani de Animal. L. IV. 13. perdices pugnaces sunt, arbitranturque, ὅτι μή εἰσιν ἄξιοι ΠΑΡΑΝΑΛΩΜΑ γενέσθαι τεθηραμένοι. Aliud enim ibi spectari solet. Wess.

642. 73. *Ἀνεῖλον δὲ καὶ Νικήρατον τὸν Νικίου*] Sed ante Theramenem, quod huius oratio apud Xenophontem Hellen. II. p. 364. testatur. Fuisse Niceratum et opibus et humanitate Athenis principem, vide in Lysiae Or. XVIII. c. 3. Wess.

643. 80. *Λαμβανούσης τῆς ἀπονοίας*] Deest accusativus aliquis, qui cum λαμβανούσης iungatur, cuiusmodi fuerit αὔξησιν vel ἐπίδοσιν. Steph. *Ἐν ἅπασι λαμβ.*] Horum loco restituendum puto ἐπίδοσιν vel αὔξησιν λαμβανούσης. Rhod.

643. 83. *Οἱ τοῖς βίοις εὐπορούμενοι σχεδὸν ἅπαντες* etc.] Erat Athenis ea tempestate criminosius in re lauta quam flagitio versari. *Δεινότερον ἦν πλουτεῖν ἢ ἀδικεῖν* Isocrates inquit Orat. in Euthyn. p. 593. Itaque dites indicta caussa capitis damnabantur: quod periculum ut vitarent, solum alii verterunt, atque aut in Piraeeum, aut alio concesserunt. Perierunt plures MD, et ad quinque Atheniensium millia in Piraeeum se receperunt. Sic Isocrates Areopag. p. 224. et Aeschines de Legat. perp. gesta p. 87. Wess.

643. 84. *Καὶ Αὐτόλυκον*] Athleta erat, sed faceti ingenii, notissimus ex Xenophontis Symposio. Vide Plutarchum Lys. p. 442. A. Wess.

643. 89. *Τὴν πόλιν τῶν Ἀθηναίων ὁρῶντες*] Hiat oratio, participio quodam defecta. Interpres sententiam non male explesse videtur *quanquam civitatem ita exhaustam et afflictam viderent.* Wess.

643. 93. *Ἀγωγίμους τοῖς τριάκοντα εἶναι*] Conf. Des. Heraldum L. IV. Animadv. ad ius Attic. et Rom. c. 5. Decreverant Spartani, exsules Athenienses undique duci posse, proque ini-

imicis fore, qui ducentibus obsisterent. *Τοὺς φεύγοντας ἐξ Ἀθηνῶν ἀγωγίμους εἶναι πανταχόθεν, ἐκσπόνδους δὲ τοὺς ἐνισταμένους τοῖς ἄγουσι* Plut. Lys. p. 448. F. Cui decreto Graecorum plerique paruerunt: quare de Atheniensibus *καὶ εἰς πολλὰς πόλεις πλανηθέντες, καὶ πανταχόθεν ἐκκηρυττόμενοι, ἐνδεεῖς ὄντες τῶν ἐπιτηδείων* Lysias Or. in Eratosth. c. 23. Wess.

643. 97. *Ἀργεῖοι δὲ πρῶτοι, μισοῦντες μὲν τὴν Λακ. ὠμότητα* etc.] Fuit Argivis summum cum Atheniensibus amicitiae pignus, quo spectant Aeschyli versus in Eumenid. 769. et seq. Cuius quidem coniunctionis adflicto hoc Atticae reipublicae tempore testatissimam dederunt fidem, profugos non tantum recipientes, sed et Spartanorum legatos, qui Atheniense clarigatum advenerant, ni ante solis occasum abirent, hostium in numero habendos, decernentes. *Ἐὰν μὴ πρὸ ἡλίου δύντος ἀπαλλάττωνται, πολεμίους κρίνειν*, Demosthenes Orat. Rhod. p. 116. Wess.

643. 1. *Καὶ Θηβαῖοι δὲ ἐψηφίσαντο ὑπάρχειν πρόστιμον* etc.] Distinctius de hoc Thebanorum, hostium alioqui, decreto Plut. Lysand. p. 448. F. *οἰκίαν μὲν ἀνεῷχθαι πᾶσαν καὶ πόλιν ἐν Βοιωτίᾳ τοῖς δεομένοις Ἀθηναίων, τὸν δὲ τῷ ἀγομένῳ φυγάδι μὴ βοηθήσαντα, ζημίαν ὀφείλειν τάλαντον. ἂν δέ τις Ἀθήναζε διὰ τῆς Βοιωτίας ἐπὶ τοὺς τυράννους ὅπλα κομίζῃ, μήτε ὁρᾶν τινα Θηβαίων, μήτε ἀκούειν.* Qua humanitatis plenissima constitutione luculentissime maculam Thebani obliterarunt, quam sibi adsperserant ipsimet, cum urbem evertendam Atticam ac *μηλόβοτον* relinquendam in sociorum concilio pro sententia dixerant. Conf. inferius L. XV. 63. Wess.

643. 4. *Διονύσιος ὁ τῶν Σικελῶν τύραννος*] *Σικελιωτῶν* scribere debuerat, ut c. 18., etsi et ibi *Σικελῶν τύραννος* in Clar. et Reg. 1. Sed Grammaticorum legem, qua *Σικελοὺς* et *Σικελιώτας* distinguunt, alioqui a Nostro probatam L. V. 7., saepe optimi scriptores negligunt. Vide T. Hemsterhusium in Luciani D. Mort. XII. 7. Wess.

643. 13. *Καὶ πρὸ αὐτῆς χρηματιστήρια*] *Tabernas* Interpres. Forte conclavia fuerunt, *ἐν οἷς ἐχρημάτισε*, sive ubi legatis responsa reddebat. Vid. L. I. 1. Wess.

644. 17. *Πρὸς τῷ μικρῷ λιμένι, τῷ Λακκίῳ καλουμένῳ*] Ph. Cluverium Sic. Ant. L. I. p. 168. adi. S. Bochartus de Phoenic. Colon. L. I. 28. p. 541. *Λάκκιον* dici auctor est a figura *τοῦ λάκκου* sive *cisternae*. Mihi non liquet. Wess.

644. 25. *Οὓς ἐκάλει νεοπολίτας*] Plato eodem vocabulo nuper in civitatis ius adscitos descripsit, teste Polluce III. 56. IX. 26. ubi *νεαπολῖται*. Sed vide Iungermannum. Wess.

644. 33. *Ἐπὶ τὴν τῶν Ἑρβησινῶν πόλιν στρατεύσας*] Ita praestat. Praestiterat quoque *Ἑρβησσινῶν*, quo titulo urbis Herbessi cives, *Ἑρβισσηνοὶ* L. XIV. 78. sed prave, indicari, ex Stephano notum. Vide Ph. Cluverium Sicil. Antiq. L. II. p. 361. Wess.

644. 43. *Τοὺς δὲ πολίτας βοῶντες ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν*] Conf. Io. Fr. Reitzium ad Luciani Toxar. c. 40. Urbem Aetnam Syracusanos equites occupasse sub tyrannidis principium dictum L. XIII. 113. fuit. Wess.

644. 48. *Τὴν δ' εἰς τὰς Συρ. ἠπείγετο*] Paullo insolentior hoc loco ea ellipsis. Addidissent alii *πορείαν* aut *ὁδοιπορίαν*. Wess.

644. 61. *Ἐπεκήρυξαν δὲ καὶ χρημάτων πλῆθος* etc.] Dixi ad L. XIII. 6., quibus adde Hen. Valesii not. in Harpocrat. p. 59. et L. Casp. Valkenaer Animadv. in Ammon. L. I. 20. Wess.

645. 75. *Ὁ ποιητὴς πατὴρ*] *Pater poeta* Interpres: qui titulus quam vim hic habeat, iuxta cum ignarissimis intelligo. Lege *ὁ ποιητὸς πατὴρ*, *pater adoptivus*, et proba erunt omnia. Notum est contra se poni *τοὺς φύσει γεννήσαντας* et *τοὺς ποιητοὺς τῶν πατέρων*, quemadmodum in Lycurgi Or. adv. Leocrat. p. 153. Lysias in Agorat. c. 23. *τόν τε ποιητὸν πατέρα ἀφεῖλετο ἃ ἦν ὑπάρχοντα ἐκείνῳ*. Et tamen ad hoc genus offenditur. In veteri Inscriptione, quam Edm. Chishull Antiq. Asiat. p. 91. debemus, perscriptum est, *προφητεύοντος δὲ Ἀντιπάτρου τοῦ Μενιστράτου, ΚΑΤΑ ΠΟΙΗΣΙΝ δὲ Μενάνδρου τοῦ Μαιῶνος*, vertiturque, *Propheta vero Antipatro F. Menistrati, Poëta Menandro F. Maeonis.* Haud quidem recte. Propheta unus describitur Antipater Menistrati F., sed qui adoptione filius erat Menandri. *Υἱὸν ποιεῖσθαι* offeret hoc usu Herodotus Vit. Hom. c. 4. Sed haec mitto. Heloridis, quem Ellopiden Aelianus adpellat Var. Hist. L. IV. 8., illud dictum illustre est, saepeque memoratum ab Isocrate in Archidamo p. 183. Plutarcho T. II. p. 783. C. atque aliis. Vide viros Clariss. Iac. Tollium in Longin. p. 64. et Olearium ad Philostrat. L. I. Vit. Sophist. 16. 3. quaeque adscripsi L. XI. 11. Wess.

645. 77. *Πολύξενος δὲ ὁ κηδεστὴς*] *Socerum* verterat Rhodomannus hoc loco et saepe alias, sed contra verum. Fuit enim Polyxenus Dionysii affinis, uti proditum L. XIII. 96., non socer. Patiebatur alioqui vocis usus, late patens, quippe *socerum*, *generem* et *affinem* suis locis indicans. Pro affine exemplum dabit Lysias Contr. Agorat. c. 1. et c. 9. Wess.

645. 83. *Προσήκειν ἔφη σοι δεῖν*] Nemo non videt mendosum esse hunc locum *προσήκειν ἔφη σοι δεῖν*. At minima cum mutatione poterit, ut opinor, ita emendatus reddi, *προσήκειν ἔφη σε δεῖν*. Steph. Pro *σοι* redde *καὶ*, et pro *θέλοντος*, *θέοντος*. Ritso. Alterutra, aut Stephani, aut Rhodomanni, emendatio recipienda videtur, nisi forte cum Scaligero deletas malis voces, quae *ἔφη* excipiunt. *Θέοντος* quidem certe genuinum est: nam *μὴ δεῖν ἐκ τυραννίδος φεύγειν ἵππῳ ταχεῖ χρώμενον, ἀλλὰ τοῦ σκέλους ἑλκόμενον* dixerat Philistus auctore Timaeo in Plut. Dion. p. 974. B. Ceterum L. XX. 79. eadem res narratur, proditurque Mega-

eles, Dionysii κηδεστὴς dixisse, ὅτι δεῖ τὸν ἐκ τῆς τυραννίδος ἐκπίπτοντα τοῦ σκέλους ἑλκόμενον ἀπιέναι, καὶ μὴ κατὰ προαίρεσιν ἀπαλλάττεσθαι. Quid dices, oblitumne sui auctorem, an alios ibi scriptores secutum? Quod mihi non videtur a vero alienum ob ea, quae Plut. ex Philisto prodit loco dicto. Ut ut constitueris, elegans est ἕλκειν et καταπᾶν τοῦ σκέλους, vel τοῦ ποδὸς, illustratumque ab Hemsterhusio, viro clarissimo, ad Luciani D. Mort. XXI. 1. Wess. Comparati ab me Demosth. p. 1399. ἄξια τούτων ᾤοντο δεῖν προσήκειν ποιοῦντες ὀφθῆναι quae interpretatio ab Schaefero adhibita est mihi non probatur.

645. 92. *Εἰς τὴν πολιορκίαν*] Conmode Interpres deficientem supplevit sententiam *quantum flagitent pecuniae ad obsidionem hanc solvendam.* Mox si ῥᾳθυμότερον plerisque cum Codd. malueris, succurret ipsemet auctor L. XVIII. 9. Wess.

645. 6. *Εἰσεβιβάσαντο πρὸς τὸν Διονύσιον*] Pro εἰσεβιβάσαντο lego εἰσεβιάσαντο. Sic autem saepe usurpatur εἰσβιάζεσθαι. Praeterea Ἀγύρει paullo ante legendum puto. Steph. Placet utrumque, quippe ingenio sermonis munitum. Infra c. 86. πολιορκήσαντες τὸ χωρίον, τὸ ἐντὸς τοῦ διατειχίσματος, εἰσεβιάζοντο. Aliter Ill. Scaliger, cui πρὸς τὸν inducenda videbantur. Wess. Deletur πρὸς a Scaligero: at id probum videtur, non item uti dictum est εἰσεβιβάσαντο. Idem in Add.

646. 15. *Περὶ τὴν Νέαν πόλιν καλουμένην*] Syracusanae urbis pars, quae quia postrema aedificata erat, NEAPOLIS nominabatur in Ciceronis L. IV. Verr. c. 53. et Nostri L. XVI. 70. Wess.

646. 28. *Ἄξιον εἶναι τυχεῖν τῆς ὁμοίας χάριτος*] Acute profecto ac fortiter, atque ut pro libertate ac patria decet! Simile Iudaeorum illud, quo regi Alexandro Iannaeo, roganti, quid facto opus esset, ut cum ipsis in gratiam rediret, succlamarunt, nihil aliud, nisi ut moreretur. *Πυνθανομένου δ' αὐτοῦ τὸ ὀφεῖλον γενέσθαι, πάντες ἐβόησαν ἀποθανεῖν αὐτόν* Ioseph. Iud. Antiq. L. XIII. 13. 5. Wess.

646. 38. *Οἱ πορευθέντες εἰς Ἔντελλαν*] De Campanorum hoc scelere Ephorum L. XVI. uberius conmemorasse, liquet ex Stephano in Ἔντελλα. Iunge Ph. Cluverium Sicil. Antiq. L. II. p. 379. Wess.

646. 45. *Καὶ τὴν κατὰ γῆν καὶ τὴν κατὰ θάλατταν*] Egregia atque admirabili eruditionis adparatu distincta de Spartanorum hoc Graeciae imperio conmentatur Is. Casaubon. in Polyb. I. 2. Wess.

646. 52. *Οὐ χρώμενοι νομίσματι*] Vide viros doctos ad Aelian. Var. Hist. L. XIV. 29. Spartani ante hoc tempus numos aureos et argenteos non admittebant, ferreis usi, sed *βαρυτάθμοις καὶ δυσπαραχομίστοις* apud Plut. Lysand. p. 442. D. Wess.

647. 80. *Χαρίσασθαι βουλόμενος Λακεδαιμονίοις*] Rem Plut. Alcib. p. 213. et Corn. Nepos Alcib. c. 10. referunt: hic

quoque, ut ad regem mitteretur, a Pharnabazo petiisse, addit. Utraque ergo caedis caussa vera esse poterit. WESS.

647. 91. *Βούλεσθαι γὰρ ἐμφανίσαι πρῶτον* etc.] Hoc malo. Vitium est amanuensium, *βούλεσθαι* et *βουλεύεσθαι* permiscere adsuetudine quadam instituentium. Conf. c. 82. inferius. WESS.

647. 2. *Ἐν τινι κώμῃ τῆς Φρυγίας*] Vici nomen Athen. servavit L. XIII. p. 574. E. *καὶ ἀποθανὼν ἐκηδεύθη* (Alcibiades) *ἐν Μελίσσῃ κώμῃ τῆς Φρυγίας, ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ Φαρναβάζου.* qui quidem *Melissa* vicus inter Synnada et Metropolin, Phrygiae urbes, interpositus erat, uti ibidem indicatur. WESS.

647. 7. *Βιώσας ἔτη ἐννενήκοντα*] Aevum Democriti longius extendunt scriptorum alii, annis illud aut CIX. aut CIV. circumscribentes. Dissensum indicarunt Io. Meursius de Archont. L. III. 13. et Aegid. Menag. ad Laert. IX. 43., in vitii suspicionem hos quoque XC annos vocantes. Dubito an iniuria: nam cum de anno Democriti natali et de vitae spatio tanta inter veteres intercedat discordia, cur uni prae ceteris praerogativam dandam iudicabimus? Id mihi tamen satis adparet, natum esse non posse Democritum aut Olymp. LXXX., quae Apollodori sententia, aut, uti opinabatur Thrasyllus, anno tertio Olymp. LXXVII. Ipse enim professus erat, se *μικρὸν* suum *Διάκοσμον* conposuisse anno ab eversa Troia DCCXXX. apud Diogenem IX. 43., sive circa Olymp. LXXX. exeuntem. Rectius propterea Noster, cuius ex sententia primam lucem Democritus Olymp. LXXI. ad finem vergente adspexit. Vide et Scaligerum ad Euseb. Chron. n. MDCXI. WESS.

647. 8. *Λασθένην τε τὸν Θηβαῖον* etc.] Ex sequentibus patet eum cursorem fuisse. Sed quando supra dicit Crocinam Thessalum Larissaeum vicisse stadium in hac Olympiade, restat, ut dicamus *δόλιχον* vel *δίαυλον* vicisse hunc Lasthenem. Sed dolichum magis convenit ei, cui tantum spiritus suppetebat, ut a Coronia Thebas usque indesinenter currens equum exercitatum athleticum vinceret. Fuit autem dolichus viginti stadiorum, ut docet Sophoclis Scholiastes ad Electram (v. 687.) PALM.

647. 12. *Ἐξέρουσαν πόλιν Οὐόλσκων*] Bene interpres, Livium secutus, cui semper *VERRUGO*. Vid. L. IV. 58. et Ph. Cluverium Ital. Antiq. L. III. p. 1031. WESS.

648. 17. *Ἄρχων Εὐκλείδης*] Nobilissimus huius Euclidae magistratus est, quod tum exsules in urbem redierint, dominatione XXX virorum exstincta. Itaque huc pertinent omnia, quae Thrasybulum oppressosque tyrannos illustrant, sed a Nostro non sine gravi errore in serius tempus relata, uti commodiore loco dicetur. Vide nunc Lucian. Hermot. c. 76. et quae ibi veteres Critici. WESS.

648. 20. *Καὶ Τερέντιος Μάξιμος*] Tribunum hunc militarem unde acceperit, nescire me fateor. Livius Numerio Fabio et L. Valerio Potito collegas adiungit *P.* et *Cn. Cornelios Cossos*

L. IV. 58. Itaque non de nihilo videtur, quod nulla *Terentii Maximi* in schedis Coislin. sit mentio: quem quidem si hinc amandaveris, addiderisque *Γναῖος καὶ Πόπλιος Κορνήλιος*, cum Livii Fastis congruent egregie. Atque hoc cupide sequerer, si mihi liqueret, unde *Terentius Maximus* in hanc sedem inmigrarit: nam librarios in crimen vocare, proclive quidem, at minime tutum. Ampliandum ergo. Wess.

648. 27. *Πιστευθεὶς περὶ τῶν ὅλων*] Huic generi explicando conmodior post dein locus erit. Clearchi fraudem, qua Byzantinos oppressit, refert Polyaenus Strateg. L. II. 2. 7. Wess.

648. 32. *Τοὺς ὀνομαζομένους Βυζαντίους*] Correctione locum indigere, verborumque ordinem esse *τριάκοντα μὲν Βυζαντίους, τοὺς ὀνομαζομένους*, in not. Addend. monuit Rhodomannus. Mihi corruptum videtur *Βυζαντίων* vocabulum, cuius in locum quid suffici debeat frustra quaesivi. Dant meliores Mss. *Βοιωτούς*, quos si qui probet, dicendum erit, Byzantii collegium XXX virorum fuisse, qui *Boeoti* adpellarentur, idque tituli retinuisse, quod inter urbis conditores et *Boeoti* fuerint, si fides Imp. Constantino Them. 1. L. II. Advocabuntur fortasse et numi veteres, cuiusmodi Plotinae Augustae apud Vaillantium inscriptus *ΕΠΙ ΤΡΑΙΑΝΟΥ Β. ΒΥΖΑΝΤΙΝΩΝ*, ut Traianus eorum ex numero fuisse censeatur. Quae quidem in medium adferri possunt, nullo modo firmari, assensum ut impetrent. Numus enim Vaillantii vetustate detritus fuit: integriores *ΕΠΙ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΤΟ Β.* praeferunt, indicantes altera vice Traianum istum Archontis munere Byzantii esse perfunctum. De *Boeotorum* autem XXX virorum concilio apud Byzantinos nemo, quod rescire potui, quidquam. Atque haec contra *Boeotos*. Cogitaveram, ut fit in ambiguis obscurisque rebus, an *Βοιωτῶν* id vocabulum converti posset in *Βουλευτάς*, ut, servata Byzantinorum dialecto, XXX *Senatores* innuantur. Quod etsi non plane spernam, tale tamen non est, ut in eo tuto acquiescam. Wess.

648. 39. *Τῆς κατὰ τὸν τύραννον ὠμότητος*] Auctoris est idiotismus, pro *τῆς τοῦ τυράννου*. Sic *ἡ κατὰ σῶμα ῥώμη*, et *ἡ κατὰ ψυχὴν ἀγχίνοια, ἡ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἀπόθεσις*, eiusque generis alia. Vid. L. I. 65. et IV. 13. Wess.

648. 45. *Εἰς Σηλυβρίαν*] Conf. L. XIII. 66. Prave *Συλληβρία* in Chionis Epist. IV. p. 26. Wess.

648. 52. *Περὶ τὸν καλούμενον Πόρον*] De hoc nomine *Πόρος* eo loci silent alii. Fuit certe locus ita dictus in Thraciae littore inter mare et lacum non longe a Maronea, de quo Cantacusenus p. 287. et Belonius, qui in eo loco urbeculam sitam ait nomine *Bouron*, a *Πόρος* (ut credo) deducto, quae lacui dedit nomen, quem volunt quidam Bistonicum fuisse. Sed de eo loco nunc non est sermo: nam ex tota narratione patet eum *Poron* debere intelligi inter Selybriam et Byzantium. Ex natura loci id nomen acce-

pit ille πόρος, id est, *meatus;* est enim inter Selybriam et Constantinopolin lacus, qui exiguum spatium terrae relinquit in maris litore, de quo prolixe satis Procopius L. IV. 41., eum vide: prolixior enim est ille locus, quam ut debeat hic ascribi. Is locus ob angustias πορθμὸς et μύρμηξ dicitur a Procopio. PALM. Procopii πορθμὸς, cui nomen Μύρμηξ, Rhegium inter et Anthyram erat, uti docetur L. IV. de Aedif. Iustin. c. 8., paulloque remotior a Selybrianorum oppido. Propius aberat flumen *Athyras*, de quo ad Itiner. Hierosol. p. 570., quod tamen indicari in his veteris Geographiae, inprimis per Thraciam, tenebris asseverare nolim. WESS.

648. 59. Ἐκεῖ δ' εἰς συνήθειαν ἐλθὼν Κύρῳ] Vide Xenophontem L. II. Exped. Cyr. p. 228., sed tyrannica Clearchi consilia dissimulantem. WESS.

649. 61. Ἄρχων ἀποδεδ. τῶν ἐπὶ θαλάττης σατραπῶν] Repono σατραπειῶν. Sic p. 493. τὰς ἄνω σατραπείας, et alibi. STEPH. A Stephano nihil dissentio. Auctor ipse praeit c. 19. Κῦρος, ὁ τῶν ἐπὶ θαλάττης σατραπειῶν ἡγούμενος. Et c. 26. ὧν Κῦρος ἐπὶ θαλάττης ἦρχε σατραπειῶν. WESS.

649. 70. Ἐν αἷς μὲν δεκαδαρχίας] Decemviralem hanc Lysandri potestatem scripti Codd. Δεκαρχίαν, sicuti et Xenophon Hell. III. p. 387., vocant: ad quem modum τετραρχία Harpocrationi, quam a Philippo III. p. 68. τετραδαρχίαν nominat. Suidas opportune in Δεκαρχίαι. τὰς ὑπὸ Λακεδαιμονίων καταστασθείσας ἐν ταῖς πόλεσι δεκαρχίας συνεχῶς ὀνομάζουσιν οἱ ἱστορικοί. WESS.

649. 76. Καὶ κοινὴν ἐκ πάντων Σπαρ. ποιῆσαι etc.] Addidi praepositionem ex schedis vetustis, quam necessariam ostendunt postrema huius cap. πείθων ἐξ ἁπάντων τῶν πολιτῶν αἱρετοὺς γίνεσθαι βασιλεῖς. Molitus est hanc Spartanae reipublicae mutationem Lysander aliquot abhinc annis, quum Agesilao variis ex caussis esset offensus, ut ex Plut. Lysand. p. 447. notum omnibus. De Heraclidarum vero Lacedaemone regibus familiaque Proclidarum et Eurysthenidarum, sive Eurypontidarum atque Agidarum, nominibus tantum enim discrepant, abunde Cragius de Lacedaem. Rep. L. II. 2. WESS.

649. 80. Μάλιστα τοῖς μαντείοις προσέχοντας] Cicero L. I. Divin. c. 43. de Lacedaemoniis, *iidemque de rebus maioribus semper aut Delphis oraculum, aut ab Hammone, aut a Dodona petebant.* Cuius Spartanae religionis plena sunt vetustiorum scriptorum monumenta. Corn. Nepot. Lys. c. 3. compone. WESS.

649. 81. Τὴν ἐν Δελφοῖς προφῆτιν] Vid. L. XVI. 26. WESS.

649. 87. Ταῖς ἐν Δ. περὶ τὸ μαντ. οὔσαις ἱερείαις] Tres Δωδωναίων προμάντιες intelliguntur, de quibus ex Herodot. II. 55. praeclare Iac. Triglandius Coniectan. de Dodon. c. 4. Admi-

nister, cuius opera ad corrumpendas antistites uti Lysander voluit, Plutarcho Φερεκλῆς audit in Lys. p. 447. F. Mihi uter, rectius hominem adpellet, in obscuro est. WESS.

649. 95. *Τοὺς περὶ τὸ ἱερὸν διατρίβοντας*] *Τοὺς πολίτας* ex Ephoro apud Plutarchum: nimirum Hammonios cives, qui interius nemus prope oraculi sedem incolebant, et praeter ceteros *τὸν Ἀμμωνίων προφήτην*, de quo plenius L. XVII. 51. WESS.

649. 98. *Λίβυν*] *Libys*, Lysandri frater, hoc anno, quo Euclides Archon, classis Spartanae praefectus, seu navarchus erat, Xenophon Rer. Graec. L. II. p. 371. WESS.

650. 9. *Καί τινων χρηματισμῶν ζητουμένων*] Instrumenta actaque publica, quo fere modo *χρηματισμοὶ* L. I. 78., quibus ad finiendas sociorum controversias opus erat, docente Ephoro in Plut. Lys. p. 450. E. Mox *λόγος γεγραμμένος πολυτελῶς* insolens quiddam praeferre videtur, nec placere aut Lambino potuit ad Corn. Nepot. Lys. c. 3., legenti *πολιτικῶς*, quia Plutarchus orationem eam *περὶ πολιτείας* scriptam ait, aut T. Hemsterhusio, praeoptanti *πολυτέχνως*. Solet quidem Noster *πολυτελῶς* et *πολυτελὴς* de re egregia et magna cura inpensisque perfecta usurpare, uti docere memini ad L. XIII. 83., blanditur tamen Cl. Hemsterhusii coniectura mirum in modum, quandoquidem ea Lysandri oratio *πιθανῶς καὶ πανούργως*, quod Plutarcho credimus, fuit conposita. Hoc ergo, si quid mutandum, amplectar. WESS. *Πολυτελῶς* bene habet, significatque *operose*, *studiose*, multa cum arte aut animi contentione. Sic passim Noster, et insigni loco Themistius in Sophista p. 295. 2. *οὐδὲ γὰρ οὕτω πολυτελῶς καὶ ἀνδρείως ξυντεθέντα αὐτὰ ἠπιστάμην*, loquitur de suis Commentariis in Aristotelem. Vertit Petavius: *neque enim adeo exquisite atque viriliter ea conscripta esse noram.* mallem *exquisite atque egregie.* Idem p. 300. penult. *πολυτελείᾳ ἐπεδείκνυντο καὶ γέμοντας ἡδονῆς λόγους*. cf. p. 301. A. 2. idem p. 323. c. 11. *φωνὴ πολυτελεστέρα*, *vox exquisitior* recte vertit Petavius, vel *articulatior*, *distinctior*, *artificiosior*. REISK.

650. 17. *Αὗται δ' ἦσαν, Νάξος, Κατάνη, Λεοντῖνοι*] Vide not. in L. XII. 11. Quod sequitur *συνοῤῥίζειν αὐτὰς τῇ Συρακούσῃ*, id quidem paullo est rarius, nec invisitatum tamen. Nam singulari numero *τὴν Συράκουσαν* dixit L. XIII. 75. et Eclog. 4. L. XXI. tum Eclog. 11. et 14. L. XXII. Praeterea *κτίσαι τὴν Συράκουσαν* Stephanus in voc. *Συρακούσας*, ubi mutare solent, et pauci alii, de quibus Ph. Cluver. Sicil. Antiq. L. I. 12. WESS.

650. 21. *Ἐπὶ τὴν Αἴτνην στρατεύσας*] Praepositionem, cuius defectum animadverterant H. Steph. et L. Rhodom., tacentibus Codd., ne luxa esset oratio, addidi. WESS.

650. 25. *Παρὰ τὸν Τῆλαν ποταμὸν*] Sic flumen, Leontinos paene alluens, Thucydides, Scylax, Plinius, et Hesychius

adpellant. Vid. Phil. Cluverium Sicil. Ant. L. I. p. 125., amanuensium peccatum bene corrigentem. WESS.

650. 28. *Νομίζων τῷ φόβῳ καταπλῆξαι*] Usitatiore loquendi forma diceretur *καταπλήξειν*. Sed hic scriptor *νομίζω*, *ἐλπίζω*, et alia huiusmodi, saepe cum aoristo iungit, ut hic. STEPH. Prudenter hoc quidem loco H. Stephanus, alias ad haec mutanda proclivior, propterea haud iniuria notatus a viro celeberrimo ad Xenophontem Ephes. in Miscellan. Observ. Vol. IV. p. 286. WESS.

650. 46. *Διά τινος ἐρήμου τόπου ἐλθών, παρεισέπεσεν* etc.] Sine damno abesse hinc poterit, damnatum a Clar. et Reg. 1., *ἐλθών*. Dele proinde si libuerit. Ego scriptoris morem secutus non movero. WESS.

651. 63. *Παρέδωκε τὴν πατρίδα*] Fraudes, quibus Naxios Dionysius circumscripsit, exponit Polyaenus Strat. V. 2. 5. WESS.

651. 76. *Οὐδεμίαν ἔξειν προσδοκῶντες*] *Ἥξειν* fortasse quis maluerit; neque repudiarem, si scriptorum Codd. consensu munitum foret; quo destituti, cur mutaremus? WESS.

651. 82. *Ἀρχωνίδης δὲ ὁ τῆς Ἐρβίτης ἐπιστάτης*] Alius hic Archonides atque ille, de quo L. XII. 8. Aetas, quod ibi monebam, obstat. Quin ex Thucydide L. VII. 1. adparet, eum Archonidem circa Olymp. XCI. fatis concessisse. Fuerit ergo, quandoquidem uterque Herbitensium princeps, prioris filius, aut eadem saltem ex familia. WESS.

651. 90. *Ἐν ᾧ πόλιν ἔκτισεν Ἄλεσαν*] *Ἄλαισα*, quomodo Strabo L. VI. p. 408. et Ptolem. L. III. 4., vero nomine fuit, dicta a flumine *Ἄλαίσῳ*, saepe memorato in Lapide Gruteriano Thes. P. CCXII. Firmat scripturam vetus ara, cui inscriptum vidit *TON ΔΑΜΟΝ ΤΩΝ ΑΛΑΙΣΙΝΩΝ* Georg. Gualtherus Tab. Sicil. p. 123. Alesam et Halesinos ab aliis vocari, copiose Ph. Cluver. Sic. Antiq. L. II. p. 289. declaravit. WESS.

651. 94. *Διά τε τὰς ἀπὸ τῆς θαλ. ἐργασίας*] *Τὰς κατὰ θάλατταν ἐργασίας* studium rei nauticae L. V. 69. adpellavit, sicuti *τὰς ἐκ θαλάττης ἐργασίας* quaestum, quem ex mari Byzantini percipiebant, Polybius L. IV. 50. Hinc *θάλατταν ἐργάζεσθαι* et *θαλαττουργὸς* de piscatore in Exc. Vales. p. 350. Non ergo solam, quae mari exercetur, mercaturam conplectitur. Vid. Observat. mearum L. I. 15. WESS.

651. 96. *Τὸν τῶν Ἐρβιτῶν*] Imo *Ἐρβιταίων*, ut saepe antea. Porro *τὸ Ἀπολλώνειον* non aliud est, ac vetusti Marmoris apud Gruter. Thes. p. CCXIII. *TO ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΙΕΡΟΝ*. WESS.

651. 3. *Καθ' ὃν καιρὸν Ἀμίλκας*] *Ἰμίλκων* dicitur infra admonente Rhodomanno. Quod quidem verum: sed ea discordia non auctori, at eius librariis accepta est ferenda. Vero nomine *Ἀμίλκας* erat. WESS.

651. 5. *Πρὸς Βοιοὺς πόλεμος συνίστη*] Si malis *ἐνίστη* ex Coisl., non intercedam. Veientes *Βοϊοὺς* plerumque vocitat, cum

Βηΐους deberet, monitore Phil. Cluverio Ital. Ant. L. II. p. 534. Quae sequuntur defecta sunt caussis belli Veientini, quas Livius dabit L. IV. 58. Wess.

652. 5. *Διὰ τοιαύτας αἰτίας*] Hic aliquid desideratur. Explicatio videlicet causarum belli. Pro *Τούσκλων* vero *Οὐόλσκων* ex Livio. Rhod.

652. 5. *Τότε πρώτοις — καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν* etc.] Puto fuisse *πρῶτον*. Id vero egregie, quod *καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν* stipendia militi decreta prodit. Fuit enim stipendium, quod initio militibus apud Romanos est constitutum, non diurnum nec menstruum, sed annuum, quemadmodum hinc et aliorum exemplis conmonstrat diligentissime Nob. Radbod. Schelius Dissert. de Stip. Milit. p. 202. Wess.

652. 9. *Νῦν δ' ὀνομ. Ταρακίνη*] Ut conmode subintelligi *ὀνομάζεται* potest, ita sine flagitio adesse. Maneat ergo. In urbis nomine plerique caninam geminant. Adposite Livius IV. 59. *Anxur fuit, quae nunc Tarracinae sunt;* ubi Cel. Drakenborchius plura. Wess.

652. 11. *Μιχίων*] *Μίχων* vocatur in argumento Soph. Oedip. Col. Laurentiano, quam veram esse scripturam ex marmore Arundeliano constat.

652. 12. *Τίτος Κοΐντιος* etc.] Nomina Trib. Milit. sic emenda et supple: *T. Κοΐγκτιος* etc. *A. Μάνλιος, καὶ Κοΐγκτος Κοΐγκτιος Κικιννᾶτος, καὶ Λεύκιος Φούριος Μεδουλλῖνος, καὶ Μάνιος Αἰμίλιος Μάμερκος.* Ita enim Livius eos recenset. Rhod. Desunt e sex Tribunis militum amanuensium errore tres, quod Pighio in Fastis ad ann. CCCXLVIII. non latuit. Tito Quinctio suum nomen reddidi, quod et *A. Manlio* fecissem, si schedae veteres propius abissent. Vide Livium IV. 61. Wess.

652. 13. *Καὶ Αὖλος*] Desunt reliquorum trium nomina. Sic vero et alibi ex sex numeratis tres tantum nominati reperiuntur in nostris exemplaribus, ut p. 420. Steph.

652. 21. *Μετῴκισαν ἀπὸ τῆς θαλάττης* etc.] Situm eius ad mare Thucydid. L. VIII. 95. signat. Pausan. Attic. c. 34. sua aetate *ἐπὶ θαλάσσης* fuisse dicit, quod stricte non esse accipiendum, hinc liquet, atque ex Sponio, qui urbis rudera, II M. P. a mari disiuncta, lustravit Itin. T. II. p. 243. Usi autem occasione adflictae urbis Atticae Thebani videntur in occupanda et Boeotorum conmuni adscribenda Oropo, controversa alioqui. Vid. infr. L. XV. 76. Wess.

652. 26. *Ὅτι Παυσανίαν τὸν βασιλέα αὐτῶν διεκώλυσαν*] Abit hic longe Diodorus a Xenophonte, qui Agim, ne sacris operaretur, ab Eleis prohibitum, eundemque in Eleorum agrum vindicandae iniuriae inmissum publice refert Rer. Gr. L. III. p. 383. Eadem Pausanias L. III. 8. Itaque alium sibi ducem, forte Theopompum, in his recensendis legit. Caussae tamen belli apud utros-

que fere eaedem. Notavit eandem discordiam Iac. Palmer. Exercit. p. 68. Wess.

652. 33. *Καὶ κατὰ τὸ ἐπιβάλλον αὐτοῖς μέρος*] Copula redundat, ex sequenti praepositione nata, ut saepe. Eius praesentia offendit etiam doctissimum Rhodomannum. Wess.

652. 40. *Καὶ παρὰ τῶν συμμάχων σχεδὸν ἁπάντων*] Eleorum ager longa pace, et quod ex praecipua parte sacer censebatur, omni rerum ubertate florebat. Spes praedae, ne de foedere dicam, Spartanorum socios in hanc expeditionem accendit, futuram *ὥσπερ ἐπισιτισμὸν τῇ Πελοποννήσῳ*, ut pulcre Xenophon. Adde Polyb. IV. 73. Wess.

652. 45. *Λασίωνα μὲν φρούριον*] Auctori L. XV. 77. *τῆς ὀνομαζομένης Τριφυλίας χωρίον ὀχυρὸν, ὃ προσηγόρευται Λασσίων*, duplici sibilo; sed prave. *Λασίωνα τὸν ὑπ' Ἀρκάδων λεγόμενον* Xenoph. Hellen. III. p. 384., *Λασιῶνα τὸν Ἠλείων* Polyb. L. IV. 73., qui de oppido Eleis et Arcadibus contentionem fuisse addit. Mox *διὰ τῆς ἀκρωρείας* doctus Interpres *per montium iuga* vertit. Praestabit *per Acrorium agrum*. Nam *Ἀκρώρειοι πόλις Τριφυλίας* apud Stephan., quam urbem Lasioni adiungit Xenoph. l. d., insuper *τὰς τῶν Ἀκρωρείων πόλεις* memorans L. VII. p. 497. Wess.

652. 47. *Θραιστὸν, Ἅλιον, Εὐπάγιον, Ὀποῦντα*] Prius, Acroriorum oppidum, *Θραυστὸν* Xenophon Lib. VII. Rer. Gr. p. 497. vocat. *Ἅλιον* nusquam invenio. Abr. Ortelius cum eo conposuit *Ἅλλον*, sive *Ἄλον* potius, Herodoti L. VII. 173., sed errans: namque id Achaiae extra Peloponnesum. In Strabone L. VIII. p. 525. reperitur *Ἀλείσιον*, Stephano *Ἀλήσιον*, quod quidem in hac vicinia, haud tamen scio an idem. De *Eupagio* nihil dixero, nisi si *Ἐπιτάλιον* sit, Triphyliae urbibus insertum et a Xenophonte L. III. p. 384. et a Polybio L. IV. 80. et Strabone L. VIII. p. 537. unde *Ἐπιταλεῖς*, qui *Πεταλιεῖς* in quibusdam Xenophontis editis perverse admodum. Sed id quoddam quasi eius regionis fatum fuit, ut urbium nomina mendo sint foedata. Exempli caussa Herodoto L. IV. 148. *Θριξαὶ*, quae Polybio et Xenophonti *Θρίξα* constantissime. Eidem *Ἔπιον*, pro quo Xenophon *Ἤπειον*, Polyb. IV. 77. *Αἶπυν*, et c. 80. *Ἔπειον*, Stephanus *Ἤπιον*. quorum *Ἤπειον*, unde gentile *Ἠπιεύς*, solum verum videtur Holstenio, neque inmerito. *Ὀποῦντα*, ut ad eam veniam, inter Elidis urbes agnoscit Stephanus et ante eum Strabo L. IX. p. 651. Wess.

653. 50. *Σταδίους ὡς ἑβδομήκοντα*] Pylus media paene inter Elidem et mare erat, ab eo dissepta spatio circiter XXX stadiorum. Atque haec *Πύλος* est *Τριφυλιακὸς*, de qua, utrum Nestoris fuerit patria, magnum olim inter Grammaticos et Geographos certamen. Strabonem, controversiam examinantem, vide L. VIII. p. 538. et seq. Wess.

653. 55. *Ἐδεδιώκεισαν*] *Δεδώκ.* Co. Clar. non omnino prave. Negligitur haud raro enim augmentum. Vid. ad L. II. 8. Wess.

653. 63. *Ὁρῶν ἐργώδη τὴν ἄλωσιν οὖσαν*] Iterum a Xenophonte discrepat: qui cum Agim suburbia et gymnasia oppidi vastasse dixisset, *τὴν δὲ πόλιν*, inquit, *ἀτείχιστος γὰρ ἦν, ἐνόμισαν αὐτὸν μὴ βούλεσθαι μᾶλλον ἢ μὴ δύνασθαι ἑλεῖν*, *urbem, male enim munita erat, censebant eum magis non voluisse, quam non potuisse capere.* Sic vertenda ea putem. *Ἀτείχιστος* male muris cinctam indicat: nam muris destitutam haud fuisse, quae subnectuntur ibidem ostendunt, et in Pausaniae L. III. 8. Neque hoc verum, si Xenophontem audis, regem concessisse Dymen in hiberna: Epitalii enim prope Alpheum flumen praesidiarios, qui Eleis infesti forent, reliquit, domum ipse reversus. Id bene, quod Eleorum agrum *χώραν ἱερὰν* nuncupat. Olim enim consensu quodam totius paene Graeciae convenerat, *τὴν Ἠλείαν ἱερὰν εἶναι τοῦ Διὸς, τὸν δ' ἐπιόντα ἐπὶ τὴν χώραν ταύτην μεθ' ὅπλων, ἐναγῆ εἶναι. ὡς δ' αὕτως ἐναγῆ τὸν μὴ ἐπαμύνοντα κατὰ δύναμιν*, Strabo L. VIII. p. 548. Quam consecrationem cum Spartani ratam habuissent, tanto haec irruptio videri debebat atrocior, nisi si Elei bello occasionem praebuissent. Conf. Excerpt. Vales. p. 225. Wess.

653. 77. *Ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν ἀποτειχισμένην*] Vide L. XIII. 7. Wess.

653. 83. *Πρὸς τοῖς Ἑξαπύλοις* etc.] *Ἑξάπυλα*, *Hexapylum*, maior et munitior urbis erat porta, quae in Tycham aditum dabat. De ea Ph. Cluver. Sicil. Antiq. L. I. p. 149. Wess.

653. 89. *Εὐθέτους ἄνδρας ἐλευθέρους*] Defectus copulae, et quod postremam vocem omittant Clar. Reg. 2., eandem suspectam faciunt. Numerus ad opus selectorum, etsi paene nimius, non male conveniet. Si enim plethrum sexta sit stadii pars, ut volunt, et in plethrum ducenti sint adhibiti, omnes aequabunt XXXVI millia. Adde eos, qui lapides, calcem, ceteraque, struentibus ministrabant, ut opus esset expeditius, et augebitur haud parum. Id miror, in tanta multitudine sibi invicem non inconmodasse: cui tamen rei remedium Dionysii et praefectorum videtur fuisse praesentia. Wess.

654. 4. *Προσήδρευσε*] Rectius *προσήδρευε* leges, ut paullo post habes *ἀπεδείκνυε*. Steph.

654. 6. *Καὶ τοῖς κακοπαθοῦσιν ἀεὶ προσλαμβάνων*] *Adiutans.* Ita Strabo L. XI. p. 758. C. *προσλαμβάνουσι δ' ἐσθ' ὅτε καὶ οἱ τὸν Βόσπορον ἔχοντες, ὑφόρμους χορηγοῦντες.* Et p. 766. A. *ταῖς μὲν τῆς γῆς ἀρεταῖς προσλαμβάνουσι (οἱ ποταμοὶ,) τὴν δὲ θάλατταν ἀλλοτριοῦσιν.* Wess.

654. 15. *Ὥστε τῷ τοίχῳ τῆς* etc.] Fuisse eum Rhodomanno opinor *τῷ τείχει*, quod a vulgato sede sua eversum. *Ἕως τῶν τοιχῶν* editur in Polybio II. 64. pro *τειχῶν*. In Strabone

L. XII. p. 686. B. *τοὺς τείχους πιστοὺς* leges, cum *τοίχους* oporteret. Sed hoc occupavit doctissimus Vanni Critic. auctor p. 619., quem vide. Wess.

654. 21. *Ἐξαίνετος*] *Ξεναίνετος* Lysiae Or. XVI. 1. et Diog. Laert. II. 55., qui peropportune hoc Archonte Xenophontem una cum Cyro in Persidem contra Artaxerxem properasse prodit. Forte verum id homini nomen. Vide Io. Meursium Lect. Attic. L. V. 27. Wess.

654. 24. *Καὶ Ἰούνιος Λούκουλλος*] Pro *Ἰούνιος Λούκουλλος* revocetur ex Fastis *Γνάϊος Κορνήλιος*. Rhod. Suspicor antiquissimis in schedis haec vitiosa aut detrita fuisse, indeque ansam Coisl. et Reg. 1. praebitam ea transiliendi. Haud proinde iniusta eorum opinio, qui mendo obsita atque ex Livio L. IV. 61. emendanda arbitrantur. Consule Pighium in Fastis ad ann. CCCXLIX. Wess.

655. 40. *Σάμον ὀνομαζόμενον*] Mallem *Σάμιον*, quemadmodum apud Xenophontem principio L. II. Rer. Graec. Quae tamen hic atque illic Samio tribuuntur, ea Pythagorae navarcho adiudicantur in Xenophontis, si tamen is libri auctor, de Exp. Cyr. L. I. p. 199. Wess. „*Male dubitat Wesseling.*“ Valckenar. Ms. ad Xenoph. Anab.

655. 48. *Πολυτελῶς ἐξηρτισμένας*] Fallor aut *ἐξηρτυμένας* scripsit, quorsum nos ducit Cod. Reg. 1. scriptura et perpetua scriptoris nostri consuetudo. Vitium peperit vocabulorum similitudo, quae quoque effecit, ut *ἐξηρτισμένος* et *ἐξηρτυμένος* permiscerentur in altera S. Paulli ad Timoth. c. III. 17. Wess.

655. 55. *Ταμὼ*] Vid. infra c. 35. Idem est, ac classis praefectus, quo de modo: nam et is domo Aegyptius, et apud Cyrum gratiosus, teste Xenophonte *Ἀναβ.* L. I. p. 199. De tono nominis Cl. Duker. in Thucydid. L. VIII. 87. Wess.

655. 67. *Τὰς μὲν κατὰ λεπτὸν ἡγεμονίας*] Notari iubet, haud scio an de menda quidpiam opinatus, in Addend. notar. Rhodomannus rarum dicendi genus. Puto *τὰς κατὰ λεπτὸν ἡγεμονίας* easdem esse ac praefecturas catervarum, sive partium exercitus exiguarum. Nam *λεπτυσμὸς*, cuius in acie contrahenda apud Aelianum Tactic. c. 49. usus est, huc non pertinet. Graecorum autem duces memorat et Xenoph. Exp. Cyr. L. I. p. 192. seq. Wess.

655. 78. *Πρὸς ταῖς Κιλικίαις πύλαις*] Describuntur a Xenophonte Exp. Cyr. L. I. p. 195. Herodiano L. III. 3. aliis. Wess.

655. 85. *Εἰς τενέβιον*] Quidam videntur hic legisse *εἰς τι πεδίον*, nostris diversa nacti exemplaria, aut certe coniectura usi. Steph. Pro *τενέβιον* non dubito quin legendum sit *πεδίον*. Rhod. Notatur asterisco haec ultima vox *τενέβιον*· iure profecto. Lege, si nobis credis, erudite lector, *εἰς τὸ πεδίον*. Post montium scilicet

angustias superatas, tandem in plana et campestria descendit: quae praecedunt et quae sequuntur, inducunt nos, ut ita legamus. PALM. Vix cohibeor, quin εἴς τι πεδίον rescribam: certa enim res. Audi Xenophontem Ἀναβ. L. I. p. 195. ἐντεῦθεν δὲ, superatis Pylis, κατέβαινον εἰς πεδίον μέγα καὶ ἐπίῤῥυτον καὶ δένδρων παντοδαπῶν ἔμπλεων καὶ ἀμπέλων etc. Relinquo tamen vitiosum illud, in quod tanto consensu conspirarunt scriptae membranae. WESS.

655. 88. Συέννεσις δὲ ὁ τῆς Κιλικίας δυναστεύων] Non iniusta suspicio est Stanleii, nomen illud paene proprium fuisse Ciliciae regulis. Habet certe Herodotus *Syennesim*, Ciliciae regem, Cyaxari aequalem, L. I. 74., alium Darii Persarum regis aetate L. V. 118. et Xerxes tempore L. VII. 98. Aeschylus Pers. v. 326. ubi vir doctissimus. WESS.

656. 97. Ἀρτισάμενος] Malim ἀρτυσάμενος, ab ἀρτύομαι. STEPH. Corrigenti Stephano non obloquerer, si veterum ea librorum scriptura foret. Ἀρτίσασθαι Hesychio interprete est παρασκευάσασθαι, quae eadem vis huic est loco: paratus enim atque instructus in incertos fortunae casus Syennesis erat. Quid? Suidas in voc. Ἀρτιζόμενοι haec Diodori citat, usumque verbi adfirmat, quod L. Kusterum fugisse animadvertes. WESS.

656. 2. Συστρατεύσεσθαι] Rectius legetur συστρατεύσεται. STEPH. Συστρατεύσεσθαι] Ita profecto oportuit, nisi si μετέχειν in praecedentibus fuerit. Nam διότι et ὅτι infinitam orationem posse admittere, saepe monitum antea est. Habet aliud verborum series, auribus parum gratum: quis enim temere τῇ δ' εὐνοίᾳ πρὸς ἐκεῖνον — καταλιπὼν ἐκεῖνον, τῷ βασιλεῖ etc. artissime iunxisset? Sed haec optimis etiam excidunt. WESS.

656. 11. Πλείω τῶν τετταράκοντα μυριάδων] Vid. not. in L. I. 92. WESS.

656. 13. Ἐνεχείρησαν ἀναιρεῖν] Haec copiosius Xenoph. Ἀναβ. I. p. 196. WESS.

656. 26. Πεζοὺς ὀκτακοσίους] Ἑπτακοσίους ἔχων ὁπλίτας de Chirisopho Xenophon L. I. Exp. Cyr. p. 199. Verum auctor eo in numero sibi constat, sicuti c. 19. indicio est. WESS.

656. 35. Ἐπὶ τὰς πύλας καλουμένας] Συρίας πύλας sive Ἀμανίδας intelligi ordo itineris innuit. De illis Cellar. Geogr. Vet. L. III. 6. p. 246. diligentissime. Itaque actum non agam. WESS.

657. 41. Τὸ μὲν τραχὺ καὶ χρημνοὺς ἔχον etc.] Videntur et haec aspera, nec satis expedita. Puto ἕτερον ὄρος, (μία δ' ἐστὶ τῶν περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους,) καὶ καλεῖται μὲν Λίβανος et reliq. fuisse primitus. Sic certe melius cohaerescent omnia. Peccatur tamen haud leviter, cum Libano tribuitur, quod Amano convenit monti. Is παρὰ τὴν Φοινίκην παρεκτείνει, ortus ab ipsis Pylis. Nam Libani initium haud longe Tripoli est, ab auctore satis accurate signatum L. XIX. 58., et Strabone L. XVI. p. 1095.

Errorem notaverat his verbis doctissimus Iac. Palmerius: *Mire se prodit ἀγεωγραφητὸν Diodorus, nec video quomodo possim eum tueri.* WESS. Quanto magis considero hanc montis descriptionem, eamque contendo cum illis, quae Diodorus L. XIX. 58. de Libano in literas retulit, in eam opinionem conpellor, ut in vocem *ΛΙΒΑΝΟΣ* vitium penitius sese insinuasse suspicer. Potuit quidem certe ex *ΑΜΑΝΟΣ*, prave scripto vocabulo, a somnolento librario *ΛΙΒΑΝΟΣ* procudi. IDEM in Add.

657. 45. *Ὑπάρχων*] Aut *ὑπάρχει* legendum est, aut aliquid addendum. STEPH.

658. 51. *Ἡμέρας εἴκοσι*] Imo castris XIII, sive *σταθμοῖς*, Thapsacum Cyrus, a Pylis progressus, devenit. Sic Xenophon *Ἀναβ.* I. p. 199. et seq. Ipsam Thapsacum, *πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα*, praeter celebrem Euphratis traiectum nobilitabat antiquissima origo. Eadem enim ac תפסח *Thipsach* 1. Reg. V. 24., ut pulcre adverterunt viri praestantissimi Fr. Iunius et H. Grotius. A Macedonibus *Amphipolim*, mutato nomine, dictam fuisse ex Plinio L. V. 24. et Stephano cognitissimum. WESS.

658. 60. *Κατ' ἄνδρα ἕκαστον δώσει* etc.] Vid. Xenoph. *Ἀναβ.* I. p. 200. WESS.

658. 71. *Ἐπεὶ δὲ ἔτι παρ' Ἰνδῶν* etc.] Scriptum fuisse puto ab authore *ἐπεὶ δὲ αἵ τε* etc. STEPH. Malim cum Rhodomanno *οἵ τε παρ' Ἰνδῶν*. Forte et mox scripserat *ἀφεστάναι τοῖς τόποις*, quemadmodum L. XIII. 22., ut ad Indos ceterosque parentes pertineat, longo terrarum spatio a Media dissitos. WESS.

658. 71. *Μηδίας*] *Μηδείας* Coisl. Clar. satis bene. Vid. Hutchins. in Xenoph. *Ἀναβ.* I. p. 71. WESS.

658. 76. *Οὐκ ἐλάττους τετταράκοντα μυριάδων*] Eundem regii exercitus numerum edidit Ctesias in Plut. Artoxerx. p. 1017. D., longe vero ampliorem Dinon et Xenophon, quem vide Exp. Cyr. L. I. p. 206. WESS.

658. 82. *Τὸ μὲν πλάτος ποδῶν ἑξήκοντα* etc.] In fossae latitudine et altitudine haud levis est discordia. Xenophon l. c. *τὸ μὲν εὖρος ὀργυιαὶ πέντε, τὸ δὲ βάθος ὀργυιαὶ τρεῖς*. hoc erit, si cum Herone *ὀργυιὰν* aequaveris sex pedibus, latitudine XXX, altitudine XVIII pedum. Plutarchus aliter Artoxerx. p. 1014. *καὶ γὰρ τάφρον εὖρος ὀργυιῶν δέκα, καὶ βάθος ἴσον, ἐπὶ σταδίους — τετρακοσίους ἐνέβαλε*, in latitudine quidem a Nostro nihil discrepans, in profunditate plurimum, fortasse etiam a vero: vix enim sibi quis persuaserit, tam alte eam fuisse depressam. Iam longitudinem considera, quam Xenophon in Parasangas XII extendit, sive stadia CCCLX, Plutarchus stad. CCCC, non magno, et ex controversa parasangarum amplitudine nato, discrimine. Quorsum vero haec? ut teneam non omnia heic loci esse sana. Omissa mihi videtur fossae longitudo, eiusque indicium durare in *μῆκος*. Fuerit ergo *τὸ δὲ βάθος ποδῶν δέκα καὶ τὸ μῆκος σταδίων τετρα-*

κοσίων, aut simile quiddam. Palmerius, quod paene fueram oblitus, stat a me, haec animadvertens: *Si sana est haec lectio, notanda est: alibi enim non invenias talem vocis μῆκος significationem, nempe pro βάθος. Hunc Diodori locum mallem notare, quam imitari. Sed credo deesse aliquid, et suspicor post vocem μῆκος scriptum fuisse numerum longitudinis eius fossae, et deinde τὸ δὲ βάθος ποδῶν δέκα, profunditas autem pedum decem.* Wess.

658. 93. *Ὧν ἁπάντων Κλέαρχος — ἀφηγεῖτο*] In hac acici descriptione egregie suorum securitati, non saluti Cyri, Clearchus consuluit. Vide Plut. Artoxerx. p. 1015. B. Wess.

658. 98. *Ἀριδαῖος*] In Xenophonte semper *Ἀριαῖος*, quod et Plut. Artox. p. 1016. B. agnoscit. Wess.

658. 5. *Τὸν ἀριθμὸν οὐκ ὀλίγα*] Centum erant et quinquaginta, teste Xenophonte L. I. p. 206. Wess.

658. 18. *Ὑπερπετεῖς ἐδόκει ποιήσειν*] Suidas in *Ὑπερπετεῖς* haec exscripsit, sed ita, ut verba et sententiam Diodori mutilaverit, quod L. Kusteri diligentiam haud fugit. *Ὑπέρπετεῖς* interpretatur *ὑπὲρ λίαν σωζομένους*, inepte, si tamen ita scripserit. Sunt *ὑπερπετεῖς*, qui supra nos transvolant. De lacu Averno Strabo L. V. p. 374. B. *προσεμύθευον δ' οἱ ἐπιχώριοι καὶ τοὺς ὄρνεις, τοὺς ΥΠΕΡΠΕΤΕΙΣ γενομένους, καταπίπτειν εἰς τὸ ὕδωρ.* Polybius de telis, quae catapultis emissa, supra Romanos avolabant, *ὅτε δὲ ταῦθ' ΥΠΕΡΠΕΤΗ γίγνοιτο* L. VIII. 6. Paullo aliter montis vertex, ultra aërem nostrum in altum evectus, *ὑπερπετὴς ἄκρα τῆς τῶν ἀνέμων πνοῆς*, inf. L. XVII. 7., et *ὑπερπετεῖς ἄνεμοι*, qui sublimibus e montibus spirant in Strabon. L. XV. p. 1063. C. Quae quidem loca copiosissimum alioqui Graeci sermonis Thesaurum, cui vocabulum id deest, locupletare poterunt. Wess.

658. 27. *Καὶ ταῖς εὐχερείαις*] Lego *εὐχειρίαις*, ut pagina seq. *ταῖς τόλμαις καὶ ταῖς εὐχειρίαις νικώμενοι*, et itidem alibi non semel. Steph.

658. 29. *Καὶ τὰ π. τῶν ταγμ. ἔχοντες ψιλικὰ*] Sic scripsit. *Τὰ ψιλικὰ τῶν ταγμάτων* recurrunt L. XV. 32. XVII. 88. Intelliguntur *ἀκοντισταὶ, τοξόται* et *σφενδονῆται*, quemadmodum ipse docet L. XIX. 92. Modo *ὅπλα μικρὰ* ea sunt, quibus corpus tegebant, scuta inprimis. Infra L. XVII. 18. Alexander *τὸ μὲν ἴδιον ὅπλον ἀνέθηκε τῇ θεῷ, τῶν δ' ἐν τῷ νεῷ κειμένων ὅπλων τὸ κράτιστον ἀναλαβών* etc. ubi scutum esse, ex c. 21. adparebit clarissime. Euripides Hecub. v. 14. — *οὔτε γὰρ φέρειν ὅπλα Οὔτ' ἔγχος οἷός τ' ἦν.* In quae haec Critici: *ὅπλα, τὰ φυλακτήρια, οἷον θώραξ, κράνος*, neglecto clypeo, quem recte addidissent. *Arma* Latinorum consuetudine loco simili poni, monuerunt viri eruditi Cl. Salmasius ad Vopisci Aurel. c. 7. Duker. in Thucyd. VII. 45. Wess.

659. 43. *Τῆς περὶ τὸν Ἐτεοκλέα*] Vid. L. IV. 67. Wess.

659. 45. *Ἔσφηλεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν*] Non dissimile hoc Longi Pastor. L. IV. p. 155. *ὁ δὲ μεθύοντα ἄνθρωπον καὶ ἑστῶτα μόλις παρωσάμενος ἔσφηλεν εἰς τὴν γῆν.* Pugnam fratrum describunt Xenophon Exp. Cyr. L. I. p. 209. et ex Dinone et Ctesia in Artox. p. 1016. Plutarchus. Wess.

659. 50. *Ἀναμαχόμενος τὸ — ἐλάττωμα*] Obvium est de iterato praelio, quo cladem acceptam resarciebant. Polyb. L. I. 55. *σπουδάζων ἀναμαχέσασθαι τὴν γεγενημένην περιπέτειαν.* Nicol. Damascenus Excerpt. Vales. p. 482. Pompeius *διενοεῖτο — τὴν ἐκείνου ἥττων ἀναμαχέσασθαι.* Libanius Basil. p. 133. D. *ἀναμαχεῖσθαι δὲ τὴν πληγὴν, οὐδὲ ὄναρ ἐλπίζουσιν.* Quibus gemina e Nostro si iungere velis, copia L. XVI. 19. XVIII. 72. XIX. 93. dabitur. Wess.

659. 58. *Ὑπό τινος τῶν τυχόντων Περσῶν πληγεὶς*] Sequi Ctesiae opinionem videtur: nam alii auctorem necis aut Artaxerxem ipsum, aut Carem quendam edebant, de quibus Plut. Artox. p. 1016. Wess.

659. 68. *Πρός τινα τῶν ἰδίων σταθμῶν*] Castra sunt, in quibus non multo ante praelium tetenderat. Vid. Xenoph. *Ἀναβ.* I. p. 212. Wess.

659. 87. *Πλείους τῶν μυρίων πεντακισχιλίων*] Ctesias caesos ad IX millia regi victori relatos, sibi vero non minus XX millia visos refert in Plut. Artox. p. 1017.; quo numero si utrinque interemtos fuerit complexus, a Nostri opinione non longe declinaverit. Wess.

660. 97. *Ἀνῃρημένου Κύρου*] Interpone *γάρ*. Rhod.

660. 5. *Ὄνομα μὲν Φαλῖνος*] Hoc praefero ob Xenophontem, eodem modo, etsi et eius Codd. in scriptura varient, vocitantem, L. II. Exp. Cyr. p. 215. Flagitiosius in Plut. Artox. p. 1017. *Φάϋλλος Ζακύνθιος* editur: melius scriptae schedae *μετὰ Φαλλήνου τοῦ Ζακυνθίου*, e quo *Φαλήνου*, sive potius *Φαλίνου*, ut ego quidem malim, instaurarunt viri clarissimi Bryanus et M. Solanus. Wess.

660. 9. *Καὶ πρὸς τὰς θύρας αὐτοῦ βαδίσαντες*] Egregie Is. Casaubonus in Diogen. Laert. II. 69. Frequens est de illis, quibus regis gratia atque ope opus erat. Callicratidas apud Xenophont. Rer. Graec. L. I. p. 346. *ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὰς ἐκείνου θύρας φοιτᾷν οὐκ ἠδυνάμην ἐμαυτὸν πεῖσαι.* Et Apollonius ad Domitianum *οὔτε ἐπὶ θύρας βασιλείους ἐφοίτησα* apud Philostrat. L. VIII. 7. p. 344. Vit. Apollon. Wess.

660. 16. *Καὶ γὰρ τότε Λεωνίδης εἶπεν*] Superius L. XI. 5. narravit. Wess.

660. 21. *Παραπλησίως δὲ καὶ τοῦ Κλεάρχου*] Alios responsores suppeditat Xenophon Cyr. Exp. L. II. 215., in plerisque a Nostro dissentiens. Wess.

660. 26. *Χρησίμην ἡμῖν ἔσεσθαι καὶ ἀρετὴν*] *Τὴν ἀρετὴν*, reiecto *καὶ*, et mox *ἕως ἂν περὶ ἡμῶν* etc. in not. Auctario corrigit Rhodomannus; cui equidem de copula assentio, sed *ὡς ἄν* non muto. Habet enim nonnunquam eandem vim, ac *quamdiu*, docentibus Devario et H. Stephano Thes. T. IV. p. 817. Wess.

660. 31. *Σώφιλον τὸν ἐφ' ἡγεμονίας τεταγμένον*] Hunc inter praefectos, qui cum Cyro expeditionem sint ingressi, nusquam invenio. Sophaenetus Stymphalius a Xenophonte saepe memoratur, nec eundem tamen esse dixero. Wess.

661. 52. *Περὶ τῆς ἐπὶ θάλατταν καταβάσεως*] Regiones, quae in mare vergunt, *inferiores*, *τὰς κάτω*, quae longissime a mari in mediterranea porriguntur, *superiores*, *τὰς ἄνω*· inde *ἀνάβασιν* de itinere, quod in interiora provinciae, *κατάβασιν* cum versus mare properatur, adhiberi tralaticium est. Vid. c. 22., Arrian. Exp. Alex. L. I. 12. et quae viri doctissimi Is. Vossius ad Melam I. 3. C. A. Dukerus in Thucydid. L. I. 120. et Hutchinson ad L. I. Exp. Cyr. princ. Xenophontis observaverunt. Wess.

661. 55. *Ἥνπερ ἦλθον*] Nihil hinc demuto. Xenoph. *Ἀναβ.* II. p. 218. *πότερον ἄπιμεν, ἥνπερ ἦλθομεν, ἢ ἄλλην τινὰ ἐννενοηκέναι δοκεῖς ὁδὸν κρείττω*; posset alioqui levi opera ex vitiosiore Codd. scriptura *ἧπερ ἦλθον* formari. Wess.

661. 70. *Ἐν δὲ ταύταις συνεφώνησεν* etc.] Conf. Xenophont. L. II. p. 221. Wess.

661. 76. *Ἐπὶ τὰς ὁδοιπορίας ἐγίνοντο*] Lego *περὶ τὰς ὁδοιπορίας*. Sic saepe dicit *γίνεσθαι περί τι*. ut p. 385. *περὶ δὲ τὴν τῶν τειχῶν κατασκευὴν ἐγίνοντο*. et p. 423. *περὶ τὸν τῶν δυνάμεων ἀθροισμὸν καὶ τὴν ἄλλην ἐγίνετο παρασκευήν*. Steph. Accedo viro doctissimo. Scriptori enim nostro nihil hoc genere familiarius. Vid. ad L. XI. 75. Wess.

661. 81. *Ἔδωκε τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα*] Id alibi vix reperias. Scio a viro consultissimo huc referri ex Xenophonte *Ἀναβ.* L. II. p. 222. *ἐν δὲ τούτῳ Τισσαφέρνης ἦκε, ἔχων τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, ὡς εἰς οἶκον ἀπιών, καὶ Ὀρόντας τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν. ἦγε δὲ καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ βασιλέως ἐπὶ γάμῳ*. verba enim *ἦγε δὲ καὶ* etc. ad Tissaphernem pertinere, non Orontam: hunc eum videri, quem Xenophon semel iterumque *coniugis regiae fratrem* adpellarit. Mihi secus, pace eius dictum sit, videtur. Verba Xenophontis Orontam, cui artissime cohaerent, spectant. Tum quod Noster L. XV. 2. hominem hunc *κηδεστὴν τοῦ βασιλέως* nuncupat: tum quia Xenophon id clarissime docet L. III. p. 243. *Τισσαφέρνης ἐπιφάνη*, inquiens, *οὗς τε αὐτὸς ἦλθεν ἐπέας ἔχων, καὶ τὴν Ὀρόντου δύναμιν, τοῦ τὴν βασιλέως θυγατέρα ἔχοντος*. Bene ergo Rhodomannus *κηδεστὴν τοῦ βασιλέως* *generum regis* vertit. Vide tamen Celeb. Barbeyrac. Histor. Foed. P. I. p. 267. Wess.

661. 92. *Ἄλλοις γε ἡγεμόσιν ἐλθεῖν*] Ingentis hiatus indicium heic est in Clarom.; cuius quidem defectum versione sua utcunque explevit Rhodomannus, sed plura deesse videntur: nempe reconciliata Ariaei sive Aridaei et Tissaphernis gratia, Graecorum progressus positaeque illis insidiae, Tissaphernis et Clearchi congressus, et alia, quae ex Xenophonte L. II. Exp. Cyr. p. 222. — 226. peti debent. Wess.

662. 95. *Ὡς εἰκὸς*] Quam vim *ὡς εἰκὸς* habeat, non temere quisquam adfirmarit. Cur enim par erat, ut una cum Clearcho et ceteris fere ducibus omnibus ductores ordinum ad Tissaphernem irent? Scribe *ὡς εἴκοσι* et bene omnia se habebunt. Ad viginti enim cohortium praefecti pariter cum ducibus et Clearcho ad Tissaphernem sese contulerunt. *Πέντε μὲν στρατηγοὺς, εἴκοσι δὲ λοχαγοὺς* Xenophon ait L. II. Exp. Cyr. p. 227., omne de hac correctione dubium eximens, uti et Polyaen. VII. 18. Wess.

662. 4. *Ἐξ ὧν εἷς φυγὼν* etc.] Nicarchus Arcas, gravi vulnere adfectus, *τετρωμένος εἰς τὴν γαστέρα, καὶ τὰ ἔντερα ἐν ταῖς χερσὶν ἔχων* apud Xenophontem dicto loco. Wess.

662. 11. *Χειρισόφῳ τῷ Λακεδαιμονίῳ*] Principatum totius Graeciae hac tempestate Spartani obtinebant: Chirisophus domo Lacedaemonius erat; hinc ceteris, ut exercitum duceret, ex Xenophontis sententia praelatus est. *Χειρίσοφος μὲν ἡγοῖτο, ἐπειδὴ καὶ Λακεδαιμόνιός ἐστι* L. III. Exp. Cyr. p. 239. Wess.

662. 16. *Μένωνα δὲ μόνον ἀφῆκε*] Sed in breve tempus. Luit enim dein homo inpurus gravissimas poenas, diu atrocissime excarnificatus, si Xenoph. extremo L. II. *Ἀναβ.* non fallit. Wess.

662. 28. *Τὰ τῶν Καρδούχων ὄρη*] *Καρδούχια ὄρη* Xenophonti, qui quidem montes a Gordyaeis, in quibus area Noachica conquievit, non discrepant. Nam quibus olim *Καρδούχων* nomen, illi deinceps *Γορδυαῖοι*. Plinius L. VI. 15. *Adiabenis connectuntur Carduchi quondam dicti, non Cordueni, praefluente Tigri.* Aliter Strabo, si tamen ea scripserit, quae L. XVI. p. 1083. ita leguntur: *πρὸς δὲ τῷ Τίγρει τὰ τῶν Παρθυαίων χωρία, οὓς οἱ πάλαι Καρδούχους ἔλεγον* qua de re vehementer dubito. Nam quis Parthos et *Καρδούχους* eosdem dixit? a quo alio Parthi Tigri fluvio sunt ita admoti, ut hoc Strabonis loco? Auctor ipse Tigrim Gordyaeam radere, sive ut Plinius, *lustrare montes Gordyaeorum*, paullo ante prodiderat. Refinge ergo *τὰ τῶν Γορδυαίων χωρία*, ut secum et aliis cum Geographis consentiat. Menda nata videtur, quod proximo versu *τοῦ τῶν Παρθυαίων στρατηγοῦ* facta mentio esset. Wess.

662. 33. *Καὶ τοξεύμασιν ὑπερμεγέθεσι χρῆσθαι*] Xenophon, quem Diodorus aemulatur, L. IV. p. 253. de Carduchis: *ἄριστοι δὲ τοξόται ἦσαν. εἶχον δὲ τόξα ἐγγὺς τριπήχη, τὰ δὲ τοξεύματα πλέον ἢ διπήχη. εἶλκον δὲ τὰς νευρὰς, ὁπότε τοξεύοιεν, πρὸς τὸ κάτω τοῦ τόξου τῷ ἀριστερῷ ποδὶ προσβαίνοντες. τα*

δὲ τοξεύματα ἐχώρει διὰ τῶν ἀσπίδων καὶ διὰ τῶν θωράκων. quae, quia Nostrum illustrare possunt, exscribere placuit. WESS.

663. 41. *Τούτοις σαννίοις χρωμ.*] Videtur deesse ὡς ante *σαννίοις*. STEPH. et RHOD. Ego subintelligi posse puto, ut in his Xenophontis, ἐχρῶντο δὲ αὐτοῖς οἱ Ἕλληνες ἐπιλαβόμενοι ἀκοντίοις ἐναγκυλῶντες. ubi Hutchinsonius, non oblitus horum Diodori, de ἐναγκυλᾶν, ἐναγκυλεῖν, pro quo ἐναγκυλοῦν rariore forma Aelian. Hist. Animal. L. V. 3. Vide etiam H. Valesium ad Evagrii Eccl. Hist. L. III. 25. WESS. Ὡς *σαννίοις*. Ursinus legebat. IDEM in Add.

663. 43. Ἐπιπόνως, *παρεγενήθησαν* etc.] Non multum refert, sive ante ἐπιπόνως seu post illud, distinguas. Sententia fere eadem manet. Centrites fluvius Armeniam a Carduchorum agro separabat, Xenophonte auctore. WESS.

663. 60. *Τοῦ δὲ χειμῶνος ἐπίτασιν λαμβάνοντος*] Armeniae aer frigidissimus est: regio perpetuis paene nivibus obruta nec ver, neque autumnum novit, planeque δυσχείμερος apud Gregor. Nyssenum Or. in XL Martyr. p. 107. Cuius quidem hiemis inconmoda nivisque, quae ea in regione perpessi fuerunt Graeci, eleganti verborum ambitu Xenophon et Noster exsequuntur; similem vero calamitatem, quacum in Armeniam properans conflictata perhibetur Ogia, Abgari soror, Moses Chorenensis Histor. Armen. L. II. 33. Refer et huc egregiam νιφοβόλων horum locorum descriptionem ex Strabonis L. XI. p. 800. B. WESS.

663. 71. *Διὰ τὸν ἀπὸ τῆς αἰθρίας πάγον*] Ex Reg. 2. leviter mutavi, ut congrueret his de Gallia, κατὰ δὲ τὰς αἰθρίας κρυστάλλῳ καὶ πάγοις ἐξαισίοις πληθύει Lib. V. 25. Sed exiguum discrimen, quodque ἐν τῇ αἴθρᾳ Pausaniae L. VIII. p. 883., id apud Herodotum ἐν τῇ αἰθρίῃ est. WESS.

663. 82. Ἔνιοι δὲ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐτυφλώθησαν] Vide sis Xenophontem Exp. Cyr. L. IV. p. 259. WESS.

663. 88. *Ταῖς οἰκίαις ἐγκαταβαίνουσι*] Non omnia hic sana. Rhodomannus inducto postremo vocabulo in not. Addend. legebat ἐν δὲ ταῖς οἰκίαις εἶχον τά τε βοσκ. bene quidem ad sententiam loci, nimie tamen. Mihi participium ἐγκαταβαίνουσι, etsi superioribus arte necti posse videatur, quia optimis Codd. displicet, haud placet: quo sublato si legeris ἐν δὲ ταῖς οἰκίαις τά τε βοσκήματα etc., poterunt ea conmode pendere ex εἶχον, quod proxime praecessit. Xenophon: αἱ δὲ εἴσοδοι τοῖς μὲν ὑποζυγίοις ὀρυκταί, οἱ δὲ ἄνθρωποι κατὰ κλιμάκων κατέβαινον. ἐν δὲ ταῖς οἰκίαις ἦσαν αἶγες, ὄϊες et reliq., quae L. IV. p. 260. legi possunt. WESS.

664. 93. *Ἐς τὸν Φᾶσιν ποταμὸν*] Rhodomannus ὡς τὸν citra gravem caussam: si quid innovandum, πρὸς τὸν ex Reg. 1. adscisci poterit. Verum ea res levis et arbitraria. Maioris est momenti Phasin hunc nosse, quem Xenoph. εὖρος ὡς πλεθριαῖον fuisse refert, quemque alium viri doctissimi Deslile et Hutchinson opinantur ac nobilem Colchidis fluvium, in Euxinum sese Pon-

tum demergentem. Quorum opinio veri quadam specie non caret. Nam et longius Colchorum finibus aberant Graeci, cum ad id flumen pervenirent: et tametsi ex Armenia sive *Armenio* monte, ut Dionysius Perieg. v. 694., Colchidis Phasis descenderet, necdum tamen prope ipsos fontes ea amplitudine ruebat. Substituunt *Araxem*, qui Ἔραξ ποταμὸς, ἤτοι ὁ Φάσις Imp. Constantino Porphyrogenito de Administr. Imp. c. 45., sicuti illi adseverant. Ego vero addubito. Φασιανὴ enim, qua de Imperator, a Phaside Colchidis videtur appellata: et ratio dari potest opportuna, cur Phasis sit Ἔραξ dictus, nulla vero, cur Araxes Phasidis nomen abstulerit. *Erras* sive *Aras* Persarum sermone *fluvium* indicat: quo titulo cum quodvis maius flumen designarent, hinc tot diversis Asiae in locis amnes Araxae, ut belle docuit Clarissimus H. Relandus Dissert. de Paradiso c. 17. Quaerendum itaque huic Phasidi aliud patrocinium, quod donec reperiatur, ampliabo. Wess.

664. 94. *Τὴν Χάων καὶ Φασιανῶν*] Prioris populi nomen vitiosum est. Xenophonti *Τάοχοι* sunt et dicuntur. Alii *Τάους* vocabant, Sophaeneto apud Stephan. in voc. *Τάοχοι* teste. Scribendum ergo *τὴν Ταόχων*, aut certe, quod a vulgato recedit propius, *τὴν Τάων* cum clarissimo Hutchinsonio ad Ἀναβ. L. IV. p. 321. ed. Oxon. Videor etiam posse suspicari, Diodorum in illis, ubi a Xenophonte dissentit, Sophaenetum istum ducem sibi legisse. Scripserat *Κύρου Ἀνάβασιν*, diserte a Stephano in voc. *Καρδοῦχοι* citatam, fueratque expeditionis pars non postrema. Neque enim diversus est a Sophaeneto Stymphalio, de quo saepe Xenophon: quod quidem Thomae de Pinedo diligentiam fugisse mirarer, nisi plura alia eum praeteriissent. Porro *τὴν Φασιανῶν χώραν* Nostri in animo Eustathius habuit, cum commentaretur in Dionysii v. 689. Wess.

664. 96. *Τούτους μὲν ἐν τῇ μάχῃ νικήσαντες*] Eradit praepositionem Rhodomannus, quae ut frequentissime abest, ita reperire poterit, cuius auxilio defendatur, praesertim cum in ea retinenda Codd. conspirent. Abundat enim haud infrequenter utroque in sermone. Exempla collegerunt Burdelotius in Heliod. p. 26. et N. Heinsius ad Valer. Flacc. L. V. 349. Wess.

664. 1. *Τὴν Χαλκιδέων καλ. χώραν*] Apud Xenoph. *Χαλύβων*, quod aut recipiendum, aut *Χαλδαίων*. Distinguit, fateor, Xenophon extremo L. VII. Ἀναβ. *Χάλυβας* et *Χαλδαίους*, vicinos tamen ait. Strabo vero L. XII. p. 826. *οἱ δὲ νῦν Χαλδαῖοι, Χάλυβες τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο*. Adde Steph. in *Χαλδαῖοι* et Ἀλύβη, ubi Berkelius, etsi illi quodammodo faveat, quod tamen non animadverterat, Eustath. in Dionys. v. 767., modum excedit. Wess.

664. 2. *Πρὸς τὸν Ἅρπαγον ὀνομ. ποταμὸν*] Ἅρπασος in Xenophonte Exp. Cyr. L. IV. p. 265. Alterutrum vitiosum est: imo utrumque, si verum pervidit Theoph. Sig. Bayerus. Censet

enim in Memor. Scyth. T. III. Comment. Acad. Petropolit. p. 373. idem hoc esse flumen, quod Plinius *Absarum*, Ptolemaeus *Apsorum*, Arrianus *Apsarum* vocitarunt. Ad id a Plinio Macronas admoveri accolas, et plus fidei mereri Arrianum, Cappadociae praesidem, Alanorumque victorem, quam Xenophontis libros. Sed, me quidem iudice, satis confidenter. Sint enim Macrones Apsaro vicini, quid id ad Xenophontis et Diodori flumen? Necdum enim Graeci, cum Harpasum traiicerent, ad Macrones erant delati, a quibus plurium dierum itinere aberant, sicuti quae statim in Xenophonte atque hic succedunt, declarant. Malim proin de flumine, eiusque vera scriptura nihil decernere, tantoque minus, quod intima illius tractus, quem Graeci pererrarunt, densioribus tenebris sint obscurata. WESS.

664. 3. *Διὰ τὰ Σκυτίνων πορευόμενοι*] Sic bene Reg. 2., modo *χωρία* subintelligas. Alioqui *διὰ τὴν Σκυτ.* refingendum erat, quod Th. de Pinedo in opinionem venit ad Steph. voc. *Σκυθηνοί*, sic enim is gentem hanc nuncupat, Xenophon *Σκυθινούς*. WESS.

664. 7. *Πόλιν μεγάλην Γυμνασίαν*] Xenophon *πρὸς πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα οἰκουμένην. ἐκαλεῖτο δὲ ΓΥΜΝΙΑΣ*. WESS.

664. 11. *Ἐπὶ τὸ Χήνιον ὄρος*] *Ὄνομα δ' ἦν τῷ ὄρει Θήχης*, sic nunc in Xenoph., aliis *Ἤχης* legentibus, quorum quid praestet verisque sit, non temere adfirmavero. Quanta vero cum laetitia hinc mare prospectaverint, arbitratu facile est. Libanius eam ob oculos habuit Or. X. p. 280. A. *τοῖς μὲν δὴ μυρίοις στρατιώταις θάλασσα φανεῖσα τὸ πρῶτον, μετὰ τὸ πλῆθος τῶν ὁρῶν τε καὶ πόνων, χαυγήν τε ἐκίνησε καὶ δάκρυα σὺν χαρᾷ· καὶ περιέβαλλον ἀλλήλους οἱ κοινωνοὶ τῶν κινδύνων ἐκείνων*. Sic lege. Nam *καίπερ ἔβαλλον* absurdum est, et errantem Morellium in fraudem induit, a qua prudenter sibi cavit in recentata orationis eius editione doctissimus Olearius. Vellem quoque *Κυρείους στρατιώτας* posthabuisset *τοῖς μυρίοις*, et persanatus fuisset locus. *Κυρεῖοι* enim milites sunt, quos Cyrus e barbaris sibi legerat, certe apud Xenophontem. *Μύριοι* rotundiore numero Graeci, qui post tot casus et rerum discrimina mare tandem adspiciunt. Ceterum quinto, postquam Gymnasia sive Gymnade discesserant, die ad montem eum perveniunt in Xenophonte. WESS.

664. 25. *Εἰς τὴν τῶν Μακρώνων*] Iidem qui Sanni deinceps. *Σάννοι, οὓς πρότερον ἐκάλουν Μάκρωνας* Strabo L. XII. p. 825. Postea *Τζάννοι* sive *Τζάνοι*, ut ex Agathia princ. L. V. colligas, atque inprimis ex Procopio L. I. Bel. Pers. c. 15., ubi *τὸ Τζανικὸν ἔθνος, οὐδενὸς κατήκοοι, ᾤκηντο, Σάνοι ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις καλούμενοι*. Adde L. IV. Bel. Goth. c. 1., et lege *Σάνους*, non *Σουανούς*. Quod vero Critici veteres ad Apollon. Rhod. I. 1023. et II. 396. Macrones hos ex Euboea

insula derivant, quae olim *Μάκρις* dicebatur, id lepidum Grammaticorum commentum esse opinor. Mihi Scylacis et Melae *Macrocephali* eiusdem videntur originis. Wess.

665. 38. *Παραλόγῳ περιέπιπτον συμπτώματι*] Conf. Xenophont. extremo L. IV. Intelligitur genus illud mellis, quod in Ponto, *gente Sannorum, ab insania, quam gignit, maenomenon vocant*, sicuti Plinius N. H. Lib. XXI. 13. scribit. Cuius *μαινομένου μέλιτος* praeter Dioscoridem L. II. 103. meminerunt Strabo L. XII. p. 826. A. et Aelian. de Animal. L. V. 42. et Procop. Bell. Goth. L. IV. 2. Vide quae Iungermannus adscripsit Longi Pastor. L. I. p. 201. Wess.

665. 52. *Κειμένην δὲ ἐν τῇ Κόλχων χώρᾳ*] His utitur Eustathius in Dionys. Perieg. v. 772., sed *πρὸς τῇ τῶν Κόλχων* legens, motus fortasse eadem ratione, qua Procopius L. IV. Bell. Goth. c. 2. Trapezuntem Colchis vicinam negabat, sed cui satis est factum ad Itiner. Antonini p. 216. Cum Diodoro sentit Xenophon. Wess.

665. 55. *Ἡρακλεῖ καὶ Διὶ Σωτηρίῳ*] *Τῷ Διὶ τῷ σωτῆρι καὶ Ἡρακλεῖ ἡγεμόσυνα*, inquit Xenophon, sive victimam ob praestitum in itinere, quo et duces exstiterant, auxilium. Herculem *ἡγεμόνα* dabit idem L. VI. p. 294. Wess.

665. 60. *Ἀναξιβίῳ τῷ Βυζαντίων ναυάρχῳ*] Classis Spartanae praefectus erat, tum temporis Byzantii agens, quod Xenophon distincte significat L. VII. p. 311. Mox *τῶν ἐπικώπων δύο πλοιάρια* duae erant naves, quarum una quinquaginta, altera triginta remis inpellebatur, uti ex eodem constat. Wess.

665. 67. *Εἰς Κερασοῦντα*] Vide Epist. Clarissimi Tournefort, ex itinere Asiatico scriptam, XVII. p. 98. Wess.

666. 73. *Ἑπτωρόφους ἔχοντες ξυλίνους πύργους*] Interpres *ἑπταφόρους* correxit, *turres, quae a septenis promoveri poterant*, vertens. Factum nollem. *Πύργοι ἑπτόροφοι* sive *ἑπτώροφοι* turres sunt ad septimam usque contignationem eductae, ut *οἰκίαι τετρώροφοι καὶ πεντώροφοι* L. I. 45. et *πύργοι ἑξόροφοι* infra hoc libro c. 51. Nimirum in turribus ligneis habitabant Mosynocci, indidem et nomen sortiti. *Διὸ καὶ Μοσυνοίκους ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, τῶν πύργων ΜΟΣΥΝΩΝ λεγομένων*, Strabo L. XII. p. 825. B. et ante eum Apollon. II. 381.

Δουρατέοις πύργοισιν ἐν οἰκία τεκτήναντες
Κάλλινα, καὶ πύργους εὐπηγέας, οὕς καλέουσι
ΜΟΣΣΥΝΑΣ. —

Adde v. 1018. Wess.

666. 78. *Κἀκεῖθεν διαδοῦναι τοῖς ὄχλοις τὰ προστάγματα*] De Mossynis turres ligneas subeuntibus Mela I. 19. *Reges suffragio deligunt, vinculisque et artissima custodia tenent: atque ubi culpam prave quid imperando meruere, inedia totius diei*

afficiunt. Qua in re abit ab Apollonio II. 1028., inedia regem statim ob ius male datum enecari tradente:

Αὐτὰρ ἐν ὑψίστῳ βασιλεὺς μόσσυνι θαάσσων
Ἰθυίας πολέεσσι δίκας λαοῖσι δικάζει
Σχέτλιος· ἤν γάρ που τὶ θεμιστεύων ἀλίτηται,
Λιμῷ μιν κεῖν' ἦμαρ ἐνικλείσαντες ἔχουσιν.

Scio Is. Vossium studiose Melae suo contra Pintianum adfuisse, sed Nicolaus Damascenus verba Apollonii in aliam sententiam interpretatur. *Ἐὰν δέ τις δόξῃ κακῶς ποτε βεβουλεῦσθαι, τῷ λιμῷ αὐτὸν ἀποκτείνουσι* in Excerpt. Valesii p. 517. Wess.

666. 79. *Βαρβαρώτατον δ' ἔφασαν οἱ στρατιῶται* etc.] Xenophon eadem omnia L. V. p. 277., cui adde Apollon. Rhod. II. 1020. Wess.

666. 86. *Ἣν ἐκάλουν Τιβαρηνήν.*] Sic regionis nomen ex scriptorum librorum vestigiis refinxi. Xenophon *Τιβαρηνῶν χώραν*, Apollonius Rh. II. 1012. *Τιβαρηνίδα γαῖαν* adpellat. Wess.

666. 88. *Πεντήκοντ' ἡμέρας διέτριψαν*] Xenophon *τεσσαράκοντα καὶ πέντε*, qui et urbem *Κοτύωρα* vocat *Ἀναβ.* L. V. p. 278. Ceteri plerumque *τὸ Κύτωρον* aut *τὸν Κύτωρον*, ut Strabo L. XII. p. 820. Apollon. Rhod. II. 944. atque alii. Distingnit, fateor, *Κοτύωρα* et *Κύτωρον* Stephanus, sed iniuria, ut viri docti dudum monuerunt. Wess.

666. 95. *Μέγιστον εἶχεν ἀξίωμα τῶν περὶ τοὺς τόπους*] Eustathius his usus est ad Dionysii v. 772. Fuisse Sinopen Mithridatis regiam et propterea a L. Lucullo expugnatam notum ex Strabone L. XII. p. 821. et Plut. in Lucullo p. 506. satis est. Wess.

666. 1. *Μεγαρέων ἄποικον*] Megarensium coloniam fuisse consentiunt veteres plerique. Strabo tamen L. XII. p. 816. *Μιλησίων κτίσμα* perhibet, notatus et a Casaubono et Palmerio. Non longe ab urbe erat *Ἀχερουσιὰς Χερρόνησος*, sicuti Xenophonti dicitur L. VI. p. 292. et Schol. Apollon. II. 730., ubi Herculem ab inferis Cerberum extraxisse etiam Dionysius canit Perieg. v. 790., et numi *HPAKAEIAC EN ΠΟΝΤΩ* apud Vaillantium et Spanhemium ostendunt. Porro et haec Diodori exscripsit Eustathius ad Dionysii v. 791. Wess.

666. 6. *Μάγις*] *Μόλις* Reg. 1., quae passim permutari docet Hemsterhus. ad Luciani Iud. Vocal. c. 4. Wess.

666. 8. *Τρισχίλιοι ὀκτακόσιοι*] In his numeris menda est. Rhodomannus adscripserat, in Xenophonte V. *Ἀναβ.* p. 273. *ὀκταχισχιλίους καὶ ἑξακοσίους* numerari, sive *octo millia et sexcentos*; quod verum, tametsi numerus is initus ibi dicatur Cerasunte: eundem enim facile consummabis ex illis, quae L. VI. p. 294. prodita leguntur. Quid? auctor ipse c. 37. *πεντακισχιλίους* eorum refert ducem sibi Xenophontem legisse. Constat ergo de mendo. Qui vero numeri substitui debeant, an Xenophontis, an

alli, meliores docebunt libri. Nam ἑπτακισχίλιοι, quos in not. Auctario subiecit Rhodomannus, incertae coniecturae debentur. WESS.

666. 11. *Θρᾳκῶν πόλιν*] Mallem *χώραν* scripsisset: nam editum nimis quidem vagum est. Quod autem uno anno absolvitur Graecorum haec expeditio, id pro more auctoris factum, ne quae inter sese apta sunt, dispescerentur. Alioqui unius ea anni et trium fuit mensium, docente extremo L. VII. Xenophonte. WESS.

667. 18. *Θρασύβουλος ὁ Τυριεὺς*] Meursius emendat *Στειριεύς*, optime. Sed fuit et alter Thrasybulus *Κολυττεὺς*, quem etiam fuisse ex numero eorum, qui Phylam occupaverunt, ait Demosthenes Orat. contra Timocratem. Forte ille Alcibiadis inimicus, Thrasonis filius, de quo Plut. in Alcibiade. PALM. Certissimam Meursii de Pop. Attic. in *ΣΤΕΙΡΙΑ* correctionem occupavit ad Nepotis Alcibiad. c. 7. Schottus. In Xenophonte Rer. Graec. L. IV. p. 422. reperies *Θρασύβουλον τὸν Στυρέα*· male; nulla enim in Attica *Στύρα*, docente ad Strabon. L. X. p. 685. viro magno. Rectius Aeschin. in Ctesiphont. p. 82. *Θρασύβουλον τὸν Στειριέα* vocat. Phylam autem Thrasybulus parva manu occupavit: in qua tamen finienda insignis inter veteres discordia est. Xenophon illi socios circiter LXX adiungit, et eum secutus Plut. de Glor. Athen. p. 345. D., at Pausanias L. I. 29. tantum LX, Aristoteles Rhet. ad Alexandr. c. 9. p. 180. *μετὰ πεντήκοντα ἀνδρῶν* Phylam occupasse, Corn. Nepos Thrasyb. c. 2. *non plus habuit secum, quam triginta de suis.* Hoccine discrimen inde repetendum, quod exsulum numerus paullatim magis atque magis sit adauctus? WESS. *Στειριεὺς* post Meursium merito potius censuit Ti. Hemsterhusius, insuper opinatus orationis structuram haud paullo planiorem futuram fuisse, si Diodorus dedisset *Θρασύβουλος ὁ Ἀθηναῖος ἀπὸ τοῦ δήμου Στειριεὺς ὀνομαζόμενος*· quod citra dubium cum vero congruit. Vide eum ad Aristophan. Plut. p. 166. IDEM in Add.

667. 35. *Τῆς τῶν τρισχιλίων πολιτείας*] Tria illa civium millia intelliguntur, quos tyranni sibi legerant, ut administrandae reipublicae participes forent. *Καταλέγουσι ΤΡΙΣΧΙΛΙΟΥΣ τοὺς μεθέξοντας δὴ τῶν πραγμάτων*, de tyrannis Xenophon Hellen. II. p. 361. Mox *μετῴκισαν αὐτοὺς* ex Reg. 1. recepi, re ita postulante. Non enim ipsi tyranni in Piraeeum migrarunt, sed in eum cives, quibus rerum status videbatur displicere, conpulerunt. Docet his verbis Isocrates Areopag. p. 224. *εἰς δὲ τὸν Πειραιᾶ φεύγειν πλείονας ἢ πενταχισχιλίους ἠνάγκασαν*· et Iustinus L. V. 9. *Deinde cum omnes Athenienses proditionis suspectos haberent, demigrare eos ex urbe iubent, et in brachiis muri, quae diruta fuerant, habitare, extraneis militibus imperium tuentes.* De Eleusiniorum inmani caede Xenophon Hellen. II. p. 268. et Lysias Or. in Eratosth. c. 14. WESS.

667. 41. *Πρὸς τους περὶ Θρασύβουλον, φανερῶς μὲν περί τινων* etc.] Hic tale quippiam desideratur, *πρὸς ὃν καὶ παρὰ τῶν τριάκοντά τινες ἀπεστάλησαν.* Et paulo post pro *συμβουλεύειν, συμβουλεύσοντες.* Rhod. Defectus vocum quarundam manifestus est. Franc. Fabricius deesse putabat ad Orosium L. II. 17. *ἦλθον δὲ καὶ ἀπὸ τῶν τριάκοντά τινες*, aut his similia. At Palmerius ita: *Inter Θρασύβουλον et φανερῶς desunt procul dubio multa: verborum, quae desunt, sententia fuit, quosdam et e XXX tyrannis etiam adiisse Thrasybulum.* Statim autem *συμβουλεύσοντες* orationem requirere, non fugit H. Stephanum. Wess.

668. 59. *Χιλίους καὶ διακοσίους*] Ducentos omittit Xenophon, quem adi Hellen. II. p. 368. et Corn. Nepotem Thrasyb. c. 2. Wess.

668. 70. *Κριτίου πεσόντος*] Cecidit una cum Hippomacho, tyrannidis collega, teste Xenophonte. In Critia fuerat philosophiae studium et dicendi haud mediocris facultas, sed quae bona ambitione nimia et animi atrocitate corrupit. De morte eius haec Philostratus L. I. Vit. Sophistar. c. 16. 3. *ἀπέθανε μὲν οὖν ὑπὸ τῶν ἀμφὶ Θρασύβουλον, οἳ κατῆγον ἀπὸ φυγῆς τὸν δῆμον. δοκεῖ δ' ἐνίοις ἀνὴρ ἀγαθὸς γενέσθαι παρὰ τὴν τελευτήν, ἐπειδὴ ἐνταφίῳ τῇ τυραννίδι ἐχρήσατο. ἐμοὶ δὲ ἀποπεφάνθω, μηδένα ἀνθρώπων καλῶς ἀποθανεῖν ὑπὲρ ὧν οὐκ ὀρθῶς εἵλετο.* Satis quidem ille venuste. Nisi tamen fallor, leve mendum haec eius verba occupavit, cum antea scriptum fuisset *ἀπὸ Φυλῆς.* Ita enim solent ea in re. Aeschines in Ctesiphont. p. 81. *epigramma, ὃ ἐπιγέγραπται τοῖς ἀπὸ Φυλῆς τὸν δῆμον καταγαγοῦσι.* Clemens Alexandr. Stromat. L. I. p. 418. *ἀλλὰ καὶ Θρασυβούλῳ τοὺς ἐκπεσόντας ἀπὸ Φυλῆς καταγαγόντι* etc. et passim alii. Wess.

668. 85. *Ἐκ τῆς πόλεως ἐξέπεμψαν, δέκα δ' ἄνδρας κατέστησαν*] *XXX tyrannos emigrare Eleusina iubent, substitutis decem, qui rempublicam regerent; qui nihil exemplo prioris dominationis territi eandem viam crudelitatis adgressi sunt:* sic fere Iustinus L. V. 10. In quibus quidem X viris lecti sunt ex collegio XXX virali Phido et Eratosthenes, praeterea Hippocles et Epichares, quod eos exulibus inpense studere putarent, ea tamen opinione falsi, ut Lysias Or. adv. Eratosthen. c. 14. ostendit. Fuit ex iisdem etiam Rhinon, de quo Isocrates Except. adv. Callimachum. Vide Maussac. ad Harpocrat. in *Ῥίνων* et H. Vales. Emendat. L. I. 33. Wess.

668. 89. *Ἀπὸ Λακεδαίμονος τετταράκοντα ναῦς* etc.] Phidon ipse Lacedaemonem profectus est, mutuaque sumpsit centum talenta ad militem ea pecunia colligendum apud Lysiam Orat. in Eratosth. c. 15. Atque illa sunt centum talenta, quae concordia sociata Athenienses acre collato, rarissimo moderationis exemplo, Spartanis restituerunt, auctoribus Demosthene in Leptin. p. 276. et Isocrate Areop. p. 225. Fallor etiam, aut *Φίλων ὁ ἐκ*

Κοίλης, quem Isocratis Except. adv. Callim. p. 553. legationis pessime gestae, instaurata civitatis concordia, delatum refert, idem atque hic *Φείδων* est, ex Lysia proin et Xenophonte corrigendus. Wess.

668. 94. *Παραγενηθεὶς εἰς Ἀθήνας*] Copiosius rem gestam exsequuntur Xenophon Rer. Gr. L. II. p. 373. Corn. Nepos Thrasyb. c. 3. et Iustin. L. V. 10. Wess.

668. 96. *Διόπερ Ἀθηναῖοι μὲν ἐκομίσαντο τὴν πατρίδα*] Ita quidem perfunctae hac civili discordia et calamitate fuerunt Athenae; quam auctor in quartum usque annum cum prorogat, se et plures alios in errorem induit. Namque hoc fonte hauserunt Eusebius, Syncellus, et Chronographorum plerique, finem tyrannidi quarto anno Olymp. XCIV. inponentes. Prave profecto. Solus Euclides, qui summum magistratum anno secundo Olymp. XCIV. administravit, ab ea opinione Diodorum ceterosque abstrahere debuerat. Ante eum fuerat *ἀναρχία*, quod, oppressa a tyrannis republica, Pythodorus in Archontum *ἐπωνύμων* numerum non aggregaretur, sicuti dictum in superioribus. Eo vero constituto, et libertas civitati rediit, et decretum est *τοῖς νόμοις χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος* apud Andocid. Or. de Myster. p. 12. Cum enim Thrasybulus una cum exulibus redisset, legem rogaverat, ut utrimque iniuriae illatae oblivioni mandarentur. Quam ubi populus scivisset, lecti sunt viginti viri, qui reipublicae praeessent, donec leges perscriberentur. Ut vero examinatae sunt scriptaeque leges, Andocidem in his sequor, decretum id est, quod dixi. Dubium ergo nullum est, quin Archonte Euclide pristinum libertatis ius Athenae reciperarint, tyrannidique ante eum finis sit facta. Quod ipsum et aliunde colligas. Occupatae enim sunt Athenae murique urbis deiecti a Lysandro Olymp. XCIII. anno ultimo, mense Munychione, teste Plut. in Lysandro p. 441. brevique post XXX viri urbi inpositi. Insequente hieme Thrasybulus Phylen occupat, accurrentibusque tyrannis multa nix cadit, *ἐπεγενήθη πολὺς νιφετὸς*, Noster ait c. 32. et Xenophon Hellen. II. p. 367. Quam hiemem proxime excepisse confirmatam tyrannorum dominationem, Cleocritus apud eundem Xenophont. p. 370. indicat, octo a lectis XXX viris menses, cum praelio Critias et Hippomachus caderent, numerans. Quare hieme anni primi Olymp. XCIV. Thrasybulus ad Phylen et Munychiam rem gessit. Post mortem Critiae tyrannis cecidit animus, communique civium arbitrio illis imperium aufertur, substitutis decemviris. Quibus potestate turpiter abutentibus, advenerunt Spartani Lysandri et Pausaniae ductu, tractaeque discordiae in paucos adhuc menses sunt, donec ad extremum Pausaniae prudentia et in exsules benevolentia civitati libertas et concordia postliminio restituerentur. Haec Xenophon accurate. Rediit Thrasybulus in urbem mense Boëdromione eius anni, qui Archontem habuit Euclidem, quod Plutarcho de Athen. Glor. p. 349. E.

facile accredimus. Atque haec paullo uberius, ne cui deinceps errandi occasionem Diodorus praeberet. Viam eandem ingressi sunt viri clarissimi H. Dodwellus Annal. Xenophont. p. 241. et Io. Taylor ad Lysiae sui Vit. p. 50., finem principiumque tyrannidis egregie circumscribentes. WESS.

669. 2. *Κατέλυσαν τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλεμον*] Videndus est Xenophon, qui in his diligentior, et bellum in tertium annum, non dissentiente Pausania Lacon. c. 8., extendit Rer. Graec. III. p. 384. WESS.

669. 8. *Δόντων Ἀθηναίων*] Conf. L. XI. 83. WESS.

669. 16. *Εἰς Κυρήνην ἔπλευσαν*] Non neglexit de his sicuti et in Siciliam profectis admonere Pausan. L. IV. 26. Prudenter autem Noster addit, hac Cyrenaica expeditione prope omnes cecidisse: superstites enim aliqui fuere, qui, Epaminonda undiquaque Messenios colligente, in patriam rediere, Pausania eodem docente. WESS.

669. 30. *Εἰς τὰς ὀνομαζομένας Οὐέντρας*] Fortasse *Οὐελίτρας*. RHOD. *Οὐέντρας* vox est nihili. Puto legendum *Οὐελίτρας*. PALM. *Οὐελίτρας* etiam Ill. Scaliger et Is. Vossius margini libri sui adscripserant, recte, me quidem iudice. Livius de colonis Velitras hoc anno deductis tacet, quod non mirandum: alios Noster annales, ut saepe, adhibuit, qui et Veliternos desciscentes c. 102. memorat. Vid. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. III. 8. WESS.

669. 34. *Μάνιος Κλώδιος* etc.] Hi Tribuni militum ex Livio sic emendantor: *Μάνιος Αἰμίλιος, Ἄππιος Κλώδιος, Μάρκος Κοϊγκτίλιος, Μάρκος Ποστούμιος, Λεύκιος Ἰούλιος* etc. excluso *M. Furio*, quem censorem fuisse hoc anno colligit Sigonius. RHOD. *Μάνιος Κλαύδιος* etc.] De *Manio Aemilio* et *Appio Claudio* nihil dissentio. Videtur librarius prioris nomen et alterius praenomen negligentissime praeteriisse; quae et Clarissimi Drakenborchii coniectura. Recipiendus praeterea *Κοϊγκτίλιος* sive *Κοϊντίλιος* est: minime vero *Μάρκος Ποστούμιος*, quem Livius L. V. 1. tribunum militum hoc fuisse anno prodidit, sed contra Fastos eorum numerum augens. *M.* enim *Furium Fusum* Marmoris Capitolini fragmenta servant, sex trib. milit. quot et Diodorus praeferentia. Vide Pighium in Fast. ad ann. CCCL. WESS. V. Borghes. II. p. 34.

669. 38. *Μίνως*] *Μένων* recte appellatur ab Eusebio, ubi *Minon* interpretatio Armenia p. 150.

670. 40. *Παραληψόμενον πάσας τὰς ἐπὶ θαλ. σατραπείας*] Xenophontem adi principio L. III. Rer. Graec., et de Tissapherne id scribi oportuisse videbis. Quae statim subnectit auctor, eundem requirunt: postulant etiam, quae supra c. 27. tradiderat. Hoc amplius, Pharnabazo Bithynia, Aeolis et Phrygiae pars parebant, Tissapherni ceterae, ad mare accubantes praefecturae, quae Cyri antea fuerant. Itaque haud longe ab ea suspicione recedo, qua aut scriptor ipsemet, aut eius amanuenses erroris adfines fiunt. WESS.

670. 47. *Ταμὼς*] *Ταμὼν* Clar. sed vide Duker. in Thucydid. VIII. 87. Wess.

670. 50. *Τοῦ καλουμένου Γάου*] *Γλοῦς ὁ Ταμὼ* dicitur in Xenophont. *Ἀναβ.* L. II. circa initium: de qua scripturae differentia quaeremus ad L. XV. 3. diligentius. Wess.

670. 54. *Πρὸς Ψαμμίτιχον*] Nihil variant scripti libri, quorum tamen potiores *Ψαμμήτιχον* eum Aegypti regem, unde hic genus suum derivabat, L. I. 67. adpellabant. Hunc atrocem atque ingratum regem, qui praeter Diodorum memoraverit, recordor neminem. Wess.

670. 78. *Θίμβρωνα καταστήσαντες ἡγεμόνα*] Non deerunt fortasse, qui Coisl. *Θίβρωνα* errantis librarii calamo tribuent, a quorum iudicio dissentio. *Θιβρὸς* prisco sermone *τὸν ἔμπυρον, τρυφερὸν, ἁπαλὸν* notabat, Hesychio interprete, qui testem dat Nicandrum, respiciens *Θιμβρὴν κῆρα* eius poëtae Theriac. v. 35., sed quae *θιβρὴ* tum erat, sicuti manserunt *ὠεὰ θιβρὰ χελώνης* Alexipharm. v. 555., veteri scriptura salva. Addita dein litera *θιμβρὴ* nata est, quo modo Callimachus, ut ad priorem Nicandri locum Critici veteres docuerunt, *θιμβρῆς Κυπρίδος Ἁρμονίην*, et Euphorion *θιμβρήν τε Σεμίραμιν* dixerunt. Hinc *Θίβρων* et *Θίμβρων* natales acceperunt, quorum prius durat in Polyaeno Strat. II. 19., ubi de hoc ipso Thimbrone. *Θίβρων ὁ Ταντάλου* est in fragmento quodam Sopatri apud Athen. L. VI. p. 230. E. *Θίβρωνα*, qui de republica quiddam sit commentatus, memorat Philosophus Polit. L. VII. 14., Lacedaemonium *Θίβρωνα*, cuius fraudibus Harpalus perierit, Arrianus apud Photium Biblioth. Cod. XCII. p. 218., et Noster L. XVII. 108. Ceterum in copiarum, quas in Asiam Thimbro duxerit, numero nulla fere Diodorum inter et Xenophontem discordia L. III. Rer. Graec. p. 374.; iunge tamen Isocratem Paneg. p. 101. Wess.

671. 89. *Ἐπὶ Τράλλεις τῆς Ἰωνίας*] *Lydiae* a plerisque aliis contribuitur, sed erat fere Ioniae in finibus. *Τράλλεις τῆς Φρυγίας* Xenoph. Hell. III. p. 382. Vide adscripta Hieroclis Synecdemo p. 659. Wess.

671. 95. *Ὃ καλοῦσι Θώρακα*] *Κεῖται δ' ἐν πεδίῳ πρὸς ὄρει καλουμένῳ Θώρακι* de Magnesia hac Strabo L. XIV. p. 958., ubi de primis eius auctoribus paullo aliter atque in Scholiis ad Apollon. Rhod. I. 584. Wess.

671. 6. *Οὗτος δ' ἐστὶ μὲν ἐπ' ἀριστερᾷ τοῦ Πόντου*] Consentiunt Geographi. At Aeschylus in Ponti dextro latere, ubi Amazones, Salmydessum locat, egregie expingens in Prometh. v. 725.

Τραχεῖα Πόντου Σαλμυδησσία γνάθος
Ἐχθρόξενος ναύτῃσι, μητρυιὰ νεῶν.

Nec minus Xenophon Exp. Cyr. L. VII. p. 321. *τέναγος γάρ*

ἐστιν ἐπὶ πολὺ τῆς θαλάττης. καὶ οἱ Θρᾷκες, οἱ κατὰ ταῦτα οἰκοῦντες, στήλας ὁρισάμενοι, τὰ καθ' αὑτοὺς ἕκαστοι ἐκπίπτοντα λῃΐζονται. Et Strabo L. VII. p. 492. cum viri magni nota. WESS.

671. 18. Ἀπό τινος ἐπιφανοῦς ἱεροῦ] Fanum erat Dei *Adrani*, quem tota Sicilia miro cultu prosequebantur, Adranitae inprimis. Urbem enim Plut. Timol. p. 241. esse ait μικρὰν μέν, ἱερὰν δ' Ἀδρανοῦ, θεοῦ τινος τιμωμένου διαφερόντως ἐν ὅλῃ Σικελίᾳ. Templum urbi erat inpositum. Ἐν Σικελίᾳ Ἄδρανός ἐστι πόλις, ὡς λέγει Νυμφόδωρος, καὶ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ Ἀδρανοῦ νεὼς ἐπιχωρίου δαίμονος, Aelian. de Animal. L. XI. 20. Quod quidem cur Adranitis praecipuo in honore fuerit, nulla disquisitione, in tanta veterum superstitione, indiget. Ceteri per Siciliam venerati videntur, quoniam Adrano patre Dii Palici, quos omnes studiose colebant Siculi, progeniti essent. Hesychius Παλικοί. Ἀδρανῷ δύο γεννῶνται υἱοὶ Παλικοί. Novi, Grammatici verba multimodis tentari, quod de Palicorum origine Macrobius Sat. L. V. 19. et Stephan. in Παλικὴ in alia omnia eunt. Verum non ea est novandi iusta caussa, pulchre admonente Cl. Sig. Havercampo ad Parutae Numism. p. 206. Ubi enim maior discordia apud veteres, quam in Deorum Deárumque parentibus? Ceterum Ἀδρανὸν et Ἀδρανίτας perpetuo Diodorus, aliis vocabulum adspiratione asperantibus, de quibus Ph. Cluver. Sicil. Antiq. L. II. p. 332. WESS.

671. 21. Ὑπὸ Κρατεροῦ] Hunc Craterum Plutarchus in Erotico Crateam vel Crateuam vocat. Sed de septennio regni Archelai manifesto calculus errat. Nam supra Glaucippo Archonte regnantem Archelaum facit: at a Glaucippo ad Lachetem intersunt anni decem. Forte scripserat ἑπτὰ καὶ δέκα. Sed Dexippus, ut ait Petavius, XIV tantum annos regnasse Archelaum dixit. Ex litteris numeralibus error manavit, ut amat fieri. PALM. Κραταῖον Aristoteles Polit. L. V. 10., Κρατέαν Plutarchus Erot. p. 768. F., Aelianus Var. Hist. L. VIII. 9. Κρατεύαν adpellat: posterius viri Clarissimi T. Faber et Iac. Perizonius verum delicati pueri nomen, et Diodoro restituendum censent. Mihi doctissimi Ioach. Kuhnii sententia perplacet, idem esse nomen Κρατεύας et Κρατερὸς, nisi quod Κρατερὸς Ἑλληνικώτερον sit, Κρατεύας autem magis sapiat Macedonismum. Suidas quoque in voc. Εὐριπίδης Diodoro suppetias venit, Κρατερὸν τὸν ἐρώμενον Ἀρχελάου nominans. Hoc primum. Dicit auctor, Craterum invitum sauciasse regem Archelaum; at Aristoteles, coniurasse in amatoris caput una cum Hellenocrate et Decamnicho, caussas adscribens, quae haec consilia adfirmant. Taceo Platonem, quem Aelianus excerpsit, paria in literas retulisse Alcib. II. p. 141. Porro ἔτη ἑπτὰ, quae Archelaus regnasse perhibetur, retineri posse, Is. Casaubonus censuisse videtur ad Athen. L. V. 18., sed qui recordatus non fuit, ante hos decem annos eum Macedonibus ian

imperasse. Vid. supra L. XIII. 49. Rectius ergo mutantur: qua tamen in re inmodicus est Th. Lydiatus, *εἴκοσι viginti* refingens ad Marm. Oxon. p. 8., deceptus haud dubie a Pario Marmore, quod Archelai regis initia illi anno illigat, quo Astyphilus Athenis Archon fuit, verum errante. Nam Perdiccae adhuc regnantis et superstitis meminit Thucydides quinto ab Astyphilo anno, sive Olymp. XCI. principio, L. VI. 7. Propius itaque a vero recedunt Humfr. Prideaux ad Oxon. Marm. p. 222. et H. Dodwellus Annal. Thucyd. p. 32. *τέσσαρες καὶ δέκα* sive *XIV annos* Archelao contribuentes. Tot enim Syncellus Chronograph. p. 262. eum regno praefuisse ait, totque patiuntur omnia, quae de Perdicca et Archelao consignata literis reperimus. Denique fuit Archelaus in viros eruditionis et ingenii cultu nobiles comis et benignus, quos et magnis praemiis invitatos Athenis in Macedoniam pelliciebat, ut horum praedicatione, puto, scelera obtegeret, quibus atrocissime in patruum et fratrem grassatus fuerat apud Platonem in Gorg. p. 471. Adde viros doctos in Aeliani Var. Hist. II. 21. VIII. 9. XIV. 17. WESS.

671. 23. *Ὀρέστης παῖς ὤν* etc.] Sublato Archelao paucos in dies regnavit Craterus sive Crateuas, ipse mox ab aliis interfectus, Platone in Alcib. II. p. 141. auctore. Tum successit Orestes, cui Syncellus ex Diodoro Chronograph. p. 262. annos dat quatuor; ut adeo quarto tutelae anno Aeropus eum contrucidarit, regno in duos annos, nam et sex annos eidem auctor tribuit c. 84., adhuc retento. Atque huc refert doctissimus Lydiatus verba Aristidis, sed leviter mutata, ex T. III. p. 93. *τί οὖν εἰ Ἀρχέλαον τὸν αὐτοῦ δεσπότην καὶ θεῖον ἀποκτείνας κατέσχε τὴν ἀρχὴν, ἢ τὸν ἑπταετῆ ἐκείνου παῖδα εἰς τὸ φρέαρ ἐμβαλών.* Ut Aeropus subintelligatur, qui Archelai filium Orestem, septem annorum puerum, in puteum demerserit, ipsumque Archelaum interfecerit. Sed inprudens, neque inspecto, quod ad manus haud adesset Aristides, libro. Vidisset alioqui, non agi de Aeropo, sed Archelao, ex Platonis Gorg. p. 471., qui patruum patruique filium interfecerat, et fratrem in puteum depresserat, nec mutari posse *τί οὖν εἰ Ἀρχέλαος* etc. Fecit tamen patratum in septennem fratrem Archelai id scelus, ut et Orestes et eius tutor Aeropus ex Macedoniae regum catalogo excluderentur ab H. Dodwello Ann. Thucydid. p. 94. Non alium esse Aeropum quam Archelaum ait, Orestem vero illum ipsum, quem in puteum detruserat. Satis utique pro imperio Quis enim ei rei auctor idoneus? Puerum septennem nomine *Ἀλκέταν ἢ Μέροπον*, sive *Ἀέροπον* potius fuisse, Scholiastes Aristidis significat; Orestem, quod sciam, nemo. Quid? eo si nomine adpellatus occurreret, tolline propterea Orestes et Aeropus e regum numero deberent? Equidem non arbitror. Habent regum Macedoniae successiones difficultates et salebras: sed ciusmodi violentior medicina adurit sana et patrocinio Theopompi, Orestem

et Aeropum agnoscentis, munita apud Syncellum p. 262. Chronographiae. Wess.

672. 27. *Καὶ πιὼν κώνειον ἐτελεύτησεν*] De cicuta Aeg. Menagius ad Diogenem II. 42. et Comici Ran. v. 125. Spanhemius. Actionis formulam, qua inpietatis et corruptae iuventutis Socratem postularunt, dabit Diog. Laert. in Socrate segm. 40. Wess.

672. 31. *Καὶ τέλος ἀκρίτους ἀπέκτεινε*] Melitum mortis damnarunt: alios urbe eiecerunt, quorum Anytum Heracleotae lapidibus cooperuerunt, Diogene et Themistio testibus. Plutarchus de his calumniatoribus T. II. p. 538. A. *τοὺς γοῦν Σωκράτη συκοφαντήσαντας, ὡς εἰς ἔσχατον κακίας ἐληλακότας, οὕτως ἐμίσησαν οἱ πολῖται καὶ ἀπεστράφησαν, ὡς μήτε πῦρ αὖειν, μήτε ἀποκρίνεσθαι πυνθανομένοις, μὴ λουομένοις κοινωνεῖν ὕδατος, ἀλλ' ἀναγκάζειν ἔχειν ἐκεῖνο τοὺς παραχύτας ὡς μεμιασμένον. ἕως ἀπήγξαντο μὴ φέροντες τὸ μῖσος*, *eos quidem, quorum calumnia Socrates fuit oppressus, ut extreme malos, ita oderunt atque ita aversati sunt cives, ut neque ignem iis accenderent, neque interrogantibus responderent, neque in balneo aqua uterentur eadem, sed qua illi lavissent, eam tanquam pollutam iuberent a ministris effundi: donec illi, odium id non ferentes, se ipsi suspenderent.* Sic ille, odii argumenta egregie declarans. Solebant Athenis eos, quos suo merito pessime odissent, ita excipere ut nec tecti, nec ignis, neque colloquii aut aquae communionem concederent. Quod genus ignominiae tangunt Dinarchus in Aristogit. p. 106., Aeschines Leg. Fals. p. 43. et Demosthen. in Aristogit. I. p. 490. De Socratis vero, quem Lachete Archonte cicutam bibisse Diodoro assentiuntur Diogen. II. 44. et Aristides T. III. p. 474., delatoribus praeter Aeg. Menagium plura Spencerus ad Origen. L. I. Cels. p. 322. ed. novissimae. Ceterum paene praeterieram, Eunapium in Aedesii Vit. p. 37. perhibere, Socratis morte violenta civitatis Atticae vires et gloriam, resque Graeciae universas in peius ruere coepisse. *Σωκράτους ἀπελθόντος βιαίως οὐδὲν ἔτι λαμπρὸν Ἀθηναίοις ἐπράχθη. ἀλλ' ἥ τε πόλις ὑπέδωκε, καὶ διὰ τὴν πόλιν, τὰ τῆς Ἑλλάδος ἅπαντα συνεφθάρη.* Nimis utique pro Socrate gloriose, neque satis ex vero. Fractae enim iam antea Athenarum erant opes, et, ubi sese collegerant, haud pauca patrarunt, quae merito praedicantur. Wess.

672. 36. *Αὖλος Ματίλιος*] Pro *Ματίλιος* scribe *Μάνλιος*, et pro reliquis suppositititis *Κόϊγκτος Σερουΐλιος καὶ Μάνιος Σέργιος*. Rhod. Haec nomina sic ex T. Livio corrigenda, *Αὖλος Μάλλιος, Κόϊντος Σερουΐλιος, καὶ Μάρκος Σέργιος*. Graeculi exscriptores qui linguae latinae nullam aut paucam notitiam habebant, saepissime in nominibus propriis Romanis exprimendis peccabant. Palm. Occupavit correctionem horum nominum Pighius in Fast. ad ann. CCCLI., cuius opinioni Capitolini marmoris fragmenta et Li-

vius L. V. 8. auctoritatem conciliant. In Palmerii verbis male legitur *Μάρκος Σέργιος* et *Μάλλιος*. Wess.

672. 42. *Ἀνάξιτον*] Palam est legi debere *Ἀμάξιτόν*. Palm. *Ἀμάξιτον*] Reddidi, probante Rhodomanno, suum urbi nomen, invitis etiam libris vetustis. Apparet errantis librarii calamus ex Xenoph. L. III. Hellen. p. 376. Plinio V. 30. et aliis. Quam vero *Κεβρηνίαν* Noster vocat, ea *Κέβρην* Xenophonti, *τὰ Κεβρήνια* Herodoto Vit. Hom. c. 20. Videndus est Stephanus, quaeque illi adstruxerunt viri eruditi. Wess.

672. 54. *Καὶ περιστήσας ἐν τοῖς ὅπλοις*] Explicat Polyaenus *περιστήσας τοὺς ὁπλίτας* Strat. L. II. 21., ubi distinctius enarrat artem, qua Trachinios suam in potestatem Erippidas, sive Herippidas, sic enim Xenophon hominem vocare solet Rer. Graec. L. IV. p. 401., redegerit. Wess.

672. 60. *κατήχθησαν εἰς Βοιωτίαν*] Scribendum esse *ὑπὸ Βοιωτῶν* iam olim me docuit comparatio eorum quae sunt p. 706. 33. — 37. Deprehenderat rem apertam etiam Schneiderus ad Xen. Hist. Gr. III. 5. 25.

673. 68. *Ἀπὸ θαλάττης ἀρξάμενος μέχρι θαλ. διατείχισε*] Confer Xenophont. Rer. Gr. L. III. p. 380. Atque hoc *Macron Tichos dictum, qua a Propontide ad Melanem sinum inter duo maria porrectus murus procurrentem exclusit Chersonesum*, apud Plinium L. IV. 11. Wess.

673. 77. *Καὶ μάλιστα τῶν πολεμίων*] An voluit Cononem praecipue ex omnibus regis hostibus, tales enim Athenienses, peritum certaminum bellicorum esse? Id fortasse in opinionem legentium venire posset: sed officit verborum ordo ex *ἀγώνων* voce suspensus. Mallem *τῶν ναυτικῶν*, aut *τῶν κατὰ πέλαγος*, scriptum legeretur. Namque id vult, Cononem egregium usum praeliorum habuisse et navalium inprimis. De eo Isocrates plura Or. ad Philipp. p. 137. et Plut. in Artox. p. 1021. F. Wess.

673. 85. *Μεγάλας ὑποφαίνων — ἐλπίδας*] Sic Zosimus L. IV. 52. *καὶ τὸν βασιλέα πείσας ὑποφῆναι καὶ αὐτῷ καὶ τῷ παιδὶ μεγίστας ἐλπίδας*. Tacitus Histor. L. V. 24. *Batavis pacem, Civili veniam ostentans*. Et Curtius L. VII. 6. *Qui clementiam ipsius in deditos, simulque inexorabilem animum in devictos ostenderent*. Wess.

673. 2. *Σπονδὰς ἐποιήσαντο*] De induciis his diligentius Xenophon Rer. Gr. L. III. p. 382. Wess.

673. 8. *Ναξίους μὲν καὶ Καταναίους — ἐξηνδραποδίσατο*] Dixit superius c. 15. Wess.

674. 14. *Κατὰ τάχος, παρὰ τῶν Ῥηγίνων*] Hic unius et alterius verbi accessione sensus, alioquin hians, expleri potest hoc sane modo: *Προσέθεντο δ' αὐτοῖς, παρὰ τῶν Ῥηγίνων λυβόντες πρὸς τὸν πόλεμον οὐκ ἐλάχιστα καὶ οἱ φυγαδευθέντες*, con-

iunxerunt se vero cum ipsis, cum a Rheginis non minimis instructi fuissent adiumentis, etiam exsules. Rhod.

674. 16. *Οὐκ ἐλάχιστα. καὶ οἱ φυγαδευθέντες* etc.] Quae desint verba inter *ἐλάχιστα* et *καὶ* suspicari facile non est. Sed sensum eorum quae desiderantur verborum non puto difficile esse coniectura assequi. Videlicet eos qui in exilium pulsi a Dionysio erant Syracusanos, Rheginis se adiunxisse arma in Dionysium ferentibus. Steph. Hoc de loco, pace virorum doctissimorum, sic censeo, et eum luxatum et corruptum videri. Scriptum fuerat: *στρατεύειν — κατὰ τάχος. καὶ οἱ φυγαδευθέντες τῶν Συρακουσίων ὑπὸ Διονυσίου παρὰ τῶν Ῥηγίνων λαβόντες — οὐκ ἐλάχιστα (τότε γὰρ — διετέλουν) καὶ περὶ τούτων διαλεγόμενοι ἐδίδασκον, ὅτι συνεπιθήσονται τῷ καιρῷ πάντες οἱ Συρακούσιοι, eiecti etiam a Dionysio in exsilium Syracusani, acceptis in bellum id a Rheginis non exiguis adiumentis, (tum enim plurimi eorum Rhegii commorabantur) his de rebus collocuti docebant, omnes Syracusanos occasione ad invadendum tyrannum usuros.* Sic constat oratio et rei series, quam Interpres, nihil mali de verbo *συνεπείσθησαν* suspicatus, aliorsum deflexit. Wess.

674. 36. *Τὸν πόλεμον οὐκ ἐπικεκηρυχότος τοῦ δήμου*] Novi *ἀκήρυκτον πόλεμον* ex Platone L. I. LL. p. 626. A., *ἄσπονδον καὶ ἀκήρυκτον πόλεμον* apud Aeschinem in Ctesiph. p. 38. et Philon. Iud. de Somn. p. 581. B., nec placere tamen potest vulgatum, quippe alia in re adhiberi adsuetum. Opinor fuisse *οὐκ ἐπικεκυρωκότος τοῦ δήμου, quod populus hoc bellum scito suo haud probasset.* Susceperant enim id bellum *ἄνευ τῆς τοῦ δήμου γνώμης* Messeniorum duces. Atque hoc usu habebis L. XVII. 9. *τοῦ δὲ πλήθους ἐπικυρώσαντος τὴν γνώμην.* Wess.

674. 47. *Κρίνων περὶ εἰρήνης συμφέρον εἶναι*] Locus hic multum mihi exhibuit negotii *κρίνων περὶ εἰρήνης* etc. quumque ex eo sensum elicere non possem, tandem animadverti planam fore eius sententiam, mutata duntaxat sede participii *κρίνων*, ut videlicet ita legatur, *διαπρεσβευσαμένων δὲ τῶν Ῥηγίνων καὶ τῶν Μεσσηνίων περὶ εἰρήνης, κρίνων* etc. Steph. *Κρίνων*] Huic participio pristinum assigna locum post *συμφέρον εἶναι.* Rhod.

675. 62. *Τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην* etc.] Commoda interpretatione haec vir doctissimus adiuvit *qui quidem in Europa ditionis aliquid haberent:* alioquin ad Europam nihil Carthaginienses. Praeferrem etiam post pauca *ἐκ μὲν τῶν ὑφ' αὐτὸν ταττομένων*, quod modo ex scriptis schedis revocavi. Wess.

675. 69. *Ναῦς τε τριήρεις καὶ πεντήρεις*] Omnino verum est *ναῦς τετρήρεις.* Ratio quae seq. cap. additur, constituisse Dionysium *κατὰ τὴν ἀποικισθεῖσαν ὑπὸ τῶν Κορινθίων πόλιν αὐξῆσαι τὸ μέγεθος τῆς τῶν νεῶν κατασκευῆς*, id requirit. *Triremem* Corinthii invenerant. Ipse Syracusis, quae Corinthiorum colonia, amplitudinem navium, exstructis *quadriremibus* et *quinque-*

remibus, augere instituit. Similem mendam sustulimus L. II. 5. Dubites tamen, an vero pugnet, quod *περὶ τοῦ πεντηρικοῦ σκάφους* subiungit. Herodotus certe quidem Atticam *πεντήρη* memorat L. VI. 87. WESS.

675. 73. *Προσθεὶς δωρεὰς μεγάλας*] Lego *προθείς*. Est enim *προτιθέναι δωρεὰς* munera proponere seu praemia. STEPH. *Προθεὶς δωρεὰς*] Pulchre Coislin. atque ad H. Stephani mentem. Supra L. IV. 64. *προτιθεμένου δὲ ἐπάθλου φιλανθρώπου τῷ λύσαντι*. WESS.

675. 74. *Καὶ τῶν ὅπλων τὸ γένος ἑκάστου τύπον*] Voluit credo *τοῦ γένους ἑκάστου τύπον*. Ceterum in his omnibus aemulari Diodorus videtur Philistum, qui L. VIII. de Reb. Dionysii venuste et diligenter exsecutus erat *τὰ περὶ τὴν παρασκευὴν, τὴν ἐπὶ Καρχηδονίους Διονυσίου τοῦ τυράννου, καὶ τῶν ὅπλων καὶ τῶν νεῶν, καὶ τῶν ὀργάνων τὴν ποίησιν*, Theone Progymnasm. c. 2. p. 19. indice. WESS.

675. 78. *Διελαμβάνετο*] Rectius *διελάμβανε*. Solet enim *διαλαμβάνειν* pro *ὑπολαμβάνειν*, id est *νομίζειν*, semper activa voce usurpare, aliorum scriptorum more. STEPH.

675. 84. *Οὐ μόνον ἐν τοῖς προνάοις* etc.] Interpres *in vestibulis templorum*, non probante Cl. Iac. Gronovio, et ex Glossis *antetemplo* praeferente ad Herodoti L. I. 51. Sane quidem *vestibulum*, etsi iisdem id sit in Glossis, non satis exprimit *πρόναον*. Pars est templi antica, ut apud Pausan. L. VIII. 32. *Antetemplum* tamen cum usus in sermonem Latinum necdum inportaverat, *pronaum* retinere Vitruvius L. III. 1. potius censuit. WESS.

675. 90. *Καὶ γὰρ τὸ καταπελτικὸν εὑρέθη* etc.] Alibi *καταπελτικὸν βέλος* vocat. Unde hic quoque aut deesse aut relictum esse subaudiendum dico nomen illud *βέλος*. Potius tamen *καταπέλτην* dicit quam *βέλος* omittit, ut in fine huius paginae *κατεσκευάσθησαν δὲ καὶ καταπέλται παντοῖοι* etc. STEPH. Iustam esse Stephani animadversionem, ex L. XVII. 43. 45. 88. exploratissimum evadit. Catapultam vero, qua machina tela graviora et iacula emittebant, in Sicilia inventam fuisse, agnoscit Aelian. Var. Hist. VI. 12. et Plut. in Apophthegm. Lacon. p. 219. *Syris* tamen primam eius originem adscribere Plinius videtur L. VII. 56., quod qui defendi possit, bellissime docet ad Aelianum suum Cel. Iac. Perizonius. Adde praeter Lipsium Poliorcet. L. III. 2. not. Casauboni in Aeneam p. 1799. ed. Gron., atque inprimis Athenaeum de Machin. p. 4., qui hoc genus machinarum Dionysii tempore magis atque magis excultum et in Sicilia fabrefactum tradit. WESS.

675. 2. *Ἤρξατο δὲ ναυπηγ. τε τριήρεις καὶ πεντηρικὰ σκάφη*] Sic ex membranarum fide rescripsi: instaurassem etiam *τετρήρεις*, si quid praesidii in manu exaratis fuisset Codd.: neque addubito tamen, quin auctor id reliquerit. *Πεντηρικὸν σκάφος* cap.

superioris admissam scripturam stabilit firmissime, ne nunc addam *πεντήρεις καὶ σκάφη* hoc quidem loco, ob ea, quae succedunt continuo, ineptum esse prorsus. Porro Corinthios primam olim triremem construxisse, ex Thucydide L. I. 13. nemo est, qui nesciat. WESS.

676. 11. *Παρεσκεύαστο*] Praestat *παρεσκεύασε*, uti Rhodomannus edicebat, aut, quod propius a vulgato distat, *παρεσκευάσατο*. WESS.

676. 19. *Τοῦ νῦν καλουμένου λιμένος*] Haud scio, an desit *μεγάλου*. Habebant Syracusae duos portus apud Thucydid. VII. 22., *parvum*, cui Laccio nomen, et *magnum*, a Livio L. XXV. 26. non praeteritum. Magnum innui, *τὸν μείζονα* in Strabone L. VI. p. 417., propterea suspicor, quod *minor* navalia haberet, sexaginta duntaxat triremium intra suum ambitum admittentia, ut superius c. 7. proditum fuit. Hinc vero adparet, omni ex parte vero non consentire, quod Laz. Bayfius pertendebat, *νεωσοίκους* capaces singulos triremis unius, uniusque biremis et fabrorum navalium, qui eas aut exstruerent aut reficerent, fuisse in Thes. Gronovii T. XI. p. 624. Melius Suidas: *Νεώσοικοι, οἰκήματα παρὰ τῇ θαλάσσῃ οἰκοδομούμενα εἰς ὑποδοχὴν νεῶν, ὅτε μὴ θαλαττεύοιεν*. Diodori verba non neglexit Scheffer. Milit. Nav. L. III. 3.

676. 32. *Κατεσκευάσθησαν ἀσπίδων* etc.] Lucem hinc accipiunt, quae de Dionysii iunioris armamentario Aelian. Var. Hist. VI. 12. WESS.

676. 43. *Κυβερνήτας καὶ πρωρεῖς*] Utriusque imperio parebant nautae, sed huius in prora, illius in puppi. Eleganter Xenophon *Ἀναβ.* L. V. prope finem: *ὅταν δὲ χειμὼν ᾖ — οὐχ ὁρᾶτε ὅτι καὶ νεύματος μόνον ἕνεκα χαλεπαίνει μὲν ΠΡΩΡΕΥΣ τοῖς ἐν πρῴρᾳ, χαλεπαίνει δὲ ΚΥΒΕΡΝΗΤΗΣ τοῖς ἐν πρύμνῃ*. Idem facile colligas ex Philone Iud. de Princ. Creat. p. 728. A. et Plutarcho in Praecept. Reip. Administr. p. 807. B. Sed vide Scheffer. Mil. Nav. L. IV. 6., horum tamen loca praetereuntem. WESS.

676. 49. *Ἀστυδάμας*] Morsimi Tragici filius est, Isocratis auditor, de quo Suidas in voce et *Σαυτὸν ἐπαινεῖς*. Marmor Parium Astydamanta habet Archonte Athenis Asteo, qui hiccine an filius sit, non constat. Aetas patris, ut idem censeatur, non impedit. WESS.

676. 52. *Πολιορκοῦντες τοὺς Βοιοὺς*] Iterum pro *Βηΐους*. De clade Livius L. V. 8. WESS.

677. 58. *Αἰμίλιος Μάρκος*] Ex *Αἰμίλιος Μάρκος* facito *Μάνιος Αἰμίλιος Μάμερκος*, et ex *Παῦλος Σέξτος*, *Λεύκιος Οὐαλέριος*. Nam hunc Livius una cum superioribus nominat. RHOD. A vero non abludit ex *Μάμερκος* aut *Μαμερκῖνος* natum esse, quod libri praeferunt, *Μάρκος*. Tum rectius esse *Γναῖος*

Κορνήλιος. At *Παῦλος Σέξστος* unde sedem hanc occuparit, non dixero. Livius L. Valerium Potitum ceteris collegam addit L. V. 10. probantibus Fastorum collectoribus. Vide Pighium ad ann. CCCLII. WESS.

677. 65. *Ὑπ' αὐτὸν*] Mallem *ὑφ' αὑτὸν*. WESS.

677. 67. *Οὗτοι γὰρ αὐτῷ συναύξοντες τὴν ἀρχὴν*] Consule superius c. 10. dicta. WESS.

677. 83. *Πρὸς δὲ Ῥηγίνους ἀπέστειλε πρεσβευτὰς* etc.] De hac legatione, quidque illi publice responsum fuerit, L. XIV. 107. WESS.

677. 89. *Θυγατρὸς δ' Ἑρμοκράτους κατὰ τὴν ἀπόστασιν* etc.] Miserabilem feminae casum et natam inde mortem significavit L. XIII. 112. WESS.

677. 98. *Δωρίδα τε τὴν Ξενέτου*] Aperte vacat particula *τε*. Sic vero et alibi. Videtur tamen alicubi eius pleonasmus ferri utcunque posse, in hoc autem loco et illi similibus, nullo modo. STEPH. Ego itidem importunam particulam delendam arbitror. *Ξένετον* habet Suidas, nescio utrum hoc ex loco. Ex hac vero affinitate Locrensium civitati exitii originem fuisse subnatam Philosophus Polit. L. V. 7. indicat. WESS.

677. 5. *Τὴν ἐπισημοτάτην Ἀριστομάχην*] Hipparini F., Dionis sororem, loco summo progenitam, infr. L. XVI. 6. Duxit utramque eodem die domum, teste etiam Aeliano Var. H. L. XIII. 10., sed *Ἀριστανέτην* non sine errore adpellante. Quanta vero cum sollicitudine ad eas noctu ventitarit, utque omnia ante speculari et perscrutari fuerit solitus, Cicero docebit Disp. Tuscul. L. V. 20., et eum aemulatus Val. Maximus L. IX. 13. extr. WESS.

678. 20. *Ὃν τοὺς πλείστους — διεφθαρκέναι*] Inspice L. XIII. 114. WESS.

678. 22. *Ἐξ ἀρχαίων*] *Χρόνων* subintelligendum relinqui non est, ut repetam. *Ἐξ ἀρχαίων χρόνων* reperies L. I. 3. WESS.

678. 25. *Ἅμα δὲ συνίστα*] Sic L. XIII. 91. *συγκατηγόρησε δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπισημοτάτων πολιτῶν, συνιστὰς οἰκείους ὄντας ὀλιγαρχίας*. Vide And. Dounaeum Praelect. in Demosthen. Orat. Pac. p. 14. WESS.

678. 46. *Ὧν ἅπαντα διεφόρησαν οἱ Συρακούσιοι*] Satis id quidem odiose et inique. Non quidem assolent principes, cum bellum subito exarsit, hostium suorum civibus denuntiare, ut res suas avehant. At bellum nondum flagrabat, neque foederi obnuntiarat Dionysius, missurus, direptis Poenorum bonis, eum in finem legatos. Confer disputata ab Amplissimo Corn. van Bynkershoek Quaest. Iur. Publ. L. I. 2. WESS.

679. 58. *Μνημονεύοντες ὧν αὐτοὶ — ἔπαθον*] Carthaginiensium in Siculos captivos inmanem crudelitatem perstrinxit L. XIII. 111. WESS.

679. 60. *Προέβησαν*] *Προσέβ.* Co. Cl. uterque Reg. male. vid. supr. L. IV. 71. Wess.

679. 62. *Εἰς τοὺς ὑποπεσόντας*] Supplices intelligit. Vide not. in L. XIII. 21. Wess.

679. 74. *Εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν κατέστρεψεν*] Idem confici potest et ex iis, quae Plut. in Artox. p. 1021. F., et quae Photius commentatur Biblioth. Cod. LXXII. p. 133. Wess.

679. 76. *Φιλόξενος Κυθήριος*] Sic melius. *Κύθηρα* dat gentile *Κυθήριον*, non *Κυθήρειον*. Hinc *Φιλόξενος Κυθήριος* apud Athenaeum L. VIII. p. 341. De quo scurra et ligurritore plura L. XV. 6. Wess.

679. 77. *Τιμόθεος Μιλήσιος*] Scribi ita oportere monuerunt viri clarissimi Io. Meursius de Archont. L. III. 16., Gerard. Io. Vossius de Poët. Graec. p. 46. et Iac. Uptonus ad Dionysium de Struct. Orat. p. 157. aliique. Res certissima est ex Stephano voc. *Μίλητος*, et nobili in hunc citharoedum Spartanorum decreto. Eccur ergo paterer turpissimam mendam propagari? Wess.

Ibid. *Τελέστης Σελινούντιος*] Selinuntium hunc Telesten Marmor Oxoniense Archonte Athenis Micione floruisse significat, a Diodori rationibus nihil admodum discrepans. Suidas Comicum poetam facit, quod ab Athen. L. XIV. 2. fabulae eius Argo et Aesculapius memorentur: quae mihi, ut alius censeatur, gravis non videtur caussa; versus enim, qui adferuntur, nihil comicum praeferunt, turgidi plane et dithyrambos spirantes: nec distinguit Athenaeus, eundem post pauca iterum iterumque ad partes vocans. Confer tamen Io. Alb. Fabricium Biblioth. Gr. L. II. 15. 59. et Prideaux ad Marm. Oxon. p. 226. Wess.

679. 78. *Πολύιδος*] Neglectus est in accuratissimo artificum et pictorum indice a Franc. Iunio. Habet Polyidum, Machinationum scriptorem, ex Vitruvio Prooem. L. VII., quem eundem esse opinatur ac Polydum illum Thessalum, qui Philippo, Amyntae F., Byzantium oppugnanti, arietis machinationem pluribus et facilioribus generibus explicarit apud eundem Vitruvium L. X. 19. Quod verum esse, vetustiores editi, Polyidum repraesentantes, et Athenaeus de Machin. p. 4., unde Romanus Architectus ea excerpsit, adfirmant. Serior ergo ille Polyidus est, atque aliud vitae genus amplexus. Diodori Polyidus diversus fortasse non est a Polyide *Πολυίδῃ*, quem tragicis poëtis aggregat Aristoteles de Poët. c. 16. et 17. Wess.

679. 81. *Ἀνσιάδης*] Sic et ceteri vocant. Solus Lysias Or. *ὑπὲρ τοῦ Σηκ.* c. 3. *Σουνιάδην*, sed quem hinc corrigendum Io. Meursius de Archont. L. III. 16. et Iac. Palmerius condocefecerunt. Wess. Vitiosam Diodori scripturam esse constat ex marmore apud Boeckhium Inscr. I. p. 232., ubi est *Σονιάδης*, a Chandlero *Συνιάδης* lectum.

679. 82. *Πόπλιος Μάλλιος* etc.] Tribunorum nomina sic

corrige: *Πόπλιος Μαίλιος, Σπόριος Μαίνιος, Λεύκιος Φούριος.* Maenio tamen non Sp. sed P. praenomen tribuit Livius, qui et caeteros tres edit, P. Licinium, P. Titinium, L. Publilium Volscum. Rhod. Sigonius ad Livium L. V. 12. citat ex Diodoro *Πόπλιος Μαίλιος, Σπόριος Μαίνιος, Φούριος Λεύκιος*, forsan coniectura duce refingenda ea nomina arbitratus: nostri certe quidem libri nihil mutant. Advocat praeterea ex c. 90. *Πόπλιον Μαίλιον* et *Κόϊντον Μαίνιον*, qui multo ibi aliter scribuntur. Et tamen Diodori auctoritate Livii Tribunis militum nomina praenominaque reddit confidenter: quod equidem non laudarem, nisi fragmenta Capitolini Marmoris emendanti quodam modo faverent, tametsi Sigonium sequantur Pighius, Onuphr. Panvinius, aliique plures. Opinor etiam, reliquorum nomina ab auctore fuisse ceteris adiecta; sed cum flagitio amanuensium foedata essent turpiter, tribus deletis substitutos deinceps esse *καὶ ἑτέρους τρεῖς*. Schedae Coislin., unde voces exulant, a me id inpetrant. Wess. Vid. Borghes. II p. 98. *Spurium* praenomen *Furio*, *Lucium* autem *Publilio*, qui excidit, vindicantem.

679. 92. *Τὴν ἐπιστολὴν ἐπέδωκε*] Vir doctus *ἀπέδωκε* ex Reg. 1. potius fore iudicabat. Non audio. S. Lucas A. A. XV. 30. *καὶ συναγαγόντες τὸ πλῆθος ἐπέδωκαν τὴν ἐπιστολήν*. Herodianus L. VII. 6. *ἐπιδόντες δὲ τὰ γράμματα* etc. Wess.

679. 99. *Ἀπέστειλαν* etc. [*τοὺς ξενολογήσοντας ἀπὸ τῆς Εὐρώπης*] *Ξενολόγους*, sive *conquisitores*, qui mercenarios conquirerent et conducerent. *Πρὸς τὴν ξενολογίαν* Noster L. XIX. 61., *ut conquisitionem militum haberent* apud Livium L. XXIII. 32. Supra L. XIII. 44. Hannibal *πολλοὺς μὲν ἐξ Ἰβηρίας ἐξενολόγησεν*. Conf. Des. Heraldum Advers. L. I. 5. et H. Valesium in Maussaci ad Harpocrat. notas p. 128. Nam ut iterem, Carthaginienses mercenario milite frequentissimo fuisse usos, necesse non arbitror. Wess.

680. 5. *Ἥι μάλιστα ἐχρῶντο κατὰ τῆς Σικελίας ὁρμητηρίῳ*] Vide eruditissimum Is. Casaubonum in Polyb. I. 17. Vocant Graeci *ὁρμητήριον*, quod Latini *arcem*, aut *sedem belli*, unde in hostes commodissima sit irruendi facultas. Polybius L. II. 51. *καὶ λαβεῖν ΟΡΜΗΤΗΡΙΟΝ πρὸς τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον, τὴν τῶν Κορινθίων πόλιν*. Appian. de Bell. Hispan. p. 443. *ὡς ΟΡΜΗΤΗΡΙΟΝ ἀσφαλὲς ἐκ γῆς καὶ θαλάττης ἕξων ἐπὶ ὅλην τὴν Ἰβηρίαν* de Carthagine, quam Scipio sedem bello quaerebat. Paullo aliter Demosthenes *περὶ Παραπρ.* p. 247. *καὶ τὰ ἐν Εὐβοίᾳ κατασκευασθησόμενα ΟΡΜΗΤΗΡΙΑ ἐφ' ἡμᾶς*. Et Pausanias L. VII. 13. p. 555. *ἐσήγαγε δὲ ἐς αὐτὰ καὶ φρουρὰς ΟΡΜΗΤΗΡΙΑ ἐπὶ τὴν Σπάρτην Ἀχαιοῖς εἶναι*. Quae quidem loca abunde Plutarchum illustrant, cum adulatorem *ὁρμητήριον ἐφ' ἡμᾶς εὐφυὲς ἔχειν τὴν φιλαυτίαν* scribit T. II. p. 48. F. et *μέγα ἡ περιαυτολογία τὴν φιλαυτίαν ὁρμητήριον ἔχουσα* de Laude sui p. 546. B. Wess.

680. 15. *Σελινουντίους τε παρόδῳ προσαγόμενος*] Lego *ἐν παρόδῳ*. ut p. 426. *αὐτὸς δ' ἐν παρόδῳ διὰ προδοσίας ἑλὼν Ἔρυκα*. STEPH.

680. 27. *Τὴν ἐκ Καρχηδονίων δύναμιν, οὐ κατεπ.* etc.] Hic *δύναμιν* in eum locum traiecit curiositas vel incuria librarii, qui *βοήθειαν* a se removeri non patitur. *Βοήθειαν* igitur quantumlibet, utut potens *δύναμις*, hoc quidem loco subsequatur. RHOD. Saepe quidem *βοήθεια* de exercitu et copiis usurpatur, docente ad Thucydid. L. IV. 8. Clarissimo Dukero. Polybius distincte L. V. 95. *τήν τε χώραν κατέσυρε, καὶ τὴν βοήθειαν αὐτῶν συνέτριψε δίς*. Et Xenophon Agesil. p. 20. ed. Oxon. *οἱ δ' αὖ Πέρσαι ὡς εἶδον τὴν βοήθειαν* etc. In quibus tamen aliisque veterum locis cum copiae auxiliares designentur, non dissentio a Rhodomanno, vocum ordinem conmutatum arbitrato. Favet auctor c. 51. de Motyensibus *οὐ κατεπλάγησαν*, inquiens, *τὴν τοῦ Διονυσίου δύναμιν*. WESS.

680. 31. *Πρῶτον*] *Πρῶτοι* Reg. 1. Co. Praestaret *πρώτην*, ut Rhodom. voluit. WESS.

680. 38. *Ἦν οἱ Μοτ. τότε διέσκαψαν*] Sic malo, secutus optimarum membranarum fidem. Supra L. II. 13. *διέσκαψε τὸ προειρημένον ὄρος κατὰ τὴν ῥίζαν*. Mox *ὡς μὴ προσόδους ἔχοιεν* erunt fortasse, qui praeoptabunt. Ego nihil demuto. Utrumque enim haud mali commutatis, sicuti Cl. Ti. Hemsterhusius ad Luciani Prometh. c. 6. docebit. WESS.

680. 45. *Λεπτίνην τὸν ναύαρχον*] Tyranni frater Leptines erat, ut diserte c. 102. et in Plut. Dion. p. 961. E. proditur, cuius fidei ac curae et classem et Syracusas saepe permisisse memorat Dio Chrysostom. Orat. LXXIII. p. 632. E. WESS.

681. 47. *Σικανοὶ μὲν πάντες*] Aut *Σικανοὶ μὲν οὖν πάντες*, aut *καὶ Σικανοὶ μὲν πάντες* dicerem legendum esse, nisi aliis in locis huius scriptoris eodem modo *μὲν* positum reperirem. STEPH.

681. 51. *Ἄγκυραι, Σολοῦς*] Hoc verum urbis posterioris nomen, ex *Σολόεις* contractum, uti *Σολεντῖνοι*, vel potius *Σολουντῖνοι* cives indicant. Auctor ipse *Σολοῦντα* adpellat c. 78. et L. XX. 70. De priore, cui heic nomen *Ἄγκυραι*, cuius incolae *Ἀγκυραῖοι* post pauca memorantur, summum apud alios silentium est. Ph. quidem Cluverius Sicil. Antiq. L. II. p. 373. Siciliae urbibus, Nostri auctoritate motus, *Ancyras* transcripsit: sed contra venit lac. Gronovius, ad Stephanum voc. *Ἀλικύαι*, heic *Ἀλικύαι*, et statim *Ἀλικυαίων* scriptum primitus fuisse, decernens. Caussam vir praestanti eruditione, qua expugnatus in hanc opinionem descenderit, addere noluit; hanc tamen suspicor. Auctor quinque duntaxat Sicanorum urbes in Carthaginiensium fide perseverasse, ceteris ad Dionysium sese adiungentibus, adfirmat. Et tamen c. 54. *Ἀλικυαίους* Carthaginiensium socios, cum eorum agrum vastaret tyrannus, ad illum transiisse demum subdit. Necdum

ergo Ἁλικύαι hoc tempore Dionysio parebant. Adde iam, Ἀγκύρας Siciliae nusquam praeterea recenseri, inque propriis nominibus frequentia librariorum esse delicta, et plausibilis videbitur viri Clarissimi coniectura. WESS.

681. 54. Ἐλεηλάτησε καὶ ἐδενδροτόμησε] Marginalem hic animadversionem λεηλατήσας ἐδενδρ. propter concinnitatem facile admiseris. Quae proxime sequuntur in τὴν δὲ reformentur. RHOD.

681. 55. Καὶ Ἐντελλάνων] Ab urbe Ἐντέλλη formatur Ἐντελλῖνος *Entellinus*, utroque sermone, nunquam *Entellanus*. Ipsemet auctor τῶν Ἐντελλίνων πόλιν dixit L. XVI. 68. Citra dubium ergo καὶ Ἐντελλίνων et hic olim fuit, Ph. Cluverio admonente Sicil. Antiq. L. II. p. 376. WESS.

681. 59. Ἰμίλκων] Non muto ducis id nomen, quantumvis Reg. 2. et Clar. Ἀμίλκαν expostulent. Idem esse videtur ac Ἰμίλκων c. 57., quem Polyaen. Strat. L. V. 10. 2. Frontinus Strat. L. I. 1. 2. et Iustinus L. XIX. 2. Ἰμίλκωνα et *Himilconem* vocitant. WESS.

681. 65. Νομίζων ἀντιπερισπασμὸν τινα ποιήσειν] Ἀντιπερισπᾶν inimicum est a suscepto consilio ad sua defendenda retrahere. Auctor L. XVIII. 38. de Aetolis, in Thessaliam incurrentibus, ut Antipatrum ex Asia retraherent, ἀντιπερισπάσαι βουλόμενοι τὸν Ἀντίπατρον. Paullo aliter Polyb. II. 45. πραγματικῶς ἀντιπερισπάσαντος ἐκείνου (Ἀράτου) καὶ λυμηναμένου τὰς ἐπιβολὰς αὐτῶν. Notat enim, ut bene Casaubonus, consilia eorum in contrarium vertente et impediente. Hinc ἀντιπερίσπασμα ποιεῖν, sive ἀντιπερισπασμὸν, uti hic: alterum dabit Polybius III. 106., ubi Romani L. Postumium in Galliam valida cum manu mittunt, ut Gallos, Hannibali militantes, in patriam avocarent: βουλόμενοι, inquit, ποιεῖν ἀντιπερίσπασμα τοῖς Κελτοῖς, τοῖς μετ' Ἀννίβου στρατευομένοις. Idem et ἀντίσπασμα, quo de alias. WESS.

681. 72. Καὶ σχεδὸν ἅπαντα καταλύσας] Natum est ex καταδύσας, quod de navibus, cum quassae et hiscentes merguntur, tritissimum. Infra L. XX. 53. καὶ τῶν νεῶν ἃς μὲν κατέδυσεν· ubi in scriptis quibusdam et Basileensi edito κατέλυσεν. Similem mendam et alias eluimus. WESS.

681. 89. Ἐπὶ τὸν τῶν Συρακουσίων πόλεμον] Scripserat ἐπὶ τὴν τῶν Συρακ. πόλιν, quod scribendi compendium mutasse videtur, sicuti apud Plutarchum Alcib. p. 196. ἡ τῶν πολεμίων φιλοτιμία progenita est ex τῶν πόλεων φιλοτιμία. WESS.

682. 5. Ῥᾳδίως διελκύσας τὰ σκάφη] Commeminit huius rei Polyaenus Strat. L. V. 2. 6., sed paullo distinctius: ὑπὸ τῆς περιεχούσης ἄκρας τὸν λιμένα τόπος ἦν ὁμαλὸς καὶ πηλώδης, εὖρος εἴκοσι στάδια, τοῦτον οἱ στρατιῶται ξύλοις φαραγγώσαντες ὑπερήνεγκαν ὀγδοήκοντα τριήρεις ἡμέρᾳ μιᾷ. Quo loco φαλαγγώσαντες scriptum fuisse opinor, et novo usu adhibitum de

palangis ligneis, quas navibus subiiciebant, ut ex uno in alium pertraherentur locum. *Φάλαγγες* et *φαλάγγια αἱ ὑποτιθέμεναι δοκοὶ τοῖς νεωλκουμένοις σκάφεσι* apud Eustathium in Hom. p. 285. Nasci hinc potuit *φαλαγγῶσαι, palangis naves transferre:* quod et in Graecorum literis fuisse *φαλάγγωμα* et *φαλάγγωσις*, etsi significatione discrepent, testantur evidentissime. Nec pugnabo tamen, si magni viri coniecturam huic praeposueris. Id certe Polyaeno debetur, quod eius diligentia et loci ingenium, et triremium numerus, et suscepti operis magnitudo clarius elucescant. WESS.

682. 13. *Διὰ τὸ πρώτως εὑρεθῆναι*] Vide sis c. 43. WESS.

682. 22. *Τοὺς ὑπὸ τῶν τροχῶν πύργους*] Putes *ἐπὶ τῶν τροχῶν* scribi debuisse: sed bene habet. Intelliguntur *πύργοι ὑπότροχοι*, i. e. turres, quae subiectis rotis ad muros admovebantur. *Ὑπότροχον σχεδίαν, ὑπότροχον σκέπασμα* et *ὑπότροχον κριὸν* non tibi Athenaeus de Machin. p. 4., si desideres, negabit. Ipse auctor Demetrii Helepolin *ὑπότροχον βάρος* L. XX. 92. adpellans suum illustrat. Optime vero Rhodomannus eam coniecturam proscripsit, qua *ἐξαφόρους ὄντας quae a senis promoverentur* correxerat olim: colore enim omni defecta erat. Adi Lipsium Poliorc. L. II. 4. WESS.

682. 30. *Ἐξάσταζον ἄνδρας ἐν θωραξίοις*] Vertitur *milites loricatos*. Credo tabulati fuisse genus, quod ex antennis suspensum milites, qui hostium machinas succenderent, contineret. *Pluteum* vocat Vitruvius L. X. 21. Quae enim apud Athenaeum de Machin. p. 6. *ἐπὶ δὲ τοῦ ἐπικεφάλου καὶ τῆς κριοδόχης πήγνυται ΘΩΡΑΚΙΟΝ, ὥστε ἐν αὐτῷ ἀσφαλέστατα δύνασθαι ἑστάναι τοὺς ἐποπτεύοντας*, ea Latine expressit: *supra caput eorum, quae continebant arietem, collocatum erat PLUTEUM, turriculae similitudine ornatum, uti sine periculo duo milites tuto stantes prospicere possent.* Simile quiddam spectavit auctor L. XVII. 44. de Tyriis, qui corvis ferreisque manibus *ἀνήρπαζον τοὺς τοῖς ΘΩΡΑΚΙΟΙΣ ἐφεστῶτας*, i. e. in pluteis aut propugnaculis stantes. Aliud Aelianus de Animal. L. XIII. 9., elephantem *ἐπὶ τοῦ καλουμένου θωρακίου* tres bellatores ferre posse prodens. Intelligit turriculae id genus, e quo, belluae tergo inposito, dextra sinistraque milites tela spargebant. WESS.

682. 42. *Πρὸ ὀφθαλμῶν λαμβάνοντες*] Confer L. XV. 10. WESS.

683. 55. *Ἐπιβάθρας κατεσκεύασαν*] Mox *σανίδας* adpellat. Ponticuli erant, *γέφυραι* propterea Appiano Illyr. p. 10. ed. Hoeschel., quos e turribus in muros obsessae urbis demittebant, ut pugnaturis transiturisque accessum darent. Noster L. XVII. 43. *τῶν γὰρ Μακεδόνων προσαγαγόντων πύργους ὑψηλοὺς — καὶ διὰ τούτων τὰς ἐπιβάθρας ἐπιβαλλόντων.* Vitruvius L. X. 19. *adscendentem machinam* vertit, et in fine cap., *de accessu, qui*

ἐπίβαθρα *Graece dicitur.* utrumque dubio et laxo admodum sermone. Vide Iust. Lipsium Poliorc. L. II. 4. Wess.

683. 56. *Ἐκ χειρὸς συνέβαινεν εἶναι τὴν μάχην*] Frequenter ad eum modum Diodorus supr. c. 24. XVII. 45. 84. Non minus venuste *ὡς ἐν χερσὶν ἡ μάχη ἐγένετο*, et brevi post *καὶ ἐν χερσὶ τὴν μάχην ποιήσας* Arrianus Exp. Alex. L. II. 10. *καὶ ποιήσασθαι τὴν μάχην ἐν χερσὶν* Libanius Basil. p. 133. C., pro quo Sallustius Iugurth. c. 57. *cupere praelium manibus facere.* *Ἐπεὶ πόλεμος ἤδη που ἐν χερσὶ γέγονεν* Procopius Bell. Goth. L. III. 34., *καὶ ἐν χερσὶ τῆς μάχης αὐτοῖς ὠθουμένης* Heliodor. Aeth. L. V. p. 258. Wess.

683. 65. *Ἐπηγείροντο ταῖς ψυχαῖς*] Id *ἐγείρεσθαι τοῖς θυμοῖς* c. 69. De leone, caudae verbere iram accendente, Aelianus de Animal. L. VI. 1. *τῇ ἀλκαίᾳ ἑαυτὸν ἐπεγείρει μαστίζων.* Libanius Prosphonet. ad Iulian. p. 182. A. *φόβος δὲ καὶ τιμῆς ἐλπὶς, ἡ μὲν ἐπεγείρει πρὸς ἀρετὴν* etc. haec quidem *ad virtutem erigit*, ex Sallustio Iug. c. 23. Diversum hoc Iosephi est de Bello Iud. L. I. 28. 1. *Ἀντιπάτρῳ δὲ — μῖσος ἀφόρητον ἐκ τοῦ ἔθνους ἐπεγείρεται.* Wess.

683. 72. *Τὸ ὠμῶς κεχρημένους τοῖς τῶν Ἑλλήνων* etc.] Salebrosam orationem planiorem reddidisset, aut *ὅτι ὠμῶς κεχρημένοι — ἡλωκόσι, ταὐτὸ προσεδόκων πείσεσθαι*, aut *τὸ ὠμῶς — ἡλωκόσι, ταὐτὸ προσδοκᾷν* etc. scribendo. Wess.

683. 78. *Κακῶς ἀπήλλατον*] Consule not. in L. III. 21. Wess.

684. 4. *Ὠμότητα σπεύδοντες ἀμύνεσθαι*] Hic ante *ὠμότητα* pone *τὴν*, aut scribe *ὡς ὠμότατα quam crudelissime.* Rhod. De articulo non intercedo. Praestiterit tamen, si quid mutandum, ex Clarom. *ὠμότητι* adsciscere: id enim haud incongruens in victoribus crudelitatis vicem, ut hic Siculi, superatis reddere studentibus. Wess.

684. 22. *Ἑκατὸν μναῖς ἐστεφάνωσε*] Harpocration e Lycurgi quadam oratione servavit *καὶ Καλλισθένην ἑκατὸν μναῖς ἐστεφανώσατε*, idque non aliud esse ac *ἐτιμήσατε* recte subiungit. Plut. Timol. p. 244. B. *τὸν μὲν οὖν ἄνθρωπον ἐστεφάνωσαν οἱ Κορίνθιοι δέκα μναῖς.* Athenaeus L. XII. p. 538. B. *Γοργὸς ὁ ὁπλοφύλαξ Ἀλέξανδρον Ἀμμωνος υἱὸν στεφανοῖ χρυσοῖς τρισχιλίοις.* Neque Noster hinc abit L. XI. 26. et in Excerpt. Vales. p. 334. Minus obvium *στεφανωθῆναι τεμένεσιν ἐν Δωδώνῃ*, de quo Is. Casaubon. ad Athen. V. 8., et *δόξῃ καὶ τιμῇ στεφανωθῆναι* in Epist. ad Hebr. II. 9. etsi proxime absit Manethonis L. V. 258.

Ἀρχῇ καὶ πίστει καὶ τιμαῖς ἐστεφάνωσεν. Wess.

684. 36. *Σοφοκλῆς ὁ Σοφοκλέους*] Huic Suidas inter Sophoclis filios locum negat, nepotem eius ex Aristone filio, et septem duntaxat victoriis illustrem prodens. Diodoro quodam

modo favet poetae aetas, filio, quam nepoti, paullo convenientior. Senior enim Sophocles exeunte Olymp. XCIII. fato concessit, iunior, ὁ νεώτερος Clementi Alex. Protrept. p. 26., Olymp. XCV. ad finem vergente illustrari coeptus est: distabit ergo a parentis morte annis perpaucis. Pro Suida tamen obmoveri potest provecta Sophoclis aetas, qua nepotes adultos et in similem laudis gloriam exsurgentes commode potuit videre. Nihil itaque decerno. WESS. Suidae consentit argumentum Soph. Oed. Col. ex cod. Laurentiano editum, *τὸν ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδα ἐπὶ τετελευτηκότι τῷ πάππῳ Σοφοκλῆς ὁ υἱὸς ἐδίδαξεν υἱὸς ὢν Ἀρίστωνος*. Vnde *Σοφοκλέους υἱωνὸς* vel *υἱοῦς* Diodoro restituunt Thierschius Act. phil. Mon. I. 3. p. 323. et Clintonus Fastis Ol. 96. 1., errorem librariis imputantes qui in scriptorem conferendus erat: id quod Clintonum ipsum animadvertisse video ad simile Diodori XX. 29. peccatum p. 215.

684. 42. *Γάϊος Δίνμος*] Pro *Δίνμος* refice *Δομίτιος*. Deinde *Μάρκος Οὐετούριος καὶ Οὐολέρων Ποβλίλιος* scribe. RHOD. Occupavit Rhodomanni correctionem C. Sigonius ad Livii L. V. 13., nec longe inde dellectit Pighius Fast. ad ann. CCCLIV. WESS. Conf. Borghes. II. p. 105. s.

685. 44. *Εὔπολις Ἠλεῖος*] *Εὐπόλεμος* vero nomine fuit, ni fallit Pausanias L. VIII. 45., qui praeterea L. VI. 3. Leonem Ambraciotam victoriae id decus inpetrasse, sed interversum ab Eupolemo, corruptis duobus Hellanodicis, fuisse addit. In *Eupolemi* nomine Pausaniae adsentitur Africanus. WESS.

685. 48. *Ἀλικναῖοι*] In Thucydide L. VII. 32. *Ἀλικυαῖοι*, quod hinc atque ex Ligorii numo *ΑΛΙΚΥΑΙΩΝ* viri docti emendant. Sita eorum urbs Entellam inter et Lilybaeum erat, teste Stephano in voc. *Ἀλικύαι*. WESS.

685. 51. *Καὶ πῦρ ἐνέντες*] Pausanias, si cui dubium hoc videbitur, defendet L. IX. 10. *πῦρ ἐτόλμησεν ἐς τὸ τέμενος ἐνεῖναι τοῦ Ἀπόλλωνος*. Et L. X. 1. p. 800. *καὶ ἐνέντας πῦρ, οὕτως ἤδη διαφθαρῆναι*. Adde inferius c. 73. huius libri. WESS.

685. 63. *Βασιλέα κατὰ νόμον*] Dixi de hoc Carthaginiensium magistratu L. XIII. 43. WESS.

685. 67. *Ὑπὲρ τὰς τριάκοντα μυριάδας*] Copiarum numerus, quantumvis Polyaeno L. V. 2. 9. et auctori c. 76. non inprobatus, fidem paene excedit. Sed Ephoro perpetua fere in hoc genere cum Timaeo discordia est. WESS.

685. 79. *Τοῦτο δ' ἐμηχανήσατο πρὸς τὸ μηδένα* etc.] Non obliti strategematis sunt Frontinus Strat. L. I. 1. 2. et Polyaenus L. V. 10. 2., in quo si scripseris et interpunxeris *καὶ σημηνάμενος εἰς γραμματεῖα τοῖς κυβερνήταις ἔδωκε, συνθέμενος, ἐὰν ἀποσπασθῶσιν ἐν τῷ πελάγει, ποῖ χρὴ συνάπτειν, ἵνα μὴ ὑπὸ τῶν αὐτομόλων ἐξαγγελθῇ· λαμπτῆρά τε τὸ πρόσθεν μέρος πεφραγμένον, ὅπως μὴ* etc. constabit oratio, nec alia medicina opus erit: suspendit enim *ἔδωκε* vocem *λαμπτῆρα* ex sese. WESS.

685. 86. *Φοροῦ δὲ πνεύματος ὄντος*] Sic L. XX. 97. *φοροῦ δὲ πνεύματος αὐτοῖς ἐπιγινομένου* etc. Idem recipi apud Strabonem L. VI. p. 431. ex margine debuerat. *Εὔφορον πνεῦμα* in Xenophontis Rer. Gr. L. VI. p. 459. Venuste et ex vero Plutarchus T. II. p. 821. D. *καὶ ὅλως ὅταν ἀλήθεια καὶ ἀρετὴ προσγένηται ΦΟΡΟΝ ἐστι πνεῦμα καὶ βέβαιον ἐπὶ τὴν πολιτείαν.* Wess.

685. 94. *Αἱ δὲ λοιπαὶ, πλήρεις οὖσαι*] Mendi sibi suspectam hanc dictionem profitetur Rhodomannus, neque iniuria. Quam enim orationi vim addit hoc *πλήρεις* vocabulum? Dicemusne propterea naves eas periculum haud difficulter evitasse, quod tumidis velis pergerent cursum et plenae? Id vero usus redarguit: citius avolant, si vento propellantur secundo, minus plenae. Ad hoc, celerius aufugerunt, quod longius alto in mari ab illis abessent, quas Leptines depressit. Ergone *οὐ πλήρεις*, an *οὐ πλησίον οὖσαι*, an *χωπήρεις οὖσαι*, aut his quiddam simile dederat? Mihi sine Codd. auxilio certum quid constituere non placet. Wess.

686. 5. *Μακρὰν τῶν συμμαχίδων πόλεων ἀπεωσμένος*] Infra L. XVIII. 66. *τὸ γὰρ πλῆθος τῶν δημοτικῶν ἀπωσμένον τῆς πολιτείας.* Sed ibi violentiam conplectitur, quae necessaria hic quidem non est. Wess.

686. 17. *Ἀπέστησαν δὲ παραπλησίως* etc.] Interpres de suo quaedam est admensus; neque absurde ille. namque *τῷ παραπλησίως* indicatur, plures ex Sicanis, desertis Dionysii partibus, ad Carthaginienses transiisse, idque exemplum Halicyenses sectatos esse. Wess.

686. 27. *Οὖσας πλείω* etc.] Ita solere auctorem voce *πλείω* abuti, saepe monitum est. De Messana eiusque opportuno situ Ph. Cluverius S. A. L. I. p. 81. Wess.

686. 32. *Κεφαλοίδιον*] Vera ea urbis scriptura, cuius antiquissima haec mentio. *Κεφαλοῦδιον* Coisl. debetur recentiori oppidi titulo, quo *nova moenia Cephaludi* apud Hug. Falcandum. Vid. ad Antonini Itin. p. 92. Wess.

686. 38. *Ἐπὶ τῆς Πελωρίδος*] *Πελωριάδος*, discordibus tamen scriptis membranis, in L. IV. 85. Discrimen pusillum est, his *Πελωρίδα*, illis *Πελωριάδα* probantibus. Conf. Ph. Cluverium Sic. Ant. L. I. p. 80. Wess.

687. 53. *Ἐξεδέχοντο κατὰ τὴν φήμην*] Ut haec sint omnia ipsius Diodori, valde metuo: mallem quidem certe inducta praepositione *ἐξεδέχοντο τὴν φήμην* legi. Saepe *φήμη* Dei *responsum*, aut etiam *omen* est. Dio Chrysostomus Or. XXXII. p. 364. D. *ἴστε δή που τὰς τοῦ Ἄπιδος φήμας ἐνθάδε ἐν Μέμφει, πλησίον ὑμῶν.* Vertunt: *scitis haud dubie Apidis famam hic in Memphi prope vos.* Satis quidem absurde. Apidis oracula intelligit, de quibus Aelian. de Animal. L. XI. 10. p. 649. Idem Dio Or. I. p. 12. B. *καὶ τὰ πάντα σοφίσματα οὐδενὸς ἄξια πρὸς τὴν παρὰ θεῶν*

modo favet poetae aetas, filio, quam nepoti
Senior enim Sophocles exeunte Olymp. XCIII
ὁ νεώτερος Clementi Alex. Protrept. p. 26
vergente illustrari coeptus est: distabit erg
nis perpaucis. Pro Suida tamen obmoveri
clis aetas, qua nepotes adultos et in simile
gentes commode potuit videre. Nihil itaque
consentit argumentum Soph. Oed. Col. ex e
τὸν ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδα ἐπὶ τετελευτηκ
χλῆς ὁ ὑϊδοῦς ἐδίδαξεν καὶ υἱὸς ὢν Ἀρίστι
υἱωνὸς vel ὑϊδοῦς Diodoro restituit Clint
errorem librariis imputans qui in scriptor
id quod ipsum animadvertisse video ad s
peccatum p. 215.

684. 42. *Γάϊος Δίνμος*] Pro *Δίνμο*
de *Μάρκος Οὐετούριος καὶ Οὐολέρων Π*
Occupavit Rhodomanni correctionem C. Sig
nec longe inde deflectit Pighius Fast. ad an
Borghes. II. p. 105. s.

685. 44. *Εὔπολις Ἠλεῖος*] *Εὐπό*
ni fallit Pausanias L. VIII. 45., qui prae
Ambraciotam victoriae id decus impetrass
Eupolemo, corruptis duobus Hellanodicis,
lemi nomine Pausaniae adsentitur African

685. 48. *Ἀλικυαῖοι*] In Thucydi
καῖοι, quod hinc atque ex Ligorii nun
docti emendant. Sita eorum urbs Entellar
teste Stephano in voc. *Ἀλικύαι*. Wess.

685. 51. *Καὶ πῦρ ἐνέντες*] Pauc
videbitur, defendet L. IX. 10. *πῦρ ἵνος* apud Steph. et *Asso-*
ἐνεῖναι τοῦ Ἀπόλλωνος. Et L. X. 1. 8. Vitium non fugit Ph.
οὕτως ἤδη διαφθαρῆναι. Adde inferiu

685. 63. *Βασιλέα κατὰ νόμον*] *ὄντας Καμπανούς*] Viden-
sium magistratu L. XIII. 43. Wess. isse, quos Catanae, a se

685. 67. *Ὑπὲρ τὰς τριάκοντα μ* L. XIV. 16. Adde infr.
rus, quantumvis Polyaeno L. V. 2. 9. ess.
probatus, fidem paene excedit. Sed E*μενον*] Taurus hic ad sta-
genere cum Timaeo discordia est. Wes ergo ac collis *Taurus*, in

685. 79. *Τοῦτο δ' ἐμηχανήσα* exstructum. Aberat enim
Non obliti strategematis sunt Frontin M. P., si non fallit, non
lyaenus L. V. 10. 2., in quo si scripser rarium p. 90. Erit proin
μηνάμενος εἰς γραμματεῖα τοῖς κυβερνη urus, de quo Ptolemaeus
ἐὰν ἀποσπασθῶσιν ἐν τῷ πελάγει, π 136. Wess.
ὑπὸ τῶν αὐτομόλων ἐξαγγελθῇ· λαμπ ν ἦσαν τριήρεις] Aut *μὲν*
πεφραγμένον, ὅπως μὴ etc. constabit eesse dicendum est: veluti
opus erit: suspendit enim *ἔδωκε* vocem

si ja legas, *τούτων δ' ὀλίγαι μὲν ἦσαν τριήρεις, αἱ δὲ πλείους* et. vel *αἱ δὲ πλεῖσται*. STEPH.

688. 17. *Ὅτε που πρότερον* etc. *συνέβαινεν*] Fuit, cum *ὅτε που* satis inconmodum hoc mihi loco videbatur. Noveram Hesiodi Theogon. v. 416. *καὶ γὰρ νῦν ὅτε πού τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων Ἔρδων* etc. *ἱλάσκηται*. Sed et id paullo hinc esse diversum et ibi satis tempestivum. Accedebat eodem, exulare ex optimae notae schedis molestam vocem *ποῦ*, adeoque suspectam quodammodo posse videri. A qua quidem opinione necdum recedam, modo pro *ὅτε* refingere *ὅτι* licitum fuerit. Tum sententia erit, cognosci vix potuisse, urbem incolis olim frequentatam fuisse. WESS.

688. 29. *Ἡγεμόνα δὲ οὐκ ἔχοντες*] Nihil in his quod offendat: in scriptura librorum Coisl. et Reg. 1. multum, nisi forte barbarum Siculi ducis nomen dare voluerint, de quo nihil decerno. Dionysium Naxiorum urbem Siculis contribuisse supra prodidit c. 16. WESS.

688. 36. *Ταυρομένιον ὠνόμασαν*] Tauromenium hoc tempore conditam fuisse, indicatur c. 87. et 96. A qua tamen opinione recedere videtur L. XVI. 7., ubi de Andromacho, Timaei patre, *οἰκήσας δὲ τὸν ὑπὲρ τῆς Νάξου λόφον, τὸν ὀνομαζόμενον Ταῦρον, καὶ μείνας κατ' αὐτὸν πλείω χρόνον, ἀπὸ τῆς ἐπὶ τοῦ Ταύρου μονῆς ὠνόμασε Ταυρομένειον*. Si enim Timoleontis aetate Andromachus in Taurum collem conduxerit Naxios, et a mora in eo Tauro Tauromenium appellarit, nondum utique eo nomine urbs Dionysii senioris tempore insignita fuit. Ph. certe Cluverio S. Antiq. L. I. p. 95. ita sibi pugnare illa sunt visa, ut Diodorum sui oblitum fuisse perscripserit. Equidem auctori, quod omnibus aliis, usu potuisse venire non negavero, excusavero tamen hac in re. Agit posteriore loco de Naxiis, quos patriis sedibus a Dionysio deturbatos collegerit Andromachus, et Tauro in monte collocarit: Andromachum ipsum vocat *Ταυρομενίτην*, clare innuens, Tauromenium iam fuisse, antequam Naxii id oppidum occuparent. Quod vero subdit de nomine, ea re confirmatum urbi titulum ab Andromacho et Naxiis declarat. Quare hoc loco Tauromenii, a Siculis Dionysii aetate conditi, meminit: illo altero eiusdem Tauromenii, a Naxiis exsulibus, Andromachi opera, insessi, quoque modo *ἀπὸ τῆς ἐπὶ τοῦ Ταύρου μονῆς* vetus urbi nomen perseveraverit. Stat a me pro Diodoro Clarissim. Sig. Havercampus Comment. ad Parutae Numism. p. 907. WESS.

688. 44. *Ὑπὸ τοῦ καλουμένου ῥύακος*] Vid. not. in L. V. 6. *Ῥύακας* vocant fluenta liquefactorum saxorum atque ignis, ex Aetnae crateribus magno inpetu prorumpentia et vicina quaevis adurentia. Plato Phaedon. p. 111. E. *ὥσπερ ἐν Σικελίᾳ οἱ πρὸ τοῦ ῥύακος πηλοῦ ῥέοντες ποταμοὶ καὶ αὐτὸς ὁ ῥύαξ*. cuius verba illustrat Strabo L. VI. p. 412. B. *περὶ τῶν ῥυάκων* et col-

liquatis lapidibus plura commentatus. Adde Tollium ad Longinum, verbis Platonis contra Fabrum dextre usum, sect. XXXV. p. 196. Post vero pauca forte melius erit ὅπερ καὶ συντέλεσαν. Wess.

689. 69. *Τῶν νεῶν πλήρη*] Ex antecedentibus et consequentibus sensus exigit, ut legamus *τῶν πεζῶν πλήρη, peditum repleta.* Palm. Nisi *νέων* dederit, eaque voce milites indicarit, quod tamen mihi nondum plene persuadeo, transeundum erit in viri doctissimi sententiam. Habent praeterea minus conmodam sedem voces *παραχρῆμα μὲν*, quae si alio conmigrarent, legereturque *παραχρῆμα μὲν οὐ μετρίως ἠγωνίασαν*, orationem non conturbarent. Porro *ἐπιφερομένας* Reg. 1. libri, etsi huic loco convenientius videatur, quia sola eius auctoritate stabilitur, in contextum, quem vocant, non admisi. Wess.

689. 78. *Ταῖς πρώταις τῶν Καρχηδονίων, τὸ μὲν πρῶτον* etc.] Claudicat oratio, quae tum demum recto talo perget, ubi *ταῖς πρ. τῶν Καρ. προσμίξας* adiunxeris. Sic c. 55. *καὶ ταῖς πρώταις προσμίξας, εὐθέως τινὰς αὐτάνδρους κατέδυσεν.* Wess.

689. 81. *Ταῖς μὲν ἀρεταῖς ὑπερεῖχον* etc.] Interpres vocabulis transpositis legisse videtur *ὑπερεῖχον οἱ περὶ τὸν Λεπτίνην, τοῖς δὲ πλ. οἱ Καρηχδόνιοι.* Atque ea sine dubio auctori sententia sedit, quae tamen minore molimine eadem erit, modo *ταῖς μὲν ἀρεταῖς ὑπερείχοντο Καρχηδόνιοι, virtute quidem Carthaginienses superabantur* etc. refinxeris cum Iac. Palmerio. Wess.

689. 84. *Ἐκ παραβολῆς τὸν ἀγῶνα συνισταμένων*] Diceres *ἐκ παραβολῆς* idem esse, ac *παραβόλως, audacter* et *maximo cum periculo*, nisi sequentia conmissas arte inter se naves expostularent. Polybius ad eundem modum L. XV. 2. p. 963. *ἐκ παραβολῆς δὲ καὶ πέριξ προσμαχόμενοι, κατετίτρωσκον τοὺς ἐπιβάτας* etc. Wess.

690. 95. *Καὶ γὰρ τὸ παρὰ τὸν ναύαρχον ἐλάττωμα* etc.] Lege *περὶ τὸν ναύαρχον*. Vitium peperit fatalis quaedam vocum harum confusio. Vid. Is. Casaub. ad Athen. L. I. 7. et Mos. Solanum ac T. Hemsterhus. in Lucian. Halcyon. c. 2. Wess.

690. 17. *Συγκλεισθήσεσθαι*] Pro *συγκλεισθήσεσθαι* restituendum arbitror *συντελεσθήσεσθαι*, atque sic verti. Rhod. Huic verbo vitium inolevisse non opinor: ipsemet auctor suum agnoscit; nam et L. XII. 55. *οἱ μὲν Μιτυληναῖοι λειφθέντες συνεκλείσθησαν εἰς πολιορκίαν.* Succurrendum ergo hianti sermoni alia via, qui plenus erit, si *οἱ δὲ Συκελιῶται κατὰ τὴν πορείαν* etc. probaveris. Rati enim Siculi, dum Syracusas properant, sese ea in urbe difficili obsidione pressum iri, ut cum Poenis in certamen descenderet, Dionysio auctores erant. Wess.

690. 18. *Διὰ τὴν γεγενημένην νίκην*] Praeteriit Interpres. Credo vocabulo quodam defecta esse. Addideris *ῥᾳθυμοτέροις* aut *μετεωρισθεῖσι*, sententia erit, Himilconem parta victoria so-

cordiorem sive *elatiorem* esse factum, et propterea oppugnationi opportunum. Wess.

690. 34. *Εἰς τὰ ἐγγὺς τῶν φρουρίων*] Stephanus ita correxerat. Ego vero suam in sedem revocavi, iubenti sermonis ingenio obsecutus. Wess.

690. 42. *Τοὺς τὴν Ἐντελλαν κατοικοῦντας* etc.] De illis superius c. 9. Wess.

691. 45. *Τὸ τῶν Ἑλλήνων ἀπεδ. πολέμιον* etc.] Puto deesse nomen ἔθνος vel γένος post Ἑλλήνων. Steph.

691. 55. *Πολύξενον τὸν κηδεστὴν*] *Socerum* suo sibi more Rhodomannus verterat. Affinem fuisse Dionysii docuit L. XIII. 96. auctor. Wess.

691. 68. *Εἰσθεόμεναι μὲν ὑπὲρ τρισχιλίας*] Expunge τρὶς, et post *φέρουσαι δὲ* interpone *στρατιώτας*. Rhod. Vereor, ut persanatus ea medicina locus sit. Quid enim *εἰσθεόμεναι* et quam tandem vim obtinet? A *θέω* si venit, quis ea forma usurpavit? Cur porro, si supra mille fuerint naves onerariae, continuo additur, in universum prope duo millia fuisse? Mihi haec intricatissima. Diceres scriptorem Reg. 1. Cod. suo *εἰσθεώμεναι* aliud spectasse, idque nobis innuisse, naves onerarias, dum in portum plenis pergerent velis, Syracusanis esse visas numerum trium millium excedere: quae quidem sententia ab hoc loco aliena non foret, si sermonis indoles pateretur. At quis *εἰσθεᾶσθαι* adhibuit alius et ea significatione? Nemo profecto, quantum quidem rescire potui. Itaque nihil iuvat, haeretque altissime menda: quae ut elueretur meditanti multa se sponte subiecerunt, veluti *εἰς θέαν μὲν ὑπὲρ τρισχιλίας, quae speciem trium et amplius millium prae se ferebant:* aut *εἰσδεχόμεναι ὑπὲρ τρισχιλίους, φέρουσαι* etc. *quae quidem capaces erant trium et ultra millium, ferebant autem*, et reliq. Sed placere non potuerunt. Desino ergo, et palmam aliis relinquo. Wess.

691. 76. *Νεῶν δὲ μακρῶν διακοσίων*] Quid haec ad pedestrem exercitum? Ni dicas, longas has naves litora legisse, dum exercitus Syracusas pergeret, ut festinanti praesidio esset, nihil omnino. Imo id si pertenderis, necdum opportuna eorum mentio erit. Concesserat Dionysius in urbem, portus a victoribus erat obstructus, classis, quae inconmodaret, nulla. Ne dicam dolo, videntur ex superioribus huc conmigrasse. Wess.

691. 80. *Ἀπέχον τῆς πόλεως σταδίους δώδεκα*] Prope Olympium, Iovis id templum erat, mille et quingentis passibus ab urbe, uti Livius L. XXIV. 33. docet, distans: quod intervallum belle satis XII his stadiis congruit. Wess.

691. 95. *Καὶ τοὺς νεὼς τῆς τε Δήμητρος καὶ Κόρης ἐσύλησεν*] Erant in ea Syracusanae urbis parte, cui Neapolis cognomen, duo templa egregia, Cereris unum, alterum Liberae, Cicerone L. IV. Verr. c. 53. auctore. Haec intelligi videntur, ut adeo

Achradinae quoddam quasi suburbium Neapolis sit censita. Sic certe Ph. Cluverius S. A. L. I. p. 153. Wess.

692. 4. *Περὶ ἧς μικρὸν ὕστερον* etc.] Conf. c. 71. Wess.

692. 8. *Δημαρέτης*] Sic dedisse auctorem, probe vidit Rhodomannus. Non enim aliter adsolet. Vide L. XI. 26. et c. 38. Wess.

692. 10. *Ἐπὶ τοῦ Πλημμυρίου*] *Plemmurium undosum* summi poëtae promuntorium erat contra Syracusas, in magnum portum procurrens, et eius fauces coartans, opportunum castello exstruendo. Nicias id optime perspexerat, ut ex Thucydide L. VII. 4. et Cluverio Antiq. Sic. L. I. p. 180. cognosces. Wess.

692. 21. *Διονύσιος μὲν καὶ Λεπτίνης*] Mendosus esse hic locus videtur, aut in eo positus esse nominativus absolutus pro genitivo absoluto, ut et alibi. Steph. Nihil mutandum: haec absolutae structurae forma, qua nominativus genitivi sedem occupat, Graecis oppido familiaris est. Exempla collegerunt viri clarissimi Is. Casaubonus ad Polyaen. I. 18. et T. Hemsterhusius in Lucian. Contemplant. c. 2., pluresque alii, a nobis alio loco excitati. De Pharacida, qui Lacedaemone Dionysio suppetias advenit, Polyaenus Strat. II. 11. Wess.

692. 33. *Τὰς αἰχμαλώτους ναῦς ἐναψάμενοι*] Solet *ἀναψάμενοι* hoc usu terere. Supra L. XIII. 19. *οἱ δὲ Συρακούσιοι — τὰς ναῦς ἀναψάμενοι κατήγαγον.* et hoc libro c. 60. *ἀνήψαντο τὰς αἰχμαλώτους ναῦς.* Atque ita de navibus, quae captae et funibus ex aliis aptae trahuntur. Alia potestas est in his Philonis Iud. de Leg. ad Cai. p. 1012. C. Tiberius *τρία πρὸς τοῖς εἴκοσι ἔτη γῆς καὶ θαλάττης ἀναψάμενος τὸ κράτος.* et de Rer. Div. Hered. p. 482. C. *εἰ τοῦ παντὸς ἀνθρώπων γένους ἐβασίλευσε, τὸ τῆς γῆς ὁμοῦ καὶ θαλάττης ἀναψάμενος ἀκονιτὶ κράτος.* Imperium indicatur, quo rerum summa ex aliquo pendet. Unde *ἀνημμένος τὴν ἀρχὴν* et *ἀνημμένος τὴν ἡγεμονίαν*, cui summa imperii mandata est, apud eundem saepissime. Vide Librum de Ioseph. p. 530. E. Leg. Cai. p. 1019. D. et in Euseb. Praep. Evang. L. VIII. 14. p. 386. C. Wess.

692. 41. *Ἦσαν ἀφωπλισμένοι*] Conf. superius c. 10. Wess.

693. 58. *Ληφθέντας γὰρ* etc.] Omnino necesse est scribere *λειφθέντας* per *ει*, id est *νικηθέντας*, *victos*. Sic autem saepe usurpat *λείπεσθαι* et eius participium *λειφθείς*. ut p. 64. *παραταξάμενος ἀξιολόγῳ δυνάμει καὶ λειφθείς, τῶν τε στρατιωτῶν τοὺς πλείστους ἀπέβαλε, καὶ αὐτὸς μετὰ τέκνων ἑπτὰ καὶ γυναικὸς αἰχμάλωτος ληφθεὶς ἀνεσταυρώθη.* Non semel autem *ληφθείς* pro *λειφθείς* mendose in exemplaribus nostris scriptum fuit. Steph. et Rhod. *Λειφθέντας γὰρ Καρχηδονίων* etc.] Rescripsi ad hunc modum: posterius ex Codd. priscis, prius ex certa virorum praestantium coniectura. Quid enim frequentius scriptis in schedis horum vocabulorum permutatione? Vid. not. L. XI. 68.

Diogenes Laert. I. 115. *καὶ δὴ καὶ ἐλήφθησαν πρὸς Ὀρχομενῷ.* Imo *ἐλείφθησαν victi sunt.* WESS.

693. 71. *Τοῦ Φοινικοῦ πολέμου*] Lege *Φοινικικοῦ*, qui error saepe obvius. De Herculis Gaditani templo Appian. Bell. Hispan. p. 425. *καὶ θρησκεύεται νῦν ἔτι Φοινικῶς*, ubi *Φοινικικῶς* oportuisse recte animadvertit S. Bochartus de Phoen. Colon. L. I. 34. p. 610., sicuti *τὰ Φοινικὰ συγγεγραφότες* commode in *τὰ Φοινικικὰ* convertit Is. Casaub. ad Athen. III. 36. WESS.

693. 76. *Οὐκ ἐπίσης βραβεύων τὸ δίκαιον*] Superiora si ad mercenarios milites, ut videntur, pertinent omnia, haec locum, quem insident, tuebuntur difficulter. Aptius certe sequerentur aut post *δεσποτῶν δουλείας*, aut mox post *ἐδωρήσατο*. Cultum vero admodum est *τὸ δίκαιον βραβεύειν* in principe et iudice, cum ex aequo et bono ius dicit. Philo Iud. de Creat. Princip. p. 726. A. *ὅτε μόνος αὐτὸς ἐβράβευε τὰ περὶ δίκας Μωϋσῆς.* et de Iudic. p. 718. D. *ἄτοπον γὰρ ἁμαρτήμασιν ἐνόχους εἶναι, τοὺς τοῖς ἄλλοις τὰ δίκαια βραβεύειν ἀξιοῦντας.* Hinc Corinthus, ubi proconsulis Achaiae sedes, *βραβεύει τὰ δίκαια τοῖς Ἕλλησι* in Aristid. T. I. p. 43. et iudex, a quo, pecunia corrupto, male verum examinatur, *ὃ ἐπὶ δώροις βραβευτὴς τοῦ δικαίου* apud Philon. de Iudic. p. 720. A., qui quidem Iudaeus cum L. I. Allegor. p. 56. D. scribit, *ὥσπερ οὖν ὁ δικαστὴς οὔτε νικῆσαί τινας προαίρειται — γνώμην δ' ἀποφηνάμενος βαρύνει τὸ δίκαιον*, mendo inquinatus est. Dederat ipsemet *βραβεύει*, quod et verborum ordo instaurari sibi postulat et liber Augustanus, quem Canterus inspexit, clare praefert. WESS.

693. 86. *Οὐδὲ λόγῳ παῤῥησίαν ἐπάγειν τολμῶμεν*] Simplex *ἄγειν* hoc in genere magis amplectuntur. Mox auctor c. 66. *φονεύων μὲν τοὺς παῤῥησίαν ἄγοντας ὑπὲρ τῶν νόμων*, *eos occidens, qui pro legibus loquuntur libere.* Et L. XII. 63. *διόπερ οἱ πρέσβεις παῤῥησίαν ἤγαγον ἐν ταῖς Ἀθήναις.* Dio Chrysostomus Orat. XXXVII. p. 464. A. *παῤῥησίαν δὲ ἄγω διπλῆν.* Philo Iud. de Rer. Div. Hered. p. 482. B. *πότε οὖν ἄγει παῤῥησίαν οἰκέτης πρὸς δεσπότην*; Iosephus Ant. Iud. L. XIX. 7. 1. *παῤῥησίαν δὲ διὰ πάσης ὁμιλίας ἦγε.* WESS.

694. 6. *Ἀλλὰ καὶ τῶν Σικελιωτῶν ἑκουσίως παρέλαβε* etc.] Vera et testata res. Vide modo L. XI. 26. In ipsa tamen verborum serie offendit *ἑκουσίως*, quod ex *ἑκουσίων* natum opinor. WESS.

694. 18. *Ἐπικαίρους πόλεις*] Aut redundat hic vocabulum *πόλεις*, quae Rhodomanni opinio, aut *καὶ ἐπικαίρους πόλεις* scribendum erit. WESS.

694. 25. *Οἰκέταις καὶ μιγάσιν ἀνθρώποις*] *Πλῆθος ἀνθρώπων πανταχόθεν μιγάδων* L. XVI. 15., *πόλις συγκλύδων καὶ μιγάδων ἀνθρώπων* Plut. T. II. p. 661. et Phil. Iud. de Temul. p. 245. C., qui hoc genus saepe coniungit, uti L. II. Allegor. p. 95. E. et L. I. Vit. Mos. p. 625. E. Sintne vero *σύγκλυδες*

tota Graecia exterminandi atque in *συνήλυδες*, uti apud Strabonem certe videntur L. IV. p. 290., commutandi, quaeram opportuniore loco. WESS.

694. 28. *Ὑπηρέτης ἀρχείων*] Conf. adscripta superioris libri c. 96. WESS.

694. 31. *Ὧν ταῦτ' ἐφ' ἡμέρᾳ τριάκοντα* etc.] Vera lectio est *ὧν τὰς ἐφ' Ἡμέρᾳ — Καρχηδονίων παρίημι, καὶ τὴν τῶν* etc. RHOD. *Ὧν ταῦτ' ἐφ' Ἡμέρᾳ* etc.] Citra omne dubium *ἐφ' Ἡμέρᾳ* iustum est. Vid. L. XI. 22. At *ὧν τὰς*, sequente *Καρχηδονίων*, obscurius et inpeditius. Praeferrem *ἐῶ τὰς ἐφ' Ἡμέρᾳ* etc. *mitto trecenta Carthaginiensium ad Himeram caesa millia.* tum recte subsequetur, *παρίημι τὴν* et reliq. Porro *κατὰ Γέλωνα*, pro quibus *a Gelone* Interpres haud bene, non laudo. Fuisse videtur *μετὰ Γέλωνα*. Syracusani enim Gelonis successoribus aut inviti paruerunt, aut obedientiam negarunt, Thrasybulo possessione tyrannidis deiecto. Verte proinde: *praetermitto deletos post Gelonem tyrannos*, et contende L. XI. 67. WESS.

694. 36. *Οἱ πατέρες ὑμῶν*] Lege *ἡμῶν*. Ita enim Theodorus perpetuo hac oratione. Interpres certe quidem caussam non habebat, cur ab hoc genere discederet. *Οὐδὲ τὸν ἀπαγγελοῦντα ἀπέλιπον*, quod succedit, Historicis perfrequens esse, dictum alias. Philo Iud. paullo aliter L. I. V. Mos. p. 630. C. *ὡς μηδὲ πυρφόρον ἀπολειφθῆναι τὸν ἀπαγγελοῦντα τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ τὰς αἰφνιδίους συμφοράς*. Sed eadem sententia. Utuntur et Herodotus L. VIII. 6. Gregor. Nazianzenus Or. IV. p. 118. A. simili dictione, cuius originem pete ex Schol. in Euripidis Phoeniss. v. 1386. WESS.

694. 45. *Παρωπλισμένοι συμμάχων ὄντες*] Mallet fortasse alius *καὶ ἄνευ συμμάχων ὄντες*, tum ob ea, quae subiiciuntur, tum quod *παροπλίζεσθαι* in illis opportunum sit, quibus arma detracta, ut apud Polyb. II. 7. et supr. L. IV. 10. Cui quidem sine Codd. praesidio non adstipulor. Si tamen liceret, scriberem mox *πλήθει τηρούμενοι multitudine asservati* id enim haud paullo concinnius videri poterit. WESS.

695. 70. *Ἐν ταῖς συνθήκαις ἐκδότους — συνέθετο*] Vid. extremo L. XIII. De Lacedaemoniis, qui plerasque Graeci nominis in Asia civitates Persarum regi foederis conditionibus reliquerant, L. XV. 9. *ἐν τῇ πρὸς τὸν βασιλέα συνθέσει τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἕλληνας ἐκδότους πεποιηκέναι*. Aeschin. in Ctesiphont. p. 73. *ἔκδοτον μὲν τὴν Βοιωτίαν ἅπασαν ἐποίησε Θηβαίοις*. WESS.

695. 82. *Ἐπηγρυπνηκὼς τῇ τούτων ἀπωλείᾳ*] Sic Excerpt. Vales. p. 409. *ἐπαγρυπνῶν τοῖς τῆς στρατηγίας ἐντεύγμασιν*. WESS.

695. 92. *Παρεὶς πρὸς τῇ πόλει* etc.] Vir doctus Latine verterat: *iuxta urbem pugnam conseri permittens*, haud animad-

vertens, vitio hanc rem verti Dionysio. Debuerat, *negligens ad hanc urbem pugnare, ubi victis in notos sibi portus refugium erat.* Modo vero *ἐν τῷ Κατ. αἰγιαλῷ* est ad Catinensium litus: navalem enim pugnam innuit Theodorus, qua de supr. c. 60. Ad eum modum *ἡ ἐν Ἰσσῷ μάχη* L. XVII. 36., *στρατοπεδεύσας ἐν Τύρῳ* L. XIX. 59., *ἐν Θήβαισιν* Pindar. Olymp. Od. VI. 25. *Φίλιππος ἐν Χαιρωνείᾳ παρατασσόμενος Ἀθηναίοις* Polyaen. L. IV. 2. 2. Vid. Celeb. Iac. Perizon. in Aeliani H. V. L. II. 25. et Iac. Gronov. ad Herodot. L. V. 116. Wess.

695. 1. *Τὰς ναῦς ἐξέβραττε*] Conf. Clariss. Io. Alberti in Miscell. Critic. ad Glos. Nom. p. 264., conductisque ab eo veterum locis adde e Nostro L. XIV. 100. XX. 77. 113. et Dion. Chrysost. Orat. LXXIX. p. 664. D. Plut. T. II. p. 456. C. Defungar Libanio, ut eum mendo liberem, T. II. p. 452. B. *ὥσπερ οἱ πολλὰ ἑωρακότες ναυάγια τῶν παραπλεόντων, τῶν εἰς τὰς ἠϊόνας ἐκβεβραυμένων.* Sic scripsit. Legebatur *εἰς τὰς μονὰς*, nulla sententia. Wess.

696. 16. *Ὅπως μὴ — θεομαχῶμεν*] S. Lucas A. A. c. V. 39. *μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε.* Et c. XXIII. 9. *μὴ θεομαχῶμεν.* Plutarchus de Superstitione p. 168. C. *μὴ δόξῃ θεομαχεῖν.* Wess.

696. 32. *Ἢ τοῖς κατὰ τὴν μητρόπολιν* etc.] Conf. H. Valesium ad Excerpt. seq. Polyb. p. 1394. ed. Gronov. Solebant coloniae, si usus ita ferret, ducem ex maiore patria arcessere, illique summam imperii tradere: cuius moris exemplum dederunt ipsimet Syracusani, Timoleonte ex metropoli Corintho ad civitatem suam constituendam evocato, L. XVI. 66. Wess.

696. 33. *Τοῖς ἀφηγουμένοις τῆς Ἑλλάδος*] Vid. ad c. 27. Wess.

696. 39. *Ἀρχηγὸν ἔσεσθαι τῆς ἐλευθερίας*] *Suasorem fore* Interpres: quod dilutius. Optabant Syracusani, ut Pharacidas sese ducem et libertatis auctorem profiteretur; *ἀρχηγὸν καὶ αἴτιον*, ut Polyb. L. II. 38. Dinarchus Or. in Philocl. p. 109. *οὐκ ἀποκτενεῖτε — τὸν ἀρχηγὸν γενόμενον τοῦ διαδεχομένου χρυσίου*; Polybius L. II. 22. de Flaminii lege Agraria, *ἦν γε Ῥωμαίοις φατέον ἀρχηγὸν μὲν γενέσθαι τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον τοῦ δήμου διαστροφῆς.* quo de genere alias copiosius dicere memini. Wess.

696. 48. *Ἀρέτης ὁ Λακεδαιμόνιος*] Idem esse videtur, atque *Aristus* ille Spartanus, qui publice missus, ut Syracusanos in libertatem assereret, eosdem tyranno prodidit, ut supr. c. 10. traditum legitur. Vitium ergo aut *Ἀρίστου* aut *Ἀρέτου* nomini sese penitissime insinuavit, quod elui qua possit ratione, non admodum proclive est. Rectum tamen prius erit, si *Ἀρέτας* nomen Laconicum non fuerit, ex Ill. Scaligeri decreto L. III. Canon. Isagog. p. 332. Sed vide infr. L. XX. 29. Wess.

697. 56. *Μετὰ τὴν κατάλυσιν τοῦ προαστείου*] De Cereris et Proserpinae fanis expilatis agitur c. 63., ubi nihil de suburbio everso: occupasse vero id Carthaginienses traditur. Scribe ergo *μετὰ τὴν κατάληψιν τοῦ προαστείου*. quod verissimum. Wess.

697. 63. *Καὶ γὰρ Ἀθηναῖοι πρότερον* etc.] Conf. L. XIII. c. 10. Wess.

697. 79. *Πρῶτον μὲν ἤρχετο τῆς νόσου* etc.] Ex eiuscemodi loci ingenio, cuiusmodi castris ad Syracusas Carthaginienses occupaverant, morborum id genus plerumque nasci, docet Hippocrates de Aër. Aq. et Loc. p. 283. Wess.

697. 82. *Καὶ τῶν σκελῶν βαρύτητες*] *Crurumque gravedines* vir doctus, gravem fortasse dolorem intelligens, ut *gravedinem vulnerati pulmonis* dixit C. Aurelianus Chronic. L. II. 14. Ego vero crurum gravitates aut *tumores* mallem, secutus eruditos interpretes, qui *σπληνὸς βαρέα* in Hippocrat. de Vict. Rat. in morb. Acut. p. 396. de lienis tumore accipiunt. Wess.

697. 88. *Συνέβη — βοήθειαν ἄπρακτον εἶναι*] Sic seq. cap. *ἑαυτῶν σπουδὴν εἶχον ἄπρακτον*. Onosander Strateg. c. 17. *ἄπρακτον ἕξουσι τὴν ἰδίαν ἐμπειρίαν*. Vid. infr. L. XV. 27. Wess.

697. 1. *Τὴν περὶ Καρχ. συμφορὰν ἤκουσεν*] Ne muta. Scriptoris idiotismus est. *Ἡ περὶ τὸ ἄροτρον εὕρεσις* L. III. 63. pro *τοῦ ἀρότρου*. atque ita frequenter. Wess.

697. 6. *Ἐπὶ τὸ τῆς Κυάνης ἱερὸν*] Fuisse videtur id fanum ad fontem cognominem, de quo L. V. 4. Wess.

698. 16. *Οὗτοι μὲν ἅπαντες κατεκόπησαν*] Non dissimile mercenariorum militum, a Dionysio circumventorum, exemplum offert Polyaen. Strateg. L. V. 2. 1. Wess.

698. 21. *Τὴν καλουμένην Πολίχναν*] Vid. Ph. Cluver. Sic. Ant. L. I. p. 180. ubi etiam de *Dascone*, et quae nos ad L. XIII. 7. 13. Wess.

698. 31. *Καταταχούμενοι δ' ὑπὸ τῆς ὀξύτητος τοῦ καιροῦ*] *Καταταχῆσαι* et *καταταχεῖσθαι* ex Polybiana imitatione saepe Diodorus, ubi celeritate alius antevertitur. *Δι' ὧν καταταχήσας τὸν Ἐπαμινώνδαν*, *quorum Cretensium*, de illis enim sermo fuerat institutus, *cursu antevertit Epaminondam* Agis L. XV. 82. *Καταταχούμενοι δ' ὑπὸ τῆς πολυχειρίας — συνηναγκάσθησαν* etc. L. XVII. 41. Et L. XVIII. 73. *καταταχούμενος ὑπὸ τῶν καιρῶν*. Polybii loca, additis e Nostro aliis, dabit Budaeus Comment. Gr. Ling. p. 1080. Paullo ante *ἐπαλαλάζοντος* Rhodomannus in Notarum Addendis, sine gravi caussa. Wess.

698. 36. *Ἐνέσειον μόγις*] Adverbium hoc loco ociosum est, nec divinare possum, quodnam aliud loco extruserit: nisi forte *τοὺς ἐμβόλους* aut *τὰς ἐμβολὰς* reponas. Rhod. Etymologus *μόγις* idem esse ait ac *μετὰ πόνου*, Thom. Mag. *μετὰ βίας*. utriusque explicatio huic loco satis apta foret, si usus Grammaticorum decreto responderet perpetuo, de quo dubito: nec melius tamen quid-

quam cum maxime succurrit. Nam Rhodomanni medicina modum excedit. WESS.

698. 41. *Ἀναῤῥηττόμεναι λαχίδες*] De vestibus laceris *λαχίδες* in usu sunt frequentiore apud Aeschyl. Choeph. v. 26. Supplic. v. 126. 910., sicuti et *λαχίσματα* in Eurip. Troad. v. 497. Apud Hesychium quidem *Λαχίδες, τὰ λεπτὰ τῶν ἀρμένων σχίσματα.* Sed is lacerati veli partes intelligit ex nobili Alcaei fragmento apud Heraclidem p. 413.

Λαῖφος δὲ πᾶν ἄδηλον ἤδη
Καὶ λαχίδες μεγάλαι κατ' αὐτό.

Vid. D. Heinsium in Sil. Ital. L. V. 325. WESS.

698. 48. *Οὐ μὴν οὐδ' οἱ πεζῇ — προσβάλλοντες*] Sequor Coisl. et Reg. 1., quorum scriptura hic accommodatior. Supra c. 68. *τότε συνεπιθεμένων ἡμῶν πεζῇ πάντων.* Saepeque alias cum de navali ad terrestrem expeditionem transitus est. WESS.

699. 58. *Ἐπιγενομένου*] Apte poneretur particula *δὲ* post *ἐπιγενομένου.* Sed aliis in locis plane similibus eam particulam omissam ab hoc authore comperio. STEPH.

699. 61. *Διὰ τὸν ἀπὸ τῆς πληγῆς φόβον*] Mallem *φλογός.* eius enim metu in mare se praecipites dabant, ut nando evaderent. Si tamen *πληγῆς* reliquerit, *ictum* intellexit ex ruina armamentorum et navium mutuo in sese incursu. Id rarius, quod *ἀγκύρια* de rudentibus usurpavit. Ancorae sunt in Plutarchi T. II. p. 604. D. et Luciani Catapl. c. 1. Facit tamen cum Diodoro inter Mathematicos haud ignobilis Philo, qui ne ancorarum retinacula praecidantur, catenis utendum admonens, *πρὸς δὲ τὰς ἀποτμήσεις τῶν ἀγκυρίων*, inquit, *ἐὰν βραχὺς ὁ τόπος, ἁλύσεις* de Telor. Construct. p. 100. Porro non placet in sequentibus *πλεῖστον δ' ὑπὸ τοῦ πυρός.* Sive enim *ἐπὶ* seu *κατὰ* subintelligas, paullo durius manebit. Plana fuisset oratio, si *πλεῖστα δ' ὑπὸ τοῦ* etc. legeretur. WESS.

699. 78. *Ἐκλέγοντες τῶν χρησίμων τὰς δυναμένας* etc.] Verum est *τὰ δυνάμενα.* Diripiebant corruptas ab igne naves, inde seligentes res eas, quae usui esse poterant et resarciri. De navibus sequetur deinceps. WESS.

699. 82. *Ἡ φιλοτιμία — κατῆρχε τὴν ἡλικίαν*] Constat sententia, non male ab Interprete expressa *contentio aetatem superaret.* Ut tamen sanum sit *κατῆρχε*, dubito vehementer. Solent certe et incipiendi et dominandi usu aliter construere. WESS.

699. 91. *Ἐφαίνετο — θεομαχίᾳ παραπλήσιος ἢ θέᾳ*] Sic L. XVII. 100. *οἱονεί τις θεομαχία μέλλουσα γίνεσθαι προσεδοκήθη.* Adde Platonem L. II. de Repub. p. 378. D. WESS.

699. 3. *Ἠξίουν δὲ αὐτὸν ἀφιέναι τοὺς περιλειπομένους* etc.] Imilco in flebili oratione ad cives, *deferre se*, inquit, *civibus suis non modica solatia, quod malis eorum hostes gaudere, non gloriari possent. Quippe cum neque eos, qui mortui sunt, a se*

occisos; neque eos, qui reversi sunt, a se fugatos possint dicere. Praedam, quam relictis a se castris abstulerint, non esse talem, quam velut spolium victi hostis ostentent; sed quam possessione vacua, fortuitis dominorum mortibus, sicuti caduca occuparint. Quod ad hostes pertinet, victores se recessisse; quod ad pestem, victos; apud Iustinum L. XIX. 2. Satis utique gloriose, neque ex vero. Wess.

700. 22. *Ἐπλήρωσε — τριήρεις τῶν πολιτικῶν*] Scriptorum Codd. concordia hoc requirebat. *Τοὺς Καρχηδονίους πολιτικοὺς* dixit modo, alibi *πολιτικὰς δυνάμεις, πολιτικοὺς στρατιώτας, πολιτικοὺς κυβερνήτας* etc. Mox si *τὸ λοιπὸν ἅπαν στρατ.* malueris, non intercedam. Wess.

700. 42. *Ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ ταῖς — ἐμπίπτοντες*] Supervacanea est copula, atque ab inperito librario adiecta. Tollenda ergo. Wess.

700. 46. *Ἐπεκηρυκεύοντο περὶ συμμαχίας*] Monent Grammatici *ἐπικηρυκεύσασθαι* civitates perhiberi, cum publice *κήρυκας* et legatos mittunt ad societatem aut amicitiam sociandam. Id communi Iberorum, qui sub Carthaginiensibus stipendia fecerant, congruit bene. Imo si privatos eos censueris, recte dicentur *ἐπικηρυκεύσασθαι*. Vid. Cl. Duker. in Thucydid. L. VII. 48. et haec Demosthenis Except. adv. Zenothem. p. 532. *ὡς γὰρ — οὐδὲν ἐώρων δίκαιον αὐτοῖς ἐνὸν, ἐπικηρυκεύονται τῷ Πρώτῳ καὶ πείθουσι τὸν ἄνθρωπον*. Internuntios enim, quorum opera Proto persuadere litigantes volebant, clarissime designat. Corruptum est in Aristide T. III. p. 355., melius scripti libri *Μαρδόνιος μὲν ὑπὲρ βασιλέως ἐπεκηρυκεύετο τοῖς Ἀθηναίοις*. Wess.

700. 53. *Ταχέως ἐξελέγχουσι τὴν ἰδίαν ἀσθένειαν*] Hoc sane venustum. De dictione videbimus ad L. XX. 80. Wess.

701. 72. *Περιβόητον ἔχῃ τὸν βίον*] Si Thomae Magistri decretum valeret, male *περιβόητον* posuisset Diodorus: *περιβόητος ὁ ἐπὶ ἀρετῇ ἐγνωσμένος, διαβόητος ὁ ἐπὶ κακίᾳ*. Sic ille, quem tamen usus redarguit. *Περιβόητος* de famoso semel iterumque Lysias Or. II. 9. et Plut. in Caton. Uticens. p. 761. C., ut alios omittam. Wess.

701. 78. *Ἀπεκαρτέρησε*] Paullus Orosius L. IV. 6. *ac deinde* (Imilco) *obseratis ianuis, exclusisque etiam filiis, gladio dolorem vitamque finivit. Haec Darii temporibus gesta sunt.* Male utrumque. Gesta sunt rege apud Persas Artaxerxe: mortem vero inedia sibi maturavit. Iustinum suum dum deserit Orosius, in errorem praeceps abiit. Vide istum L. XIX. 2. Wess.

701. 87. *Ὑπὸ τῆς ὀργῆς προσαχθέντας*] Postremum vocabulum una litera auctius est: fuit olim *προαχθέντας*, uti *θυμοῖς προαχθέντες* L. XVII. 10. et *εἰς ὀργὴν ὑπερβάλλουσαν προαχθεὶς* L. XX. 33., eiusdemque generis alia. Wess.

701. 90. *Ἐν ὑπαίθρῳ κατεστρατοπέδευσαν*] Haec con-

nectenda sunt, quemadmodum c. 32. Phrasim egregie illustravit vir longe eruditissimus ad Polyb. L. I. 12. Wess.

701. 94. *Οὐ μακρὰν τῆς Καρχηδόνος κειμένην*] Aberat Carthagine ad CXX stadia, sive millibus passuum ferme XV., testibus Polybio L. XIV. 10. et Livio L. XXX. 9. Wess.

701. 3. *Τοὺς ἀσεβηθέντας θεοὺς*] Paullo hoc videri posset insolentius, nisi *ἀσεβεῖν θεοὺς* de violato deorum cultu dixisset auctor ipsemet et ante eum Aeschylus. Vid. not. in L. I. 77. Wess.

701. 7. *Τὰς θεὰς ἱδρυσάμενοι*] Cereris et Proserpinae signa *θεὰς* vocat eorum more, qui *τὰ χαλκᾶ καὶ τὰ γραπτὰ, καὶ τὰ λίθινα*, non *ἀγάλματα, ἀλλὰ θεοὺς* adpellare adsueverant apud Plutarch. de Isid. et Osir. p. 379. C., quorumque stultitiam ridet Lucianus de Sacrif. c. 11. Id vero notabile, Poenos inter numina non censuisse Cererem et Proserpinam ante hoc tempus. Colebant *τὴν Οὐρανίαν*, quam suo sermone *Astarten* nuncupabant, coelestium reginam, מלכת השמים, a luna non multum diversam, apud Herodianum L. V. 6. Luna quidem in Graecorum et Latinorum Theologia eadem habita fuit ac Proserpina; sed serius id commentum, a philosophis, Deorum Dearumque multitudini offensis, excogitatum est. Porro adoptant Cereris et Proserpinae, quas in Sicilia violaverant, cultum eadem superstitione, qua paullatim Roma

Facta est terrigenae domus unica maiestatis,
Et tot templa Deum Romae, quot in orbe sepulcra
Heroum numerare licet. — —

Gentium enim deos adsciscere, et quorum urbes solo aequaverat, eosdem placare instituit. Vid. Elmenhorst. ad Minutii Fel. Octav. c. 25. Wess.

701. 73. *Εἰς τοσοῦτο*] *Εἰς τοσοῦτον* Reg. ambo, Coisl. Vid. I. Fr. Reitz. in Luciani Rhetor. Praecept. c. 7. Wess.

702. 27. *Τοῦ πλήθους συντρέχοντος — καὶ — ἀπαιτούντων*] Conf. ad L. II. 19. et L. V. 4. Wess.

702. 39. *Καὶ τὰς ἰδίας κομιζόμενοι πατρίδας*] Defectam orationem Rhodomannus arbitratus in not. Addend. *καὶ εἰς τὰς ἰδίας κομιζόμενοι πατρίδας*, *in suam quisque patriam profecti*, legebat. Satis ille quidem opportune, nec contra sermonis ingenium, quo Aeschylus Suppl. v. 956. *κομίζου δ' ὡς τάχιστ' ἐξ ὁμμάτων*. et Euripid. Phoeniss. 596. *καὶ σὺ τῶνδ' ἔξω κομίζου τειχέων*. Obstat tamen mos scriptoris, qui *κομίσασθαι* hoc usu, quantum recordor, nunquam, per vero frequenter *κομίσασθαι μισθὸν*, et *κομίσασθαι πατρίδα καὶ ἐλευθερίαν* cum utraque reciperatur. Vid. L. XX. 46. et huius libri c. 33. ubi *διόπερ Ἀθηναῖοι μὲν ἐκομίσαντο τὴν πατρίδα*. Wess.

702. 42. *Τετρακισχιλίους δὲ Μεδιμναίους*] Qui fuerint illi Medimnaei, non succurrit, et facile foret reponere *Μηθυμναίους*. Sed numerus 4000 nimius pro tali urbe videtur. At pro *Μιλησίων*, qui nulli fuerunt in Peloponneso, repone *Μεσσηνίων*.

Palm. Habet auctor inter Siculos L. XVI. 9. *Μαδιναίους*, qui recipi hic possent, nisi et illi vitii forent suspecti. Propius absunt ex Italia Medmae, sive Medamae, ut apud Strabon. L. VI. p. 394., cives. Dat enim *Μέδμη*, Stephano auctore, *Μεδμαίους*, qui Locrensibus, unde originem acceperant, iunguntur aptissime. Dubito tamen de IV millium numero, utique maiore pro urbe non admodum ampla: nec muto propterea. Secus est in *Μιλησίων* voce, quam etsi Codd. vetent, corrigere sustinui. Cui enim bono vitium manifestum et praestantium virorum telis confixum propagari paterer? Vid. supra c. 34. De Medmaeis mecum facit Ph. Cluverius Sic. A. L. II. p. 338. Wess.

702. 43. *Μιλησίων*] Ineptissime pro *Μεσσηνίων*. Rhod.

702. 48. *Τῆς Ἀβακηνῆς χώρας ἀπετέμετο*] Scripserat *Ἀβαχαινίνης χώρας*, Ph. Cluverio S. A. L. II. p. 386. indice. Urbs Siciliae *Ἀβαχαῖνον* erat, hinc *Ἀβαχαινῖνοι*, apud Stephanum. Sed quid ego Stephanum adpello? Auctor ipsemet *Ἀβαχαῖνον* c. 90. et *Ἀβαχαινίνους* L. XIX. 110. et Eclog. XV. L. XXII. dabit. Visum praeterea opportunius *προσώρισεν*, quippe in finium regundorum iudicio probatum. De Tyndaride Itin. Antonini, quod vocant, p. 90. Wess.

702. 52. *Μετὰ δὲ ταῦτα εἰς τὴν τῶν Σικελῶν χώραν* etc.] In his citra omne dubium conmissa sunt plura. Ecquis enim crediderit, Tyndaritanos mox ab oppido condito tantas sibi vires parasse, ut Siciliam longe lateque percurrere, urbes occupare, tyrannosque sibi foedere adiungere potuerint? praesertim superstite Dionysio, qui solus Siciliae et earum urbium imperio inhiabat. Nemo profecto, nisi horum temporum et Siciliae plane rudis. Pertinent omnia ad Dionysium, quod Ph. Cluverium S. A. L. II. p. 299. non latuit. Fuit ergo olim *πλεονάκις στρατεύσας — εἶλεν — συνθήκας ἐποιήσατο. παρέλαβε — εἰρήνην ἐποιήσατο.* Amanuenses, de Tyndaritanis agi arbitrati, mutarunt: quod necdum factum erat, cum argumenta capitum, huic libro praescripta, conponerentur, quorum auctor Dionysio in solidum omnia haec transcripsit. Wess.

702. 54. *Σμινεὸν μὲν καὶ Μοργαντῖνον*] Notata in margine potiora iudicavi. Rhod. Admitti *Μοργάντιον* ex [Strabone potuerat, nisi *Μοργαντίναν* Diodorus, uti dictum alias, probasset. De altera urbe haud levis difficultas, utpote nusquam reperta. Cluverius verum germanumque nomen fuisse coniicit *Σεργέντιον*, *Sergentium*, L. II. S. A. p. 338., quod paterer, si *Μέναινον* a vulgato distaret longius. Id auctor L. XI. 78. Morgantio connectit, et hic olim fuisse innuit. Porro *Ἀγυρναίων* ex Reg. 1. restitui, ut infra c. 95. Wess.

703. 59. *Πρὸς Ἐρβησσίνους*] Sic oportet. *Ἐρβησσοῦ τὸ ἐθνικὸν Ἐρβησσῖνος* apud Stephanum, nec multo aliter Diodorus in superioribus. Conf. Sic. Ant. L. II. p. 361. Cluverii. Wess.

703. 65. *Οὗτος δ' ἑξακισχιλίους στρατιώτας ἐπιλέξας*]

Brevi hacc sermone Diodorus, uberiore Xenophon Rer. Graec. L. III. p. 387. et Vit. Agesil. p. 515., e quo praeterea adparet, plura in hunc annum fuisse conducta, quae in plures fuerant dispescenda. WESS.

703. 73. *Τὸ Καΰστριον πεδίον*] Post pauca *τὸ Καΰστρου πεδίον*. Strabonis *Καϋστριανὸν πεδίον*, id describentis L. XIII. p. 929., Eustathii *Καΰστριον πεδίον* et *Καϋστρηνὸν* in Dionysii Perieg. v. 857. WESS.

703. 79. *Πρὸς Νεφερέα*] Hoc praetuli. *Νεφερίτης* dicitur in Eusebii Chronico p. 45. Iustinus ita L. VI. 3. *His cognitis, Lacedaemonii et ipsi a rege Aegypti HERCYNIONE auxilia navalis belli per legatos petunt: a quo centum triremes et sexcenta millia modiorum frumenti missa:* corruptus in regis nomine, sicuti discordantes veterum Codd. scripturae declarant, inque ceteris a Diodoro discedens. Legisse videtur in scriptore, quem expressit, *ἑξήκοντα σίτου μυριάδας*, pro quibus ipse *sexcenta modiorum millia*. Solent tamen Graeci ea in formula frequentius *μεδίμνους* intelligere, ut Demosthen. Or. in Leptin. p. 283. WESS.

703. 83. *Φάραξ δὲ — ναύαρχος*] Est apud Xenophont. Hellen. III. p. 381. et Athen. XII. p. 536. C., hominis luxum et voluptates ex Theopompo notantem. De *Sasandis* Cariae nihil novi. WESS.

703. 94. *Ῥόδιοι δὲ ἐκβαλόντες τὸν τῶν Πελοποννησίων* etc.] Conon Rhodiis persuasit, ut ad magni regis et Atheniensium se societatem aggregarent. Docet Pausanias L. VI. 7. p. 470. WESS.

703. 99. *Τεθαῤῥηκότες προσέπλεον*] Alias *τεθαῤῥηκότως* praeoptare solet, veluti cum L. XVII. 19. *τεθαῤῥηκότως ἐδέχοντο τὴν ἐπιφορὰν τῶν καθ' αὐτοὺς τεταγμένων.* et c. 76. *τεθαῤῥηκότως τὴν — — ἔφοδον ὑπέμενον.* Verum hoc in genera sibi indulgent, atque, ut lubet, orationem variant Graeci. Vid. ad L. V. 21. WESS.

704. 13. *Τῆς παρὰ τὸν Σίτυλον παρωρίας*] Praestat *παρωρείας*. In re gesta forte Theopompum secutus est: nam Xenophon paullo aliter Rer. Graec. L. III. p. 390. WESS.

704. 16. *Ἔφθειρε τούς τε κήπους*] Conmisso praelio, de quo mox, partaque victoria Agesilaus *εὐθὺς ἦγεν ἐπὶ Σάρδεις. κἀκεῖ ἅμα μὲν ἔκαιε καὶ ἐπόρθει τὰ περὶ τὸ ἄστυ, ἅμα δὲ καὶ κήρυγμά τι ἐδήλου* etc. apud Xenoph. Agesil. p. 519. WESS.

704. 20. *Καὶ Θυβαρνῶν*] Vox corrupta. Lege *Θυμβράρων* ex Stephano et Xenophonte L. VII. Cyropaed. (L. VI. p. 126.) PALM. Citat Stephanus *Θύμβραρα* ex Xenophonte, quae apud eum nusquam. Habet *τὰ Θύβαῤῥα* non longe a Pactolo amne, variante tamen scriptura. Oppidum non aliud videtur atque hoc ipsum, idque dudum in Thesauro suo Ortelius commonefecit. Qua-

re cum Nostri lectio proxime absit a Xenophonteo urbis titulo, inpelli non possum, ut districte damnari patiar. Meminit et oppidi *Θυμβρίου* Xenoph. *Ἀναβασ.* I., quod longius hinc seiunctum in Pisidia sedem habuit, uti ad Hierocl. Synecdem. p. 673. disputavi. Wess.

704. 26. *Τοῖς ἐπὶ τῆς οὐραγίας ἐξήπτοντο*] Hoc placuit. *Οὐραγὸν*, *οὐραγεῖν*, *οὐραγίαν* de extremo agmine saepe Noster, alterum, quod quidem recordor, nunquam. Mallem praeterea *τῶν ἐπὶ τῆς — ἐξήπτοντο.* uti c. 72. *ἦν παρηγγελκὼς* (Dionysius) *ὅταν ἐξάπτωνται τῶν πολεμίων*, saepeque aliis in libris. Wess.

704. 39. *Εἰς τὰς ἄνω σατραπείας*] Deest infinitivus post *σατραπείας*, si *ἐπεχείρησε* mendo caret, quod puto. Is autem infinitivus fuerit vel *στρατεύειν*, vel alius eiusdem significationis. Steph. Simile huic *ἐάν τις ἐγχειρῇ ποι* de expeditione suscipienda restitutum a me Xenophonti Anab. V. 1. 8. ex melioribus libris, ubi deteriores *ἐγχειρῇ τι ποιεῖν.*

704. 44. *Τοῦτον γὰρ αἴτιον τοῦ πολέμου γεγονέναι* etc.] Inter *γεγονέναι* et *ὑπὸ* verba desiderari aliquot animadverto, sed quae ea sint divinare non possum. Certe si haec tria duntaxat inserueris, aut his tribus synonyma, *ἐνόμιζεν. ἔτι δὲ*, locum hunc integrum habebis: ut videlicet ita legatur, *τοῦτον γὰρ αἴτιον τοῦ πολέμου γεγονέναι ἐνόμιζεν. ἔτι δὲ ὑπὸ τῆς μητρὸς* etc. Steph. Adstipulor viro doctissimo. Hiat aperte oratio, nisi eiuscemodi verba adstruantur. Consentit Xenoph. Hellen. L. III. p. 391. Wess.

705. 53. *Εἰς Κολοσσὰς τῆς Φρυγίας*] Dixi de urbe ad Hieroclis Synecd. p. 666. Mox vehementer blanditur coniectura Palmerii ob Polyaenum, qui repetitis vicibus *Ἀριαῖον* nuncupat. Sed quid si Ariaeus hic praefuerit urbi Larissae, quam Thimbron frustra tentat apud Xenoph. Hellen. L. III. p. 375., et ex ea causa *Λαρισσαῖος σατράπης* dicatur? Wess.

705. 55. *Λαρισσαίου σατράπου*] Polyaenus nos docet, quomodo hic locus emendari debet, L. VII. 16. Lege igitur, ut ille habet *Ἀριαίου σατράπου.* Palm.

705. 69. *Τότε μὲν καθ' αὑτοὺς ὥρμησαν* etc.] Gloriam Lysandri interfecti sibi vindicant Athenienses apud Aristidem T. II. p. 105., Nostro et Plutarcho in Lysand. p. 449. dissentientibus. Sed salva res. Non quidem aderant omnes Atheniensium copiae auxiliares, haud pauci tamen ex ea civitate intra Haliartum sese penetraverant, eruptioneque una cum Thebanis facta Lysandrum peremerant. Hanc concordiae viam ingressus est Palmerius Exercit. p. 200., quam ratam haberi a Pausania L. III. 5. et L. IX. 32. addere potuisset. Wess.

705. 74. *Ὡς διακόσιοι*] Xenophon extr. L. III. Rer. Gr. *πλείους ἢ διακόσιοι.* Plutarchus *ἀπέθανον δὲ τῶν Θηβαίων τριακόσιοι*, forte librariorum peccato. Wess.

705. 76. *Ὁ μὲν οὖν πόλεμος — Βοιωτικὸς*] Nihil hinc demuto: est quoque in argumento huius capitis, libri principio praescripto. De Pausania rege et induciis Xenoph. Plutarch. et Pausan. dictis locis. Mox *ἀπήγαγεν εἰς Πελοπόννησον* Rhodomannus in not. Auctario corrigit, quod certe in frequentiore usu: nec absonum tamen plane vulgatum esse, Homeri *ἀπέβη πρὸς μακρὸν Ὄλυμπον* Odyss. *O*, 43. conmonstrare potest. Wess.

705. 81. *Κατέστησεν Ἱερώνυμον καὶ Νικόδημον*] Neuter in scriptorum celebritate versatur: prior tamen, ni fallit Palmerii suspicio, ab eo diversus non est, quem Aristophanes Ecclesiaz. v. 201. tangit. Ceterum auctor ordinem rei gestae negligit. Namque iter illud Cononis ad regem prius est Tissaphernis nece, motibusque in Graecia excitatis et morte Lysandri. Quae ex Nepote Corn. Conon. c. 3. et Pausan. L. III. 9. p. 227. omnibus aperta atque explorata sunt. Wess. Hieronymum illum fuisse puto, quem ex Lysia et Ephoro *στρατηγὸν* fuisse, annotavit Harpocratio. Nicodemum Diodori eundem esse cum Nicophemo, Cononis familiarissimo et fidelissimo bellorum socio, puto, de quo multa Lysias super Aristophanis bonis p. 621. 636. Schneider. ad Xenoph. Hist. Gr. IV. 8. 8.

705. 85. *Ἐκεῖ δ' ἐντυχὼν τῷ βασιλεῖ*] Per literas atque internuntios. Vid. Nepot. Conon. c. 3., viri prudentiam egregie signantem, et Iustin. L. VI. 3. Wess.

705. 93. *Κόνων μὲν οὖν Φαρνάβαζον ἑλόμενος* etc.] Rex permiserat Cononi, quem vellet eligere ad dispensandam pecuniam: id ille *arbitrium negavit sui esse consilii, sed ipsius, qui optime suos nosse deberet: sed se suadere, Pharnabazo id negotii daret.* Sic Corn. Nepos Con. c. 4. Wess.

705. 98. *Διόφαντος*] Diophantum *τῷ ὑστέρῳ ἔτει τῆς ἕκτης καὶ ἐνηκοστῆς Ὀλυμπιάδος* Athenis praetura perfunctum scribit Pausanias L. VIII. 45. p. 693.; quem quidem Diophantum cum eundem viri doctissimi arbitrantur, sub cuius magistratu *τὸ θεωρικὸν* Hesychius, Zenobius et Suidas drachma absolutum memorant, non mihi attendisse videntur ad civitatis afflictissimam conditionem. Urbs erat in re tenui, *ἀσθενὴς καὶ οὐδεμίαν ναῦν κεκτημένη*, ut Demosthenes Or. in Leptin. p. 291. ait. Et credemus tantum pecuniae in ludos insumere voluisse? Arbitror istum Diophantum alium, atque hoc multis annis priorem fuisse. Sed id nunc non agimus. Wess.

706. 1. *Μάρκος Φρούριος — Κλαύδιος Οὖγων καὶ Μάριος Ἄππιος*] Ex Livio lege *Μάρκος Φούριος — Μ. Οὐαλέριος Μάξιμος καὶ Λ. Φούριος Μεδουλλῖνος.* In nominibus propriis Romanis praefero T. Livium Romanum. Palm.

706. 2. *Κλαύδιος Οὖγων* etc.] Pro his duobus, vitio adscriptis, revocentur ex Livio *Μάρκος Οὐαλέριος καὶ Λεύκιος Φούριος*, quos etiam Fasti Consulares edunt. Rhod. Non alia

est Pighii sententia in Fast. ad ann. CCCLV. Adde Livium L. V. 14. WESS. *Λούκιος Φούριος καὶ Μ. Οὐαλέριος* Borghes. II. p. 121.

706. 10. *Τοὺς βουλομένους ἐπεμπον*] Verum est *βουλευομένους*, aut *βουλευσομένους*. Vitium, quod Rhodomanni diligentiam non fugit, perfrequens esse, in superioribus ostendimus. WESS. *Τοὺς βουλευομένους* correxit et Ursinus. IDEM in Add.

706. 19. *Κατὰ τὰ πλευρὰ χειμένη*] *Latera praecingens* Interpres. Ego praeferrem, *in vicinia atque ad latus adposita*. Appianus in hoc genere exprimendo *ἐν πλευραῖς* adhibere consuevit L. III. Belli Civil. p. 859. 894. et p. 943. Sallustius eleganter, *hostes ab latere, vos amici procul* Iugurth. c. 14. WESS.

706. 22. *Τὸν Φερρῶν τύραννον*] Lego *Φερῶν*, ut alibi, *Ἀλέξανδρος Φερῶν τύραννος*. Sed duplicatione literae *ρ* mirum in modum gaudebant antiqui librarii, unde et *Συρρακούσιοι* vel *Συρρακόσιοι* passim apud illos, pro *Συρακούσιοι*. Itidem et *Ἀρραβία* pro *Ἀραβία*. STEPH. *Πρὸς Λυκόφρονα τὸν Φερῶν τύραννον*] Thessaliae universae imperium adfectabat, saepe propterea bello Larissaeos lacessens. Vid. Xenophontem Rer. Graec. L. II. p. 360. WESS.

706. 33. *Τοὺς Τραχινίους — μεταπεμπόμενοι*] Conf. superius c. 38. WESS.

706. 40. *Ἀθαμανεῖς*] *Ἀθαμᾶνας* oportuerat. vid. L. XVI. 29. WESS.

706. 44. *Εἰς Ἄρυκας τῆς Λοκρίδος*] Nemo est, qui praeter Nostrum urbis meminerit, solumque adeo eum Ortelius et Palmerius Graec. Ant. L. V. 6. testem produxerunt. Atque id quidem ferri posset, nisi alia omnia doceret Stephanus, *Νάρυξ*, inquiens, *πόλις Λοκρίδος, θηλυκῶς λεγομένη — ἐξ ἧς Αἴας. — λέγεται καὶ Ναρύκη.* ac ea ab urbe *Narycius Heros* adpellaretur Aiax in Ovidii Metamorph. XIV. 468. et *Ναρύκειον ἄστυ* inter eas Locridis urbes Lycophron v. 1148. numeraret, quae ob admissum ab Aiante in Cassandram probrum poenas luerent. Quare cum *Naryce* ortus fuerit Aiax, verius hoc erit loco *εἰς Νάρυκα τῆς Λοκρίδος*, uti corrigendum docuit eruditissimus Cl. Salmasius ad Solin. p. 48., aut certe *εἰς Νάρυκαν*, quomodo conmodissime scribetur infra L. XVI. 38. WESS.

707. 52. *Διαλύσαντες τὸ συνέδριον*] Ridicule pro *στρατόπεδον*. RHOD.

707. 54. *Οἱ δ' εἰς Κόρινθον τὸ συνέδριον ἀγαγόντες* etc.] Interpungendum est post *Κόρινθον*, tum scribendum *καὶ τὸ συνέδριον ἀγαγόντες* vel *συναγαγόντες*, ut oratio constet. Defectum sermonis vidit et correxit Rhodomannus. WESS.

707. 62. *Αὐτοὶ δὲ ἐν τοσούτῳ*] Sic L. IV. 55. *ἐν τοσούτῳ δὲ τὸν μὲν Ἰάσονα στερηθέντα τέκνων* etc. Numerum copiarum, quas Spartani in unum conduxerunt, diligentius exsequitur

Xenophon L. IV, p. 402., in paucis etiam cum Nostro dissentiens. Wess.

707. 66. *Παρὰ τὸν Νεμέαν ποταμὸν*] *Amnis est Corinthium et Sicyonium interfluens agrum*, ait Livius L. XXXIII. 15., non discordante Strabone L. VIII. p. 587. B. Ceterum victoria, qua Spartani sunt potiti, insignis fuit; suorum enim paucos amiserunt, hostium magno numero caeso. Vid. Xenoph. L. IV. p. 403. Atque haec *ἡ μεγάλη μάχη πρὸς Λακεδαιμονίους ἐν Κορίνθῳ*, cuius obiter meminit Demosthenes Or. in Leptin. p. 288. quamque copiosius descripsisse Hyperidem, Ephorum et Androtionem scholiastes admonuit. Pugnata ea est ante Archontem Eubuliden. *Τῆς δ' ἐν Κορίνθῳ μάχης καὶ τῆς ἐν Λεχαίῳ μέσος ἄρχων Εὐβουλίδης* Aristides ait T. III. p. 474. Nimirum Eubulide Praetore ad Lechaeum certatum est proelio. Inter illud ergo certamen, et hoc in agro Corinthio, id enim apud Oratorem *ἐν Κορίνθῳ*, medius intercessit. Adde Andocidem Or. de Pace p. 25. Wess.

707. 72. *Θρᾳκῶν τινων ἀπαντησάντων*] *Tralles* erant, qui prave *Τρωαδεῖς* in Plut. Apophthegm. Lacon. p. 211., melius in eiusdem Agesil. p. 604. De illis L. XVII. 65. Wess.

707. 82. *Περὶ Λώρυμα τῆς Χερρονήσου*] Scripserat *Λώρυμα*, qui portus Rhodiorum in opposita Chersoneso. Stephanus *Λώρυμα πόλις Καρίας — ἔστι καὶ λιμὴν Ῥόδου, ὃς Λώρυμα λέγεται*. Sed is, quod Holstenius vidit, portum *Loryma* perperam ab urbe distinguit. Conf. infra L. XX. 83. Amanuensium error non latuit Abr. Ortelio Thes. voc. *Loryma*. Wess. *Λώρυμα* Scaliger quoque et Is. Vossius. Idem in Add.

707. 85. *Περίαρχος δ' ὁ τῶν Λακεδαιμονίων*] Menda ducis nomen foedavit. *Πείσανδρος* aliis omnibus dicitur, quomodo et hic scribendum dudum viri docti admonuerunt, Dion. Lambinus ad Corn. Nepot. Con. c. 4. Fabricius in Oros. L. III. 1. Bongarsius ad Iustin. L. VI. 3. pluresque alii. Wess.

707. 88. *Πρὸς Φύσκον τῆς Χερρονήσου*] Straboni *Φύσκος πολίχνη, λιμένα ἔχουσα*, nec longe *Lorymis* dissita L. XIV. p. 964. A., qui et *τῆς Ῥοδίων περαίας* esse ait p. 978. Stephanus iterum duas facit, portumque ab urbe distinguit. Wess.

707. 91. *Τῶν δὲ Περσικῶν* etc.] Aut deest substantivum nomen, quod cum adiectivo *Περσικῶν* iungatur, aut legendum *Περσῶν*, quod malim. Steph.

708. 97. *Ἀνῃρέθη μαχόμενος*] Vide Xenophont. L. IV. Hellen. p. 404. Periit autem Pisandrus sequente anno, cum Athenis summo magistratu fungeretur Eubulides, sicuti scriptor aequalis Lysias Orat. de Aristoph. Bon. c. 8. testatur: quae quidem clades, quod sub initium eius praeturae acciderit, propterea in hunc annum ab auctore, ne eiusdem generis res discernerentur, videtur relata. Wess.

708. 10. *Διὸ καὶ τῇ μάχῃ Λακεδαιμόνιοι διαλαβόντες*] Defit verbum, quod vel *νικῆσαι* fuit, ut coniicit Rhodomannus, aut *νενικηκέναι*, quo modo margo Cod. Reg. 1. Aciei ordinem totiusque pugnae describit egregie Xenophon Agesil. p. 521. Wess.

708. 20. *Εἶτα Νισιαίους καὶ Τίους*] Lege confidenter *Νισυραίους καὶ Τηΐους*. Nisyrus fuit insula vicina Co insulae Teius vero peninsula in itinere a Co insula Chium versus. Palm. *Εἶτα Νισυραίους καὶ Τηΐους*] Utrumque, ut vir doctus edixerat, restitui. Prius postulabant membranae, quae *Νισναίους* edunt, posterius res ipsa et itineris progressus. De insula Nisyro dixit L. V. 54. Wess. Praestat *Νισυρίους* scribi, quam formam agnoscunt Herod. VII. 99., Stephanus, Eustathius ad Hom. Il. *B* v. 676., Dionys. v. 525.

708. 27. *Καὶ Λακεδαιμόνιοι μὲν ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου* etc.] De Cononc Demosthenes Or. in Leptin. p. 291. *κατεναυμάχησε Λακεδαιμονίους, καὶ τοὺς πρότερον τοῖς ἄλλοις ἐπιτάττοντας εἴθισεν ἀκούειν ὑμῶν, καὶ τοὺς ἁρμοστὰς ἐξήλασεν ἐκ τῶν νήσων.* Satis ex vero: Harmostis enim ex insulis deiectis, et classe deleta Spartani maris et Graeciae imperio exciderunt. Clarius Isocrates in Evagora p. 293. de consilio, quod Conon Persis ad opprimendum Lacedaemonios dedit, loquens, *πεισθέντων γὰρ ταῦτα τῶν στρατηγῶν καὶ ναυτικοῦ συλλεγέντος, Λακεδαιμόνιοι μὲν κατεναυμαχήθησαν, καὶ τῆς ἀρχῆς ἀπεστερήθησαν, οἱ δὲ Ἕλληνες ἐλευθερώθησαν.* Sed vide Is. Casaubonum ad Polyb. L. I. 2. Wess.

708. 32. *Κατέπλευσαν ἐπὶ Κύθηρα*] Gesta sequenti anno sunt, et sub exitum quidem magistratus Eubulidae: nam post hiemem eius anni, quo Pisandrum profligaverat, Conon una cum Pharnabazo maritima Spartanorum loca diripere, ac dein Cythera occupare coepit. Distincte Xenophon Rer. Graec. L. IV. p. 419. Wess.

709. 40. *Ἀέροπος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς*] Non retractabo, quae pro Aeropo Macedonum hoc rege disputavi ad c. 37. Addam duntaxat, Macedonibus eum imperasse, cum Agesilaus ex Asia per Macedoniam in Graeciam properaret, etiam ex Polyaeno liquere Strat. L. II. 1. 17. et L. IV. 4. 4., neque adeo ex regum catalogo, unde H. Dodwellus eum expulerat, nisi vi et iniuria eradi: praesertim, cum Amyntas, qui, Pausania Aeropi F. obtruncato, regnum invasit, Aeropi fuerit *ὑπηρέτης καὶ δοῦλος*, teste Aeliano H. Var. L. XII. 43. Pausanias autem iste ob brevissimum regni tempus a plerisque negligitur: fortasse non alius ac is Pausanias, quem Syncellus Chronograph. p. 262. unius anni regem facit, sed post Amyntam deiectum. Facile enim in tot nominibus ordo potuit conmutari. Wess.

708. 44. *Εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν καὶ εἰς τὴν — ναυμαχίαν*] De navali ad Cnidum praelio res dubio caret: at id pugnatum sequenti demum anno est; eodem ergo Theopompus *τὴν τῶν Ἑλληνικῶν σύνταξιν* desiit. Vide ad L. XIII. 42. Wess.

708. 51. *Εὐβουλίδης*] Ita quoque Aristidi dicitur T. III. p. 474., septimum esse a Lachete, sub cuius magistratu Socrates vitae usura privatus est, perhibenti, praeterea eo Archonte pugnam ad Lechaeum esse pugnatam. Vere utrumque. Lysiae tamen Or. de Aristophan. Bon. c. 8. *Εὔβουλος*, sed invito Io. Meursio. Cogitasset primitivum et patronymicum nomen eodem in homine saepe locum obtinere, et ea opera abstinuisset. Exempla obvia sunt, et in superioribus a me conducta. Vid. Clarissim. T. Hemsterhusium ad Luciani Timon. c. 44. WESS.

708. 54. *Σέξστος Κένσιος* etc.] Relegantor *Σέξστος Κένσιος* et *Ἀνίτιος Κάμιλλος*, in quibus foedissime erratum est. Reducuntor autem quasi ab exilio *Λεύκιος Ἰούλιος*, *Λεύκιος Φούριος καὶ Ἄυλος Μάνλιος*. RHOD. Vitiosissima haec sunt nomina et cognomina. Rhodomannus uti refinxit, ita Livius L. V. 16. Auctor tamen ipse idemne reliquerit, asseverare nolim. WESS.

709. 59. *Τὰ τείχη καὶ τὰ μακρὰ σκέλη* etc.] Conf. L. XIII. 107. *Muros dirutos a Lysandro, utrosque et Piraeei et Athenarum, reficiendos curavit*, de Conone Nepos ait Cornelius c. 4. WESS.

709. 71. *Προαγόμενος δ' αὐτὸν* etc.] Vide Xenophont. L. IV. R. Gr. p. 420. et Nepot. Corn. Con. c. 5. hac in re non admodum consentaneos. Necem Cononis, quae hoc tamen anno posterior, indicat L. XV. 43. auctor ipse. WESS.

709. 74. *Τῶν ἐπιθυμίᾳ κρατούντων*] Hic mendam esse suspicor: at quo emendetur, in mentem iam nihil venit. RHOD. Opinor plura hic deesse. Liquet certe quidem ex Xenophonte Rer. Graec. L. IV. p. 406. optimum quemque Corinthiorum belli, in Spartanos suscepti, fuisse pertaesum, quod civitatis ager vastaretur et ab amicis et ab hostibus, foederatique interea pace fruerentur, atque agros suos sine ullo inconmodo ararent: desiderasse propterea pacem. *Οἱ πλεῖστοι καὶ βέλτιστοι αὐτῶν εἰρήνης ἐπεθύμησαν* Xenophon ait. Ceteris, in quos imber aureus ex Perside depluerat, quique belli auctores fuerant, visum e re fuisse, omnes eos aut tollere e medio, aut urbe eiicere. Hinc posses, paucis mutatis et additis, levi opera scribere *ἐν δὲ τῇ Κορίνθῳ τινὲς ἐπὶ τοὺς ἐπιθυμίᾳ εἰρήνης κρατουμένους συστραφέντες — φόνον ἐποίησαν*. Sed plura deesse autumo. WESS.

710. 91. *Τὸ χωρίον τὸ ἐντὸς τοῦ διατ. εἰσεβιάζοντο*] Recte animadvertit Rhodomannus, fuisse heic olim *εἰς τὸ ἐντὸς — εἰσεβιάζοντο*. Xenophon id declarat aperte L. IV. Hellen. p. 408., rem gestam uberiore sermone exsecutus. Meminit eiusdem Andocides Or. de Pac. p. 25. WESS.

710. 99. *Ἐποίησαν θεῖναι τὸν ἀγῶνα*] Ad eum modum *θεῖναι τὰ Πύθια* Demosthenes Or. de Pac. p. 42., ubi vide And. Dounaeum Praelect. p. 168. Isthmiorum iudicri praesides erant Corinthii, quod ex Strabone L. VIII. p. 580., Pausania L. II. 2.

p. 114. et Imp. Iuliano Ep. XXXV. cognitissimum. Exsules, cum civitas Argivorum iuris paucorum culpa videretur facta, ne Corinthus Iudieri eius possessione excideret, a Spartanis adiuti certamini praesederunt. *Τὸν ἀγῶνα ἔθηκαν τῶν Ἰσθμίων οἱ ἐπὶ Λακωνισμῷ φεύγοντες*, inquit ea de re Pausanias L. III. 10. Ceterum Isthmia ea fuerunt secunda sive hiberna, hoc si anno, quod Xenophon videtur negare, sint celebrata: nam prima, eaque aestiva, in Olympiadis cuiusque principium incurrebant. H. Dodwellum consule Dissert. VI. Cycl. sect. 2. WESS.

710. 2. *Ὁ πόλεμος οὗτος ἐκλήθη Κορινθιακὸς*] Non aliter Corn. Nepos Ages. c. 5. *Post hoc praelium* (ad Coroneam) *collatum est omne bellum circa Corinthum, ideoque Corinthium est appellatum.* Meminerunt eiusdem Pausan. L. III. 5. Polyaen. Strateg. L. I. 48. 3. et Aristides T. II. p. 188., qui pace Antalcidae tandem terminatum fuisse significat. WESS.

710. 4. *Ὅτι Μεσσήνην τειχίζων* etc.] Vide superius c. 79. WESS.

710. 9. *Καὶ στρατηγὸν Ἕλωριν*] Domo erat Syracusanus, sed exsul et Dionysio propterea inimicissimus. Vid. infr. c. 103. WESS.

710. 19. *Ἄλλοι κατ' ἄλλους τόπους κατῴκησαν*] Collegit Naxiorum exsules labentibus annis Andromachus, nobilissimi scriptoris Timaei pater, et Tauromenii collocavit, quod ab auctore proditum invenies L. XVI. 7. WESS.

710. 27. *Διὰ τὸ μὴ πάλαι κατῳκηκέναι*] Ante hos duos annos Tauromenium condi a Siculis coeptum fuerat. Confer ea, quae huius libri c. 59. adscripta sunt. WESS.

711. 32. *Ἔκτισαν μὲν Νάξον*] Non errabant ea in re Siculi. Chalcidenses enim duce Theucle in hanc insulae oram delati, deiectis possessione Siculis, prima Naxi fundamenta posuerunt. *Φησὶ δὲ ταύτας (Νάξον καὶ Μέγαρα) Ἔφορος πρώτας κτισθῆναι πόλεις Ἑλληνίδας ἐν Σικελίᾳ* Strabo scribit L. VI. p. 410., et hoc atque Ephoro prior Thucydides L. VI. 3. Tempus conditae Naxi signat Eusebius et ad illius Chron. III. Scaliger ann. MCCLXXXI. WESS.

711. 38. *Ἔτυχον μὲν οὖσαι τροπαὶ χειμεριναὶ*] His, et sequentibus *ὥρμησε νυκτὸς ἀσελήνου*, utitur H. Dodwellus Diss. I. Cycl. Segm. 17. ut teneat, ipsi mensis, et quidem lunaris, initio assignatum fuisse solstitium brumale; quin ipsum hic indicari novilunium: haud equidem scio an nimis confidenter. WESS.

711. 42. *Ῥαθυμοῦντας περὶ τὴν — φυλακὴν εὑρὼν*] Alibi *ῥᾳθυμοῦντας τὰ περὶ τὴν φυλακὴν* L. II. 18. et III. 55. WESS.

711. 62. *Παυσανίας δὲ ὁ τῶν Λακεδαιμονίων* etc. *ἔφυγε*] Citius Pausanias Tegeam exsulatum abiit: ut enim domum rediit post cladem ad Haliartum acceptam, accusatus fuit, quod Lysandro opem, uti convenerat, non tulisset, quodque nulla con-

missa pugna, sed factis induciis, interfectorum corpora sustulisset. Sic Xenophon extremo L. III. Rer. Graec. et Pausanias L. III. 5. Successit patri Agesipolis, quo necdum pubere Aristodemus, genere proximus, rerum curam in breve tempus administravit. WESS.

711. 68. *Ἦρξεν ἔτη εἰκοσιτέσσαρα*] Conveniunt numeri. Vid. L. XV. 60. Continentur tamen ambitu horum annorum et illi, quibus principatu deiectus alibi egit Amyntas. Multo contractius regni spatium, nisi in numeris error, eidem datur apud Syncellum Chronograph. p. 262. WESS.

711. 71. *Παρέλαβε τὴν ἀρχὴν Δημόστρατος*] A Dion. Petavio D. T. L. XIII. p. 323. huius anni Archon ex Diodoro constituitur *Arches*, quem si penitius cognoscere velis atque unde natales acceperit, Rhodomanni Latina inspice. Similem errorem si aut Scaliger aut Salmasius errassent, vae capiti illorum! Nos inconsiderantiam hanc viro doctissimo, ex inspecta obiter Rhodomanni versione invisitatum Archontem exstruenti, condonamus. Non multo diversum hinc est peccatum, quod veterem corrupit Inscriptionem in repetita Thes. Gruteriani editione p. CCXLVII. 6. Id ego, ne et aliis molestiam creet, nam me quidem diu sollicitum habuit, eluam cum maxime. Verba sunt:

IMP. CAESARI. DIVI. NERVAE. F. NERVAE
TRAIANO. OPTIMO. AVG. GERMANIC. DACICO
ET. CYRIACO. PONT. MAX. TR. POT. XVIIII.
IMP. VIII.
CONS. VI. P. P. PROVIDENTISSIMO etc.

Quaerebam anxie, unde tandem Traiano novus *CYRIACI* titulus venisset, de quo nusquam quidquam scriptum lectumve recordabar. Ex Schotti cum Itinerario vir doctissimus se reposuisse adscripsit. Id multo magis quum demirabar, commodum mecum excerpta ex Isaaci Vossii Adversariis communicabat doctissimus iuvenis L. C. Valkenaer, complexa ipsum hoc descriptum ex Cyriaci scholiis in Strabonem epigramma, sed verbis *ET CYRIACO* defectum. Deprehendi statim erroris cubilia. Adnotatum fuerat, sumtum esse marmor, ut plura alia, *EX CYRIACO* Anconitano, intimo Gemisti Plethonis amico: e margine in ipsam inscriptionem inmigrarunt verba, leviter tamen corrupta, nobisque obtruserunt Traianum non *GERMANICUM* tantum et *DACICUM*, verum et *CYRIACUM*. Atque haec a Diodoro alieniora Archon Arches excusabit. Redeamus ad institutum. WESS.

711. 73. *Πόπλιος Μελαῖος*] Pro *Μελαῖος* repone *Μαίλιος*, et pro *Μάλλιος*, *Μαίνιος*. Sic enim Livius habet RHOD. Facem Rhodomanno praeluxit C. Sigonius in Livii L. V. 12. et 18. Adde Pighium in Fast. ad ann. CCCLVII. p. 217. WESS.

712. 85. *Πρὸς Ἀβαχαίνῳ*] Ptolemaeo *Ἀβάχαινα* haec urbs L. III. 4., unde *Ἀβαχαίνῃ* ex Clar. et Reg. 2. praestare pu-

tares. Sed res aecus habet. Auctor ipse Ἀβάκαινον probat L. XIX. 65., adsentientibus Stephano et Suida. De oppidi situ Ph. Cluverius Sic. Ant. L. II. p. 386. Wess.

712. 10. *Συμμαχίαν πρὸς ἀλλήλους ἐποιήσαντο*] Vide mox c. 101. Wess.

712. 11. *Ἤλπιζον — ἀμυνεῖσθαι — καὶ — ἀντιτάξασθαι*] Verbum ἐλπίζω, sicut et νομίζω, et alia eiusdem farinae iungit saepe hic author aoristo infinitivi, ut antea docui: quia tamen praecessit ἀμυνεῖσθαι, reposuerim lubenter ἀντιτάξεσθαι. Steph. Non repugnarem, si qui scriptus liber viam monstraret. Vid. supr. c. 14. Wess.

712. 14. *Οἱ δὲ τὸ Λέχαιον τῆς Κορίνθου κατέχοντες*] Retineri hoc potest, etsi non absurdum Λέχαιον τῆς Κορινθίας. Lechaeum vocabant τὸν λιμένα τὸν Κορινθιακὸν, uti infra L. XXII. Eclog. 12. Coniunctum erat urbi muris, ab utroque viae latere in altum eductis et quandam quasi partem Corinthi constituebat. Vid. Strabon. L. VIII. p. 583. Wess.

712. 21. *Τοὺς πλείστους ἀνεῖλον*] Conf. Xenophont. L. IV. Hellen. p. 413. Hoc factum gloriae Iphicratis accessionem haud exiguam fecit. Passim ab oratoribus celebratur διὰ τὸ κατακεκόφθαι ὑπ' αὐτοῦ τὴν μόραν Demosth. in Aristocrat. p. 435., Aeschin. adv. Ctesiphont. p. 88. et Dinarcho contr. Demosth. p. 99., praeterea Harpocrat. in Ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ ex Androtione et Philochoro. Caussam vide a Plut. expositam in Agesil. p. 607. F. Wess.

713. 23. *Ἐπὶ Φλιὰς στρατεύσας*] *Phliunta* intelligit, ut ex Xenophonte, sed expeditionem in anterius tempus conferente, Rer. Gr. L. IV. p. 409. videbis: quam quidem urbem Φλιὰς qui dixerit alius, non recordor. Cogitaveram ἐπὶ Φλιασίους, aut ἐπὶ Φλιασίαν, quomodo Strabo L. VIII. p. 586. et Eustath. in Il. B. p. 291., probaveramque, ni intercessissent membranae veteres. Wess.

713. 30. *Τήν τε Κόρινθον, τήν τ' ἀκρόπ. κατελάβοντο*] Haec placere non possunt. Opinor amanuensium inprudentiam tres priores voces nobis procudisse, ex praecedentibus negligenter repetitas. Alioqui cum Rhodomanno scribendum fuerit τήν τε Κορινθίων ἀκρόπολιν κατελάβοντο. Wess.

713. 32. *Χώραν Ἀργείαν ἐποίησαν*] Xenophon οἱ Ἀργεῖοι τὴν Κόρινθον Ἄργος ἐπεποίηντο extr. L. IV. Rer. Graec. Nempe utriusque civitatis limites revulserant, edixerantque, ut una eademque censeretur, Corinthiique in ius Argivae reipublicae concederent, eodem p. 407. indice. Mox καταλαβέσθαι τὴν χώραν non damno. Videtur Iphicrates agrum Corinthium, ipsamque in eo urbem, Athenis suis voluisse asserere, opportunum prorsus ad Graeciae occupandum imperium: quae fortasse etiam caussa, ob quam Argivi illum et mercenarios domum dimiserint, οὐ-

δὲν αὐτῶν δεῖσθαι praetexentes, sicuti Xenophon memoriae prodidit. Wess.

713. 34. *Καταλαβέσθαι τὴν χώραν*] Quid est hoc loco *καταλαβέσθαι τὴν χώραν*; non affulget lux ex historicis huic loco. Forte non male quis leget *τὴν ἄκραν*, id est, Corinthiorum *Ἀκρόπολιν*, quae Acrocorinthus dicebatur. Forte quis meliora docebit. Palm.

713. 40. *Ἐξέπιπτεν ἐκ τῆς πόλεως*] Qua ex urbe? Fuere enim plures per Macedoniam. Mallem *ἐκ τῆς βασιλείας* scripsisset. Amyntam altero regni anno dominatione excidisse, docetur et in Syncelli Chronograph. p. 262. *Μεθ' ὃν* (Aeropum) *Ἀμύντας ἔτος ἓν βασιλεύσας ὑπὸ Μακεδόνων ἐξεβλήθη*. Cuius exsilii culpa confertur ibi in Macedonas, nec additur, quis illi suffectus fuerit. Eusebius in Chron. et Hieronymus Amyntae post exactos VI regni annos successorem dant Argeum, illique post biennium remoto substituunt Amyntam hunc ipsum, non usquequaque Diodori consentanei. Liquet tamen satis, de Argeo illos in Africano suo aliquid reperisse. Habet Noster L. XVI. 3. *Ἀργαῖον*, ab Atheniensibus in Macedoniam restitutum, qui quidem non multo diversus ab hoc fuisse videtur. Verius tamen *Ἀργέος* aut *Ἀργαῖος* adpellabitur, si boni commatis sit numus Goltzii, titulis *ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΓΕΙΟΥ* inscriptus, quo de Scaliger ad Eusebii Chron. num. MDCXXIV. Ceterum mox post *Ἀμύντου* aut deest genitivus, qui iungatur voci *τῆς*, aut scribendum est *τοῦ*, quod verius censeo: nec alia H. Stephani opinio. Wess.

713. 49. *Σάτυρος ὁ Σπαρτάκου μὲν υἱὸς*] Vid. L. XII. 36. Meminit huius Satyri Lysias Or. pro Mantith. cap. 2. Habet et *Σατύρου μνῆμα ἀνδρὸς τῶν ἐπιφανῶς δυναστευόντων ἐν Βοσπόρῳ* Strabo L. XI. p. 756., quod an huius sit, an Satyri illius, de quo L. XX. 22., non temere adfirmavero. Alius certe videtur Satyrus *ὁ Βοσπόρου τύραννος*, cuius res gestas et mortem signat Polyaen. Strat. L. VIII. 55., illi enim successit filius Gorgippus. Gorgippum autem Demosthenis aequalem perhibet Dinarchus Orat. in Demosth. p. 95., viderique adeo posset Satyri eius filius, qui Berisadi successit, ni ea obstarent, quae auctor de Satyro eo memoriae tradidit. Opinor in parte aliqua Ponti regnasse et Berisadi aequaevum fuisse. Conf. Isocrat. Trapezit. p. 529. Praeteriit Gorgippum in Historia Reg. Ponti doctissimus P. E. Souciet. Commode praeterea articulus ante *Σπαρτάκου* vocem, ut Rhodom. monuit, abesse poterit. Wess.

713. 52. *Υἱὸς Λεύκων*] Celebratur huius nomen vetustis Graecorum monumentis. Vid. Aeneam Tact. cap. 5. Athen. L. VI. p. 257. D. Polyaen. L. V. 44. et L. VI. 9. Athenienses eum liberosque civitate donarunt, Demosthene teste in Leptin. p. 282. Sed haec occupasse video Cel. Iac. Perizon. ad Aelian. V. Hist. L. VI. 13., quem adi. Wess.

713. 53. *Πολιορκοῦντες ἐνδέκατον ἔτος Βοιοὺς*] Non desciscit a more suo. *Βηίους* adpellant alii: de qua urbe, decem aestates hiemesque continuas circumsessa, ut Camilli dictatoris auspiciis et ductu sit occupata, copiose Livius L. V. 19 seq. Wess.

713. 54. *Μάρκον Φρούριον*] Hoc nomen ubicunque sic exaratum inveneris, muta in *Φούριον*, quod verum et Latinum est: et haud dubie a librariis depravatum, non a Diodoro, ut I. Bodinus in maligna huius auctoris vituperatione calumniatur. Rhod.

714. 69. *Εἰς τὸν τῶν Μασσαλιητῶν θησαυρὸν*] Appianus in Excerpt. Vales. p. 465., *κρατήρ τε ἀπὸ τῶνδε τῶν χρημάτων ἐν Δελφοῖς ἐκεῖτο χρύσεος ἐπὶ χαλκῆς βάσεως ἐν τῷ Ῥωμαίων καὶ Μασσαλιητῶν θησαυρῷ, μέχρι τὸν μὲν χρυσὸν Ὀνόμαρχος ἐν τῷ Φωκικῷ πολέμῳ κατεχώνευσε, κεῖται δὲ ἡ βάσις*, paullo plenius crateris historiam exsecutus. Habebant rebus Graeciae florentibus, quod commodum ibi notavit Valesius, pleraeque civitates ad Apollinis Delphici templum suum sibi thesaurum, sive sacrarium, in quo sua et amicorum donaria dedicarent. Inter Massilienses autem et Romanos dudum coaluerat amicitia, ut mirum non sit, eorum in thesauro craterem collocatum fuisse. Wess.

714. 72. *Δημόσιον δοὺς κατάλυμα*] *Hospitium cum eo senatusconsulto est factum, donaque publice sunt data*, inquit Livius L. V. 28. Vult, credo, *locum, lautia* Timasitheo esse praebita, uti moris erat, si qui in sociorum formulam referrentur. Vide eum L. XLIV. 16. Iam quod subiicitur de posteris Timasithei post annorum CXXXVII decursum immunitate donatis, id contigisse videtur, modo sani sint numeri, sub principium belli Punici primi, cum consul Atilius Liparam in ditionem Romanorum redegit, referente Orosio L. IV. 8. Wess.

714. 73. *Μετὰ ταῦτ' ἔτεσιν ἑκατὸν*] *Μετ' ἔτη ἑκατὸν* Ill. Scaliger emendabat, cui non adstipulor. Wess. in Add.

714. 79. *Πόπλιος Σέξστος* etc.] Duos priores sic corrige ex Fastis et Livio, *Πόπλιος Κορνήλιος Σκιπίων, Πόπλιος Κορνήλιος Κόσσος*. Rhod. Vid. Livium L. V. 24. et Pigh. Fast. ad ann. CCCLVIII. Porro *Terires*, qui hac Olympiade in stadii curriculo victor renuntiatus est, Eusebio *Τερινᾶιος Ἠλεῖος* audit, unde Io. Meursius de Archont. L. III. 18. hoc loco *Τερίνης* corrigit, non dissentiente Simson. Chron. ann. 3613. Wess.

714. 88. *Μήδακον καὶ Σεύθην*] Xenophon *Ἀμάδοκόν τε τὸν Ὀδρυσῶν βασιλέα καὶ Σεύθην τὸν ἐπὶ θαλάττῃ ἄρχοντα* etc. *φίλους ἐποίησε*. Sed confer not. in L. XIII. 105. Wess.

714. 97. *Ἐπισυνῆψε μάχην τοῖς ἐκ τῆς πόλεως*] Brevi haec Diodorus, uberiore sermone Xenophon Hellen. L. IV. p. 423. Wess.

714. 3. *Τὴν δ' Ἔρεσσον* etc.] Scribi urbis nomen modo una, modo duplice sibilante, haud quidem mihi latet: malui ta-

men posterius, ut auctor sibi constaret. Confer Berkellum ad Stephanum. Wess.

714. 4. *Ἔπλευσεν ἐπὶ Ῥόδον*] Atque hoc postremum operum eius mortalium fuit: cum enim ad Aspendum appulisset, *neque satis diligenter in castris eius agerentur vigiliae, a barbaris, ex oppido noctu eruptione facta, in tabernaculo interfectus est.* Sic Nepos Cornelius in Thrasyb. c. ult. et Xenophon Rer. Graec. L. IV. p. 423. Vide infra c. 99. Wess.

714. 11. *Πάντας δ' ἐπιμελῶς καθοπλίσαντες*] Explevi ad hunc modum orationem, pravo alioquin talo suffultam. Wess.

715. 18. *Παρὰ τὸν Χρύσαν ποταμὸν*] Chrysas fluebat per Agyrinaeorum et Assorinorum agros, apud quos et Deus habebatur et maxima religione colebatur. Fanum eius propter ipsam viam, qua Assoro ibatur Hennam, et simulacrum praeclare factum memoravit Cicero quarta Verrina c. 44. Numi Assorinorum, in quibus CRYSAS, Oratoris dicta confirmant, uti Fulv. Ursinus et Paruta commonefecerunt. Plura de amne Philipp. Cluverius Sic. Ant. L. II. p. 325. et N. Heinsius ad Sil. Italic. L. XIV. 229. Wess.

715. 30. *Τῶν τότε γὰρ περικειμένων ἐρυμάτων* etc.] Praevideo non defuturos, qui voci τότε molestiam creandam negent: indicari enim castella ea auctoris aetate non superasse. Ego secus arbitror, eamque ex superioribus in hanc sedem inmigrasse suspicor. Tolle ergo, si placet. Wess.

715. 35. *Συνηθροισμένων*] Scribe *συννηθροισμένον*, et post pauca *μετ' ὀλίγων*. Rhod.

715. 45. *Καὶ κοινῇ τοῖς Καρχηδονίοις διεπολέμει*] In ambiguo sum utrum eligam, vulgatam an praestantiorum Codd. lectionem? Infra L. XX. 19. Antigonus *Φίλιππον ἐξέπεμψε — διαπολεμήσοντα Φοίνικι καὶ τοῖς ἀφεστηκόσι.* At hoc libro c. 99. *μετὰ τούτων διεπολέμουν πρὸς τοὺς κατὰ τὴν πόλιν.* Probum ergo utrumque et profecto arbitrarium. Paullo ante *ὅσα ἦν χρεία* Rhodom. in not. Addend. *ὅσων ἦν χρεία* corrigit, alterum tamen locum habere posse adiungens: quod verum; sed tritius posterius tamen. Wess.

715. 62. *Παραπλήσιαι ταῖς πρότερον*] Vid. L. XIII. c. ult. Id additum huic foederi, ut Siculi Dionysio parerent, qui superiore *αὐτόνομοι* et sui iuris fuerant relicti. Wess.

716. 70. *Ἐκ τοῦ Φαλαικῶν ἔθνους*] Interpres *Φάλισκον* et *Φαλίσκων* legit, quod et Ph. Cluverius amplectitur Ital. Ant. L. II. p. 537. In alia abit Cl. Salmasius in Solin. p. 44., *ἐκ τοῦ Αἰκῶν ἔθνους* substituens. Ego prioribus adstipulor, tum quod minore molimine gentis vocabulum instauretur, tum quoniam *Φαλίσκους* auctor eos vocitare atque ab Aequis distinguere adsuevit. Vide mox c. 98. et L. XVI. 31. et de re ipsa Livium L. V. 26. Wess.

716. 74. *Καὶ Κάτλος Βῆρος*] Mendose. In huius ergo locum unus ex reliquis surrogetur, ut *Λεύκιος Οὐαλέριος*. His alios tres adiungit Livius cum Fastis, qui sunt *Λεύκιος Φούριος Μεδουλλῖνος*, *Σπόριος Ποστούμιος*, *Πόπλιος Κορνήλιος*. Non tantum enim hic defectus est, sed etiam mendum in numerali τρεῖς: quod sciolus forte aliquis, defectui mederi volens, pro ἓξ substituit. Rhod. Citra dubium foede haec sunt corrupta, viditque dudum Pighius in Fast. ad ann. CCCLIX. Quid suffici debeat, quis certo dixerit? De numero tribunorum militum quae vir doctissimus disputat, absona non sunt, nec tuta tamen. Quid si enim auctor alios hic Fastos sit secutus et tres duntaxat tribunos repererit? Notavit *Φρουρίου* nomen et emendavit Ph. Cluver. I. A. L. III. p. 1030. Wess.

716. 86. *Εὐδόκιμον, Φιλόδικον καὶ Διφίλαν*] Xenophon octo naves Rhodiis submissas, ducesque *Ἔκδικον* et *Διφρίδαν* a Spartanis memorat Hellen. L. IV. p. 419, unde *Διφίλαν* corrigendum suspicor. Scripsi etiam ex Clar. *Φιλόδικον*, quippe homini magis congruum. Wess. Diphridam Spartanum sub illa tempora commemorat etiam Plutarchus Agesil. c. 17., quae repetuntur in Apophth. p. 212. A.

716. 96. *Ἀγησίλαος δ' ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς* etc.] Agesilai in Argivum agrum excursionem, sed citius susceptam, non praeteriit Xenophon Rer. Graec. L. IV. p. 410. Hoc tempore Agesipolis, Agesilai in regno collega, eundem in agrum copias duxit. Idem L. IV. p. 416. Fortasse ergo *Ἀγησίλαος* hic suffectus est in locum *τοῦ Ἀγησίπολις*, uti supra c. 89. in libro Claromontano. Wess.

716. 99. *Πλὴν μιᾶς μοίρας*] Vid. ad L. XV. 32. Wess.

716. 4. *Τῶν γὰρ κτισάντων τὴν πόλιν ἦν ἀπόγονος*] A Teucro, Salaminis conditore, genus Evagoras ducebat. Pausanias L. II. 29. p. 178. *οἱ δὲ Τευκρίδαι βασιλεῖς διέμειναν Κυπρίων ἄρχοντες ἐς Εὐαγόραν*. Consentit Isocrates in Evagor. p. 281. Evagoram privata in fortuna natum eo tempore perhibens, cum, remoto ultimo ex Teucridis rege, tyrannidem Salamine occupasset ex Phoenice exsul quidam. Wess.

716. 7. *Μετ' ὀλίγον*] Scribe *ὀλίγων. τὸν Τύρσιον.* fortasse *Τύριον.* Rhod.

716. 8. *Τὸν Τύρσιον*] Palam est legi debere *τὸν Τύριον.* Palm. *Μετ' ὀλίγον τὸν μὲν δυναστεύοντα — τὸν Τύριον*] Adsentior viris doctissimis. Iustum est *μετ' ὀλίγων.* Evagoras enim *περὶ πεντήκοντα*, *ad quinquaginta*, sic Isocrates, socios sibi legit, quorum auxilio tyrannum oppressit. Iustissimum *τὸν Τύριον.* Quod et Ill. Scaliger margini libri sui alleverat. Nam Orator ex Phoenice, in qua Tyrus, hominem fuisse clare indicat. In eo ab Isocrate Noster abit, quod unius duntaxat tyranni meminerit, quem Evagoras pessum dederit. Ille vero, venisse *ἐκ Φοινίκης ἄνδρα φυ-*

γάδα, receptumque in regis amicitiam, eundem regno evertisse: vicissim tyrannum ab administrorum uno sublatum poenas morte dedisse, imperium occupante necis auctore: eius Evagoram insidias fuga vitasse, ultumque deinceps iniurias intercepta Salamine et obtruncato hoste. Sic Isocrates Evag. p. 283., non declarans uter horum fuerit Abdemon. Series tamen rerum posteriorem eum designat, quem ab Evagora superatum et oppressum Orator, Diodorus, et ex Theopompo Biblioth. Cod. CLXXVI. Photius agnoscunt. Scio *Ἀνδύμονα*, sive *Ἀβδήμονα* potius, *τὸν Κιτιέα* in Photii Biblioth. vocari: quod fieri potuit, quoniam in Cypri oppido *Citio*, alioqui ex Phoenice ortus, sedem antea habuerat. Isocrates certe non priorem tantum tyrannum, sed et alterum Phoenicem facit, cum Salaminem *ἐκβεβαρβαρωμένην καὶ διὰ τὴν Φοινίκων ἀρχὴν οὔτε τοὺς Ἕλληνας προσδεχομένην, οὔτε τέχνας ἐπισταμένην* prodit. Atque hoc si mecum probes, discordia, quae Isocratem inter et Diodorum videbatur intercedere, sublata erit. Confer Celeb. Barbeyracium Histor. Foed. P. I. p. 171. WESS.

717. 12. *Χρημάτων πλῆθος — εὐπορήσας*] An *πλήθους*; Vid. not. in L. II. 31. WESS.

717. 17. *Καὶ Σόλιοι καὶ Κιτιεῖς*] Stephanus in *Ὠτιεῖς* ex Ephori L. XIX. citat, *Ἀμαθούσιοι δὲ καὶ Σόλιοι καὶ Ὠτιεῖς ἀντέχοντες ἔτι τῷ πολέμῳ*· quae quoniam scriptoris nostri verbis simillima videntur, placuit Io. Meursio L. I. Cypri c. 10. pro *Κιτιεῖς* refingere *Ὠτιεῖς* hoc quoque loco. Nollem factum. Unde enim edocebor de eadem re Ephorum egisse illis verbis? WESS.

717. 26. *Ἢ δυνήσεται προπολεμεῖν* etc.] Non deerunt, quibus *ἤ* opportunius videbitur, quod neque mihi pro reiiculo foret, si e libris depromeretur. Sed potest et vulgatum suum sibi locum tueri. De studio regis Persarum in id bellum plura Isocrates Evag. p. 293. WESS.

717. 32. *Ἑκατόμνῳ δὲ τῷ Καρίας δυνάστῃ προσέταξεν*] Vide Photium Bibl. Cod. CLXXVI. ex Theopompo. Hecatomnum illum Isocrates *τῆς Καρίας ἐπισταθμιον* vocat Panegyr. p. 107., id est, regis Persarum nomine Cariae praepositum: quomodo *ἐπιστάθμους ἐν ταῖς πόλεσι* ab eodem rege constitui paullo superius dixerat, et *ἐπίσταθμοι* symposii reges in Plut. L. I. Symp. c. 1. Quam vero fidam is Persae operam navarit, docetur L. XV. 2. WESS.

717. 37. *Πρὸς δὲ Αἰτωλοὺς* etc.] Lege *Αἰκούς*. RHOD. Aut *Αἰκοὺς* cum Rhodom., aut *Αἰκικλοὺς* ex Ph. Cluverii sententia refingendum. Nam quod Ill. Scaliger ad libri sui oram adscripserat *Οὐόλσκους*, longius abit. Atque hoc quidem certum satis. Aliud est, quod molestiam creat. Primo *τὸ τέτρτον*· constat enim plus quater vicibus bellum in Aequos fuisse decretum a Romanis. Dein *καὶ Σούτριον μὲν ὥρμησαν* nec bene superioribus cohaeret, nec commodam dat sententiam. Emendabat, fateor,

Rhodomannus Σούτριον μὲν ἐπόρθησαν, quod et versione expressit: sed nimium id videtur. Et quid Sutrium, media in Etruria positum, ad bellum cum gente Aequicolana administratum? Ph. Cluverius Ital. Ant. L. II. p. 774. εἰς Τοῦσκλον corrigebat. Favet refingenti quadam ex parte Livius L. V. 28. *sed clamor Verruginem*, inquiens, *perlatus, cum castra Romana crederent oppugnari, tantum iniecit pavoris, ut, nequidquam retinente atque obsecrante Aemilio, tusculum palati fugerent.* At id si sequaris, ne quid dicam de differentia scriptionis Τοῦσκλον inter et Σούτριον, ordo rei gestae prorsus hic erit commutatus. Quid? ipse Cluverius coniecturae non fidit, alibi substituens εἰς Σάτρικον. Vid. L. III. It. Ant. p. 1030. Ferri id posset, si de *Satrico* aliunde nobis liqueret, quamquam ad Σάτρικον non sit offensum infr. c. 102. Ut dicam, quod sentio, videntur huic loco quaedam deesse, quae sine meliorum librorum ope tentantur frustra. Scribendum tamen Οὐεδρόυγτινος, quo modo Livius solet, etsi antea Ἔδρουκαν Volscorum eam urbem auctor vocarit. Wess.

717. 43. Καὶ Σερουΐλιος Κόσσων] Ita corrige Σερούϊος Σουλπίκιος. Dele autem Κόσσων. *Rufi* enim agnomen habet et *Praetextati*. Rhod. Pati possum, ut Κόσσων, damnatum a Coisl. et Reg. 1. cognomen, in exsilium abeat. Forte fuerat Σερούϊος Καμερῖνος, quo cognomine Sulpicius hic utitur, apud Livium. Wess.

717. 45. Καταπέμψας, ἔπεμψε] Offensus hac ταυτολογίᾳ Rhodomannus priori vocabulo dicam impegit: ego iugulare non ausim districte. Si enim Luciano licuit ἰδὼν εἶδον inpune usurpare D. Mar. IV. 3., εὐχόμενος ηὔξατο Polybio, si σκοπούμενοι σκοποῦμεν Platoni, et aliis eiusdem generis alia, a Raphelio et Ch. Sigismundo Georgii collecta, cur Diodoro hanc veniam negabimus? Ceterum Struthas paullo citius missus in Asiae inferiorem oram a rege videtur. Conf. Xenoph. Hist. Graec. L. IV. p. 421. Wess.

717. 48. Θλιβρωνα] Θίβρωνα Coisl. Reg. 2. et Clar. semper. Vide supr. c. 37. Wess.

718. 49. Ἰόνδα καὶ Κόρησσον] Ἰόνδα hac in vicinia reperiri non memini. Ἱριῶνα habet Strabo L. XIV. p. 940. et Κορισσὸν, cui robur ac praesidium ex Athenaeo suo vir magnus conciliat. Sed verius esse Κόρησον aut Κόρησσον ad Stephanum viri eruditi docuerunt. Prave extrema Orat. II. Sacrarum Aristides, καὶ ἐλουσάμην ἐν τῷ γυμνασίῳ, τῷ πρὸς Κορεσσῷ. Wess.

718. 58. Καὶ πολλὴν περιβαλομένου λείαν] Xenoph. Κυροπ. L. III. p. 64. περιεβάλοντο πολλὴν καὶ παντοίαν λείαν. Polybius L. IV. 82. φθείρας δὲ ταύτην καὶ πολλὴν περιβαλόμενος λείαν. Mox ἐπελθὼν et μαχόμενον iure probavit Rhodomannus: posterius, quia scriptae membranae viam praeibant, suam in sedem revocavi. Vide Xenoph. Rer. Graec. L. IV. p. 421. Wess.

718. 61. *Εἰς τὸ Κνιδίνιον φρούριον*] Haud longe Epheso afui sse videtur, cetera ignotum, mihi quidem certe. Wess.

718. 69. *Καὶ τὸν τε Θρασύβουλον* etc.] Conf. Xenoph. Hellen. IV. p. 423. Wess.

718. 76. *Ἀγύριον στρατηγὸν ἐξέπεμψαν*] Frequentius *Ἀγύρριος* dicitur, apud Xenoph. tamen *Ἀργύριος*, sed prave. Vid. Io. Meursium Lect. Att. L. VI. 4. H. Valesium ad Harpocrat. in *Ἀγύρριος* et L. Kuster. in Aristoph. Plut. v. 176. Wess.

718. 80. *Σπεύδων τὴν κατὰ τὴν νῆσον δυναστείαν* etc. *προσλαβέσθαι*] Opineris deesse his praepositionem, dedisseque auctorem *σπεύδων πρὸς τὴν κατὰ τὴν νῆσον δυναστείαν* et reliq. Voluisse videlicet Dionysium dominatioui, qua insulae paene toti imperabat, Graecos, Italiae incolas, adiicere: quae quidem sententia uti prava non est, ita neminem necessitas adigit, ut alteram amplectatur. Wess.

718. 82. *Τὴν μὲν καθ' ἑκείνους* etc.] Aut *ἐπ' ἐκείνους*, aut *κατ' ἐκείνων* legendum censeo. Steph.

718. 84. *Διὰ τὸ προπολεμητήριον αὐτὴν εἶναι τῆς Ἰταλίας*] Bene monuit Casaubonus, non praeterito hoc loco, *προτειχίσματα* et *προπολεμητήρια* loca ea dici, quae tutam regionem a repentinis hostium incursionibus praestant ad Polyb. I. 17. Rhegium tali situ erat, ut invasuris Italiam ex Sicilia maxime adversum esset, poterantque adeo Rhegini *προπολεμεῖν τῆς Ἰταλίας*: ut Cypria classis, *ἣ δυνήσεται προπολεμεῖν τῆς Ἀσίας* supr. c. 98., et Atlienienses *προπολεμοῦντες τῶν συμμάχων καὶ τοὺς βαρβάρους ἀνείργοντες* in Plut. Pericle p. 158. F. Wess.

719. 4. *Διονύσιος δ' ἰσχυρῶς μαχεσθεὶς*] Quae praecedunt, postulant *χειμασθείς*. tempestate enim vehementi iactatus naves eas amisit, non praelio. Porro non videntur suam sedem occupare voces *ἐπὶ τὴν Ῥηγίνην*, collocandae hoc ordine: *τούτων δ' ἅμα ταῖς ναυσὶν ἐκβρασθέντων ἐπὶ τὴν Ῥηγίνην, οἱ Ῥηγῖνοι* etc. Decurret certe leniore tramite oratio. *Χειμασθεὶς* esse corrigendum, animadvertit quoque praestantissimus Kuhnius ad Ael. V. H. XII. 61. Wess.

719. 10. *Καὶ πολλάκις παρ' ὀλίγον ἑλὼν ὑποβρύχιος*] Solent hoc in genere plerumque verbum addere. Pausanias L. I. 10. *παρ' ὀλίγον μὲν ἦλθεν ἐκπεσεῖν Θρᾴκης*. Et c. 13. *ὀλίγου μὲν ἦλθεν ἑλεῖν αὐτοβοεὶ τὴν πόλιν*. Philo Iud. Leg. Cai. p. 998. A. *εἰδὼς οὖν ὅτι παρὰ μικρὸν ἑλὼν μυριάκις αὐτὸν ἀπολέσθαι διέσωσεν*. Euripides Heraclid. v. 296. *καὶ παρὰ μικρὸν ψυχὴν ἦλθεν διακναῖσαι*. Polyb. I. 45. *οἱ δὲ Ῥωμαῖοι παρ' οὐδὲν ἐλθόντες τοῦ πάσας ἀποβαλεῖν τὰς παρασκευάς*. Ad quem modum saepe alii. Noster *εἶναι* aut *ἀπολέσθαι* subintelligendum videtur reliquisse. Wess.

719. 16. *Λευκανῶν τὴν Θουρίων καταδραμόντων*] Lucani perpetui fuerunt Thuriorum hostes, quos et tandem subactos

ctos suam in ditionem redegerunt. Vid. Strabon. L. VI. p. 404. et Polyaen. Strateg. L. II. 10. Wess.

719. 25. *Πρὸς τὴν τῶν πολεμίων παρουσίαν*] Id est *περὶ*, ut apud Plutarch. Sympos. L. IV. 5. *πῶς δοκεῖ ὑμῖν λελέχθαι τὸ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους*· et Auctorem Ep. ad Hebr. I. 7. *καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει*, ubi Illustr. Grotius. Wess.

719. 40. *Λόφοις ὑψηλοῖς* etc.] Nihil muto. Posse *λόφους ψιλοὺς* dici, qui nullis sint arboribus vestiti, certissimum est: sed nihil illi ad hunc locum. Mox *διέκλεισαν αὐτοὺς τῆς ἐπὶ τὰς πατρίδας ἐλπίδος* dictum eleganter est loco *τῆς ἐπανόδου*, quo alias delectatur. Wess.

720. 63. *Ὡς ἐπὶ τὴν γῆν ἀπεβίβασε καὶ ἔπεισε*] Copula auctiorem orationem esse iussi: hiabat enim. *Ὡς ἐπὶ τὴν γῆν* positum est, uti *ποιούμενος τὴν ῥύσιν ὡς ἐπὶ μεσημβρίαν* apud Polyb. II. 16., cui id perfrequens, monente Iac. Gronov. ad L. I. 36. Wess.

720. 74. *Δυσχερῶς ἂν παραγενέσθαι*] Corrige *περιγενέσθαι*, cum doctissimo Rhodomanno. Id enim hac in re probatur. Supra L. I. 52. *ὥστε — δυσχερῶς περιγίνεσθαι τῶν ἔργων*. Mox c. 104. *ῥᾳδίως τῶν πολεμίων περιεγίνοντο*. Wess. *Περιγενέσθαι* placuit et Ursino, pulcre. Idem in Add.

720. 75. *Διόπερ τοῦτον μὲν ἀπήλλαξε τῆς ναυαρχίας*] Artes, quibus hominem minime malum tyrannus circumscripsit, exponit Aeneas Poliorcet. c. 10. Abiit dein in exsilium Thurios, cuius urbis incolas sibi conciliarat. Id volunt *συμφερόντως αὐτῷ*, quae modo auctor, ubi de pace Lucanos inter et Italos, adhibuit. Vid. L. XV. 7. et de Thearida, Dionysii altero fratre, Plut. Dion. p. 960. C. Wess.

720. 77. *Τὴν τῶν Οὐεξίων χώραν*] Forte *Οὐειεντίων*. Rhod. Adsuevit auctor *Veientes Βοϊοὺς* adpellare, alii *Βηΐους* aut *Οὐηΐους*. An ergo *Οὐηίων* voluit? Vid. Ph. Cluverium Ital. Ant. L. II. p. 534. De agri descriptione inter cives senatusconsultum fuisse factum Livius L. V. 30. tradit, *ut agri Veientani septena iugera plebi dividerentur: nec patribus familiae tantum, sed ut omnium in domo liberorum capitum haberetur ratio:* multum a Nostro discrepans. Wess.

720. 79. *Καὶ πρὸς μὲν Αἰκούσους* etc.] Non dubito quin pro *Αἰκούσους* scribi debeat *Αἰκούς*. Urbem autem *Λίφλον* dicit, ut opinor, quam p. 451. *Λιφοίκουαν*, vel *Λιφοίκαν*, ut in aliis legitur exemplaribus. Steph. *Αἰκοὺς* esse scribendum, pulcre cum Stephano vidit Rhodomannus, non dissentiente Ph. Cluverio l. A. L. II. p. 782. Quodnam vero oppidum sit *Liflum*, sive *Lifoeca*, uti c. 106. nuncupari videtur, dici non potest. In gente Aequicolana, quantum quidem rescire potui, nullum eo nomine memoratur. Wess.

720. 81. *Οὐελιτρίνων δ' ἀποστάντων*] Latine *Veliternos*

vocari, adscripserat Rhodomannus: quod semper verum non est, namque et *Velitrinos* habet in August. c. 94. Suetonius, dissentientibus tamen scriptis membranis. Conf. Cluver. L. III. I. A. p. 1015. Wess.

720. 83. *Καὶ εἰς Κερκίους ἀποικίαν ἀπέστειλαν*] Quem Italiae populum, si vera est scriptura, intelligat, nondum assequor. Rhod. Commodissimum *Κιρκείους*, *Circeios*, foret, si hoc demum anno colonis Romanorum frequentatam urbem fuisse, liqueret aliunde. Tarquinius *Circeios* colonos deduxerat apud Dionysium Halicarnass. L. IV. p. 260. et Livium L. I. 56.: fuerunt-que adeo Circeienses diu ante hoc tempus Romanorum coloni. Tamen cum nihil melius occurrat, neque aliud extundere potuerit Ph. Cluverius, indicari *Circeios* opinabor. Potuit enim usu venire, ut colonia supplemento indigeret, vicinorum incursione aliisque calamitatibus ad paucos redacta. Wess.

720. 87. *Καὶ Αὖλος Μάλλιος*] Ex Livii L. V. VI. *Μάρκον Μάνλιον* legit Rhodom., cui de praenomine, etsi Dionysius L. I. p. 61. *Titum* vocet, non refragabor. *Μάλλιος* non muto: solent Graeci saepissime *Manlios Μαλλίους* nuncupare, atque auctor ipse c. 16. Wess.

720. 90. *Ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν στρατευσόμενος*] Fortasse scripsit Diodorus *στρατευσόμενον*· atque ita legendo expungenda esset post *ἀναδείξας* interpunctio. Steph.

720. 91. *Ὥρμησεν ἐπὶ Συρακουσῶν*] Lege *ἀπό* vel *ἐκ*. Rhod. Lege *ἀπὸ* Palm. *Ἀπὸ Συρακουσῶν* rescripsi, secutus virorum doctorum Rhodomanni et Iac. Palmerii, ita corrigentium, iudicium, locique sententiam. Vitium progenuit amanuensium socordia, qua et Eclog. 1. L. XXXII. p. 521. 92. ex *ἀπὸ τῆς φύσεως* natum esse *ἐπὶ τῆς φύσεως* videbimus. Wess. *Ἀπο* placuit et Ursino, pulcre. Idem in Add.

720. 95. *Πεμπταῖος δὲ καταλύσας εἰς τὴν Μεσσήνην*] Puto pro *καταλύσας* reponendum *κατανύσας*, pro quo tamen saepius usurpat *διανύσας*. Steph. *Πεμπταῖος δὲ κατανύσας εἰς ἐτε.*] Firmant Stephani suspicionem scripti libri. Supr. c. 62. *Ἱμίλκων δὲ δυσὶν ἡμέραις κατανύσας εἰς τὸν τῶν Καταναίων αἰγιαλόν*. Habebimus *καταλύειν εἰς πανδοχεῖον* et *καταλύειν πρὸς Λεύκιον Ταρκύνιον* suis locis, sed diversiore sententia. Wess.

721. 1. *Καὶ καταλαβὼν — δεκαναΐαν*] Auctoritatem rarius vocabulum desiderare videtur. Addamus ergo. Polybius Excerpt. Leg. p. 1180. *καὶ δεκαναῖαν μακρῶν πλοίων ἐπαγγελλόμενος δώσειν*. et p. 1214. *ἐπαγγελλόμενος δεκαναῖαν δώσειν ἐντελῆ πεντηκοντηρικῶν πλοίων*. Paullo aliter Strabo, cum de Caesare Augusto *ἐν οἷς ἀνέθηκε τὴν δεκανέαν ἀκροθίνιον* L. VII. p. 500., ubi Casaubonus Nostri oblitus non est. In Polyaeno Strat. III. 4. 2. Phormio *τὴν ἑαυτοῦ πεντεναῖαν ἐνέβαλε ταῖς γενομέναις πλησίον αὐτοῦ τριήρεσι*. Sic lege, prave editur *πενταναῖαν*,

vertiturque *pentanaeam*. Intelligit quinque eas naves, quas Phormio sibi sumpserat, cum classem *ἀνὰ πέντε* in hostem dirigeret. *Πεντεκαιδεκαναῖαν* si velis, Demosthenes *περὶ Συμμορ.* p. 106. dabit: nam in Lexicis ipsoque sermonis Graeci Thesauro omnia haec frustra quaeres. WESS.

721. 6. *Εἰς Καυλωνίαν*] Non longe ab amne Sagra Caulonia, sive, ut prius appellabatur, Aulonia erat: condita ab Achaeis, si Straboni credis L. VI. p. 401. et Pausaniae L. VI. 3. p. 459. Nam Servius in Aeneid. III. 553. Locris eius originem adscribit, Crotoniatis vero Etymologus, *Αὐλωνία, πόλις ὑπὸ Κροτωνιατῶν κτισθεῖσα καὶ ἀπὸ τῶν προκειμένων αὐλώνων ἔχουσα τὸ ὄνομα· ὕστερον δὲ τῷ χρόνῳ Καυλωνία ἐκλήθη.* Adde Stephan. in *Καυλωνία*, et quae apud Polyaenum L. VI. 11. WESS.

721. 23. *Ἅμα δὲ καταπεπολεμημένους — διαγωνιεῖσθαι*] Levi mendo haec esse obsita, non fugit Rhodomannum. Scriptum fuit *καταπεπονημένους* i. e. *fractos*, *debilitatos*, ut *καταπεπονημένη ἡγεμονία* L. XI. 6. et *καὶ τῶν Ἀθηναίων καταπονουμένων καὶ πρὸς φυγὴν ὁρμησάντων* L. XV. 85., et passim in his libris. WESS.

721. 29. *Πρὸς τὸν Ἕλωριν ποταμὸν*] Dux Graecorum Heloris librariis ansam praebuit, ut fluvii nomen corrumperent. Verum erat *Ἕλωρον* sive *Ἕλωρον*, quo titulo notissimus in Sicilia amnis erat, unde et huic cognomen venisse videtur. Polybius tamen *Ἑλλέπορον* L. I. 6., Polyaenus V. 3. 2. *Ἑλέπορον* vocitant, eumpse indicantes. Vid. Casaubon. ad Polybii eum locum, et Io. H. Boecleri Lect. Polyb. p. 7. WESS.

721. 33. *Ἐστρατοπεδευκὼς τῶν ἐναντίων*] Constat sententia. Verba defectu praepositionis laborant, quam ex praecedentibus si arcessiveris, oratio bene habebit. WESS. P. 301. 97. et vol. II. p. 118. 8. contulit Reiskius.

722. 53. *Ὑπέμενον τὸν κίνδυνον*] Praelium intelligi, manifestum est: quo vocabuli usu nihil tritius apud Polybium Nostrumque, et ceteros Historicos. *Ὑπομένειν ἀγῶνα*, sed in re forensi, dixit et Andocides princip. Orat. de Myster. WESS.

722. 60. *Ἐπί τινα λόφον ἐρυμνὸν, ὄντα πρὸς τῇ πολιορκίᾳ*] Sic edebatur. Ego scribendum censui, *ἐπί τινα λόφον, ἐρυμνὸν ὄντα πρὸς τὴν πολιορκίαν*. Cuius consilii rationem et in re ipsa et scripto Clarom. inveni. WESS.

722. 69. *Οὐ μετρίως ἐν τοῖς εὐημερήμασι γενόμενος*] Fortassis *ὅδε* vel *τότε μετρίως*. Sic Rhodom. in notis, in earum vero Auctario, *τότε μέτριος*, quod et vertendo expressit. Placet *μέτριος*, ab Is. quoque Vossio libri margini allitum: cetera proba sunt. Dionysius enim fortunae non temperabat, cum tot millibus ediceret, ut, positis armis, suae se potestati et arbitrio permitterent. Porro *σκληροῦ δὲ τοῦ πράγματος ὄντος*, quod subsequitur, etsi damnare nolim, videri originem accepisse poterit ex

σκληροῦ δὲ προστάγματος ὄντος. cuiusmodi profecto tyranni id mandatum erat. Nam *πρώγματα* et *προστάγματα* scribendi quodam compendio a librariis permisceri, nimis notum est, ut repetatur. Conf. tamen L. XVI. 41. WESS.

722. 84. *Καὶ σχεδὸν τοῦτ' ἔδοξε πράττειν ἐν τῷ ζῆν κάλλιστον*] Probavit et Agathocles illustre Dionysii hoc factum, sed in speciem, ut Leontinos in fraudem induceret, docente Polyaeno V. 3. 2. WESS.

723. 93. *Καὶ παρακαλέσαι μηδὲν — ὑπὲρ ἄνθρωπον βουλεύσασθαι*] Vid. not. in L. XIII. 21. WESS.

723. 99. *Ἐν Συρακούσαις μετώκισε*] Seq. cap. *μετώκισεν εἰς τὰς Συρακούσας*, quod multo frequentius. WESS.

723. 2. *Καυλωνιατῶν*] *Καυλωσίνων* Vat. male. Vulgatum iustum esse Steph. in *Καυλωνία* docet. WESS.

723. 3. *Λιφοίκοναν πόλιν*] *Λίφλον* superius c. 102., ubi vide. Livius Consules L. Valerium Potitum et M. Manlium, cui Capitolino postea cognomen fuit, magnos ludos fecisse, quos M. Furius Dictator bello Veienti voverat, refert L. V. 31. nihil eorum, quae Diodorus. WESS.

723. 7. *Πυῤῥίων*] In Dionysio *Πυργίων* Rom. Ant. I. p. 60. Victor vero in stadii curriculo Sosippus apud Eusebium domo Delphus perhibetur fuisse, nescio quo auctore. WESS.

723. 10. *Γάϊος Ῥοῦφος*] Muta in *Φούριος*. Livius duos addit. RHOD. Sex tribunos militum consulari potestate Livius L. V. 32. edit, L. Lucretium, Servium Sulpicium, C. Aemilium, L. Furium, Agrippam Furium, M. Aemilium; *Rufum* nullum, forsan aliis ex annalibus. WESS.

723. 16. *Τὴν δὲ πόλιν κατασκάψας (τοῖς Λοκροῖς) προσεμέρισε* etc.] Addidi bina ea vocabula, a socordibus librariis praeterita. Res est ex sequentibus apertissima, et quoque a Rhodomanno animadversa. WESS.

723. 24. *Ὡς μόνην αὐτῷ συγχωρῆσαι — τοῦ δημίου θυγατέρα*] Vid. Paullum Leopard. Emend. L. XIII. 4. Rhegium a Dionysio solo aequatum Strabo ait, *ὅτι αἰτησαμένῳ κόρην πρὸς γάμον, τὴν τοῦ ΔΗΜΙΟΥ θυγατέρα προὔτειναν* L. VI. p. 397. Qua quidem in re consultius Rhegini fecissent, si citra verborum contumeliam Dionysio sponsam negassent, nam de affinitate culpari non possunt. Insidiosa erat, sicuti Locrenses experti sunt, docente Philosopho Politic. L. V. 7. Ceterum in verborum ordine *ὡς συγχωρῆσαι* vicem *τοῦ ὥστε* occupat, inque *πολιτικῶν παρθένων γαμῆσαι* desideratur *τινὰ*, ut in S. Lucae Ev. XXI. 16. *καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν*, et saepe alias. WESS.

723. 38. *Ἐπαγγελλόμενος — ἀποστέλλειν*] Exspectasses *ἀποστελεῖν*, quod tamen plane necessarium non est. Simile fere L. XIV. 78. *τὸν μὲν Ἀριστοτέλην ἔφησεν ἀποστέλλειν εἰς Λακε-*

δαίμονα. et Virg. Aen. II. 637. *Abnegat excisa, vitam producere Troia Exsiliumque pati.* tum XII. 149. *Nunc iuvenem imparibus video concurrere fatis.* Fraudem autem, qua Dionysius Rheginos pessum dedit, Frontinus Strat. III. 4. 3. tangit. WESS.

723. 41. *Δόντων δὲ, νομίζειν* etc.] Lego *νομίζων* pro *νομίζειν*. Potest etiam legi *ἐνόμιζεν*. STEPH.

724. 48. *Ὑπονοήσαντες αὐτοῦ τὴν ἐπιβολὴν*] Non spernerem *τὴν ἐπιβουλὴν*, si e scriptis repetita esset membranis: quae cum nihil demutent, in vulgato, *propositum* et *institutum* tyranni indicante, acquiescam. WESS.

724. 54. *Ἄπιστον τοῖς μεγέθεσι*] Poteris et *ἀπίστων τοῖς μεγέθεσι*, si aptius id putaveris, amplecti: *κήτεσι πολλοῖς καὶ ἀπίστοις τὸ μέγεθος συγκεκυρηκέναι* habebis L. XVII. 106. WESS.

724. 56. *Φύτωνα*] Eadem scripturae varietas apud Philostratum L. I. Vit. Apoll. c. 35. et L. VII. 2., membranis modo *Φοίτωνα*, quod et apud Suidam in *Αἰσχίνης*, modo *Φύτωνα* appellantibus, sicuti Clariss. Olearius ostendit. Utrumque Graecum est, manetque in dubio, utrum verum sit. *Φύτιον* Rheginum, Pythagorae sectatorem, memorat Iamblichus Vit. Pyth. sect. 267., quem eundem non dixero. WESS.

724. 76. *Ἔπεμψε δὲ καὶ ῥαψῳδοὺς τοὺς κρατίστους*] Haeserat olim *ῥαψῳδῶν* titulus illis inprimis, qui versibus Homericis cantandis quaestum faciebant, transiit inde ad aliorum poëtarum carminum recitatores. Nota ea res est ex Athenaeo L. XIV. 3. et Schmidio ad Pindari Nemeon. Od. 2. Auctor ipse *εὐφωνοτάτους τῶν ὑποκριτῶν* nuncupat L. XV. 7. WESS.

724. 86. *Ἀναθεωροῦντες τὴν κακίαν τῶν ποιημάτων*] Vid. L. XV. 6. WESS.

724. 89. *Καὶ γὰρ Ἀυσίας ὁ ῥήτωρ* etc.] Opportune Dionysius T. II. p. 92. *Ἔστι δή τις αὐτῷ (Ἀυσίᾳ) πανηγυρικὸς λόγος, ἐν ᾧ πείθει τοὺς Ἕλληνας, ἀγομένης Ὀλυμπιάσι τῆς πανηγύρεως, ἐκβάλλειν Διονύσιον τὸν τύραννον τῆς ἀρχῆς, καὶ Σικελίαν ἐλευθερῶσαι, ἄρξασθαί τε τῆς ἔχθρας αὐτίκα μάλα, διαρπάσαντας τὴν τοῦ τυράννου σκηνὴν, χρυσῷ τε καὶ πορφύρᾳ καὶ ἄλλῳ πλούτῳ πολλῷ κεκοσμημένην. ἔπεμψε γὰρ θεωροὺς εἰς τὴν πανήγυριν ὁ Διονύσιος, ἄγοντας θυσίαν τῷ θεῷ* etc., quae ibi legi possunt: sunt enim ad hunc locum accommodatissima. Meminit et Plut., sed obiter, T. II. p. 836. D. WESS.

725. 2. *Ἀλλὰ σὺν τούτοις τέθριππα καὶ ἡ ναῦς ἐξέπεσον*] Mala profecto carmina, quae una cum quadrigis navem in brevia impellunt! Sed haec ioco Syracusani. *Ἐξέπεσον* non muto: pendet ex prioribus. WESS.

725. 3. *Πυθόμενος τὸν τῶν ποιημάτων διασυριγμὸν*] Hoc retineo. *Ἐκσυρίττειν, κατασυρίττειν, διασυρίττειν* et *κλωσμὸ-*

σκῶπτειν extrema Leg. ad Cai. Philon. Iud. de sibilis, quibus malos poëtas in theatris excipiant, frequentantur, eodemque pertinet διασυρμός. Neque pravum tamen alterum. In Glossis διασυρμὸς, *cavillatio*, *detractio*, *obtrectatio*: atque ita διασύρειν L. XX. 33. et Lucian. de Calumn. etc. c. 14. Quam vero aegerrime hunc carminum suorum contemptum Dionysius tulerit, docetur L. XV. 7. WESS.

725. 8. *Οὐαλσανίτας*] Forte *Οὐολσινιάτας*. RHOD. *Οὐολσανίτας*] Huic locum dedi, propius remoto a veriore nomine *Οὐολσινίτας*, quod et Ph. Cluverio Ital. Ant. L. II. p. 557. se probavit. *Γουράσιον* sive urbem seu castellum agri Volsiniensis nemo novit. *Τρόαλλον* refingit Cluverius, coniectura dubia. Praelium ibi pugnatum describit Livius L. V. 32. WESS.

725. 12. *Χιλίαρχοι ἓξ* etc.] Horum nomina foede mutilata et corrupta ex Fastis ita ad integritatem suam reducito, *Κοΐντιος, Καίσων, Γάϊος, Φάβιοι. Κόϊγκτος Σουλπίκιος, Κόϊγκτος Σερουΐλιος, Σερούϊος Κορνήλιος*. RHOD. Probabile est, Fabiorum praenomina hic fuisse olim posita: huc ducit Coisl. liber. Livius M. Fabii Ambusti tres filios facit: at auctor Fabiorum patrem Tribunis milit. manifesto aggregat c. 113. Reliquorum nominibus error sine dubio inest. Sigonius in Livii L. V. 36. hinc citat *Q. Sulpicium Longum* et *Σερούϊον Κορνήλιον Μαλούγωνα*. Unde integriore eum codice usum fuisse, haud iniusta suspicio est. WESS.

725. 16. *Κακοπαθοῦντες τῷ πολέμῳ* etc.] Vide Xenophont. L. V. p. 429. Ignominiosam autem toti Graeciae et Spartanis inprimis Antalcidae pacem Archonte Theodoto fuisse sociatam testis etiam Aristides T. III. p. 474. et Polyb. I. 6. WESS.

725. 20. *Περὶ ὧν ἦν ἀπεσταλμένος ἐνδεχομένως*] Interpunctionem, quā *ἀπεσταλμένος* et *ἐνδεχομένως* dispescebantur, mutavi: erat enim absurda, monueratque Rhodomannus. Mox potius erit *ποιήσεσθαι τὴν εἰρήνην*. WESS.

725. 23. *Τοὺς δ' ἄλλους Ἕλληνας — αὐτονόμους εἶναι*] Praeter insulas tamen Lemnum, Imbrum et Scyrum, quae Atheniensibus, quorum sub imperio fuerant, relictae sunt. Docet Xenophon L. V. p. 430., ipsas foederis et pacis leges repraesentans. WESS.

725. 34. *Ἐκκεκλημένος*] Lege *ἐκκεκτημένος*. PALM. Voluit, credo, doctissimus Palmerius *ἐκτημένος*, ut apud Herodot. IX. 93., aut *κεκτημένος*. Quorum alterutrum et ego praeoptavero. Evagoras, rege alibi occupato, eo rem redegerat, ut omnem paene Cyprum sibi subditam videret: *ὥστε μικροῦ μὲν ἐδέησε Κύπρον ἅπασαν κατασχεῖν* Isocrates ait in Evag. p. 294. WESS.

726. 45. *Δέρματα καθεψῶντες ἐσιτοῦντο*] Idem usu venit Atheniensibus, a Cornelio Sulla obsessis: absumptis enim animalibus, *δέρματά τε καὶ βύρσας ἕψοντας καὶ λιχμωμένους τὸ*

γινόμενον ἐξ αὐτῶν vitam eos produxisse Appian. Mithrid. p. 331. refert. Nec melior Numantinorum, a Scipione operibus circumdatorum, cibus. *πρῶτα μὲν, ὥσπερ τινὲς ἐν πολέμων ἀνάγκαις, δέρματα ἕψοντες ἐλιχμῶντο*, idem inquit de Bell. Hisp. p. 530. De his vero, qui Casilini in praesidio fuerant, Livius L. XXIII. 19. *Postremo ad id ventum inopiae est, ut lora, detractasque scutis pelles, ubi fervida aqua mollissent, mandere conarentur.* Nota et alia dirae famis exempla sunt, quae prudens praetereo. WESS.

726. 51. *Τοὺς ὑπὲρ ἄνθρωπον πάσχειν*] Fortasse scripserat Diodorus *τοὺς τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον πάσχειν* etc. ut p. 451. dixit *μηδὲν περὶ αὐτῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον βουλεύσασθαι*. STEPH.

726. 56. *Τὴν πᾶσαν κατ' αὐτῶν ἐπιτρέψαντες ἐξουσίαν*] Arbitror interpretamentum esse grammatici, quod ex Reg. 1. adscriptum est. Non multum abit *δοῦναι τὴν ἐπιτροπὴν περὶ αὐτῶν*, quod a Polybio explicitum vide Excerpt. Legat. p. 1349. WESS.

726. 62. *Ἐκέλευσε τοὺς δόντας ἀργυρίου μνᾶν ἀπολυτροῦσθαι*] Aristoteles Oeconom. L. II. p. 689. occupato Rhegio Dionysium refert, oppressis dixisse, *ὅτι δικαίως μὲν ἂν ἐξανδραποδισθεῖεν ὑπ' αὐτοῦ. νῦν μέντοι τὰ εἰς τὸν πόλεμον ἀνηλωμένα χρήματα κομισάμενος, καὶ ὑπὲρ ἑκάστου σώματος τρεῖς μνᾶς, ἀφήσειν αὐτούς*. Rheginos quidquid pecuniae occultarant, dedisse, aliam insuper mutuam sumpsisse, ut sese redimerent: tyrannum vero omni ea interversa, fidem fregisse, et omnes sub corona vendidisse: multum a Nostro discrepans. WESS.

726. 66. *Αὐτὸν δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἔδησε πρὸς τὰς ὑψηλοτάτας* etc.] Eadem fere Philostratus, nisi quod Rhegio nondum occupato factum velit. Verba sunt L. VII. Vit. Apollon. c. 2. *καὶ ὁ μὲν τύραννος, ἑνὸς τῶν μηχανημάτων ἀνάψας αὐτὸν ζῶντα, προσήγαγε τοῖς τείχεσιν, ὡς μὴ βάλοιεν οἱ Ῥηγῖνοι τὸ μηχάνημα, φειδοῖ τοῦ Φύτωνος. ὁ δὲ ἐβόα βάλλειν, σκοπὸς γὰρ αὐτοῖς εἶναι τῆς ἐλευθερίας*. Sed illi in miserabili Phytonis hoc casu cum Diodoro non bene convenit. Adfirmat hominem, Rhegio expulsum, ad Dionysium confugisse: floruisse tyranni gratia, expiscatumque eius de Rhegio opprimendo consilia, civibus per epistolam prodidisse: deprehensum vero machinarum uni adstrictum, atque ita moenibus, dum urbs circumvallaretur, fuisse admotum. Conf. eiusdem L. I. 35. et P. Leopardum Emendat. L. XI. 22. WESS.

726. 74. *Ἅμα κήρυκος συνακολουθοῦντος, ὅτι τὸν ἄνδρα* etc.] Interpres *proclamante interim praecone*, loci sententia, non verborum, expressa. Delectantur utroque in sermone tali ellipsi. Noster in Excerpt. Vales. p. 381. *ἐξαπέστειλε πρεσβευτὰς εἰς Ῥώμην, μὴ περιιδεῖν βασιλέα φίλον — ἡ δὲ σύγκλητος ἔπεμψε πρέσβεις, λύσειν τὴν πολιορκίαν*. utrobique deest *λέγον-*

τας aut eiusdem generis aliud vocabulum. Longus Pastor. I. p. 5. τῆς δὲ ἐκπλαγείσης, εἰ παιδία τίκτουσιν αἶγες. Scriptor de Bell. Hispan. c. 19. legati *Caesarem adierunt, si sibi vitam concederet, sese insequenti die oppidum esse dedituros.* Mitto plura: genus enim hoc a viris egregiis A. Schotto Obser. Hum. L. III. 13. Iac. Gronov. in Herodoti L. I. 75. P. Burman. ad Petron. c. 33. Drakenborch. in Livii L. IV. 20. et Cortio ad Sallust. Ing. c. 109. atque aliis illustratum saepissime fuit. WESS.

727. 88. *Κατεπόντωσε τὸν ἀτυχῆ*] Scripti id libri postulabant, estque aptum satis. Antiphon Or. de Caed. Herod. p. 134. ὅτι ἤδη τεθνεῶτα αὐτὸν ὑπ' ἐμοῦ ἐνθεὶς εἰς τὸ πλοῖον καταποντώσειε. Rarius hoc Nic. Damasceni Excerpt. Vales. p. 445. τοὺς δὲ ἀνθρώπους — οἷα ἀθέους ἐπόντωσεν. WESS.

727. 92. *Τοὺς θρηνήσοντας*] Rectius *θρηνήσαντας*, ut *ἀλγήσαντας*. STEPH.

727. 94. *Καθ' ὃν δὲ καιρὸν μάλιστα Ῥήγιον* etc.] Auctor Polybium L. I. 6. sequitur, Antalcidae pacem, obsessum Rhegium et Romam a Gallis occupatam in eumdem annum coniicientem. Diodorum et Polyb. amplectitur Iustinus L. VI. 6. *Hic annus*, inquiens, *non eo tantum insignis fuit, quod repente pax tota Graecia facta est: sed etium eo, quod eodem tempore urbs Roma a Gallis capta est.* At Dionysius in superiorem annum, quo Athenis Pyrrhon sive Pyrgion Archon fuit, his verbis, ἡ Κελτῶν ἔφοδος, καθ' ἣν ἡ Ῥωμαίων πόλις ἑάλω, συμφωνεῖται σχεδὸν ὑπὸ πάντων ἄρχοντος Ἀθήνησι Πυργίωνος γενέσθαι, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ὀγδόης καὶ ἐνενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος Ant. Rom. L. I. p. 60. Citius vero Romanorum annales, quos non sine gravi caussa D. Petavius atque alii duces eligunt. Vid. illum Doct. Temp. L. X. 31. et H. Dodwell. Ann. Xenoph. p. 263. WESS.

727. 99. *Ἀπὸ τῶν ἐν Τυρρηνίᾳ δώδεκα πόλεων*] Livius explicabit L. V. 30. *Ii* (Tusci) *in utrumque mare vergentes incoluere urbibus XII terras, prius cis Apenninum, ad inferum mare; postea trans Apenninum, totidem, quot capita originis erant, coloniis missis.* Urbes ipsas recenset Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. II. p. 434. et Iust. Fontaninus de Antiquit. Hortae L. I. 1. Porro quod de Pelasgis sequitur, qui ante Troiani belli tempora ex Thessalia huc conmigrarint, cognitum exploratumque est ex Dionysio R. A. L. I. p. 14., atque expositum diligenter a Th. Rykio Diss. de Prim. Ital. Colon. c. 3., haec Nostri scriptoris non praetereunte. WESS.

727. 4. *Οἱ καλούμενοι Σένωνες*] Sic praestat. Mox *τὸν ποδῶτάτω κείμενον λόφον τῶν ὀρῶν* Ph. Cluver. Ital. suae L. II. p. 311. improbat: neque enim unum *collem* totam Senonum gentem capere potuisse: scripsisse auctorem *τὸν ποδ. κείμενον τόπον τῶν ὀρῶν* i. e. *locum in montibus ad mare longissime situm.*

Cui si Codd. addicerent, non refragarer. Vulgatum, quod schedae tuentur omnes, indicare potest, Senones collem e montano tractu insedisse, et gentis quandam metropolim constituisse, atque ita retineri. WESS.

727. 10. *Τὴν τῶν Καυλωνίων χώραν ἐπόρθουν*] Scripserat *Κλουσίνων*, cuius vocabuli vestigia in Clar. et Reg. 2. durant. Interpres, id non animadvertens, *Caulouiorum* verterat. Ex Livio L. V. 35. res est aperta, neque a Ph. Cluverio I. A. L. II. p. 566. sine nota transmissa. Mox *Κλούσιον* et *Κλουσίνοις* multo rectiora fuerint. WESS.

727. 27. *Προεκαλέσατο τὴν δίκην ἐπὶ τὸν δῆμον*] *Ad populum provocavit:* quo in genere *προκαλεῖσθαι* tritum. Dionysius R. A. L. VII. p. 448. *ἐξεῖναι τοῖς κατισχυομένοις — προκαλεῖσθαι τὰς κρίσεις ἐπὶ τὸν δῆμον.* Polyb. Excerpt. Legat. p. 1218. *διότι προεκαλοῦντο περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἐπὶ Ῥωμαίους.* Atque ita cum de rebus Romanis sermo est: Athenis aliud indicabat, ut ex Lycurgo in Leocrat. p. 151. Demosthene Or. I. adv. Stephan. p. 623. et Harpocrat. in *Πρόκλησις* notissimum. Ceterum Livius paullo aliter L. V. 36. WESS.

728. 31. *Τότε πρῶτον ἤρξατο διαλύειν τὸ κριθὲν* etc.] Errat. Iudicium populi rescindi ab senatu non poterat. Id nullo nec exemplo nec iure fieri legatis, qui ab Ardea venerant, senatus respondit apud Livium L. IV. 7. Regum, Senatusque decreta saepe antea populus antiquavit. Vide eumdem L. I. 26. et Senecam Epist. 108. WESS.

728. 41. *Διαβάντες τον Τίβεριν*] Neque haec vero consentanea. Non enim Etrusco in solo trans Tiberim pugna commissa. Eis flumen id praelium pugnatum esse, consentiunt omnes. Porro *στάδιοι ὀγδοήκοντα* aequant millia ferme passuum X, si unis millibus octo stadia et paullo amplius tribuas: sin septem, ut saepe, millia fere passuum XI. Atque ita Livio accedet propius, ad undecimum lapidem hosti occursum fuisse L. V. 37. memoranti. Plutarchus in Camill. p. 137. E. *προελθόντες ἀπὸ τῆς πόλεως σταδίους ἑννενήκοντα*, sed Livium secutus. Conf. Ph. Cluverium Ital. Ant. L. II. p. 709. WESS.

728. 46. *Τοὺς ἀσθενεστάτους ἔστησαν*] Vide tamen Livium L. V. 38. WESS.

728. 58. *Οὐχ ὑπηρέτουν οἱ Κελτοὶ*] Cogitaveram *οὐχ ὑπεχώρουν*, ut Hector Homericus *ἄριστον ἔχων μένος, οὐχ ὑπεχώρει* Iliad. X, 96. Rhodomannus forte inquit *οὐχ ὑπερέθεσαν*. Neutrum serio omnia perpendenti placet. Admitterem *καιρῷ ὑπηρέτουν* ex Cl. Wetstenii coniectura, si libri addicerent. WESS.

728. 62. *Τὴν πανοπλίαν ἐν ἴσῳ καὶ τὴν ψυχὴν προτιμῶντες*] Vid. Lipsium Milit. Rom. L. V. 18. Romae, uti olim apud Germanos et Graecos, scutum reliquisse praecipuum flagitium, quod nonnunquam ipso capite luebant. *Προτιμᾶν* idem

fere ac τιμᾶν, aut ἐντρέπεσθαι· ut προτιμᾶν τὸ δικαιοπραγεῖν apud Nostrum, et οὐδὲν προτιμᾶν in Aristophane, quo de H. Steph. Thes. T. III. p. 1564. Wess.

728. 82. *Προσφάτως ὑφ' ἑαυτῶν κατεσκευασμένην*] Rhodomannum si sequeris, scribendum erit *κατεσκαμμένην*. Ita enim correxit in not. Addendis et vertit. At contra verum id est. Veii non erant eversi. Quare Gallis urbe Roma deiectis, plebem tribuni assiduis concionibus agitabant, *ut, relictis ruinis, in urbem paratam Veios transmigrarent*, teste Livio L. V. 50. sive, ut Camillus ait c. 53. *ad integra omnia Veios migrarent*, et Plutarchus Camill. p. 144. E. *πρὸς τοὺς Βηΐους — πόλιν ἅπασιν κατεσκευασμένην καὶ διαμένουσαν, urbem omnibus rebus instructam et permanentem.* Neque hoc tamen ad viri doctissimi coniecturam convellendam satis validum est telum: abit enim auctor in his recensendis a Livio saepissime; quid si et hac in re? Quod eo firmari posse videtur, quoniam locum a Romanis pro virili communitum fuisse, statim subnectit. Vide tamen, an *πόλις κατεσκευασμένη* dici et ea possit, quae in potestatem redacta est. Demosthenes Or. *περὶ τῶν ἐν Χερρόν.* p. 60. id suadere videtur. Sic enim de Philippo, *Δρογγίλον καὶ Καβύλην, καὶ Μάστειραν, καὶ ἃ νῦν ἕξαιρεῖ καὶ κατασκευάζεται.* Ubi *κατασκευάζεται*, modo sanum fuerit, simili profecto potestate instruendum erit. Mox scriptis e libris malui *τόν τε τόπον*. Wess.

729. 92. *Πολλοὶ μὲν οὖν τῶν ἰδιωτῶν πανοίκιοι — ἔφυγον*] Non damno *πανοικὶ*, quo S. Lucas A. A. XVI. 34. Ioseph. Ant. Iud. L. IV. 4. 4. atque alii sunt usi. Sed id, quod amplexus sum, mavult Diodorus. Vid. L. XVII. 11. XVIII. 25. Excerpt. Vales. p. 370. et not. in L. V. 20. Wess.

729. 5. *Κατά τι πάτριον ἔθος*] Solebant *τὰς κεφαλὰς τῶν πολεμίων ἐξάπτειν ἐκ τῶν αὐχένων τῶν ἵππων, κομίσαντες δὲ προσπατταλεύειν τὴν θέαν τοῖς προπυλαίοις* apud Strabon. L. IV. p. 302. Conf. Nostri L. V. 29. Wess.

729. 11. *Τάς τε πύλας ἐξέκοψαν*] Vero hoc similius. Livius L. V. 39. et Plut. Camill. p. 139. Romanos in summa ea consternatione ne portas quidem hosti occlusisse memorant. Wess.

729. 24. *Οἱ δ' εἰς τοὺς Βοιοὺς τῶν Ῥωμαίων πεφευγότες*] Videndus est Livius L. V. 45. Solere vero Diodorum *τοὺς Βοιοὺς* loco *Βηΐους* ponere, dictum antea est. Wess.

730. 34. *Κομίνιός τις Πόντιος*] Scribe *Πόντιός τις Κομίνιος*. Rhod. Commutatione eorum nominum vix opus est. Mutant saepe Latini, nominique praenomen subiiciunt. Exemplis abstineo, copiose congestis a N. Heinsio ad Vell. Paterc. L. I. 14. et ad eiusdem L. II. 27. a Schekio; Adde Drakenborch. in Livii L. III 1., et de Pontio Cominio Duker. ad Livii L. V. 46. Wess.

730. 36. *Ἔλαθε προσελθών τινα πέτραν*] Nisi verbo in-

nexa praepositio omnia haec dirigat, legendum erit *προσελ. ἐπὶ τινα πέτραν*, quae H. Stephani opinio. WESS.

730. 53. *Ἐκβοήσας ἐπὶ τὸν τόπον*] Vereor ne *ἐκβοήσας* perperam positum sit pro *ἐκβοηθήσας*. STEPH. Legi etiam posse *ἐκβιήσας*, Rhodomannus in not. Auctario professus est: quod minime puto. Verum est *ἐκβοηθήσας*, optime H. Stephano animadvertente. Sic supra L. XIII. 67. *καὶ πάντες οἱ τὴν ἀπάτην ἀγνοοῦντες ἐξεβοήθουν ἐπὶ τοὺς λιμένας*. Vitium natum esse ex scribendi compendio, alias monuimus, estque illi geminum germanum in Thucydide L. I. 107., ubi vide Steph. et Duker. WESS.

730. 61. *Χιλίας λαβόντες λίτρας χρυσίου*] Eamdem pecuniae summam invenies in Plut. Camill. p. 143. C. et Livio L. V. 48. cum nota clariss. Drakenborchii. WESS.

730. 66. *Καὶ δημοσίας κεραμίδας ἐχορήγουν*] *Promiscue urbs aedificari coepta. Tegula publice praebita.* Sic Livius extr. Lib. V. Angustiae flexuraeque vicorum, quibus urbs quodam modo deformabatur, ex Sueton. Ner. c. 38. et Tacito Ann. XV. 43. omnibus sunt cognitissimae. WESS.

730. 74. *Ὥστ' ἐξουσίαν ἔχειν ἐφ' ἁρμάτων ὀχεῖσθαι*] Citius is honor matronis delatus, si Livio L. V. 25. fides. Hoc tempore *matronis gratiae aetae, honosque additus, ut earum, sicut virorum, post mortem sollemnis laudatio esset:* Idem c. 50., ubi Gebhardus a Diodoro corripiendo rectius abstinuisset: non enim carpenta matronis tum demum concessa ipsemet asseverat, sed esse, qui id prodiderint memoriae. WESS.

731. 80. *Ἐν τῷ καλουμένῳ Μαρκίῳ*] Interpres *in Marcio, ut appellatur, campo.* At in not. Addend. *ἐν πεδίῳ, τῷ καλ. Ἀδμητίῳ* refingit ex Livio: insuper addens, de campo Martio non posse intelligi, quippe Romae pomoeriis incluso. Considerasset haec Ph. Cluverius, nullam profecto erroris notam viro doctissimo inposuisset. In Livio L. VI. 2. edebatur: *nec procul ab Lanuvio, admetium is locus dicitur, castra oppugnare est adortus.* Mutavit Sigonius, substituens *ad Maecium*: et quia Plutarch. Camill. p. 145. *περὶ τὸ Μάρκιον ὄρος* castra metatos ait, eumdem in partes trahit, *περὶ τὸ Μαίκιον* et hoc loco *ἐν τῷ καλ. Μαικίῳ* corrigens. Mihi quidem inmodicum hoc semper visum est. Livii membranae, ut fit, in proprio nomine dissentiunt: concordes sunt in *Μαρκίῳ* probando Diodori et Plutarchi scripti Codd. Et primas tamen ille auferet? Melius Cluverius, quem vide Ital. Ant. L. II. p. 1026. Porro maluissem, scriptum hic a Diodoro fuisset, *οὗτος — καθοπλίσας — ἐξῆλθε — καταλαβὼν — ἐπιφανὴς — ἐτρέψατο.* Omnia enim ad Dictatorem Camillum pertinent, quem Livius atque Eutropius L. II. 1. eo anno, qui captam a Gallis urbem proxime excepit, haec et quae sequuntur, felicissime administrasse tradiderunt. WESS. De campi Martii situ Pompon. Laet. de antiquitatibus Romae citaverat Rhodom.

731. 85. *Μάρκον Φούριον*] Adleverat libri sui margini Ursinus *λείπει τι*. Quod verissimum erit, nisi si remedio utaris, de quo ad h. locum memoravi. Wess. in Add.

731. 95. *Ὑπὸ Αἴχλων*] Rectum est *Αἰχῶν*. Conf. Livium L. VI. 2. et Ph. Cluver. Ital. Ant. II. p. 774. Wess.

731. 97. *Εἰς Σουτριανὴν*] Infra L. XX. 35. *πόλιν Σούτριον, ἄποικον Ῥωμαίων* vocat: quod et hic praestare, sicuti mox *Σουτρίνοις*, Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. II. p. 555. bene monuit. Wess.

731. 2. *Οὐειάσκιον τὴν πόλιν*] Quaenam ea sit urbs, ad adfirmandum difficile est. Cogitaveram de *Veiis*, quod nunc plane displicet. Cluverius I. A. L. III. p. 958. *Γαβίους* corrigit, quoniam Galli postero die, quam urbe expulsi erant, *ad Gabios* a Camillo sint caesi, auctore Livio L. V. 49. et L. VI. 28. Atque hoc ferri utcunque posset. Quod vero orationem mutat, *τῶν δὲ Γαλατῶν ἀπεληλυθότων ἀπὸ Ῥώμης καὶ Γαβίους τὴν πόλιν* etc. scribens, id sine iusta caussa fieri, apertum est. Dubites etiam de coniecturae veritate, tum quia longissime a vulgato distet, tum etiam, quod ante ea omnia contigerit id praelium, quae a Camillo Dictatore hic gesta memorantur. Ego certe ampliabo. Wess.

731. 4. *Ὃ εἰλήφεισαν εἰς Ῥώμην*] Tritius quidem *ἐν Ῥώμῃ*, quod Rhodomannus in notar. Addend. hic iterum inculcat: at frequens harum praepositionum enallage. Vid. ad L. XIII. 12. Liquet autem hinc manifeste, in annalibus, quibus usus est Diodorus, nihil admodum fuisse de altercatione Romanos inter et Gallos, cuius occasione Dictator Camillus auferri aurum de medio et Gallos submoveri iusserit apud Livium L. V. 48., nimis ea quidem in re Romanorum gloriae studiosum. Confer Iac. Palmerium Exercitat. p. 188. et seqq. Wess.

731. 7. *Ἐκωλύθη θριαμβον ἀγαγεῖν*] Omnia alia Livius L. VI. 4., a quo et illi plurimum dissident, qui de Tuscis Camillum albis quadrigis triumphasse, et propterea a populo ingenti pecunia multatum fuisse referebant. Vide eum L. V. 23. et c. 33. Wess.

731. 10. *Περὶ οὗ κατὰ τοὺς οἰκείους χρόνους ἐπιμνησθησόμεθα*] Non est cur hoc concedere scripturae lib. Clar. et Reg. 2. debeat. Rem ipsam altero abhinc anno frustra quaeres. Wess.

731. 13. *Ὑπὸ Κειρίων*] *Καιρίων*, ut *Caerites* sint, Ortelius et Simson Chron. ad An. M. 3615. probasse videntur. Favet Strabo L. V. p. 337. cum de Caeretanis, *καὶ γὰρ τοὺς ἑλόντας τὴν Ῥώμην Γαλάτας κατεπολέμησαν, ἐπιοῦσιν ἐπιθέμενοι κατὰ Σαβίνους*. qui si de eadem re loquatur, campus etiam *Transius* in Sabinis erit quaerendus. Mihi nondum ad liquidum haec deducta videntur. Wess.

731. 15. *Τὴν τῶν Ἑλλήνων σύνταξιν*] Fortasse *Ἑλληνικῶν σύνταξιν* scripsit Diodorus. Mox suspicor deesse quidpiam inter *βασιλέα* et *τὴν ἱστορίαν*. Nam alioqui ex his duobus accusativis *σύνταξιν* et *ἱστορίαν* vacaret alter. STEPH. Scripserat *Ἑλληνικῶν σύνταξιν*, ut bene H. Stephanus. Reliquit enim Callisthenes *Ἑλληνικά*, a Stephano in *Τέγυρα* et pluribus aliis citata. Auctor ipse *Ἑλληνικῶν πραγμάτων ἱστορίαν* id opus adpellat L. XVI. 15. Simili errore Xenophonti *τὴν Ἑλλήνων σύνταξιν* obtruserunt amanuenses L. XV. 89. Statim restitui sacrilego huic suum nomen, quod et Ill. Scaliger et Rhodomannus fieri oportere, dudum admonuerant. Citra dubium res erit, si contenderis L. XVI. 15. WESS. Vid. Stephani annot. ad vol. II. p. 78. 91.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 892

Addenda et Corrigenda.

P. 23. 9. loco V. 43. substitue illum qui est Exc. Vat. p. 81. 28. 26. add. 19. 13. *ἀνθρωπίνων* Cl. 2. Fl. ex glossa. Vid. infra V. 67. Wess., cuius minutas annotationes quasdam inter varietatem scripturae delitescentes quia suis locis non posuimus, hic ponimus 27. 2. sursum l. *paullo* 29. 8. l. *inpingat* 34. add. 24. 94. *ὠνεῖσθαι* Co. al. uti inf. III. 6. Wess. 35. add. 25. 18. *καθιερ.* M. Vat. quomodo infr. c. 90. ubi eadem. Wess. 39. add. 28. 10. *ἐγγενέσθαι* Euseb. uti V. 72. Wess. 45. add. 32. 57. *εὔλαστον* Vat. sollemni librariorum peccato, de quo Casaub. in Athen. XII. 11. Wess. 60. 6. add. 41. 8. *ἐπιδειξαμένας*, quod, qui defendi possit, docet Casaub. in Athen. II. 15. Wess. 90. add. 64. 18. *μικρὰ* Co. aliique vitiose, et contra Herodot. II. 102. Wess. 112. 9. l. 135. pro 130. 139. 39. de loco p. 372. 6. nunc aliter mihi visum est 152. 11. l. 40. *Ἥκειν λέγειν* 154. add. 110. 11. Melius oratio decurreret, si *γίνεσθαι* post *παντχόθεν* legeretur. Wess. 156. l. l. l. p. 162. 10. surs. l. *ἐντυχόντι* 183. 9. surs. l. *habuerunt* *Iusebius et* 187. 16. 198. 8. surs. 213. 22. surs. add. *in Add.* 194. add. 143. 85. vulgo *νομιζόμενον* librariorum peccato, quo de supra l. 23. Wess. 201. 30. add. 149. 3. *γίμει* R. M. V. haud sane absurde. V. XIII. 3. XVII. 10. Wess. 202. add. 149. 17. *ἡμιτέρους* Cl. 2. quae eadem varietas in Arriani Indic. c. 7. Wess. 206. add. 154. 30. *εἰς τὸ πολεμίους* R V. *εἰς τοὺς πολεμίους* C. M. quibus nihil indigemus. Vid. l. 18. III. 31. Wess. 207. add. 154. 46. *σεμ. ὄντα γεωργεῖν*. Vide Arriani Indic. c. 12. Wess. 208. add. 155. 94. *τὴν δύναμιν* C. M. male, vid. supr. I. 4. Wess. 211. 21. *καταστρέφειν*] volebam *μεταλλάττειν* p. 375. 51. 237. add. 179. 22. *διὰ παντός* R. nulla gravi caussa. Vid. Eustath. Hom. p. 1256. Wess. 179. 47. *τετυχέναι* Co. *τετυχηκέναι* M. Vide supra l. 13. Wess. 245. add. 186. 51. *δεσπότους*] Vid. Agatharch. p. 30. Wess. 247. add. 188. 42. *ἁπλοῦς* M. Vid. supr. II. 48. Wess. 252. add. 193. 82. *ἀνάπαυλιν* Cl. forte *ἀναπαύλην* voluit. Wess. 258. add. 194. 7. *τέτευχε*] Vid. ad L. I. 13. Wess. 255. add. 195. 65. *ἄκλητ.*] Vid. supr. c. 12. Wess. 16. surs. l. *pertendit* 256. 18. l. 333. pro 383. 270. 19. dele 289. add. 224. 93. *τελευτὴν* Co. Mut., de quo peccato ad L. I. 28. Wess. 292. 19. l. *mater* 318. 21. surs l. *Ἱλικτρύονα* pro *Ἱλικτρυόνα*, et mox c. 58. 335. 1. adde: Egestam Stephanus quidem et Plinius scribunt. At Strabo Aegestam vocat. Ruon. in Add. 338. 12. l. XXVII. 340. 1. surs. l. *a* 345. add. 279. 32. *Ἀχαιδίας* Co. M. Pogg. sed male. Vid. Pausan. II. 38. Wess. 366. 13. l. *οὐ* 374. 21. l. *signatas* 378. 11. l. 66. pro 68. 432. 1. surs. l. *Κυρτίας* 439. 7. surs. add. 362. l. *λιγομένην* mallem abesset. Wess. 442. 14. surs. l. 182. pro 18. 452. 27. scholiasten] *transcriptorem seu librarium* Ruon. in Add. 453. 2. l. *χαλαζοφ.* 464. add. 383. 70. *παντελῶς* non legitur in V. Cl. sine gravi caussa. Vid. supr. c. 31. 34. Wess. 47. De *Σιρούχτος* v. Borghes. libri ad p. 479. 52. indicati II. p. 48. 468. 4. surs. add. Wess. 489. 13. post *Σουσίου* add Ruon. 522. 19. l. *Pausaniae offensos* 558. annot. ad 473. 85. dele 586. 2. surs. l. *illum* 587. 13. *Ἀναλειχος* confirmat lapis ab Oderico editus 589. 12. post *hic* add. *et* 451 81., tum post 554. 5. add. 570. 84. 611. 87. 605. 4. Et *Χαριάδης* et *Χαροιάδης* nominum in inscriptionibus exempla sunt. Atheniensem hunc *Chariadem* vocant libri Iustini IV. 4. 6., nec pauci Orosii II. 14. p. 125. ed. Havere. 674. 5. l. *ἐκκαίδεκα* 699. summa l. 94. pro 74. 739. 9. l. *σαυρίους* omisso puncto 755. 22. adde Wess. 762. 24. l. *ἀπήλλαττον* 768. 17. l. III mille 780. 17. l. *ἐννηκοσιὰς* 783. 12. Nisyri incolas Nisyrios se, non Nisyraeos, dixisse praeter Strabonem etiam numus docere potuit apud Eckhel. vol. II. p. 601.

Digitized by Google